Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXX
C
38
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. AC MED. DOCTORIS ET
PROFESSORIS PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ,
CONTINENS
CONSILIA MEDICA,
ad normam
veterum & novo-
rum dogmatum
adornata.

JENÆ
Excudebat SAMUEL Krebs.
Impensis URBANI SPALTHOLTZII Bibliopol. Wratislaviensis.

ANNO M DC LXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI ATQUE CELSISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

JOHANNIS FRIDERICI,

BRUNSVICENSIUM ET LüNEBURGENSIUM

DUCIS

in

ſecretiore conſilio Senatori, & Cancellario benè meritiſſimo

DN. HENRICO LANGENBECIO

PATRONO OBSERVANDISSIMO

SALUTEM ET FELICITATEM.

Digitized by Google

VEneratione digna & hæreditario jure ab antiquitate in noſtra ſecula translata conſuetudo jubet ſummis honorare obſequiis & condecorare ſuffragiis eos, qui in publicos uſus arduos ſuſcipiunt labores. Magna laus eſt,& grata hominibus,in eâ laborare ſcientiâ, quæ ſit multis profutura. Magnis extolli merentur præconiis, qui in id toti incumbunt, ut proſint in eo, in quo ſalus omnium verſatur, & in mediis negotiorum turbinibus juſtitiæ præſunt, non ut præſint, ſed ut proſint.

In horum numero prima occupas ſubſellia. Multa facilitate &

gloriæ

Digitized by Google

gloriæ ſervis & publicæ utilitati.

In omnibus qui memorabile aliquod & magnum nituntur, immortalitatem, quam meruêre, ſectantur, victuramque nominis famam ſupremis prolongare moliuntur tabellis, quæ ſingularia ſplendore refulgent eximio, illa etiam in te emicant.

Natura conceſſit ingenium capax, acutum, ſolers, judicium acre, à teneris ante annos maturum, ſincerum, memoriæ vividam vim, motusque animi celeres, expeditos, ut nihil viſum fuerit tam arduum, tam abſtruſum, tam reconditum, quod non veſtigares,

Digitized by

non erueres, non adſequeris.

Emines politioris literaturæ faſtigio, elapſi ac præſentis ſeculi hominibus inacceſſo, ſeverioraque ſummi tribunalis ſtudia & ſenatoriæ prudentiæ arcana literarum amœniorum feliciter temperas ſuavitate.

Summam tuam ſapientiam & in ſingulis ſcientiarum generibus eruditionem perfectisſimam ſuſpiciunt, quotquot intuentur, & unius hominis ingenio omne eruditionis penu contineri admirantur.

In negotiis expediundis es dexterrimus. Scis celeritate, quæ inimica conſilio, ſæpe peccari, rarius morâ,

quæ

Digitized by Google

quæ & conſtantiæ propior, & optimas rationes facit invaleſcere.

Qui magna moliuntur, cunctari ſolent: conſilia tarda providum excudunt opus.

Mediam ergo tentas viam & nunc quieſcendo rem geris, nunc faciendo ſtrenuè urgendoque: ſemper cautior tamen es, quam feſtinantior.

Illis te præſtas moribus, qui in paucis obſervantur, modeſtisſimis; quales Vellejus non nemini modeſtisſimos appinxit. Otioſis ſimilimus nihil tibi vindicas, eoque aſſequeris omnia; ſemper infra æſtimationes te metiris, vultu,

vitâ

vitâ tranquillus, auimoque exſomnis.

Imitatus priſcos Romanos, non largitione & ambitu, ſed verâ virtute niti jubes, qui honores quærunt, albumque veſtimentum petitionis gratiâ inducere geſtiunt.

Bonitate placere geſtis omnibus, pates omnibus, audis omnes, nemini conſilium, nemini denegas opem, maximum virtutis in conſcientiâ locas fructum.

Nihil de te exprimi poteſt magnum, quod tua unicuique præſentia non reddat majus. Nihil de te concipi poteſt præclarum, quod colloquium ſingulis non exprimat efficacius.

Aca-

Digitized by Google

Academia Julia ingeniorum æstimatrix, studiorum nutrix, unde suam speciosus terrarum orbis haurit lucem, & universa generis humani amplitudo disciplinę accipit jubar, tuæ multum debet providentiæ. Doctrinæ es æstimator, disciplinæ conservator, vitiorum persequutor.

Themistocles comparabatur Platano, sub quam homines tempestate coortâ confugerent. Tu verè platanus es, doctorum in adversis præsidium, in secundis solatium.

Platanus in edito loco consti-

Digitized by Google

tuta latam â ſe non obſcuritatis ſed claritatis diffundit umbram. Sub tua ſublimi & illuſtri protectione latere, eſt inclareſcere.

Uvæ ſub umbrâ foliorum ſecurè deliteſcentes ſenſim matureſcunt, & ab irruente aëre ac urente ſolis æſtu proteguntur. Tu innocentes, ne ingruentes Theoninorum dentium æſtus eos adurant, protegis, ſecurè ut vivant, benevolentiæ tuæ umbrâ foves.

GÜNTHERUS HENRICUS PLATNERUS conſiliarius Ducalis Saxo-Vinarienſis, ſocer, quem ut dum viveret, amore & veneratione ſingulari meritiſſimè colebant omnes

boni

Digitized by Google

boni, ita nunc fato functum etsi ævi maturum & plenum dierum, non aliter tamen, quam ut funere acerbo immaturo elatum desiderant, quibus nota erat viri illius summa omnium scientiarum & universæ antiquitatis & senatoriæ jurisprudentiæ peritia, admirabilis morum probitas, & totius vitæ innocentissima integritas pari cum modestiâ juncta, te literatorum inter Jurisconsultorum fulcra numerabat & columnas.

JOH. CHRISTOPH. WEX serenissimi CHRISTIANI Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis in secretiori consilio Senator & Cancellarius,

rius, gener, in nuperrimo colloquio noſtro magni tuam æſtimabat prudentiam & rerum geſtarum magnitudinem, commendabatque eminentem præ aliis in litibus dirimendis gravisſimis dexteritatem, cum duo Heroes magnanimi animis disſiderent & armis. Omnia tendere videbantur ad ruinam, ſed tuâ ſuffulta ſtetêre ſingula prudentiâ.

Ut quondam in magno populo cum ſeditio orta eſt,
jamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
tum pietate gravem & meritis ſi fortè virum quem
conſpexêre, ſilent, arrectisque auribus adſtant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Sic tu medio in armorum ſtrepitu flexanimâ, juſtis modulis tempera-

Digitized by Google

peratâ, partim persuadendi, partim cogendi acrimoniâ tantum efficiebas, ut mirabili dicendi vi & hortandi facultate irreperes in sensus, novas opiniones insereres, veteres evelleres, inclinantes erigeres, stantes inclinares, adversantes & repugnantes ut Imperator bonus ac fortis pelleres.

Tantum Tibi in hac debetur catastrophe, quantum illis olim, qui capitolium ab armis Gallorum atque insidiis defenderunt. Per te factum est, ut non modò tota rerum summa non amitteretur, verùm etiam tot procerum iræ amoris fierent reconciliatio.

Digitized by Google

Marpesiæ cautis instar omnes fortunæ eludis impetus, extra fortunæ aleam positus. Sæpius quidem tua patientia impugnata fuit, sed nunquam expugnata.

Emeritis vitæ stipendiis jam licet extremum ævi cardinem premas, septuagesimo propior, quàm sexagesimo, in stadio currere non desinis. Cum sapientibus Romanis Vacunæ extra urbem trans Tiberim ædem statuis, non in urbe. Nunquam quiescis.

Ut sol in medio Planetarum regiam sibi figens sedem, perpetuo agitatus cursu, & cor in microcosmi residens throno, interrupto motu

Digitized by Google

motu ceu in circulo & caput & pedes verſus ex æquo diſtribuunt partibus Veſtalem illum ſacrum ignem vitalem, influentemque ſpiritum; ita etiam tu ſummis & imis TRAJANI VESTRI ſubditis nectareos juris & æqui diſtribuis ſuccos, lucidam ſubminiſtras flammulam, tam invictâ conſtantiâ, tam mirabili arithmeticâ proportione, ut quod queratur habeat nemo, quo lætentur, habeant omnes.

Auguſtus Cæſar, cui plura quàm ulli unquam obveniſſe tradunt feliciter, non deſinebat quietem ſibi precari & vacationem â republicâ

Digitized by Google

blicâ petere, identidemque repetebat, aliquando ſe victurum ſibi.

Tu verò dictam tibi putas legem & ſcriptam: τὸ μὴ λιπεῖν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα, *non deſerere ordinem, non fugere, non abjicere arma*.

Vita tua eſt militia. Militas bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam.

Seculi noſtri es Ulyſſes, conſiliator maximus per Europæos tractus ob dicendi & conſulendi felicitatem famigeratisſimus. Debentur tibi noſtrarum ad conſilia medica pertinentium meditationum primitiæ. Non deſperant cum auguſto felicique nomine tuo viam

Digitized by Google

am terere posse æternitatis, si ab illustri nomine tuo in famæ pependerint delubro.

In statione vis mori, cinctus lumbos balteo constantiæ, indutus thorace fidei, munitus scuto veritatis, salutis tectus galeâ, armatus gladio spiritûs, justitiæ fulgens ense, & æqui bonique omnia expendens lance.

Fiat id serò. Sis hominum recreator diuturnior, quàm Divorum comes maturior.

Intereà apprecor senectutem floridam, viribus animi vigentem & corporis. Quot annis sis major, tot fias vegetior. Quot attin-

gis horas, tot amœnitatum novarum videas flores.

Inumbrent te flores constantiæ in adversis, ne cespites: moderationis in secundis, ne luxuries: patientiæ contra tela invidiæ, ne tristeris. Quo facilius potes ulcisci, eò promtius ignosce, ut majorem quæ contemtu injuriarum & criminationum acquiritur, nanciscaris gloriam.

Non sit excellentia dierum tuorum labor & dolor, sed vigor & honor.

Hoc orationem obsigno voto sermonis fine magis, quàm gratiæ, quæ nunquam desinet esse perpetua,

tua,

Digitized by Google

tua,& interpretem memoris animi, devotæque obſervantiæ monumentum, præſentem offero, & in gratiæ tuæ templo dedico libellum.

Ut teſtimonium eſt meæ in te devotisſimæ voluntatis firmiſsimum, ita tu illi ſis refugium tutisſimum. Quia laus non ſufficit ex illis, quæ ſcripſi, patere, ut altera accedat ex te, cui inſcripſi.

Dabam in Athenæo Salano, ANNO M DC LXVIII. pridie Cal. Septembris,

perilluſtris
MAGNIFICENTIÆ TUÆ
cliens devotiſſimus
GUERNERUS ROLFINCIUS,
Ph. Med. D. Practicæ & Chimiæ
Profeſſor, Academiæ Senior.

Digitized by Google

NOMINA
DNN. CONSULTANTIUM,
qui partim in ſplendididis officiis jam ſunt conſtituti, & titulo Doctorum, Licentiatorumque gaudent; partim verò Practici vivunt famigerabiles.

I.

Johannes Godofredus ab Hellenbach, Nobilis Hungarus.

II.

Johannes Sigismundus Engelhaupt/ Smalcaldia-Francus.

III.

Johannes Schreyer/ Cizenſis.

IV.

Johannes Chriſtianus Mackius, Coburgo-Francus.

V.

Hieronymus Chriſtophorus Erlichius, Gothanus.

VI.

Johannes Georgius Sommer/ Mellenbachio-Schwartzburgicus.

VII. Flo-

Digitized by Google

VII.

Florianus Gerstmann/ Silesius.

VIII.

Theodorus Rollius, Wschovensis Polonus.

IX.

Caspar Gigas, Megaglogâ-Silesius.

X.

Anthonius Güntherus zur Helle/ Oldenburgensis.

XI.

Johannes Christianus Friderici, Wratislaviensis.

XII.

Balthasar Löschebrand/ Heilbronnensis.

XIII.

Fridericus Gerberus, Zittâ-Lusatus.

XIV.

Christophorus Lipstorpius, Lübecensis.

XV.

Johannes Jacobi, Brunovicensis.

XVI.

Christophorus Knaut, Hallensis Saxo.

XVII.

Augustinus Henricus Fasch, Arnstadiâ-Thuringus.

Digitized by Google

XVIII.
Christophorus Relovius,
Hamburgensis.
XIX.
Rudolphus Wilhelmus Krauß/
Numburgensis.
XX.
Georgius Adamus Dummer/
Ratisbonensis.
XXI.
Stephanus Zigemarius, Brunovicensis.
XXII.
Bartholdus Horneius, Helmstadiensis.
XXIII.
Johann Georgius Breuning/
Budissâ-Lusatus.
XXIV.
Jacobus Schäffer/ Hallensis Saxo.
XXV.
Christianus Schäffer/ Görlitio-Lusatus.
XXVI.
Hermannus Alhardus Cummius,
Hannoveranus.
XXVII.
Justus Hartranft/ Barbyâ-Saxo.

XXVIII. Mat-

Digitized by Google

XXVIII.
Matthias Zacharias Pilling, Pfiffel-
baccensis Thuringus.
XXIX.
Daniel Krüger/ Stargardiâ-
Pomeranus.
XXX.
Salomon Braun/ Chilonio-
Holsatus.
XXXI.
Johannes Antonius Clozius,
Butzbachio-Wetteravus.
XXXII.
Johannes Nicolaus Großhain/
Arnstadia-Thuringus.
XXXIII.
Andreas Thymius, Waltershusâ-
Thuringus.
XXXIV.
Andreas Wilhelmus Osann, Longo-
Salissâ-Thuringus.
XXXV.
Hubertus Köhnius, Lubecensis.
XXXVI.
Johannes Borgehlius, Lubecensis.

XXXVII. Bal.

Digitized by Google

XXXVII.

Balthaſar Chiliani, Coburgô-Francus.

XXXVIII.

Johannes Georgius Roßkamp/ Lippiâ-Weſtphalus.

XXXIX.

Jeremias Loſſius, Bornâ-Miſnicus.

XL.

Johannes Emmericus, Hirſchbergâ-Sileſius.

XLI.

Johannes Völſchönius, Wüſtrovio-Brunovicenſis.

XLII.

Johannes Chriſtianus Seminarius, Allendorfenſis Haſſus.

XLIII.

David Schreiber/ Mindâ-Weſtphalus.

XLIV.

Henricus Schröder/ Quackenbrugâ-Weſtphalus.

XLV. Jo-

Digitized by Google

XLV.
Johannes Wilhelmus Faust/ Hirschfeld. Hassius.

XLVI.
Johannes Noldenius, Corbaccô-Waldeccus.

XLVII.
Christianus Döring/ Trebnicensis Silesius.

XLVIII.
Adolphus Dreckmeierus, Lippia-Westphalus.

XLIX.
Irenæus Vehr, Berolinensis Marchicus.

L.
Samuel Ochlitius, Landsbergâ ad Wartham Neo-Marchicus.

LI.
Johannes Nicolaus Ewaldus, Gothâ-Thuringus.

LII.
Johannes Caspar Heim, Meinunga-Hennebergicus.

Digitized by Google

LIII.

Johannes Linck / Wasunga-Hennebergicus.

LIV.

Johannes Christianus Jehring / Plavia-Variscus.

LV.

Johannes Hartmannus Gramannus, Moscoviensis.

LVI.

Georgius Wolfgangus Wedelius, Sprembergâ-Lusatus.

LVII.

Georgius Hermannus Barthelдt / Rotembergâ-Hassus.

LVIII.

Johannes Christophorus Hübnerus, Zittâ-Lusatus.

LIX.

Johannes Georgius Trumphius, Goslaria-Saxo.

LX. An-

Digitized by Google

LX.

Andreas Matthias Volſchwetz, Clausthalenſis.

LXI.

Martinus Faber, Buzbacchio-Wetteravus.

LXII.

Chriſtianus Klinckhammerus, Trevirenſis.

LXIII.

Sigismundus Scholtz, Dantiſcanus.

LXIV.

Martinus Willichius, Hamburgenſis.

LXV.

Georgius Joachimus Elsnerus, Wratislavienſis.

LXVI.

Petrus Völcker / Hamburgenſis.

LXVII.

Gothofredus Davidis, Unnâ-Weſtphalus.

Digitized by Google

LXVIII.

Adamus Kauffendorff / Bregâ-Silesius.

LXIX.

Gothofredus Besserus, Olavio-Silesius.

LXX.

Daniel Dizius, Wratislaviensis.

LXXI.

Johannes Philippus Hilbrandt/ Nerolinga-Rhætus.

LXXII.

Johannes Henricus Führsenius, Bremensis.

LXXIII.

Johannes Richmannus, Lüneburgensis.

LXXIV.

Justinus Wigand, Danckmarshusa-Hassus.

LXXV.

Balthasar Sissenbach, Hirschberga-Silesius.

LXXVI.

Joachimus Adami, Zyllichensis Silesius.

DNN. RE-

Digitized by Google

DNN. RESPONDENTIUM NOMINA.

I.

Johannes Hartmannus Gramannus, Moſcovienſis.

II.

Georgius Wolfgangus Wedelius, Sprembergâ-Luſatus.

III.

Johannes Caſparus Heimius, Meinungâ-Hennebergicus.

IV.

Philippus Wernick, Friburgô-Miſnicus.

V.

Johannes Philippus Hilbrandus, Nerolingâ-Rhætus.

Digitized by Google

VI.

Henricus Jacobi, Hildeſienſis.

VII.

Adamus Hahn/ Goſſerſtadio-Thuringus.

VIII.

Caſpar Güntherus Clamerus, Oldenburgô-Friſius.

IX.

Samuel Ledelius, Soravia-Luſatus.

X.

Jacobus Auguſtinus Hünerwolff/ Arnſtadio-Thuringus.

XI.

Johannes Kisnerus, Mœno-Francofurtenſis,

XII. Jo-

Digitized by Google

XII.

Johannes Richmannus, Lüneburgensis.

XIII.

Johannes Jacobus Kislingius, Zittâ-Hexapolitanus.

XIV.

Antonius Hertzberg/ Wismaria-Megapolitanus.

XV.

Andreas Nitzſchius, Budiſsâ-Luſatus.

XVI.

Andreas Persike/ Haldenslebio-Magdeburgenſis.

XVII.

Stephanus Zillingius, Sangerhuſâ-Thuringus.

XVIII. Jo-

Digitized by Google

XVIII.

Johannes Jacobus Godfridus, Osnabruga-Gueſtphalus.

XIX.

Johannes Bartholomæus Hofmeiſterus, Wildungâ-Waldeccus.

XX.

Daniel Godofredus Kluge/ Stolpâ-Pomeranus.

XXI.

Immanuel Guilielmus Ayrerus, Noribergenſis.

XXII.

Chriſtophorus Henricus Ruperti, Altenovienſis.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI, ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ,

ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBERI

explicat medicinæ & methodi consultatoriæ naturam in genere.

SECTIO I.

indolem, divisionem, utilitatem, nobilitatem, & differentias ejus proponit.

CAPUT I.

Consultatio est vel solitaria vel socia.

SPecialis consultatoria medicina de hoc vel illo homine *ὡς ἐν ἀτόμῳ, ut in individuo*, quatenus sanitatis & morbi capax, sollicita, voce vel scripto, socia est vel solitaria.

SOCIA cum Diis instituitur, vel cum hominibus.

Socia cum Diis duplex: vera,

SOCIA cum DIIS instituta olim frequenti erat in usu. Hæc rursùm duplex erat: vera, vel simulata.

VERA instituebatur ἐν τῇ ἐγκοιμήσει *in incubatione* nocturnâ, quâ cum nondum notum Græciæ medici nomen esset, ægroti se in Aesculapii templum conferebant, τὸ μαντεῖον τῶν ἐγκοιμωμένων *oraculum incubantium* consulturi.

Illic dormientes, per somnium, eorum quæ salubria essent, admonebantur: morbo autem liberati, votivam Aesculapio tabulam suspendebant, quâ, quo convaluissent, remedium erat consignatum.

simulata.

1\. SIMULATA instituebatur exemplo Numæ Pompilii, Romanorum regis, qui imitatus Minoem Cretensem & Lycurgum, *autore Dionysio Halicarnassæo & Tito Livio*, ut imperitæ multitudini Deorum metum injiceret, eundemque descendere ad animos plebis, sine aliquo miraculi commento, cum non posse videret, simulavit sibi cum Dea Aegeriâ nocturnos esse congressus, ejusque monitû, si quæ Diis essent acceptissima sacra, instituere prætendebat.

2\. Hujus exemplo fortè Galenus, ut arterias aperiendi usum introduceret, quò melius Erasistratæorum opinionem, nullum sanguinem in arteriis contineri statuentium, exstirparet, non humanis sed divinis consiliis rem aggrediendam decernebat, &, ut *ipse* refert *libro de curandi ratione per sanguinis missionem cap. 23.* somnio se monitum ægris persuadebat, de necessario hoc morborum sanandorum præsidio.

Socia consultatoria exercitatio cum hominibus antiqua est. In Græciâ usitata.

SOCIA CONSULTATORIA de ægrotantibus exercitatio, cum paris sortis hominibus & medicis, vetustate originis celebris est.

Cous libro de præceptionibus jubet alios medicos consilia communicandi gratiâ accersi. Duas etiam addit rationes. *οὐκ ἄσχημον δὴ, οὐδ᾽ ἤν τις ἰητρὸς στενοχωρέων τῷ παρεόντι ἐπί τινι νοσέοντι καὶ ἐπισκοτεόμενος τῇ ἀπειρίῃ, κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν εἵνεκα τῆς ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνεργοὺς γενέσθαι ἐς εὐπορίην βοηθήσιος. Neque sanè indecorum fuerit, si medicus in rei præsentis angustiâ circa ægrum versatur, imperitio*

Digitized by Google

ritiæ etiam tenebris circumfusus, alios quoque accersi jubeat, quo communi consilio, quæ in rem ægri sunt, disquirantur, & illi ad præsidiorum facultatem operas suas conferant.

Antiqui Romani postquam medicos civitate donarant, *& in Latio.*
quoties gravis aliquis morbus præcipuam personam impetebat, 1.
jubebant illos in templo PACIS congregari, ut de ægri salute placidè sine altercatione conferrent.

Hanc sociam consultandi consuetudinem Galeni tempore 2.
Romæ etiam fuisse in usu, nullum dubium. Ex pluribus locis demonstrari potest, multos alios medicos cum ipso uni
ægro adstitisse. Refert 3. *de locis affectis cap. 10.* & 3. *de administ.* 1.
anat. cap. 1. quod vocatus fuerit ad Pausaniam Syrum Sophistam, qui ex alto curru cadens in terram, stupore manuum correptum se conquerebatur. Prior medicus cum remediis manui applicitis nihil effecisset, ille eadem remedia spinæ dorsi applicuit, sicque ægrum magnâ cum laude restituit.

Sole meridiano clariùs idem elucescit ex 10. *meth. meden-* 2.
di cap. 3. quo refert se vocatum ad juvenem tertianarium, quem Diatritarii triduanâ inediâ suâ ferè enecaverant, cùm liberè à sententiâ eorum discessisset, atque acerbis verbis eos increpasset, ita Diatritariorum animos commovisse, ut irati abitum etiam pararent: se verò facetè januam clausisse, & invitis illis præsentibus ægrotum præ fame moriturum ptisanâ & vinô refecisse.

Non minùs clarè idem patet ex 8. *meth. med. cap. 2.* Era- 3.
sistrato atque alii etiam medico ad febricitantem ephemerâ vocatis se supervenisse memorat. Ejusdem consuetudinis meminisse videtur *lib. de præcogn. ad Posthum. cap. 2.* referens, aliquot medicos adfuisse uni quartanario. Et *cap. 3.* multos ad unum paroxysmum vocatos. Hi sine dubiô discurrerunt de agendis, & consultationes medicas instituerunt.

Nondum inveteravit hæc consuetudo, sed laudabile hoc institutum etiamnum viget in non paucis Hispaniæ, Galliæ, & Italiæ locis. Parisiis inprimis & Patavii, ubi raro morbus gravis curandus suscipitur, quin conjunctis plurimorum consiliis, si res postulare videatur, de agendis deliberetur. *Nostro etiam seculo in usu est.*

Digitized by Google

Modestia est exercitatio.

Æquum est, medicos hoc temperamentum modestiæ suæ indicere, ut cum multa norint, aliqua didicisse non pigeat. Levia ingenia, cum nihil habeant, nihil sibi detrahunt. Egregia & magnarum rerum habentia fiduciam, etiam in perspicuis rebus aliorum requirunt judicium: sicque dubitando plura discendi occultant desiderium, & occultando aperiunt.

Rei difficultas partim, partim humanitas, & de ægris benè merendi desiderium ad aliorum opem implorandam prudentes excitare debet medicos.

CAPUT II.

Consultatoria socia exercitatio & communicatio, utilis est ægro.

Duo in arte attendenda.

DUo sunt in arte nostrâ principalissima & medico præprimis optanda, ægrotantis nimirùm utilitas, propriaque gloria. Illa quanquam ex aliis medici operibus seorsim accepta locum sibi vendicant singula, cùm ex congruâ præsidiorum administratione maximum ægroti commodum, ex futuri autem eventus prædictione summam medici gloriam consequantur, in consultationibus tamen utraque se offerunt, & in unum conspirant. Ex utrisque magna ad medicum gloria, & ad ægrum redundat utilitas.

Commoda ægri amplissima sunt.

ÆGROTI COMMODA magna sunt! omnia enumerare longum foret. Unum sufficiat, quod instar omnium.

1. Conqueritur *Plinius lib. XXIX. cap. 1.* vel eô nomine miseram esse ægrotantium conditionem, quod vitam suam alienis manibus credentes, in solo medici præcepto acquiescere cogantur.

Nemini nostrum, *inquit*, scire licet, quid salutis suæ opus sit. Alienis pedibus ambulamus; alienis oculis agnoscimus; alienâ memoriâ salutamus; alienâ vivimus operâ. Hanc conquerendi occasionem consultatio tollit, quâ medicus ægrum clarâ voce in morbi sui cognitionem ducit, & quibus morbum debellaturus sit remediis, publico omnium, imò ipsius etiam ægri judicio exponit, ut in dubiis rebus certam spem

Digitized by Google

spem concipere, & haud dubiam sibi sanitatis recuperationem polliceri possit.

Undè quæso majorem utilitatem nancifcentur infirmi, 2.
quàm ex amico colloquio plurimorum doctorum virorum, qui de eorum affectibus differentes ex symptomatibus partem affectam & affectum ipsum cum suis causis eliciunt, quid de eventu sperandum sit declarant, plurimaque proponunt remedia, non ratione tantùm inventa, sed etiam experientia comprobata. Nonne bonam recuperandæ sanitatis spem concipiet, cum intelliget, tot tela esse parata, quibus inimicum vitæ suæ transfigere volunt, tàm pulchro ordine disposita & benè præmeditata: redibit in præcordia virtus, junctisque viribus collapsa natura resurget, & cum morbo adjuta medicamentis pugnam inibit & vincet. Omnia sano consilio cedunt, & quemadmodùm bella non armis magis, quàm consilio geruntur, ita quoque non adhibitis inconsideratè præsidiis, sed deliberatâ consultatione inventis morbi profliguntur. Omnia hæc feliciùs evenient, si plures congregati sint. Plus vident oculi, quàm oculus; nec uni soli semper contingit adire Corinthum. Malè res succedere non potest, si diligenter & exactâ habitâ deliberatione rem aggrediantur.

Cùm urbs vel castellum aliquod expugnandum est, ini- 3
micus præsidiarius miles expellendus, capitanei periti non subitò tormenta bellica ostendunt muris, non subitò igneos projiciunt globos, sed adhibitis in consilium prudentissimis deliberant, quô locô tentare fortunam expediat, quô tempore se movere sit ex usu, descensuri in aciem primùm vires hostium explorantes, de armis posteà, quibus sit utendum, constituunt.

Hoc prudentem Græcorum ducem Agamemnonem observâsse, testis est omnis prudentiæ bellicæ oceanus Homerus, *2. iliados versu 371.* dum eum, raptus Helenæ formosissimæ ulciscendæ causâ Trojam cum obsideret, fingit non semel concilium convocasse, sententiaque fratris Menelai, Ulyssis, & inprimis Nestoris explorasse, cujus πολυφραδμοσύνην tanti fecit, ut exclamaret:

αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον
τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

4. Similis nobis incumbit cura, qui in ægrorum consortio sumus, quod in bello DUCES, antequàm vitæ humanæ hostem ægritudinem ex Trojâ hâc corporis nostri medicamine ullo eliminemus, plurimorum nobis consilium adeundum est, ut confirmato animo omnes hostis impetus eludamus, eundemque tutâ aggrediamur viâ. Hoc ipsum nullâ faciliùs ratione assequemur, quàm si unitis judiciis & congruentibus multorum sententiis suscipiantur, quæ sunt agenda: modò absit, quæ nonnunquàm amicissimis se immiscet colloquiis, altercatio, quam damnat *Plinius loco citato*, cum miseras *ait* esse medicorum circa ægros concertationes, nullo idem censente, ne accessio fiat alterius. *Subjungitque* infelicis monumenti inscriptionem, quâ notari moriturus jusserat, turbâ se medicorum periisse.

CAPUT III.

Consultatoria socia exercitatio & communicatio gloriosa est medico.

GLORIAM MAGNAM sibi rectè consultantes promittere posse quis non videt? dum munere hoc rectè functi vitæ hominum optimè consuluisse videntur.

Hippocratis sententia.

Innuit *Hippocrates libro de victûs ratione in acutis com. 1. t. 10. & seqq.* quod *οἱ μὲν ἰδιῶται οὐ κάρτα γινώσκουσι τοὺς ἐς ταῦτα διαφέροντας τῶν πέλας*, *ignorantes non admodum cognoscant eos, qui* in dignotione acutorum & pestiferorum morborum à sporadibus, *aliis præstant. οἱ μὴ ἰητροὶ, ἰατροὶ δοκέουσιν εἶναι*, addit *t. 12. qui non sunt medici, medici esse videntur.* Cum eadem medicamenta nominent, quæ medici boni, ut prisanæ cremorem, vinum, melicratum.

à Galeno confirmatur,

Confirmat id *Galenus in com. t. 12.* cum iisdem materiis, quæ ad victûs rationem spectant, *οἵ τε βελτίους ἰατροὶ, καὶ οἱ χείρους χρῶνται, διὰ τούτων τοῖς ἰδιώταις ἀδιάγνωστος ἐστὶν ὁ βελτίων, οὐκ εἰδόσι διακρίναι, τίνες μὲν ἐν καιρῷ καὶ μετὰ τῆς δεούσης*

Digitized by Google

δεούσης ποσότητ☉ τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων τοῖς κάμνουσι προσφέρουσι. τινὲς δὲ ἄνευ τούτων, *medici utantur tam boni quàm mali, ob id, quisnam melior sit, dignoscere nequeunt idiotæ: utpote qui discernere non possunt, quinam tempestive & debito modo præsidiorum materias ægris administrent, & quinam citrà hæc.*

Nostro tempore idem contingit, communem habent tam docti quàm indocti medicamentorum chirurgicorum, pharmaceuticorum, & diæteticorum materiam: utrique præscribunt recepta, ut vocant, & formulas in pharmaceuticas officinas, inde rude vulgus & imperitum rectum de vero medico judicium facere non potest: Hinc nemini non licet impune experimenta per mortes agere, & periculis hominum discere, cum maximo artis abusu, & internecionis periculo. Huic malo nullâ facilius ratione obviam iri potest, quam hâc sociâ consultandi ratione. Inde sæpe fit, ait *Argenterius de ratione consultandi*, ut qui diu habiti sint eruditissimi, inscitiam suam detegant, atque ineptissimi judicentur: sæpe quoque doctissimos quosque neglectos esse deprehenditur, quique imperitissimi censebantur, evadant omnium præstantissimi. *& nostri seculi exemplis illustratur:* 1.

Imprimis autem majora incommoda ceu fonte ex novo propullulant, cum eo deventum jam sit, ut nemo non medicorum domestica crepet arcana, singularia, maximæ in variorum morborum noxam animositatis, aliis non propalanda. Fugiunt hi colloquia potiùs, quam amplectuntur, imò potiùs alios vilipendunt: imitati Asclepiadem Prusiensem, qui ætate Pompeji ex oratore factus medicus ceteros medicos improbavit, & singulari in curandis ægris ambitione, aliorum medicorum præsidia, quæcunque fuissent, sive bona sive mala, rejicere consuevit. Inde etiam ἕξιν ἀντιλογικὴν ἢ ἀπολογικὴν *habitum contradicendi* induisse & exercuisse scribitur. 2.

CAPUT IV

agit de consultatoriâ solitariâ exercitatione in particularibus exemplis.

SOLI-

Digitized by Google

Solitaria consultandi ratio utilis.

SOLITARIA consilia scribendi & habendi ratio etiam summè proficua est. Ingenuè *Reinerus Solenander in præfat. consil. medicinalium* ait, se quidem, dum medicinam per multos annos fecit, legisse practicorum libros non sine fruge, sed longè majorem utilitatem hausisse ex consultantium libris quàm practicantium. Verissimum est de multis practicis, quod *Cornelius Gemma* scribit de Galeno, illum licet fuerit exercitatissimus, plurima tamen non tam ex rerum usu, quàm accuratâ mentis indagine & ratione constituisse. Quæ in practicorum libris traduntur, omnia propemodum ex Galeni libris de morbis & symptomatum causis, de comp. medic. secundùm genera & loca, ex commentatoribus Avicennæ, Nicolao Florentino, Gentili Fulginate, & aliis sunt transcripta, & ita tractata, ut nulli privato adfectui in ægris, nisi magno negocio applicari queant. Quæ verò in consultantium libris traduntur, privatos concernunt ægrotos, offerunt nobis notitiam mediorum, quibus hic Socrates, hic Petrus curetur, ab hoc vel illo morbo, cum his circumstantiis rerum naturalium, non naturalium, & præter naturam, neque semper ab uno morbo, verùm complicatis contrariis vel oppositis, quo ipso universalia præcepta in particulari subjecto ad usum trahuntur.

CAPUT V.

In arte medicâ consultationem locum habere ostenditur.

RAtio à naturâ artis petita confirmat thesin hanc.

In genere. IN GENERE in omnibus artibus consultatio habet locum. Ergò etiam in medicina.

Probatur antecedens Philosophi autoritate ANTECEDENS probatur AUTORITATE. *Philosophus ethic. Nicomach. lib. 3. cap. 5.* minus in scientiis, magis in artibus, βουλεύσει *consultationi docet* esse locum. *μᾶλλον γὰρ περὶ τὰς τέχνας διστάζομεν, magis enim in artibus ambigere consuevimus.*

1. ratione rei ipsius, Mox modum consultandi in artibus expignat, eumque duplicem: 1. aliis adhibitis in consilium in rebus arduis. *συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες ἡμῖν*

Digitized by Google

ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς οὐχ ἱκανοῖς διαγνῶναι. *Ad magnas res consultores adhibere consuevimus, nobis ipsis diffidentes, quasi sufficere ad discernendum soli nequeamus.* 2. de mediis consultationem *ait* esse: βουλευόμεθα δὲ οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη. *Non consultamus de finibus, sed de mediis ad finem ducentibus.* *2. modi consultandi.*

Singula hæc locum habent in medicinâ.

IN SPECIE, in medicinâ etiam habet locum consultatio. Clarè *Philosophus in progressu*: 1. βουλευόμεθα περὶ τὴν ἰατρικήν, καὶ χρηματιστικήν, καὶ περὶ κυβερνητικήν, *consultamus de iis, quæ ad medicam & pecuniariam, & gubernandi artem spectant.* *In specie, ratione 1. rei,*

2. De mediis medicinam consultare *addit*, non de fine. οὔτε γὰρ ἰατρὸς βουλεύεται, εἰ ὑγιάσει. οὔτε ῥήτωρ, εἰ πείσει. &c. *Non enim medicus consultat, an sanare, nec politicus an legibus patriam bene instruere debeat.* *2. modi.*

CAPUT VI.

Dubitatio resolvitur.

QUod consultatio nullum in medicis actibus habeat locum, videtur declarari posse ex 2. *physicorum cap. 8. t. 86.* quo docetur: quod ἡ τέχνη οὐ βουλεύεται, *ars non consultat.* *Ὑποφορά*

Cum verò medicina in artium habeatur numero, inferri posse videtur, illi actum talem non competere, eoque ipso priori thesi contradicere.

Locum Aristotelis cum pressiùs intuemur, ex eo evinci non potest, ARTEM NON CONSULTARE. Apertissimum ex contextu est, quosdam negasse, naturam agere propter finem, hanc ob rationem: *resolvitur.*

Quicquid non consultat, non agit propter finem. *Argumentum 1.*
Natura non consultat,
E. natura non agit propter finem.

Ad majorem loco instantiæ utitur philosophus exemplo artis, quod scilicet ars non consultet, eam tamen finem in operationibus suis respicere, esse in confesso. *explicatur*

Sufficit omninò scopo & intentioni Aristotelis illam propositio-

positionem ut in parte veram accipi, nempe ita: Non omnis ars deliberat, vel non in omnibus ars deliberat, non in iis nimirum quæ perspicua sunt, neque quidquam dubii continent. Ut faber non consultat, an clavem facere debeat ex ferro, an ex ligno, sed sine ullâ deliberatione ex ferro facit. Omnis tamen ars in omnibus suis operationibus propter certum agit finem.

Patet igitur particularitatem propositionis illius satis esse ad infringendam universalitatem illius majoris: quicquid non consultat, non agit propter finem.

Ad verba Aristotelis responsio. Dum consideramus illa Aristotelis verba; QUOD MAXIME MANIFESTUM est, cum aliquis sibi ipsi medetur: comparat in hoc textu artem cum naturâ, quatenus utramque propter finem agere asserit.

Objectio. Sed quia posset quis OBIICERE, non eandem rationem artis & naturæ esse, cum principium motus internum sit, ars verò externum, sicut οἰκοδομικὴ non in lignis & lapidibus, ex quibus domum conficit, existit, sed in artifice, qui est aliquid extra ligna & lapides constitutum.

Resolutio. Respondet *Aristoteles*, discrimen illud nihil facere ad præsens negotium, neque aliquid esse principium internum, impedire, quò minus propter finem agat.

Cõfirmatio resolutionis. Hoc probat duobus modis *1. usurpando hypothesin impossibilem.* Si ars extruendæ navis, vel domus, in lignis inesset, similis esset naturæ, dum ageret ut principium internum & nihilominus ageret propter finem, sicut nunc agit.

1.

2. 2. Exemplo medici, dum seipsum curat. Est enim tunc principium internum medicationis, licet ex accidente, sicut docuerat *cap. 1. illius libri*, æquè tamen agit propter finem, ac si esset principium externum. Dum enim ipse medicus sumit medicamenta, non minùs id facit sanitatis gratiâ, quàm quando ea alteri exhibet.

Explicatio verborum: quod maximè manifestũ est. Evidens ex dictis est 1. Aristotelem illis verbis, QUOD MAXIME MANIFESTUM EST, CUM ALIQUIS SIBI IPSI MEDETUR, non uti ad probandum, artem non deliberare, sed ad ostendendum ex eo, quod aliquid sit principium internum,

Digitized by Google

num, non posse inferri, ipsum non agere propter finem.

2. Evidens est, id, quod *3. ethic. cap. 3.* asseritur, medicinam vel artem medicam uti consultationibus, NON PUGNARE cum alterâ propositione, ars non consultat, cum id, quod de genere particulariter negatur, possit de aliquâ specie vel pluribus etiam speciebus affirmari. 2.

CAPUT VII.

An socia consultatio debeat fieri in publico.

IN Patavino Athenæo consultationes medicæ habentur in publico, coràm plurimis auditoribus, consanguinitate junctis, & aliis, imprimis studiosis, qui magno numero concurrunt, & bonâ admittuntur cum gratiâ. Pro reverendissimo Episcopo quodam Polono habebatur consultatio, in coronâ plus quàm centum studiosorum medicinæ, maximo cum applausu. In capite cœnaculi considebant quatuor GRANDES ejus nationis: MINISTRI ad latus stabant quatuor, honoratâ veste induti, immoti, instar cautium. Ex altera parte locatæ erant sellæ quatuor, quibus insidebant medicinæ lectores primarii: Dominicus Sala, Benedictus Silvaticus, Adrianus Spigelius, Antonius Niger, qui nobilitatem sanguinis haud aliâ ratione meliùs, quàm scientiæ hæreditate exornandam duxerunt, Equites D. Marci, dicendi & sapiendi arte ut excellentes, ita & medendi peritiâ illustres. Magnâ hi gravitate de naturâ affectus disserebant. In potissimis consensus, in paucis dissensus, sed amicitiæ gratiâ plenus. Dicta eorum, oraculorum æmulata eminentiam, devotâ ab omnibus excipiebantur veneratione.

In publico fit Patavii.

At *Ludovicus Septalius animadversionum lib. 1. t. 12.* jubet, congressus tales seclusis fieri arbitris, ita ut neque affines & domestici admittantur. Liberius sic proferuntur sententiæ, atque facta à primo medico, si quando correctione indigent, corrigi liberè possunt, sine notâ ignorantiæ, quæ si firmis rationibus erunt firmata, facilè à medico admittentur; si verò palàm, & domesticis audientibus proponantur, ab eodem mordi-

In privato Mediolani.

Digitized by Google

mordicùs defendentur, etiamsi falsum defendere se cognoverit, ne, si mors subsequatur, illius causa in eum referatur. Unde perpetua dissidia inter medicos oriuntur, quod antiqui Patres nostri in hâc nostrâ urbe, & nostro collegio observantes, lege caverunt, ne consultationes medicæ publicè haberentur; unde etiam tanta concordia inter medicos magnæ hujus urbis semper perseveravit, ut inter tàm multos vix unum reperias, qui alium ad medicas consultationes non admittat.

In Germaniâ quare raræ habeantur consultationes, privatæ & publicæ, satius est silentii velo involvere, quàm loquendo publicæ concredere notitiæ. Taciturnitas tutam habet mercedem.

In præsentiâ ægri nunquam.

In præsentiâ ægri, morbo incurabili laborantis, nunquam consultatio institui debet, ne auditâ mentione infelicis exitûs turbetur animo, qui corpore jam ante languebat infirmo.

Cum verò *τὸ μὴ ἀεὶ ἀληθεύειν non semper vera profiteri* liceat medico, convenire possent ante consessum de simulato prognostico, ut animus ejus in bonam spem erigatur, simul tamen admonere, & unanimi confessione arduæ rei eum obligare, ut curiosiùs omnia observet, ne quod per se magnum est, majus ægrotantis fiat negligentiâ.

Amicis interim veritas rei aperiri potest.

CAPUT VIII.

Dubitatio contra sociam consultationem proponitur.

QUamvis convocatio multorum medicorum nitatur *autoritate Hippocratis*, & duplici *ratione* fulciatur, utrâque gravi, ante allegatâ; videntur tamen contra sociam consultationem militare quædam momenta, quæ persuadere possunt, congressum plurium medicorum magis nocere, quàm prodesse ægro: illum autem ægrum meliùs consulere rebus suis, UNIUS, quem fide, doctrinâ, & peritiâ medicâ præfulgere & aliis præstare novit, qui se consiliis & regulis committit.

Objectio I.

I. Inter quos regnat æmulatio, contentio, invidia, ambitio

Digitized by Google

bitio, & vana gloriatio, illi in unum cœtum consilii gratiâ convocari non possunt cum emolumento ægri: Sed inter plures medicos regnat &c. E.

Major suâ luce radiat.

Minor probatur in Genere, exemplo artificum omnium, qui sine æmulatione vivere nesciunt, & altercatione,

> Ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
> καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
> καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Æmulus est vicini oculus, figuloque perosus est figulus, fabroque faber. Imò egenus egeno non est fidus. Odit mendicum mendicus, & cantorem cantor. Ita egregiè canit *Hesiodus 1. operum & dierum.* Contentiones hæ non solùm cadunt in vulgus, sed etiam in alios, fiduciam magnarum rerum habentes.

In specie medicum odisse suæ professionis medicum, ita certum est, ac Sol nullis nubibus cœlo obducto pleno meridie lucet. Non magis mendicus invidet mendico, quàm medicus medico. *Lindanus in selectis.* Ergò convocandi non sunt plures medici.

II. Quæ consultatio negligit occasionem agendi præcipitem, illa non magnifacienda. 2.

Sed consultatio plurium medicorum ad lectum ægri, negligit occasionem præcipitem rei benè gerendæ. E.

Minor probatur Consultatio quælibet habet certas partes. 1. Historia morbi proponitur. 2. Quilibet medicus RESOLUTIONEM meditatur, de διαγνώσει, προγνώσει, καὶ θεραπείᾳ sollicitus. Magnum temporis spatium requiritur ad hæc expedienda. Discrepant interdum de specie morbi, de parte affectâ, de causis. Hic ⊖, 🜍, ☿, crepat, nullos humores agnoscit, ille bilem, pituitam, melancholiam, serum, iste liquorem pancreaticum, acidum, & salsum lixiviosum biliosum, non nemo acorem stomachi corruptum. Sunt, qui fermentationi & circulationi impeditæ omne punctum deferunt. Altercantur inter se de eventu morbi. Cum ad AGENDA deventum est, tum primùm bella oriuntur. Aliqui nolunt esse, venam secandam; aliqui purgationem per vomitum vel alvum noxiam clamant.

mant. Hic illud secretum Paracelsicum, ille Helmontianum commendat. Alii his rejectis Galenicis insistendum urgent. *Ἰατρεμαθηματικὸς medicus astrologiæ deditus si adsit*, ille aspectibus cœlestibus, trigonis, quadratis, conjunctionibus, oppositionibus ventilatis, tempus exhibendi medicamenti differendum esse urget, contestatus, nisi fiat, actum esse de ægro. Interim occasio cervæ fugacis instar avolat, & de ægri luditur corio. *Τὰ πλείω τῶν πραγμάτων, autore Dione hist. Romana lib. 45. τοῖς καιροῖς ἢ ταῖς δυνάμεσι κατορθοῦνται. Plura negocia opportunitate occasionum quàm viribus rectè peraguntur.*

3. III. Quæ via medendi securissima, illa præferenda alii minus tutæ.

Sed via medendi, concreditâ curatione uni medico, securissima est.

Ergò præferenda alteri minus tutæ.

Major à nemine in dubium vocari poterit. Curatio illa optima, quæ tuto incedit fundo, & firmo nititur pede.

MINOR probatur inductione exemplorum in vitâ communi occurrentium. Securissimam viam æstimabant sapientissimi Romanorum Legislatores, uni concredere rei summam, cum unico tutore contenti à pluribus abstinebant. Philosophi monarchiæ principatum prætulerunt polyarchiæ. *εἷς κοίρανος ἔστω. οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.* Ita canit *Homerus* omnis fons sapientiæ. *Unus rex esto. Non est bonum plures regnare.* Pythagoras numerorum principium constituebat unitatem. Omnis perfectionis inchoamentum est unitas. In bello unus dux feliciter rem gerit.

GUSTAVUS ADOLPHUS, Rex Sueciæ potentissimus, summus belli præfectus, quoties non exstitit victor? Semper vicit. Venit, vidit, vicit, nunquam succubuit, cum tandem in p[illegible]io propè Luzam succubuit, succubuit victor.

Serenissimus Princeps BERNHARDUS solus campi dux, semper vicit. Ad Nordlingam cur succubuerit, notum.

Serenissimus Bavariæ Dux MAXIMILIANUS, in prælio montalbano propè Pragam, anno M. DC. XX. 8 Novembris, monito-

Digitized by Google

monitore venerabili P. Dominico à Jesu Maria, Carmelitano discalceato, modImperator solus, victoriâ fuit potitus.

Illustrissimus DORSTENSOHNIUS, SUECICAE militiæ generalis campi mareschallus, prope Lipsiam, & Janckowiz in Boemiâ, solus, consiliorum director simul, & victor exstitit.

Medicus est in consortio ægrorum, quod belli dux in prælio. Dimicandum ipsi est cum morbis, & pugnandum cum caussis & symptomatibus. Pugnat feliciter, cū solus consilia dirigit.

IV. Incommoda ex multis medicis in unum congregatis notoria sunt. Talis curatio minus tuta. Id probatur. Incommoda plurium potestatum multa sunt & magna. Invincibiles Romani à Gallis fuêre cæsi, & insigni clade in fugam versi, cum pluribus tribunis militaribus rei bellicæ curam commisissent, quæ unius imperio subjici debuisset. 4.

Adrianus imperator, hydropicus pluribus usus fuit medicis. Is jam morti proximus, imprudentiæ sibi tandem conscius in perpetuam rei memoriam sæpius edixit, & tumbæ suæ inscribi jussit: *ἀπώλεσεν πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδος τὸν βασιλέα, Multorum medicorum ingressus me perdidit.*

V. Ad confirmandum, convocationem plurium medicorum noxiam esse, ut oculis deprehendi, & manu palpari etiam queat, sufficit historia *Andreæ Mauroceni hist. Veneta lib. 12*, de convocatione medicorum Patavinorum & Venetorum. Dum illi certant & contendunt inter se de specie morbi, an sit pestilens febris, an vera pestis, de urbis luditur salute, virus malignum sumit vires. Senatus urbis saluti magis consuluisset, si solis Venetis pestiferam luem adserentibus medicis credidisset, urbemque peste infectam declarasset, aliaquè, ad contagium quæ faciunt amoliendum, adornasset. Sic seræ credulitatem non excepissent pœnitentiæ, nec tanta strages fuisset edita. 5.

CAPUT IX.

Succincta responsio.

IN PRIMO ARGUMENTO propositio major non est universaliter vera. Nam sæpè privatis gliscentes odiis, publici *Ad primum argumentum.*

Digitized by Google

blici boni causâ salutaria miscere possunt consilia, privatis sepositis affectibus. Laudabilem ferunt Venetiis esse morem, quod antequam in curiâ ad consultandum publicis de rebus conveniant, soleant ante vestibulum ejus omnes deponere amicitias, privatasque simultates inter sese apud S. Marcum, ut animum in consiliis liberiorem habeant. Ita etiam sæpe solent medici privatis æstuantes simultatibus, in publica & aliorum privatorum unanimes esse commoda.

Econtrà sæpe conjunctissimi amici paribus suffragiis ruunt in perniciem ægroti.

MINOR vocatur in dubium. Non omnes artifices æstuant æmulatione. Non omnes medici diffident animis. Generositas sanitatis sacerdotum major est, quàm ut à privati commodi amore se transportari sinant. Si qui morbo invidiæ laborent, prætereantur. *οὐδεὶς κακόζηλος εἰσίτω. Nemo pravus affectator ingrediatur.*

℞. *Ad alterum argumentum.*

II. Verum est, occasionem esse præcipitem, & in eâ magnum ad benè medendum esse situm momentum. *δεῖ ἀεὶ τοὺς πράττοντας ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς τὸν καιρὸν σκοπεῖν. Illi qui agunt, debent semper opportunitatem in medicinâ observare.* Cum salus ægri vacillat, properandum est, non cunctandum.

Non semper convocantur medici in agone, sed etiam in principio morbi. Negatur, occasionem in omni negligi consultatione. Ab illo, quod nonnunquam fit, non valet consequentia ad illud, quod semper fieri debet.

Dissensiones si quæ occurrant, de specie affectûs, de sede affectâ, causis, & aliis nonnunquam, sunt instar cotis & ferri, quæ mutuo attritu veritatis eliciunt ignem. Bellum hoc extorquet necessitas, pacem tenet voluptas.

Θήξας δὲ καὶ φῶτα ἀρετᾷ ποτι
πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νὴρ, Θεοῦ σὺν παλάμᾳ.
Acuens autem virum virtute,
(alius) vir ad ingens devexit
decus, DEI cum auxilio.

IN TER-

In TERTIO argumento negatur minor. Sæpe solitaria consultatio minus secura, tàm bellica quàm medica. SOLITARIA licet videatur, verè tamen socia est utraque. Explorantur IN CASTRIS & audiuntur, generalis locum tenentis, generalis excubiarum præfecti, colonellorum chiliarchorum animi sensa. Quod optimum, eligit supremi dux exercitus. Pari ferè sorte congregantur & medici. Unius oculi fides suspecta, plurium securior. Quæ plures adprobarunt, unus exsequitur. ℞. *Ad tertium argumentum.*

In QUARTO argumento non evincitur, unius imperii & curationis corpus unius animo regendum, & si secus eveniat, inde nasci incommoda. Potestates si sint subalternatæ, nihil inde timendum. ℞. *Ad quartum argumentum.*

Exemplum Adriani imperatoris id non evincit. De eo refert *Dion Cassius lib. 15. hist. romana*, eum solitum curare hydropem magicis artibus, seipsum autem eodem affectu correptum cum sanare non posset, nec mortem per *αὐτοχειρίαν* sibi ipse, nec alii inferre vellent, desperabundum, neglectâ omni diætâ, vivendi finem fecisse, prolatâ ante mortem dictâ sententiâ. Non facit Dio mentionem multorum medicorum. Periit vi morbi, & nullâ victûs habitâ ratione.

QUINTUM argumentum multum habet in recessu. Urbs ex Venereâ maris nata spumâ, medios inter maris fluctus educata, *δύο καινὰ καὶ παράλογα ἔχουσα, μεγέθους πρὸς τὸ κάλλος ἅμιλλαν, καὶ δήμου πρὸς πόλιν φιλονεικίαν, καὶ ἀμφότερα νικῶντα, duo nova habens & incredibilia, quod urbis amplitudo cum pulcritudine & magnitudo cum multitudine habitatorum ita certet, ut neutra alteri cedat*, postquam *Deo, sceleribus infenso & urbi, permittente*, fides habita sententiæ Hieronymi Mercurialis & Hieronymi Capivaccii, commerciaque relinquerentur libera, conversationesque promiscuæ, miram passa est stragem. Exemplum fortè sine exemplo, informans magistratum politicum, ut in oculis habeat vulgare dictum: Quæ libenter volumus, ea facilè credimus. Tanti tamen hoc non est faciendum, ut propterea omni dicam scribamus consultationi. ℞. *Ad quintum argumentum.*

CAPUT X.

De scriptoribus consiliorum, consultationum & observationum.

Synonymia inscriptionum. *Proprietates inscriptionum.* Tres hi tituli occurrunt in monumentis veterum & recentiorum. Observationum inscriptiones placent multis, quæ tamen ipsâ in re, maximâ ex parte cum prioribus conveniunt.

CONSILIA sunt effectus consultationum: HAE prævii actus. OBSERVATIONES emergunt ex consultationibus & consiliis.

BENEDICTUS VICTORIUS FAVENTINUS, in Academiâ Bononiensi theoreticæ medicinæ professor, priori seculo circa annum M. D. LI. edidit librum consiliorum.

Autores Itali. *Montanus.* JOH. BAPTISTA MONTANUS Veronensis, medicus per universam Europam celeberrimus, & in Academiâ Patavinâ professor ordinarius tria consiliorum scripsit voluminâ: unum de morbis partium, secundum de febribus, tertium de iis, quæ spectant ad chirurgiam.

Trincabellius. VICTOR TRINCAVELLA, Venetus, & in Antenoreo Athenæo professor magni nominis, scripsit consiliorum libros tres.

Augenius. HORATIUS AUGENIUS à monte sancto, medicus & philosophus præstantissimus, edidit consultationum libros aliquot.

Capo di Saccâ. HIERONYMUS CAPIVACCIUS, medicus olim Patavinus, librum posteritati conscriptum reliquit de medicâ consultandi & collegiandi ratione, & consilia quædam subjunxit.

Lælius à fonte. LÆLIUS A FONTE, Eugubinus, medicus Venetus, librum conscripsit consultationum medicarum.

Epiphanius. EPIPHANIUS FERDINANDUS Philosophus ac Medicus Messaplensis è Salentinis scripsit historias, seu observationes medicas centum.

Mercurialis. HIERONYMUS MERCURIALIS Foro-juliensis, Patavini archi-gymnasii professor, scripsit quatuor libros consiliorum.

Claudinus. JULIUS CÆSAR CLAUDINUS Philosophus & Medicus professor Bononiensis edidit responsionum & consultationum medicinalium tomum unicum.

RODERI-

Digitized by Google

RODERICUS FONSECA Ulyſſipponenſis in Patavinâ theoreticæ profeſſor celebris ſcripſit duos libros conſultationum utibili operæ pretio. *Fonſeca.*

JOH. BAPTISTA CORTESIUS olim in Bononienſi, pôſt Meſſanenſi Lector celeberrimus, conſiliorum medicinalium libros edidit. *Corteſius.*

BENEDICTUS SILVATICUS, Patricius Patavinus, & Divi Marci eques, in celeberrimo lyceo patrio medicinæ practicæ profeſſor ſupraordinarius, gravitate verendus, omnium ſeculorum memoriâ dignus & in tantum laudandus, in quantum intelligi virtus poteſt, poſteritati reliquit conſiliorum & reſponſorum medicinalium centurias quatuor. *Silvaticus.*

LUDOVICUS MERCATUS, medicus à cubiculo Philippi III. Hiſpaniarum, & novi orbis ſeu Indiarum Regis catholici potentiſſimi, ac protomedicus, & in valle-ſoletanâ academiâ primariæ cathedræ profeſſor emeritus, reliquit conſultationum medicinalium librum unicum. *Inter Hiſpanos eminet Mercatus, artis medicæ ornamentum, & incrementum.*

REINERUS SOLENANDER Ducis Clevenſium medicus famigeratiſſimus edidit in lucem ſectiones quinque medicorum conſiliorum. *Germani. Solenander.*

LAURENTIUS SCHOLZIUS medicus Vratislavienſis typis exſcribi curavit conſiliorum medicorum librum ſingularem, in quo variorum medicorum, imprimis JOHANNIS CRATONIS conſilia excellunt. *Scholzius.*

GREGORIUS HORSTIUS, philoſophus & medicus incomparabilis, Archiater Haſſiacus, & protomedicus reipublicæ Ulmenſis famigerabilis, obſervationes ſingulares medicinales ſtanno exſcribi curavit. *Horſtius.*

PETRUS LOTICHIUS Medicus, Philologus & poeta inſignis, ſex conſiliorum libros reliquit. *Lotichius.*

JOHANNES FERNELIUS Ambianas, in Pariſienſi academiâ profeſſor regius, conſiliis quibuſdam poſteritatem juvare voluit. *Inter Gallos eminet Fernelius.*

LAZARUS RIVERIUS conſiliarius & medicus regius, & in univerſitate Monſpelienſi medicinæ profeſſor, obſervationum centurias aliquot in lucem edidit. *Riverius.*

Digitized by Google

Belgarum medicorum princeps Forestus. PETRUS FORESTUS Alcmarianus, medicus Delphensis, scripsit observationum & curationum medicinalium libros XXVIII.

CAPUT XI

differentias methodi consultatoriæ proponit.

Differentiæ methodi consultatoriæ. TRes adsignari queunt: curatoria, præservatoria & composita ex utrâque. Unius indolem qui pernovit, eum reliquarum non potest latere cognitio.

1. *Præservatoria.* PRAESERVATORIA sanitatem conservandam, ne in hunc vel illum morbum individuum incidat, respicit. Timentes sibi à contagiosis morbis, febribus ardentibus, malignis, petechialibus, dysenteriâ malignâ, imò etiam non contagiosis, apoplexiâ, vertigine & aliis, consulunt medicos, implorantes auxilia, quibus se tutari queant. Illustris & generosus Jacobus Uhlfeldius, potentissimi Danorum Regis Cancellarius, XI. filiorum parens, cum Hierosolymam meditabatur, consilium tuendæ sanitatis petiit & impetravit ab Hieronymo Capivaccio, professore famigeratissimo Patavino. Hoc munitus rediit salvus, DEO sospitatori & Medico consultori agens gratias. Cum Perillustris & Generosissimus Dn. Dn. Otto Wilhelmus à Königsmarck, Comes in Westervvick & Stegholm; Academiæ nostræ Rector magnificentissimus, Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Hispaniam, Malthensemque Insulam aditurus esset, uberioris ingenii, judicii, morum, quibus jam tum omnibus excellebat, culturæ capessendæ gratiâ, consilium petebat, quibus remediis, si forte loca insalubria peregrinanti occurrerent, se munire posset.

2. CURATORIA solicita est de rebus præter naturam, jam actu infestantibus ægrum, secundùm διάγνωσιν, πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν, *dignotionem, prænotionem & curationem* pernoscendis & abigendis.

3. COMPOSITA ex curatoriâ & præservatoriâ, ne revertatur morbus, claudit agmen. Talis locum habet in consultatione, in quâ traditur ordo & methodus, quâ paroxysmus apoplecticus curari & præservari queat.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI I.
SECTIO II.
De consultatoriæ methodi naturâ & partibus.
CAPUT I.
Formalis ratio, objectum, finis, partes.

AD rationalem sectam pertinet methodus consultatoria hæc, ita temperanda, ut & Paracelsicæ, Helmontianæ & aliorum immisceantur traditiones. *Consultatoria methodus pertinet ad sectam rationalem.*

OBJECTUM duplex est: I. COMMUNISSIMUM omnibus artis partibus, individuum aliquod certum, hic Petrus, Paulus, ægritudini obnoxius. II. PROPRIUM alterum, nempè ea, quæ fiunt in corpore ægrô. *Objectum.*

FINIS duplex est; I. INTERNUS inventio remediorum & recta inventi in individuo administratio. II. EXTERNUS, reductio corporis à statu præternaturali ad statum naturalem. *Finis.*

PARTES methodi hujus certis cancellis circumscribendæ, & justô ordine illustrandæ, ut clavis & cynosuræ vice fungi queat. *Partes.*

Sinuosum atque inextricabilem labyrinthum cum ingressus esset Theseus, extricare se ex dubiis viarum mæandris & innumeris ambagibus, imminentiaque ab immanissimo monstro Minotauro pericula evitare nunquam potuisset, nisi Ariadne Minois Regis Cretæ filia filum instar globi involutum dono ipsi obtulisset, cujus beneficio remeare noverat, quas iverat vias. Nos vastum morborum particularium labyrinthum ingressuri variis ambagibus contortum, opprimeremur sine dubiô, nulla semita nobis tuta videretur, omnia suspecta, si sine methodô eundem ingrederemur. Hâc, ceu filo Ariadnæo confisi, quò tendimus, pervenire facilè poterimus. Hâc veluti pyxide nauticâ instructi navigabimus hoc æquor, Syrtes infamesque scopulos devitabimus, nec à desiderato aberrabimus portu. *Commendatio hujus methodi ab utilitate.*

 A gra-

Digitized by Google

Autores methodi hujus.

A gravissimis autoribus plurimis proposita fuit hæc consultandi methodus, à *Fonsecâ tom. 1. consil. medic. Massariâ de consultandi ratione. Heurnio meth. ad prax. lib. 3. cap. 31. Georgio Bertino peculiari libello, Matthiâ Cornace, olim Romanorum medico.*

SILVATICUS medicus Patavinus, practicus professor incomparabilis, cum suis auditoribus succinctam consultandi methodum etiam communicavit, & tandem publici juris fecit.

Nec deesse voluit hoc genere exercitationis, publico bono, *Julius Cæsar Claudinus Bononiensis libro de ingressu ad infirmos.*

Introspici possunt omnes, postremi duo tamen imprimis legendi. Libros non refert quàm multos, sed quàm bonos habeas, *ait Seneca lib. 1. epist. 45.* Lectio certa prodest, varia delectat. Qui quò destinârit, pervenire vult, unam sequatur viam, non per multas vagetur. Non ire illud, sed errare est.

Nostrâ operâ, ut quædam fiat accessio, laborabitur. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, *ait Seneca*, sed non peregerunt, multum adhùc restat operis, multum restabit, nec ulli nato post mille secula, præcludetur occasio aliquid adhùc adjiciendi.

CAPUT II.

De methodi consultatoriæ partibus in specie, & 1. historiâ.

Partes.

PRINCIPALES & GENERALES methodi consultatoriæ partes sunt duæ: 1. Historia 2. Resolutio, seu explanatio.

1. Historia.

PRIMA pars est HISTORIA. Appellatur communiter casus: & exercitium ipsum casuale. Inde collegium casuale.

Casus appellatio.

CASUS vox variis sumitur modis 1. γενικῶς, & dicitur, quicquid cadit vel accidit. 2. εἰδικῶς, in *physicis* casus dicitur, quod citrà electionem accidit: in *ethicis* quod à mediocritate deflectit & exorbitat. In foro *theologico* & *juridico* denotat certam facti speciem, in disputationem incidentem: In *medicis* certam affectûs, qui in deliberationem & consultationem venit, speciem.

Necessitas historiæ.

Necessaria est historica relatio affectuum, qui in consultationem

Digitized by Google

ſtionem veniunt, qualis ab ægro vel voce vel ſcripto tradita, vel à medicô intellecta per interrogationem, urinæ inſpectionem, pulſûs & hypochondriorum & aliorum explorationem.

Redigi poſſunt hæc ad quatuor capita, ſupranaturalem, naturalem, non naturalem & præternaturalem corporis conſtitutionem. *Quatuor capita hiſtoriæ.*

I. De SUPERNATURALI in *morb. com.* actum. *I. Supernaturalis.*

II. IN NATURALI conſtitutione corporis, attendenda temperamentum tùm univerſale, tùm particulare earum partium, quæ quoquo modo concurrere ſolent ad generandos, fovendos, augendosque illos affectus, quorum gratiâ conſultatio inſtituitur. Habitus corporis, hæreditaria diſpoſitio, ſexus, ætas. *II. conſtitutio naturalis*

III. NON NATURALIUM rerum uſus prægreſſus, ut aeris, motus, quietis, ſomni & vigiliarum, eorum quæ offeruntur, ſive ſint alimenta, ſive medicamenta, excretorum & retentorum, animi adfectuum etiam attendendus. *III. non naturalis.*

IV. Ad PRAETERNATURALEM conſtitutionem corporis referuntur affectus p. n. cum tempore invaſionis & perdurationis, in quibus recenſendis triplex ordo, originis, vehementiæ, durationis obſervari poteſt. *IV. præternaturalis.*

In prioribus etiam non ſemper idem obſervatur ordo. Sic excreta, uſus medicamentorum, & alia ſæpe ultimo ponuntur loco. *Ordo.*

CAPUT III.

Altera pars conſultationis, ipſa RESOLUTIO, ejusq; prima pars, idea rei p. n.

IDea ſeu ſpecies rerum præter naturam conſideranda, vel quatenus morbus eſt præ foribus, vel ſymptoma. Si morbus, conſiderandum, an ſit morbus intemperiei, conformationis vel ſolutæ unitatis. *Ordo primæ partis.*

Interdùm SYMPTOMATA primô, ſi ſint magis conſpicua, ponenda loco, & ad morbum fontem ſuum referenda, ſi hic ſit obſcurior, illa autem nos in ejus cognitionem ducere queant. *A ſymptomatibus nonnunquam inchoandum.*

Sin

Digitized by Google

Sin autem morbus sit manifestus, ordinem hunc pervertere non est inconsultum, & à morbo, symptomatibus omissis, initium facere possumus.

Tria sunt symptomatum genera.

Cùm autem tria sint symptomatum genera; actio læsa, excreta & retenta, qualitates mutatæ, non sufficit in genere determinare symptomata adesse, sed ad quam speciem pertineant, an ad actionem læsam, ad excreta vel retenta, vel qualitates mutatas. Tum porrò inquirendum, an actio læsa sit vitalis, an animalis, an naturalis.

Actionum læsarum differentiæ.

Et cùm actiones læsæ sint triplici differentiâ, ablata, diminuta, vel depravata, inquirendum, qualis sit.

In adfectu quænam consideranda.

Ab affectu ipso nonnunquam inchoandum, quatuorque in eo expendenda: idea, motus, magnitudo, & mos.

Idéa,

Ideæ nomine non solùm intelligitur morbi genus, sed & formalis ratio seu specifica ejus differentia. Febri cum quis laborat, non sufficit scire, eam esse talem, sed declarandum, an sit ephemera, hectica, putrida continua vel intermittens, tertia na, quartana.

Motus.

Motûs ratione, temporum habenda ratio, tum universalium, tum particularium, an sit incipiens, vel augescens, vel in statu: an acutus brevis, an chronicus longus: recens vel antiquus.

Magnitudo

Vehemens & magnus, an debilis & parvus morbus sit, etiam perpendendum.

Mos.

Moris respectu sciendum, an benignus sit, an malignus, an venereæ pravitatis particeps.

Signorum consideratio.

Singula hæc confirmanda suis signis, 1. exercitii gratiâ, ut tyrones tantò magis informentur, 2. necessitatis intuitû, si obscura sit affectûs species, & medici de eâ dissentiant, diverso à methodo commentatoriâ ordine. Hîc signa sequuntur causas, illic præcedunt.

Ex quibus petantur fontibus.

Petuntur autem signa hæc ex usitatis fontibus 1. essentialiter inhærentium, 2. ex necessitate consequentium, postessentialium. 3. causarum. 4. similitudinis.

Quot sint.

Signa hæc sunt συμδεδηλωτικά, ἀναμνηστικὰ καὶ παθογνωμονικά, certa, modò unum, modò plura, ut in pleuritide & dysenteriâ,

Digitized by Google

enteriâ. Malitiam morbi & periculum quæ minantur ἐπιγινόμενα sæpe hîc habent locum.

Morbus vel symptoma nonnunquam unum adest, nonnunquam duo, ut syncope & mensium profluvium. *Res præter naturam modò una modò duæ.*

CAPUT IV.

Partis affectæ indagatio.

HÆc nonnunquam affectus considerationi præponi, nonnunquam postponi potest. *Ordo mentionis de parte affectâ.*

Indagatû pars adfecta admodum necessaria est, non parùm enim, *autore Galeno 2. de locis affectis in fine*, conducit πρὸς τὰς ἰάσεις, ἵνα εἰδῶμεν, τινὶ μορίῳ χρὴ προσφέρειν τὰ βοηθήματα, *ut sciamus, cui parti medicamenta applicanda.* Ejus differentia enim variat curationem. *Necessitas, hujus considerationis.*

Indaganda pars affecta est suis signis, si in tenebris lateat. *Indagatur.*

Signa hæc petuntur, ex *commentatoriâ methodo*, ab essentialiter inhærentibus, postsubstantialibus, symptomatibus, causâ, & à simili. *pars affecta ex suis signis, ratione sui, & ratione modi*

Nec hîc subsistendum, sed κατὰ ζήτησιν διαλεκτικώτερον, ut *vocat Galenus 1. de locis aff. cap. 3.* speculandum ulteriùs, an per essentiam afficiatur pars, an consensum, positivum an privativum. Eruitur hæc itidem ex fontibus *in commentatoriâ methodo* adsignatis.

CAPUT V.

Causarum indagatio in genere & in specie immediata, & mediata propinquior.

PRoponi debent omnia sine disputationibus. Si tamen aliquando famosa occurrat controversia, illa non debet prorsus omitti, ut saltem non ignorari videatur. Sic si de causâ peripneumoniæ sermo sit, dici potest: Licet sanguis aliis pituitosus, aliis biliosus peccare videatur, à nobis tamen statuitur pituitosus.

I. Ἡ συνεκτικὴ ἄμεσος αἰτία, IMMEDIATA, quæ proximè affectum antecedit, causa primò proponenda. Nomen *Causa immediata*

men

Digitized by Google

men hoc libentiùs retinemus, quàm continentis, ob varias turbas, quas vocabulum hoc olim dedit.

mediata, Mediata, inter quam & effectum alia propior intercedit, rursum duplex est: propinquior & remotior, quæ ad morbosam impressionem recipiendam disponit.

proximior. Proximior consideranda secundùm essentiam, & essendi modum.

In essentiâ consideranda. In essentia considerandum, qualis sit materia peccans, an vaporosa, vel corpulenta.

Ex Galenicis principiis erunt humores alimentarii, sanguis purus, vel pituitosus, biliosus, melancholicus, aut serum; vel excrementitii, pituita, bilis, melancholia, humor pancreaticus.

An causæ morborum *Paracelsica*, ⊖. 🜍. ☿, an *acor Helmontianus*, an inconcinna pancreatici succi cum biliosis lixiviosis salibus confusio & ebullitio? etiam perpendendum.

In modo essentiæ, ratione quantitatis, qualitatis, motûs. Nec hîc subsistendum, sed causâ secundùm essentiam inventâ, modus essendi etiam considerandus, ratione quantitatis, ejusque activitatis, qualitatis, ejusque activitatis, motus generationis, & localis.

An in loco affecto vel extrà locum affectum generetur, perpendendum.

Generationis motus in loco affecto. In loco affecto generatur per *συναθροισμὸν καὶ ἐπίσχεσιν congestionem & detentionem*, ob τῆς ἀποτυχίας δύο γένη, frustratæ actionis duo genera, τὸ, *μὲν ἕτερον ἐστὶν ἡ δύναμις αὐτὴ πεπονθυῖα, τὸ δ' ἕτερον ἔξωθέν τις πλημμέλεια. unum, est cum facultas frustratur in agendo, ob naturalem constitutionem læsam, alterum, cum impeditur ob errorem externum.*

Facultas læditur ab intemperie, malâ conformatione & solutâ unitate.

Erroris externi vicem complent res nonnaturales malè administratæ.

Extra locum affectum. Extra locum affectum generatur vitio totius in plethorâ & cacochymiâ, vel vitio certae partis.

Motus localis. Motus causæ morbificæ localis alteram differentiam modi essendi constituens consideratur secundùm locum. 1. A quo

Digitized by Google

quo fit fluxio. 2. IN QUEM fit fluxio. 3. PER QUEM fit fluxio. 4. MODUS, quô fit fluxio. PULSIO fit à partis in circulatione sanguinem expellentis robore; TRACTIO fit à causis fluxionum generalibus CALORE & DOLORE. Adjuvant receptionem imbecillitas partis, intrà latitudinem sanitatis, nativa, hæreditaria vel adscititia: partis raritas, ad attrahendum aptitudo, immobilitas.

Adjuvat hos motus NATURALIS humorum, qui ut unda undam, se in circulatorio motu trudunt, ad motum PROPENSIO, & PRAETERNATURALIS ab ὀργασμῷ, ζυμώσει, καὶ διαχωρήσει ἢ ἀποκρίσει *à turgentiâ, fermentatione, aut separatione* nimiæ materiæ subtilis agitatione & crassæ rarefactione excitata inclinatio. *Humorum inclinatio.*

Obscuræ si sint hæ causæ, ex signorum suorum fontibus, dudum notis, eruendæ.

CAPUT VI.

Mediatæ causæ remotiores supernaturales, naturales, non naturales & præter naturam.

SUPERNATURALES sunt DEUS, MALI GENII, FASCINUM, INCANTATIONES. *Supra naturales.*

NATURALES sunt variæ.

I. TEMPERAMENTUM πρὸς δικαιοσύνην *ad justitiam* primum meritò obtinet locum, occasionem enim amplam & fores aperit humoribus generandis pravis, à naturali si deflectat statû. *Naturales. Temperamentum.*

II. MODUS SUBSTANTIÆ in solidæ partis fibris, carne, & spirituosâ subtilissima sanguinis parte consistens, cum debitam deserit κατόρθωσιν, in causâ est, quod actiones à suâ perfectione deficiant. *Modus substantiæ.*

III. HAEREDITARIA DISPOSITIO facit, quod nati citiùs paternorum malorum, quàm bonorum fiant compotes. *Hæreditaria dispositio.*

IV. HABITUS CORPORIS densus, ad multas, ob transpirationem prohibitam disponit ægritudines. *Habitus corporis.*

ÆTATUM morbos delineavit *Hippocrates 3. aphor. 24.* Magna horum vis in morborum productione. *Ætatum.*

Sexus morbi. SEXUS proclivitas ad certos morbos notoria est.

Non naturales: NON NATURALES causæ secundam classem constituunt, ad malum diætæ regimen pertinentes.

Aer, AER primum locum obtinet in censu earum rerum, à quibus τὸ σῶμα ἀλλοιοῦται ἐξ ἀνάγκης, *corpus alteratur ex necessitate*, μέγιστος ἐν ἅπασι τῶν συμπτωμάτων δυνάστης, *maximi in omnibus symptomatibus valoris.*

modi ratione. Triplici modo agit in nostra corpora. 1. εἰσπνοῇ 2. περιχύσει. 3. εἰσόδῳ εἰς τὸ ὅλον σῶμα μετὰ σιτίων: *inspiratione, circumfusione, & ingressu cum cibis in ventriculum & totum corpus.*

Occultus vitæ cibus inest aeri, spiritui nostro familiaris. Panis est ὑπερούσιος, quotidianam qui suppeditat refectionem.

qualitate, substantia, atomis animatis, Afficit aer corpora qualitate, totâ substantiâ, spiritû, & animatis atomis.

inæqualitate, ventis, SUBITAE INÆQUALIS MUTATIONIS interventû ad calidum frigidum, aer nonnunquam nocet.

VENTIS alteratus aer morbos parit. Certos parit aquilo *3. aphor. 5.* certos auster *3. aphor. 5.*

anni temporibus, ANNI TEMPORIBUS aer variatur. VER *3. aphor. 20.* naturâ saluberrimum, utpote temperatum, καὶ ἥκιστα θανατώδες, suos morbosos ex accidente, si fomitem inveniat, habet paroxysmos. ÆSTAS *3. aphor. 21.* multarum ægritudinum, mater est. AUTUMNUS *3. aphor. 22.* ut coactis agrorum fructibus horreorum auget opes, & musteâ suâ appropinquante quadrâ plenis jubet vindemiam spumare labris, opifer inde dictus, ita etiam ob nocivam inæqualitatem

cum modò frigoribus premimur, modò solvimur æstu,
aëre non certo,

plurimos comprimit meridianis caloribus relaxatos, & subito frigore oppressos. HYEMS *3. aqhor. 23.* crebris injuriis fidem sanitatis sollicitat.

influentiis, CONFIGURATIONIBUS COELESTIBUS aëris statum mutantibus subditi sunt vultus microcosmi. Cœlum est apertus quidam liber, & stellæ velut literæ, quæ sua decreta non solùm ut signa, sed etiam ut causas sublunaribus intimant, sæpe in favorem sæpe in persequutionem.

Digitized by Google

MOTUS & QUIETIS, SOMNI & VIGILIARUM improportio fores aperit ad morbos.

Motus, Vigiliæ.

Τὰ προσφερόμενα *quæ assumi solent* ALIMENTA, nisi geometricâ id fiat proportione, quæ requirit qualitatem, quantitatem, ordinem, tempestivitatem, & utendi modum, exsultat œconomia malè morata, fons cruditatis.

Adsumi solita alimenta.

Medicamenta, qualitate, manifesta, occultâ venenatâ peccantia ejusdem sunt notæ.

Medicamenta,

EXCERNENDA si retineantur ultra tempus, ut alvi, urinæ, sudorum, succi biliosi pancreatici, sanguinis menstrui vel seminis, narium mucosi, faucium, palati, salivales serosi, noxæ exspectandæ.

Excreta.

ΤΑ ΨΥΧΙΚΑ ΠΑΘΗ *affectus* seu *passiones animi*, sive pertineant ad appetitum irascibilem seu concupiscibilem, immoderatæ, morborum fiunt parentes.

Animi passiones.

ACTIONES animæ vocat *Cartesius librô de passionibus, parte 1. artic. 17.* nostras VOLUNTATES, quia experimur eas directè venire ab animâ nostrâ, & videntur ab illâ pendere solâ. PASSIONES animæ vocat omnes species perceptionum sive cognitionum, quæ in nobis reperiuntur: quia sæpè accidit, ut anima nostra eas non faciat, quales sunt, & semper eas recipiat ex rebus per illas repræsentatis.

Quæ sint actiones animæ.

MODUS, quo præternaturales ab affectibus nascuntur dispositiones, adsignatur, à *nonnullis*, turbationi spirituum in cerebro, ceu subjecto eorundem non solùm manifestativo, verùm etiam possessivo.

Modus, quo agunt, quorundã.

Glandulam pinealem ceu speciale subjectum designat *Cartesius*, cui tamen honor tantus non debetur.

Cartesianus.

Helmontius rogatus modum & locum, ex quo affectus moveant corpus, sine dubio provocabit ad jus duumviratus & sinistrum ventriculi orificium, centralem animæ sedem. Ex hâc ad cor cogitationes adscendere scribit. Non delectari subjungit animam corde, cruoris fonte.

Helmontianus.

Quicunque modus admittatur, nullus affectus infaustum præstat effectum, per se, ut dependet à cognitione, actione directâ; cognitio enim est actio infœcunda; sed per accidens

Ἐπίκρισις.

 actione

Digitized by Google

actione indirectâ, quatenus movent sanguinem crassiorem per pulmones, tenuiorem per septum cordis in sinistrum ventriculum & inde in totum corpus, sicque naturalis turbatur circulatio.

Res præter naturam. RES PRAETER NATURAM causæ morborum fiunt, ut AQUA in cerebro excitat apoplexiam: dentitio epilepsiam; calculus renum colicam.

CAPUT VII.

Ratio symptomatum recensitorum, quæ signorum instar sunt.

Necessaria est ratio symptomatum. HÆc agmen claudit, in διαγνώσει. Admodum necessaria est hæc symptomatum enumeratio, ut tantò clariùs elucescat totius negotii cardo, & quidem eô ordine, quô ante *Modus connectendi.* enumerata fuêre. Institui potest hoc modo: ex his causis γιγνόμενος καὶ παραγινόμενος *generatus & in apricum productus* affectus, non mirum, quod hæc habuerit symptomata.

LIBRI I
SECTIO III
alteram partem resolutionis, nempe prognostica signa proponit.

CAPUT I.

1. Salutis & Mortis prognosis.

Indagatio eventûs necessaria est. MOmentanea est hæc consultatoriæ methodi pars. τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, *medicum uti providentia, ut opinor, optimum est.*

Salutis & mortis ratione. Petitur SALUTIS & MORTIS prædictio

I. AB ESSENTIALITER INHAERENTIBUS specie, magnitudine, temporibus seu duratione morbi.

1. ab ideâ. 1. IDEA primum locum obtinet. Faciles curatu IN GENERE sunt morbi calidi, & sicci: ægriùs humidi & sicci, *autore*

Digitized by Google

autore Galeno 7. meth. med. cap. 5. IN SPECIE, Febris DIARIA ex causis evidentibus orta, tuta est. INTERMITTENS, securior continuâ. HECTICA δυσίατ☉ πυρετός. IN CONFORMATIONE vitiatâ, Figuræ morbus est signum medium, nec enim interficit, nec amoveri potest, sed comitatur ad mortem, ut gibbositas crurum, antiqua femoris luxatio. SOLUTA unitas nobilium viscerum, ut cordis & hepatis vulnera periculosissima.

Lethalium & non lethalium & τῶν ἐνδοιαςῶν dubiorum morborum catalogum designat *Hippocrates lib. 1. de morbis*, & ex eo *ordo & methodus commentatoria libro 3. sect. 2. cap. 6.* *Catalogus morborum lethalium, non lethalium & dubiorum.*

2. MAGNITUDO MORBI fontem prædictionis salutis & mortis suppeditat. Omnis morbus magnus κτ̀ τὴν οἰκίαν ὀσίαν, ἢ μέγεθος τῆς διαθέσεως, *essentia aut magnitudinis ratione*, periculosus est. Talis est, qui naturæ, ætati, consuetudini, anni tempori est dissimilis 2. *aphor. 24.* Magnus κτ̀ κύριον τοῦ πεπονθότος μορίου καὶ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ἀξίωμα, *ob partis affectæ præstantiam, & læsæ actionis dignitatem*, periculosus est, si simùl sit magnus ratione διαθέσεως. Ita licet febris ephemera sit morbus cordis, periculosus tamen haud est. Magnus κτ̀ τὴν διοίκησαν, τὸ βεβλαμμένον σῶμα δύναμιν ἢ κτ̀ κακοήθειαν, *ob malum morem & regentem corpus læsum facultatem*, periculosissimus est. *2. à magnitudine.*

PARVUS morbus absolutè non abnuit salutem. Morbi & vulnera φαινομένως parva possunt esse & levia, ὄντως gravia.

3. DURATIO morbi καὶ παραβολὴ τῆς τοῦ νοσήματ☉ ἰσχύος πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντ☉ δύναμιν, *& cum ejus vehementiâ virium comparatio* præcellens salutis & mortis præbet præsagium: SALUTIS quidem, si vires, quæ similes sunt portanti onus, durare queant morbum, qui oneri similis est, ad tempus status, quod longitudini viæ simile: MORTIS, si secùs. *3. à duratione.*

CAPUT II

prognosin salutis & mortis petit à postessentialibus, ex necessitate consequentibus.

I. ACTIONES si benè habeant, vel mediocriter, salutis affulget spes: sin minùs, aliter sentiendum. *1. Actiones consideran-*

Nonnun-

de in genere ratione gradus læsionis. Nonnunquàm tamen propiores morti meliùs videntur habere. Mulier in Thaso decumbens, post partum non fiente purgatione, pessimè habebat, tandem resipiscebat & loquebatur; octuagesimâ verò die moriebatur, *autore Coô lib. 3. epid. sect. 3. ægroto 2.* Apoplectici morti proximi nonnunquàm ad mentem redeunt, & vocem, ut liberati videantur. Hoc facit extremus conatus, & tamen post moriuntur. Febre ardente vel malignâ laborantes ante obitum sæpè videntur meliùs habere.

In specie vitalis. VITALIS actio si vigeat, omnia benè habent. Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις, *qui sæpè animo linquunt,* & vehementer sine causâ manifesta, derepentè moriuntur. PULSUS languidus vires debiles arguit. &c.

naturalis. NATURALIS actio cùm benè habet, signum est salutare. Partes ad umbilicum attinentes πάχος ἔχειν *crassiores esse*, bonum signum *2. aphor. 35.* CIBI FASTIDIUM malum *7. aphor. 6.*

animalis. ANIMALES actiones RESPIRATIO & DECUBITUS benè habentes, salutem portendunt. MOTUS CONVULSIVI pessimi.

Excreta. EXCRETA per urinam, alvum, sudorem, narium hæmorrhagiam etiam ponderanda.

CAPUT III.

tertium fontem prognoseos salutis & mortis, causarum & quartum similitudinis ratione aperit.

Periculosiores à malignis humoribus morbi. HUMORES benigni salutares longos potiùs, quàm periculosos, maligni lethales excitant morbos.

Dissimiles morbi periculosiores. IN GENERE morbi dissimiles rebus naturalibus & non naturalibus, temperamento, ætati, anni tempori, periculosiores, *autore Coô 2. aphor. 34.* similes securiores.

Causæ naturales. IN SPECIE. Naturâ CRASSI citiùs intereunt, quàm graciles. In RUFFIS morbos periculosiores multi statuunt. Τὰ συγγονέα τῶν νοσημάτων δυσαπάλλακτον. CONGENITI *morbi difficulter exsolvuntur. Hippocrates* de tabe, hydrope, & aliis morbis

Digitized by Google

morbis loquens *2. prorrhetic.* AUTUMNALES morbi pessimi, 1. propter inæqualitatem aëris. 2. peculiarem imbecillitatem conciliat autumnus. Ut arbores folia linquentes, tùm videntur senescere, ita & corpora animalium deflorescunt. *non naturales.*

Ab AFFECTIBUS animi orti morbi periculosiores.

CORPORA SOLIDA præter naturam morbos producentia, ut tophi, calculi renum, catarrhacta, morbum insolubilem, & ad mortem comitaturum notant. *Res præter naturam.*

IV. à SIMILI ductum argumentum multum ad hanc prædictionem confert. *Similitudo.*

CAPUT VI

alterum fontem prædictionis longitudinis & brevitatis proponit, in consultatione quâlibet curatoriâ necessarium.

DIfficilis est hæc prædictio, cùm proportio agentis ad passum, seu efficacia naturæ pugnantis & morbificæ causæ resistentia, à quâ morbi pendet duratio, exactè vix sciri queat. *Difficilis est prædictio longitudinis & brevitatis.*

IN GENERE I. quidam tardiùs, quidam citiùs moriuntur. Illi moriuntur, extinctâ facultate, hi vi morbi. II. LONGI morbi sunt, qui sequuntur τὴν διάθεσιν ἀσθενέα καὶ γένεσιν, *sensim genito humore ob infirmitatem partis*: BREVES, vehementes & subiti, qui sequuntur ἐπίσχεσιν καὶ συναθροισμὸν, castigato enim vel evacuato humore secedunt. *in genere.*

IN SPECIE longi & breves morbi ab *Hippocrate libro 1. de morbis* recensentur. *μακρὰ δὲ τάδε νοσήματα ἀνάγκη εἶναι, inquit,* LONGI MORBI *ex necessitate sunt*, phthisis, dysenteria, podagra, diuturnæ in articulos influxiones, pituita alba, morbus coxarius, stranguria. γεραιτέροισι, *senibus* verò renum dolor, fœminis fluor sanguineus, venarum ani profluvium, fistulæ. *in specie.*

CITO JUDICANTUR & BREVES sunt hi: febris ardens, phrenitis, inflammatio pulmonum, angina, uva, lateris dolor.

MENSURA longitudinis & brevitatis petitur

I. AB ESSENTIALITER inhærentibus 1. *Specie morbi.* *Mensura petitur ab*

1. *ab essentialiter inhærentibus* Calidi breviores frigidis, acuti chronicis. Hi protrahuntur in multos menses: illi 14. dierum spatio terminantur.

2. MOTUS morbi, quò celeriùs statum attingit, brevior, quò tardiùs, eò productior est.

2. *Post essentialibus.* II. POSTESSENTIALIA, ut ACTIONES LÆSÆ, ad extremam devenientes vehementiam, statum propè adesse notant, *1. aphor. 7.* IN SPECIE, VITALIS facultatis imbecillitas magna, in acutis morbum brevem, in chronicis longum notat. NATURALIUM eadem ratio.

2. QUALITATES MUTATAE ad calorem & frigus *longitudinem* notant, *4. aphor. 40.*

3. EXCRETA 1. quatenus cruditates & coctiones publicæ præ se ferunt indicia, brevitatem & longitudinem indicant. Coctionis signa brevem, cruditatis signa longum notant morbum. 2. copiâ etiam & paucitate prædicendi facultatem obtinent.

Excretio. *Excretio copiosa & abscessus insignis* sanguinis per nares in phrenitide, & febre acutâ, brevitatem cum salute significant.

In febribus abscessus primis diebus, qui non solvunt, longitudinem morbi significant.

PRIVATAE COCTIONES citò apparentes in sputo pleuritidem brevem notant, tardæ productiorem, *1. aphor. 12.*

Causæ etiã fontem suppeditant. CAUSAE etiam quædam hùc faciunt. *σύντροφοι συναποθνήσκουσι, congeniti morbi hæreditarii commoriuntur.*

IN SENIBUS iidem specie affectus longiores, quàm in juvenibus.

Á FRIGIDIS humoribus longi; à CALIDIS breves nascuntur.

CAPUT V

modum eventus morbi proponit ad salutem vel mortem 1. quidem terminationem totalem.

Terminatio totalis EVentus modus duplex est: 1. terminatio totalis. 2. in alium morbum mutatio.

TERMI-

Digitized by Google

TERMINATIO TOTALIS morbi est vel subita, vel lenta.

1. SUBITA ὀξύῤῥοπός ἐστι μεταβολὴ πρὸς ὑγίειαν καὶ θάνατον. Locum habet in febribus acutis & vocatur κρίσις. ὀξύῤῥοπος ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγιείαν καὶ θάνατον, *subita in morbo mutatio ad salutem vel mortem.* *subita duplex:*

DUPLEX est, perfecta vel imperfecta. *1. Subita iterum duplex, perfecta,*

PERFECTA fida est vel ἔκκρισις δαψιλὴς, *excretio copiosa* vitiosorum humorum per urinas, sudores, alvum, vomitum, sanguinis per nares, uterum; fit, cùm materia tenuis est. Κατ' ἔκκρισιν aliàs dicitur: Vel est ἀπόστασις ἢ ἀπόθεσις οὐκ ἀφανὴς, *abscessus insignis & non obscurus*: fit, cùm materia crassior est, & expellitur in articulos, axillas, inguina.

IMPERFECTA utroque modô fit, ἡμιῤῥόπως καὶ μὴ ἀξίως τῆς μεταβολῆς, *cùm nihil copiosum effatu dignum* excernitur. Ὅσα νοσήματα χωρὶς τούτων ἐῤῥαστώνησεν, ὑποστροφιάζειν φιλεῖ. *Qui morbi citra hæc quievêre, in iis recidiva timenda.* *imperfecta.*

LENTA TERMINATIO, λύσις dicta, in frigidis morbis habet locum. *Lenta terminatio.*

MUTATIO in ALIUM MORBUM securior, quæ fit per μετάπτωσιν, quàm per ἐπιγένεσιν.

LIBRI I

SECTIO IV.

Tertia pars resolutionis, quæ complectitur curationem.

CAPUT I.

Curatio debetur etiam morbo incurabili, & nititur methodo medendi, & materiis præsidiorum.

NOn omnis naturæ relinquenda curatio. Ἡ δὲ τέχνη, *autore Philosopho 8. politic. cap. 17.* καὶ παιδεία, τὸ προσλεῖπον *Non omnis curatio naturæ committenda.*

Incurabilibus etiam subveniendum,

βȣ́λεται τῆς Φύσεως ἀναπληρεῖν. *Ars & disciplina implere vult id, quod deest natura.*

Opera medici ut accedat, sæpe necesse est, etiam in morbis illis, qui difficiles curatû, aut planè incurabiles videntur.

Suadet AUTORITAS *Hippocratis* & *Tralliani*, ægros non esse deserendos.

RATIO confirmat 1. quia sæpe pro deploratis habentur, qui tales reverà non sunt. 2. in acutis præcipuè, in quibus haud omninò certæ prædictiones. 3. Ne in deterius labantur ægri, medicusque deficiat in charitate, aliquid agat. 4. ut affectûs vehementia palliativâ curâ demulceatur. 5. ut æger diutiùs vitam protrahat. EXPERIENTIA docet, multos pro deploratis habitos revixisse.

sed cum prognostico.

Aggredienda autem est cum prognostico, non quidem ægro, sed astantibus & amicis propalando.

Curatio nititur statutis tribus Mercurialibus.

Nititur curatio methodo medendi, & præsidiorum materiis.

1. methodo. curatoriâ,

MEDENDI methodus nititur INDICATIONIBUS tribus, petitis à rebus secundùm & præter naturam, quarum hæ auferri & removeri, illæ conservari expetunt.

CURATORIA respicit morbum & affectum p. n. ipsum, eumque removere jubet.

2. præservatoriâ, quæ consistit in amotione caussarum.

PRÆSERVATORIA respicit causas. SOLIDÆ illæ si sint, locum habet ἀφαίρεσις ἢ μετάθεσις. Utraque proponitur à *Galeno arte medicinali, cap. 87.* Ἀφαίρεσις *ablatio* debetur calculo è vesicâ, ossi corrupto in ulcere, fœtui mortuo in utero: Μετάθεσις *transpositio*, calculo in collo vesicæ.

1. solidarum.

2. liquidarum, peccantium quantitate, qualitate primâ,

LIQUIDI HUMORES peccantes τῷ πόσῳ *quantitate* vacuationem indicant, non ex TOTO ablationem, sed ad eam MENSURAM, quæ ad naturalem humorum pertinet proportionem. Sin DEFFICIANT, repletionem indicant.

ΤΩ͂ ΠΟΙΩ͂ QUALITATE TANGIBILI PRIMA peccantes humores indicant alterantia contraria, eo gradû quo excedunt.

secundâ.

SECUNDIS QUALITATIBUS si peccent, indicant etiam alterationem per contrarium æquale. Quatenus CRASSI, attenuandi

nuandi, quatenus TENUES, incrassandi, quatenus VISCIDI, incidendi, quatenus LENTI, detergendi: ἀκρότητες τοῦ ἁλμυροῦ, πικροῦ, στρυφνοῦ, τοῦ ὀξέος, *eminentiæ seu potentiæ salsi, amari, austeri, acidi*, susque deque non habendæ: salinæ, sulphureæ, ☿curiales atomi, quas Paracelsici actu adesse statuunt, si adesse deprehendantur, etiam emendandæ. OCCULTÆ qualitates non negligendæ. *occultæ.*

Κινήσει καὶ στάσει *motu & quiete* si peccent humores IMMINUTE, adjuvandi, GENERALITER in sanguinis circulatione universali, PARTICULARITER, in quâcunque aliâ. *motu & quiete.*

DEPRAVATE qui moventur 1. SUI RATIONE, à mistionis modo per ebullitionem, fermentationem, turgentiam, segregationem & secessionem facientes, CRUDITATEMQUE contrahentes, ad priorem illam unionem, mistionem, & concordiam confœderationemque reducentia per COCTIONEM & PRÆCIPITATIONEM indicat. *Motu qui peccant humores sui ratione quid indicent.*

E CENTRO DEVII à circumferentiâ revocandi.

PARACELSICA principia, copiâ, qualitate, motu seditionis confœderationis leges rumpentia ad amicabilem compositionem reducenda sunt. *Quid indicent Sal, 🜍, ☿,*

ACOR Helmontianus ab irato Archæo expulsus, indignationem sedantia indicant. *acor Helmontianus.*

PANCREATICUS succus acidus præcipitantibus sollicitandus. *Termini à quo ratione quid indicent.*

2. TERMINI À QUO ratione, depravatè qui moventur, præcipiti ὀργασμοῦ raptu concitati, ab expellente naturâ, sistentia ANODYNA indicant.

3. AD QUEM termini ratione indicatur AVERTENS, REVELLENS, DERIVANS, REPELLENS, INTERCIPIENS. *Termini ad quem ratione quid indicent.*

QUIETE qui humores peccant extra vasa, indicant RESOLUTIONEM, vel SUPPURATIONEM. *Quiete qua peccant, quid indicent.*

SYMPTOMATA cum urgent, moderanda, ut: DOLOR, VIGILIÆ, EXCRETIO IMMODICA. *Symptomatum indicata.*

VITALIS indicatio respicit res secundum naturam 1. constitutionem naturalem. 2. causas. 3. accidentia ejusdem seu operationes. Similibus hæc conservantur. Similia *facul-* *Vitalis indicatio.*

Digitized by Google

tate sunt medicamenta roborantia. Similia *substantiâ* sunt alimenta. Medicamenta, cum universalis ad manum non sit medicina, indicantur à viribus partium, alimenta à viribus totius.

Materia præsidiorum. MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus, chirurgico, pharmaceutico, diætetico, eo ordine, quem methodus commentatoria ὡς ἐν γένει καὶ εἴδει proponit.

CAPUT II.

Materiæ fontis chirurgici.

SUnt omnes ἀφαιρετικαὶ, *ablatoria*, evacuantes, sensibiliter vel insensibiliter.

SENSIBILITER EVACUANTES vel educunt sanguinem, vel succum à sanguine diversum.

SANGUINEM QUÆ EDUCUNT eum educunt
- vel solum & seorsim
  - venæ sectio ex venis.
  - arteriotomia ex arteriis.
- ex venâ & arteriâ simul
  - scarificatio
    - cum cucurbitulâ,
    - sine cucurbitulâ.
  - hirudines.

Succum à sanguine diversum educunt
- cauteria.
- vesicatoria.
- fonticuli.

INSENSIBILITER per διαπνοὴν ἀναίσθητον *transpirationem insensibilem* evacuant 1. cucurbitulæ siccæ. 2. picationes. 3. frictiones. 4. vincula. 5. Lotiones non nulli addunt.

Singulæ hæ suum faciunt officium. Non omnium tamen æqualis potestas. Siderum lux inæqualis. Nec par pharmaceuticarum & diæteticarum materierum ratio. Aliæ gravidis præsentaneæ opus fœcundo cespite ex urgunt aristis: aliæ tardo surgunt caule & lentam promittunt messem,

CAPUT

Digitized by Google

...riè
...a.,
...el-
...t.

- 1. IN BILIOSA CAUSA
  - ALOE.
  - CASSIA FISTULARIS solutiva.
  - TAMARINDI.
  - MYROBALANI CITRINÆ.
  - SERUM CAPRINUM.
  - ROSAE.
  - VIOLAE.
  - PRUNA.
- 2. IN PITUITOSA CAUSA
  - MANNA.
  - MYROBALANI
    - Chebulæ.
    - Emblicæ.
  - TEREBINTHINA RESINA.
- 3. IN MELANCHOLICA CAUSA
  - MYROBALANI INDÆ.
  - FUMARIA.
  - EPITHYMUM.
  - POLYPODIUM.
  - ELECTUARIUM LENITIVUM.
- 4. IN PANCREATICO SUCCO educendo commendantur eadem.

...opriè dicta succedanea, & vera purgantia in minori dosi.

...as aptas ...χωρηση ...egantes

- UNIVERSALIA à nonnullis vocantur ex ♀ parata medicamenta
  - cremor.
  - crystalli.
  - ♀ ⊕latus.
  - mistura simplex.
- SPECIALIA respicientia humores
  - biliosos.
  - pituitosos.
  - melancholicos.
  - serosos.
  - pancreaticum.

...um partium respicientes.

- QUÆ ADHUC GENERATUR causa affectûs p. n. requirit materias alterantes & roborantes. Sunt hæ particulares, partes respicientes certas, sive illæ per essentiam seu per consensum afficiantur.
  - Cephalicæ
    - primo sensorio cerebro destinatæ.
    - Sensuum organis
      - ophthalmica.
      - otica.
      - naribus dicata.
      - ὀδοντικά.
      - oris halitum commendantia.
    - faciei, cosmetica.
  - thoracicæ destinatæ
    - pulmonibus thoracica,
    - cordi cardiaca dicta.
  - imo ventri
    - stomachica,
    - epatica,
    - splenica,
    - renibus dicata,
    - uterina.
  - arthritica,
  - alexipharmaca,
  - universales panaceæ.

- Causa per accidens talis, symptomata nimirum, olim, nunc sub propriâ ratione curationem ad se trahens.
  - SINGULARE est
    - 1. Dolor. Hic indicat anodyna trium generum
      - 1. Ἰώμενα Sanantia.
      - 2. Παρηγορικά mitigativa.
      - 3. Ναρκωτικά Stupefacientia.
    - 2. VIGILIÆ indicant αὐπάγρυπνα trium generum
      - 1. Ἰώμενα.
      - 2. Παρηγορικά.
      - 3. Ναρκωτικά.
    - 3. EVACUATIONES sistentia
      - 1. Ἰώμενα.
      - 2. Παρηγορικά.
      - 3. Ναρκωτικά.
  - VULGARE
    - 1. Animi deliquium & syncope.
    - 2. Sitis

CAPUT

CAPUT III.

Instrumenta diætetica.

TErtius hic est fons θεραπευτικός.

Eum magni fecit *Cous*. Inde juramento obstringit medicum, ut promittat: Διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπὶ ὠφελείῃ καμνόντων, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν. *Victûs ratione utar ad salutem ægrorum, quantùm viribus & judicio valuero.*

Magni ponderis esse τὰ διαιτούμενα, elucescit ex historiâ filiæ Philonis, quæ, *autore Hippocrate*, septimo die, liberali accedente hæmorrhagiâ, videbatur morbi periculo defuncta. At eâdem die, improvidè lautiori usa cœnâ, vitam cum morte commutavit, avocatâ naturâ à πεπασμῷ ad πέψιν.

Rectam ejus administrationem maximi esse momenti elucescit ex *Galeno*, dum 1. *de ratione victus acutorum t. 12.* ex Hippocratis sententiâ scribit: Non est medicus, qui scit nominare ptisanam, & hoc vel illud genus eduliorum, sed qui callet artem, ut hæc rectè administrentur.

Moderatæ vitæ lex utilissima & pernecessaria est, tantique sæpe momenti, ut ea sola molesti morbi vindex esse possit & liberatrix, alioqui licet salus ipsa ægrum servare cupiat, non possit.

Tantum ejus ad valetudinem servandam & reparandam momentum, ut rectè scriptum fuerit, nullum remedium efficax esse, si ei victus resistat, aut non sit auxilio.

Triplex est diæta, naturalis, vitalis, & animalis.

NATURALIS complectitur cibum cum suis condimentis & potum.

VITALIS nititur aëre, θεραπευτικῇ ἀφαιρετικῇ δυνάμει, contra quoslibet in arenam descendens morbos.

ANIMALIS moderationis temperans freno motum & quietem, somnum & vigiliam, excreta & retenta, alvina, seminalia, affectus animi, claudit agmen.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI, ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ,

εἰς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER II.

De ægrotis, ſupremi ventris & cerebri qui infeſtantur affectibus.

CONSULTATIO I.

De *fœminâ dolore capitis laborante.*

HISTORIA.

FOemina XXXV. annorum, temperamenti calidi & humidi, capillis paſſis prædita, variis diætæ erroribus indulgens, iter faciens hyeme per loca nivoſa, & in eo inſomnes noctes ducens, conqueritur de capitis dolore circà frontem, ſyncipur, & utraque tempora, præcipuè tamen ſiniſtra. Dolor hic ut plurimùm recrudeſcit circà veſperam, totam noctem durat, manè ſenſim remittit. Et jam per ſex ſeptimanas continuat. Vigiliis torquetur. *Hiſtoria.*

 Menſtruum

Digitized by Google

Menstruum florem ordinatè videt: appetit cibum & benè coquit; urinæ sanæ sunt. Petit consilium.

Resolutio.

RESOLUTIO.

Affectus species.

AFFECTUS, quem ægra nostra debellari petit, est κεφαλαλγία, quasi τῆς κεφαλῆς ἄλγος, *dolor capitis*, à parte affectâ & symptomate ita dictus, non quidem externus, qui à vulnere, aut contusione provenire solet, quique manu appositâ deprehendi possit; sed internus. A Græcis κεφαλοπονία, ὀδύνη κεφαλῆς nominatur, & in specie ἡμικρανία, vel ἑτεροκρανία *Aretæo* dicta, cùm de dimidiæ tantùm, seu anterioris partis dolore conqueratur, nempe syncipitis & temporum præcipuè sinistrorum. Ab Arabibus passio galeata, *Germ.* das Kopfwehe dicitur.

Hic affectus, cùm παρὰ τὴν φύσιν graviter peccet, neque tamen morbus, neque causa morbi sit, sed ab intemperie & solutâ unitate, ceu à morbo, ortum trahat, meritò in numerum symptomatum recipitur, quæ morbum à latere, ut umbra corpus, sequuntur & comitantur.

Horum cum tres à moderno ævo statuantur ordines, actionum læsarum, excretorum & retentorum, & qualitatis mutatæ, rectè illorum terminis & cancellis malum erit includendum. Referendum itaque ad ACTIONES LÆSAS, non quidem abolitas, sed depravatas. Actiones auctas ab his distinctas non agnoscimus.

Subjectum.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ & PARS AFFECTA, seu materia in quâ, non procul accersenda, cum CAPUT illud esse vel nomen innuat.

Constat illud ex variis partibus, continentibus & contentis, cerebro, cerebello, & spinali medullâ, venis, arteriis, canalibus, ventriculis & membranis. Non cerebri substantia patitur, nec alia quædam pars, sed solùm MEMBRANOSÆ, adæquatum tactûs, adeoque & doloris sunt subjectum. Nervi, à meningibus productis membranis tactum debent. De cute, tota membranea cum sit, idem judicium.

CAPUT in dolore capitis duplici affici potest modo: uno per essentiam, altero per consensum. In ægrâ nostrâ potissimùm afficitur per essentiam. Non apparet manifestus con-

sensus

sensus, neque positivus, neque privativus. Uterus, qui aliàs sæpe fomitem subministrat, ordinarias habet evacuationes. Ventriculus cibos, etiam pravos, benè coquit & digerit. Secunda digestio etiam mediocriter se habet. Omnis ergò culpa redundat in cerebrum, & quidem ejusdem membranas.

CAUSAM hujus doloris IMMEDIATAM & proximam statuimus SOLUTIONEM CONTINUI, per motum ἀθρόως καὶ βιαίως factum, non quidem jam in ἕξει, sed in χίσει adhuc constitutam, aliàs enim soluta nominanda esset unitas. Isthæc autem discontinuatio nihil notat aliud, quàm partium nervosarum & membranosarum tensionem & divisionem, seu διάςασιν τῶν συμφύτων μερῶν. Hanc in effectum & actum deducunt multæ aliæ causæ, quæ omnes ad λύσιν τῆς συνεχείας veniunt reducendæ. *Efficiens causa immediata,*

MEDIATA PROXIMIOR se suggerit, humor secundum essentiam serosus & acris, qui tenues membranularum porulos arrodit & vellicat.

Secundùm essendi modum peccat hic *quantitate* & *qualitate* valdè activis: *ἀκρότητας καὶ δυνάμεις, eminentias & potestates* etiam habet insignes. *mediata proximior,*

Generatur ab intemperie cerebri calidâ, per *συναθροισμὸν collectionem*; & *φύσιν*; *sedem* firmam sibi eligit.

REMOTIORES mediatæ causæ procatarcticæ, προφάσεις *Hippocrati* dictæ *3. aphor. 12.* occasionem præbentes sunt variæ. *remotiores,*

I. NATURALES intèr emicàt TEMPERAMENTUM calidum & humidum. Id, judice *Galeno*, facilè repletur, & ad hunc affectum tanquam fœtum excludendum summè proclive reputatur. *Naturales,*

Nec Sexus videtur omittendus, quippe SEQUIOREM, experientiâ teste, magis affligit, quàm potiorem.

Ad NON NATURALES spectat AER HYEMALIS, nimis in qualitate frigidâ excedens. Fecit enim tumultuante ejusmodi aëris tempestate iter satis molestum. Hyemem autem præcipuè cephalalgiam excitare, excrementis collectis, & poris obstructis, annotavit *Cous 7. aphor. 13. & 22.* *Nonnaturales: aer,*

MOTUS itineris violentus continuatus nimiâ concitatione materiam videtur disposuisse. *motus,*

Digitized by Google

Vigiliæ. VIGILIÆ contumaces augmentum & incrementum addidere, quæ à doloribus contumacibus, totâ nocte non cessantibus, aluntur.

diæta. INORDINATA vivendi ratio, promiscuis indulgens cibis, cepis, alliis, pravi succi & difficilis coctionis, fores huic malo aperuit.

Ratio symptomatum. Ex his causis natus affectus sensim, desubitò in apricum prodiit, sequentibus stipatus symptomatibus, quorum jam ratio danda.

1. Apparet DOLOR potissimum circà frontem, syncipur, & tempora, non quod peccans humor electivè unam partem eligat præ aliâ, sed quia cœco impetû in his præcipuè partibus sedem elegerit suam.

2. CIRCA VESPERAM recrudescit dolor hic, quia noctu ferè omnes dolores exacerbantur, & ☉e à nobis recedente, ob ☽æ dominium, & illi tyrannidis suæ edunt specimina.

3. AURORA imminente sopiuntur, imperium enim ☉ suum beneficum rursum exercet.

4. DURAT per sex septimanas. Semel enim expultrix vis languori tradita tono suo restitui renuit.

πρόλεξις ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ. De eventu hujus affectus felici non dubitamus. In florente ætate ægra est constituta. Illa autem est fecundo.

DE LONGITUDINE tamen est, quod metuat sibi ægra.

MODUS EVENTUS tandem erit per RESOLUTIONEM materiæ peccantis, robore naturæ tentatam.

ἡ ἴασις. CURATIO acceleranda, ne ægræ ex nimiis vigiliis, & doloribus intensis alia gravia superveniant symptomata, vel viribus dejectis ea planè enervetur. Tantò promptius ergò ad eam, quantum in nobis, nos accingemus, &, conceptâ spe salutis, ægræ petitioni assurgemus.

Indicationes. Nititur autem & perficitur hæc INDICATIONIBUS tribus usitatis, CURATORIA, PRAESERVATORIA, & VITALI.

θεραπευτική. CURATORIA rem præter naturam auferre jubet.

προφυλακτική. PRÆSERVATORIA causas respicit. INTEMPERIES calida humida alterantia, quatenus fovetur ab humoribus, evacuantia, caput debile confortantia, & roborantia indicat.

DOLOR,

Digitized by Google

DOLOR, cum causæ vestem induit, quà dolor, indicat anodyna. θελκτική.

VITALIS respicit vires, quæ his in vigiliis & doloribus non levem alterationem sentiunt, ideoque earum restauratio, & conservatio, ne ægra dubiæ spei exponatur, attendenda. ζωτική.

AUXILIORUM & præsidiorum MATERIÆ depromuntur ex tribus usitatis fontibus: CHIRURGICO, PHARMACEUTICO & DIÆTETICO. Αἱ δ' ὕλαι τῶν βοηθημάτων, χειρουργικῶν.

FONS CHIRURGICUS primo occurrit loco. Cum plethora adsit, & humiditas cum caliditate in corpore ægræ prævaleat, V. S. omninò conveniet, quæ quidem majorem fructum attulisset, si statim in principio morbi administrata fuisset, viribus adhuc salvis & firmis. Tundi potest vena BRACHII, MEDIANA, & cum in dextro latere præcipuè dolor advertatur, etiam κατ' ἴξιν κ̀ ἰυθυωρίαν in illo brachio modicus, & per vices sanguis ad ℥ias aliquot emittatur.

Vicem supplere possunt CUCURBITULÆ scarificatæ, & applicari scapulis & cervici, etiam in nuchâ, & ad majorem revulsionem & derivationem in pedibus quoque.

ARTERIOTOMIA retrò aures in temporibus, & naribus artificialiter instituta, sanguinem & fontem mali sensibiliter minuet.

HIRUDINES post aures facient officium.

Nec VESICANTIA & FONTICULI, inprimis, si ut factum hactenus, mali perduret contumacia, spem defraudabunt.

INUSTIONI cauterio factæ actuali, variis in locis abrasis pilis, aliquid tribuitur efficaciæ. Illam sin ægra haud admittat, charta bibula suturarum ductui imponatur, & super eâ sursum & deorsum trahatur cochlear ignitis carbonibus plenum.

FRICTIONES extremorum & LIGATURAE erunt ex usu.

PHARMACEUTICUS sequitur fons, generosa & validiora promittens remedia. Eligantur autem REFRIGERANTIA, & attemperantia, quia ægræ corpus est calidum, & sanguis acrior. Φαρμακευτικῶν.

Ut humor acris & serosus subducatur, convenit DECOCTUM leniens & præparans. Decoctum

℞. *fol. verbenæ* p. iij, *fl. rosarum, borag.* a. pij, *tiliæ, samb.* a. pj, *sem. 4. frig. maj.* a. ʒj, *pap. albi* ℈ij, *rad. pæoniæ, cichorii, iridis Florentinæ, glycyrrhizæ* ʒij, *fol. senæ s. st.* ℥ß, *rhabarbari electi* ʒj, *gialapii* ʒij.
Coque in s. q. ▽ ℞. *colat.* ℥vj, *sir. de cich. cum rhab.* ℥j, *sp.* Oli *cephalici gut.* iij.
M. S. Laxier und eröffnender Tranck uff 2. mal.

Nodulus. ℞. *radicis pæoniæ, glycyrrhizæ* a. ʒij, *fl. rosarum, violarum, nymphææ, borag.* a. piij, *fol. majoranæ, plantaginis, rosmarini* a. mß, *gialap. spir. vini irrorati, mechoac.* a. ℥ß, *sem. paon.* ʒj.
Concisa contusa f. a. D. ad chartam. S. Species zum Säcklein.

Pulvis. PULVIS sin ægræ arrideat, sit talis:

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ℈j, *epatici rubri* ℈ß, *scammonii rosati* gr. iij, *elæosacchari citri* gr. xij.
M. in charta S. purgierpulver uf 1. mal.
Si minùs primis diebus purgatio successerit, adjumenti loco possunt adhiberi sequentes:

Pilulæ. ℞. *extracti hellebori nigri* gr. v, *trochiscorum albandal, resinæ gialapii* a. gr. vj. M.
F. l. a. cum sirupo rosarum pilulæ. D. in pyxide. S. Pillen uff einmal.

Clyster. Si opus, potest CLYSTER adhiberi sequens:

℞. *rad. althææ, malvæ, pæoniæ* a. ℥ß, *fol. verbenæ, betonicæ, majoranæ* a. mj, *fl. tiliæ, sambuci, liliorum convallium* a. mj, *rad. bryoniæ, asari* a. ʒij, *prunorum Damascen.* n. xij.
Coq. in s. q. ▽ *simpl. col.* ℞. ℔j, *bened. lax.* ℥j, *mell. ros.* ℥ß, ℥ *viol. nymph.* a. ℥j M. F. Enem.

Diuretica. DIURETICA in usum trahi possunt, ut serum sanguinis & fovens humor removeatur. Indicationem hanc explet *Tin-* *ctura*

Digitized by Google

flura ♀*ri*, *lap. prunellæ simplex* & *cum* ♄ *compositus*, qui simùl refrigerat egregiè. Poteſt miſceri cum *ſaccharo*, & ad ℈j in ▽ *lactucæ* exhiberi.

SUDORIFERA, quæ per inſenſibilem humorum abſumptionem omne ferè abſolvunt punctum, non debent omitti. *Sudorifera.*

℞. *extr. cardui benedicti* ℈j, *ligni ſancti* g. vj,
⊖*ii centaur. minoris*, *bezoardici* ♃*is* a. g. vij.
Cum ſirupo de roſis ſiccis M. F. *pilulæ*. S. Pillen uff einmal.
Poſſunt in ſequenti adhiberi vehiculo:

℞. ▽ *card. ben.* ℥iij, *ſir. de beton.* ℥ß. M. S. Waſſer zum Pillen.

PARTICULARITER caput evacuans neceſſarium: *Particulariter per membranã naſi evacuans.*

℞. *fol. majoranæ*, *meliſſæ*,
fl. lil. convall. a. pij, *ſem. nigellæ* g. v.
M. F. pulvis ſubtilis. D. in pyxide S. Nieſepulver. Attrahatur naribus quantitate piſi.

ALTERANTIA intemperiem ſanguinis ſubjungenda. *Alterantia interna.*

1. INTERNA.

℞. *ſpec. diamarg. frigid.* ʒij, *diambræ* ʒj,
cum ſacch. in ſ. q. ▽ *lactucæ ſol.* ℥v.
F. l. a. Rotulæ. In ſcatulâ. S. Küchlein uff etlichmal.

℞. *ſem. 4. frigid. major. excort.* a. ʒij,
amygdalorum dulcium ambroſ. nucl. perſicorum a. ℥iß,
Fiat cum ▽ *lactucæ*, *roſarum*, *nymphææ* a. ℥ij, *emulſio*.
Edulcetur ſacchari perlati ℥ß.
Adde *magiſterii perlarum* ℈j. S. köſtliche Perlenmilch.

℞. *ſir. acetoſ. citri*, *fl. tunicæ*, *pæoniæ*, *meliſſæ* a. ℥ß.
confect. Alkermes ʒj, *miſturæ ſimpl.* ℈j. M. S. Hauptmiſtur.

℞. *ſir. rubi Idæi*, *coralliorum* a. ʒiij, *papaveris albi* ʒij,
▽. *roſarum* ℥ij, *lactucæ* ℥j, *verbenæ* ℥iß,

ſp. ⊕*li*

℞. ⊖li *cephalici* ℈ß, *tinctura* ☽ ʒj. F. julepus.
S. Julep uff etlich mal.

Vel

℞. *sir. de rosis siccis, violarum* a. ℥ij, *papaveris rhœados* ℥iß,
▽ *lactucæ, rosarum, plantaginis* a. ℥j,
lapidis prunellæ ℈. xv, *sacchari* ♄ni ℈. vj.
M. S. Julep uff 5. mal abends und morgens zu gebrauchen.

℞. *cons. rosarum, nymphææ, buglossi* a. ℥j,
rad. cichorii conditæ, lactucæ Italicæ conditæ a. ℥iß,
spec. diamargarit. frig. coralliorum rubr. ppt. a. ʒß,
laudani opiat. ℈. iij. M. *cum sir. conservat. citri*
q. s. F. Electuarium. In pyxide. S. Stärckzucker uff etlich mal.

Anodyna Ad MITIGATIONEM doloris, qui nonnunquam vigilias auget, respiciendum, & anodyna in auxilium vocanda, ea scilicet, quæ in centro suo detinent causam morbificam, ne extra pomœria divagata, lancinare & vellicare possit membranosa capitis tegmina.

interna. INTUS exhiberi potest sequens:

℞. *conservæ violarum* ʒj, *laudani opiati* ℈. iij.
M. *cum s. q. sachari* F. bolus. S. Bißlein gegen die Nacht uff einmal.

℞. *magist. anodyni cum margaritis ppt.* ℈. vj. D. horâ somni in cochleari cerevisiæ frigidæ.

externa. EXTERIUS, ℞. ꝏ *camphoræ rubri Rolfinciani* ʒj. Illinatur concursui suturæ coronalis & sagittalis, item temporibus, & cervici.

℞. *empl. de betonicâ, pro bregmate usitati* a. q. s.
Malax. c. s. q. ꝏ *cham. & ungv. alabastr.* M. F. emplastr.

Dolorem capitis, cum unguento alabastrino, cum opio ipsi non cessisset, oxyrrhodino cum succo sempervivi misto, expugnavit *Henricus Heerius obs. 8.*

℞. un-

Digitized by Google

℞. *unguenti alabastrini* ℥ß, ℅ *nymphææ*,
camphoræ a. ℈ß, *opii thebaici in* 🜄 *soluti* ℥. vj.
M. F. unguentum. D. in pyxide.

℞. 🜄 *verbenæ*, *nymphææ*, *fl. persic.* a. ℥j,
sambuci ℥ß, *rosarum fragrantiss.* ℥iß.
M. S. Stirn- und umbschlag - Wasser.

Ceu secretum à nonnullis laudatur, quod incantamento quasi quôdam dolores cephalicos demulceat & sopiat, sequens: Jubent nimirum imponere capiti patinam, aquâ fontanâ repletam, infundere huic plumbi liquati circiter ℥ij, quo facto sperant, cum patinâ dolores atroces removeri posse. Idem ergò periclitandi gratiâ, si ægra admiserit, commendari potest.

PEDILUVIA utiliter institui possunt, quòd consensus capiti cum pedibus intercedat notissimus, delatis mediantibus venis ἀναθυμίασι suaviusculis & paregoricis blandiciis ad caput, tanquam ad cœlum microcosmicum, cui parent & obsequuntur inferiora, ceu sublunaria quædam, libentissimo deferentia obsequio officia. Accedit, quod nervorum propagines in soleas pedum desinant, hinc communicatione sopientium virtutis factâ, ea ad cerebrum transmittitur, & ad somnum invitat.

℞. *fol. lactucæ*, *salicis*, *verbenæ* a. m j.
fl. papaveris rhœados, *nymphææ* a. p. vj.
chamameli, *meliloti* a. m ij, *sambuci* m iij,
rad. pæoniæ ℥j. *capitum papaveris* n. xij.
Concisa grosso modo in chartâ S. species zum Fußbad.

℞. *sem. coriandri ppt.* ℥ß, *myrtillorum*, *cortic. citri*. a. ʒij,
fl. rosarum mß, *nymphææ*, *violarum* a. pij,
rad. ireos florentinæ ʒj, *camphoræ* ℥. iij, *nucistæ* ℈ij,
rasuræ ligni rhodii, *sandali citrini* a. ʒij,
fol. salviæ, *rosmarini* a. mj.
Concisa contusa f. a. D. ad chartam. S. *species* zum Hauptsäcklein.

Diæta. DIAETETICUS fons triplici absolvitur diætâ: naturali nempe, vitali & animali.

naturalis, NATURALIS diæta primum sibi vendicat locum. CIBUS sit εὔχυμος, καὶ εὔπεπτος, aliquantò parciore demensus præbio, ne cruditates, evocato ad superiora à ventriculo calore, qui concoquere largo pondere ingesta renuit, emergant. Sit insuper FRIGIDUS & HUMECTANS. Utatur ægra ptisanâ & cremore hordeaceis. Fugiat calidos & excessivè siccos, aromatibus nimis conditos, acria item & vaporosa effluvia in se continentes cepas & allium. POTUS sit ▽ hordei, cerevisia Numburgensis, benè defecata. LAC, tenore *aphorismi 64. sect. 5.* fugiatur, & VINUM generosum denegetur. Adeoque omnia ita componantur, ut κατὰ τὴν παρ' ἀλλήλων διαδοχὴν, *quasi per manus tradito auxilio* membra omnia ad eliminandum hostem & alterandum sanguinem, extra organa sua & pomœria fervescentem, concurrant.

Vitalis, In VITALI DIAETA eligatur AER temperatus, CALIDUS & SICCUS vitetur, flatus quoque austrini declinentur. Νότοι γὰρ καρηβαρικοὶ, *auster caput gravat, 3. aph. 5.*

Animalis. In ANIMALI procuretur SOMNUS longior, in conclavi mundo, nullis vaporosis atomis referto, ut vires reficiantur, & dolores tandem evanescant. VIGILIAE temperentur, nimiæ enim spiritus resolvunt & absumunt, biliososque humores acuunt, quibus efferatis longe atrociores enascuntur cruciatus. MOTUS corporis sit moderatus, & potius QUIES, quæ dolentibus solatio esse solet, imperetur. ALVUS laxior & lubrica servetur. Alvi etenim segnities, *ait Hippocrates,* omnium confusio est, vasorumque impuritas. VENEREM ad tempus in lactucâ sepeliat, ne præter id, quod inflammantur exinde spiritus & humores, menstruum retentum debitum majorem ereet exacerbationem. ANIMI pathemata rationis moderentur freno, imprimis vitetur IRA, in microcosmico magnas turbas dans mari.

CON-

Digitized by Google

※ ※ ※ ※

CONSULTATIO II

pro

viro dolore capitis affecto.

HISTORIA.

VIr XXXV. annorum, calidi & sicci temperamenti, capillis crispis præditus, natus eo die, quo ☉ ex ♌ videbat ♂ sibi insultantem, capitis dolori levi de causâ per intervalla aliàs obnoxius, mediâ æstate sub sirio, etiam pleno meridie iter faciens, sine omni discrimine, per octiduum variis diætæ indulgens erroribus, usus in cœnâ & prandio carnibus cum radice raphani coctis, interdum petroselini, nonnunquam aromatibus, vinis etiam, quæ secum vehebat, Francicis & Ungaricis, Venereis deliciis etiam post cibum sumtum favens, nonnunquam post meridiem somno indulgens, & iræ vicissitudinibus obnoxius, sensit dolorem in dextrâ capitis parte sensim subrepentem, continuò durantem, circa noctem tamen recrudescentem, manè remittentem, jam per octo dierum spatium. Dolor non est obtusus, sed satis acutus, pungens, tensivus cum aliquâ mordicatione. Vigiles trahit noctes æger. Nares humidas antè, jam experitur siccas. Alvus naturali propensione immorigera est. Urinæ sunt tenues, igneæ. Metuens majora mala petit consilium, promittens obedientiam & diætæ emendationem. *Prima pars consultationis.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo conqueritur ægrotus, est κεφαλαλγία seu *dolor capitis*, à parte affectâ & symptomate dictus. *Altera pars consultationis.*

Dum dolor dicitur, illicò è numero morborum & caussarum excludendus & ad symptomata relegandus erit, cùm morbum sequatur. *Species affectus.*

Cùm autem symptomata trium generum *à Galeno* constituantur, facilè patet, ad quod genus hic dolor sit referendus: ad ACTIONEM LÆSAM scilicet; neque tamen *abolitam* prorsus, aliàs enim non adesset dolor; neque *diminutam*, ita

Digitized by Google

enim ſtupor potiùs oriretur; ſed ad *depravatam*: cùm enim improportionatum objectum tactus organum afficit, actio depravatur.

Hinc facilè colligi poteſt, ad animalem actionem læſam eſſe referendum.

Adeſt autem illa ſpecies doloris, quæ vocatur hemicrania.

Subjectum. SUBJECTUM *ut quo*, eſt ſuperior venter. *Principale* ſunt membranæ. Dijudicatio triſtis ſenſionis fit in medullâ. Locum deſignare vix licet. Neque hanc dignitatem & autoritatem pinealis meretur glandula.

CAPUT per συμπάθειαν adficitur. Etſi enim videatur naturalis quædam capitis propenſio in ægro adeſſe ad hunc dolorem, cum in ☍ ☉ ad ♂ natus, & levi de causâ huic dolori obnoxius ſit; nihilominus tamen, quum ob errorem in diætâ,& à delectamentis venereis oriatur, dolor non continuus ſit, ſed ſub noctem recrudeſcens, mane remittens, in □ quoque vitium deprehendatur, dum ignea eſt & tenuis, dolorem hunc per CONSENSUM partium inferiorum natum eſſe pronunciamus. Interim tamen nec caput ab omni culpâ eſſentiali eſt liberum.

Cauſa immediata, CAUSA IMMEDIATA eſt λύσις τῆς συνεχείας, *ſolutio continui*, non quidem in ἕξει, ſed adhuc in σχέσει conſideranda.

mediata. MEDIATA PROXIMIOR eſt humor BILIOSUS & calidus

1. Eſſentia humoris peccantis. p. n. copioſiùs in caput delatus. Hoc inde manifeſtum erit, quoniam dolor adeſt non obtuſus, qualis eſſe ſolet, quando à pituitâ ſuboritur, ſed ſatis acutus, pungens, tenſivus cum aliquâ mordicatione. Cùm enim bilis ſit calida & ſicca, & ita proximè accedat ad ignis naturam, ejusmodi moleculas acutas & cuſpidales in ſe continet, quæ dum membranulæ ſe inſinuant, ſolvunt unitatem & dolorem inducunt.

Chimici interrogati, quemnam hîc agnoſcant humorem, deſignabunt ſpiritum mercurialem præcipitatum.

Helmontius ſuum acorem vel ignoti regiminis accuſabit actionem.

Alii pancreaticum ſuccum acidum & lixivioſum ſalſum bilioſum accuſare poterunt.

Peccant

Digitized by Google

Peccant hi humores quantitate, copiosi dum sunt, qualitate, caliditate dum excedunt, utraque satis activâ. Motu generationis etiam in vitio sunt & locali. *2. Essendi modus. in quantitate, qualitate, motu*

Generatur materia peccans non in ipso cerebro, cùm sit μητρόπολις τοῦ λιπαροῦ καὶ κολλώδους, adeoque frigidior pars, biliosum succum copiosiorem non producit. Defertur autem à partibus inferioribus ad cerebrum. *1. generationis.*

VIÆ per quas hæc ad caput defertur, sunt arteriæ, quæ mediante sanguine eò illam perduxerunt. *2. locali. Via, per quas delatio fit.*

MODUS, quo biliosus sanguis defertur ad caput, est ἕλξις καὶ ὦσις *tractio* & *pulsio*. *Modus, est*

ATTRACTIO debetur calori solis, dum iter faciebat diebus canicularibus, pleno meridie. *attractio,*

PULSIO robori partium infernarum. *pulsio,*

Recipit caput influentes humores ob imbecillitatem nativam, per quam factum, ut levi de causâ, per intervalla, dolori capitis esset obnoxius. *receptio.*

Διαχώρησις humorum hic etiam locum habet, exorta à plenitudine & fermentatione. Dum enim à nimio calore fermentatio p. n. fuit exorta, humores dissipati undique, velut sine regimine oberrantes, præternaturali impetu ad caput deferuntur. *separatio.*

Inter REMOTIORES causas NATURALES primo loco refertur TEMPERAMENTUM calidum & siccum, quod capilli crispi declarant. Id ipsum *Galeno attestante 3. de loc. affect. cap. 9.* pronum & aptum est ad excitandum dolores capitis. Præterquam enim quod à calore & siccitate membranæ exquisitioris fiant sensûs, etiam bilis faciliùs generatur, sanguis incenditur ad solvendum continuum. *Remotiores, mediatæ naturales, temperamentum.*

AETAS & SEXUS non ita planè prætereundus, quoniam vir est XXXV. annorum. Viri enim aliàs calidiores, & cumprimis in vigente ætate. *ætas.*

NATURALIS capitis imbecillitas & ad dolorem capitis inclinatio multum hic momenti habet. *naturalis capitis imbecillitas.*

Ad NON NATURALES spectat AER æstivus, radiis solaribus nimis imprægnatus, qui dùm aliàs dolorem capitis indu- *Non naturales, aer calidus,*

 cit,

Digitized by Google

fit, ut retenta bilis in vasis & ad caput delata illud adficiat.

VENUS non ultimo loco reputanda. Spiritus & sanguis propter nimium hunc motum incalescentes, feruntur ad caput, & dolorem excitant. Quatenus post cibum sumptum statim fuit adhibita, cruditatem inducendo dolorem auget. Avocantur enim spiritus animales à coctione, unde non potest non cruditas subsequi.

Dum IRAE vicissitudinibus obnoxius, mirum non est, quod dolore capitis tentetur. In irâ propter nimiam fermentationem sanguis effervescit, bilis ebullescit. Inde ad caput delata, qui potuit dolorem non excitare? *Affectus.*

Ex his causis pronatus dolor suis non destituitur symptomatibus. *Ratio symptomatum.*

SENTIT DOLOREM in dextrâ parte, non propterea quidem, quod bilis dextrum latus occupet, quæ veterum fuit opinio; sed quoniam cum sanguine per arterias ad hunc locum potissimùm fuit perducta. 1.

SENSIM SUBREPENTEM dolorem sentit, quoniam non unâ vice bilis in sufficienti copiâ ad dolorem excitandum in caput pervenit; sed sensim & successivè, cum pulsu. Cùm autem collecta fuit, dolor 2.

CONTINUO DURAT: adhæret enim humor acris & biliosus membranis, quæ à continuâ vellicatione continuò dolent. 3.

CIRCA NOCTEM RECRUDESCIT dolor, quia dum concoctio peragitur, perturbatio fit humorum, & biliosus augetur accessione materiæ, unde & dolor augetur. 4.

MANE REMITTIT, quoniam peractâ coctione cessat fermentatio, non ampliùs turbantur humores, nulla materia ampliùs subministratur, & aliqua pars quoque biliosi humoris à venis revehitur. Adde, quod irritata à nimiâ materiâ natura manè per alimentum roborata, contra eam insurgat, & aliquam partem expellat. 5.

DURAVIT PER OCTO DIES, quoniam tenaciter adhæret biliosus humor, & infixus quasi est membranulis, ut eludat expultricis vim. 6.

DOLOR ACUTUS EST, pungens, tensivus cum mordicatione 7.

Digitized by Google

catione, ob rationem superiùs datam, bilem scilicet igneis & aculeatis atomis præditam, quæ ἀθρόως & confertim solvunt continui unitatem.

8. VIGILES TRAHIT NOCTES ob humores calidos in capite contentos. Dum enim somnus non nisi à suavi ἀναθυμιάσεως fit; quando revocantur spiritus animales, & suaves exhalationes in cerebro ob frigiditatem condensantur: somnus certè in dolore capitis nequit excitari, quoniam humores & inde
9. vapores adsunt calidiores, quàm ad somnum requirebantur.

NARES EXPERITUR SICCAS, ob calorem in corpore excitatum, qui impedit, quo minus serositates & lymphæ salivales
10. in glandulosam narium tunicam deponantur.

ALVUS naturali propensione IMMORIGERA est; propter humiditatem in excrementis à calore absumtam, & intestina
11. exsiccata.

URINAE quod TENUES sint, fit, quoniam cruditates in corpore dominantur. Dum enim calor est p. n. auctus, etiam præternaturalis fermentatio adest, & nulla fit concoctio perfecta; unde neque crassi humores separantur, neque ⊡ admiscentur. IGNEAE sunt, tùm ob calorem excedentem, qui humores comburit; tùm ob bilem copiosam. Etsi enim bilis in se spectata nihil faciat ad colores ⊡, multum tamen facit, si copiosa, quatenus multum ⊖ volatilis secum habet.

Prædictio salutis.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ. De eventu felici non dubitamus; quoniam æger adhuc vigentis & floridæ ætatis est: promittit obedientiam in usu medicamentorum, & diætæ observantiâ.

longitudinis.

De LONGITUDINE securi sumus, cum ab humore tenui ortus sit, & omnes morbi calidi brevi terminentur.

modi eventus.

MODUS eventus erit per ATTEMPERATIONEM & VACUATIONEM materiæ calidæ & biliosæ.

Curatio in oculis habens indicationem curatoriam

CURATIONEM aggressuri tribus INDICATIONIBUS usitatis innitemur: CURATORIA, PRÆSERVATORIA, VITALI.

CURATORIA indicat, intemperiem tùm in toto corpore, tùm in capite à calore & bile ortam, esse per frigida alterandam.

PRAE-

PRÆSERVATORIA dum causas respicit, evacuationem & alterationem biliosæ cacochymiæ postulat. Symptomata quoque, etsi aliàs nihil indicare perhibeantur, tamen quoniam tùm urgent, tùm quoque rationem causæ induunt, indicant. Et alvus quidem obstructa, lenientia; dolor urgens anodyna; vigiliæ hypnotica postulant. *præservatoriam.*

VITALIS respicit vires, quæ non negligendæ, ne succumbat natura. Ideoque confortantia tùm totius corporis, tùm capitis in specie præscribenda. *Vitalem.*

AUXILIORUM MATERIÆ desumuntur è tribus fontibus usitatis, chirurgico, pharmaceutico, diætetico. *Materiæ auxiliorum*

FONS CHIRURGICUS dum aperitur, illicò V.S. suadetur. Etsi enim magna plethora non adsit, tamen ad restinguendum calorem æstuantem, & revellendos biliosos è capite succos, utique & indicatur, & rectè administratur. Adhibenda tamen, si corpus priùs purgatum fuerit. Vena secetur in dextro brachio MEDIANA vel CEPHALICA. Quamvis enim delectus venarum hodiè tam magni non fiat, antiquitati tamen honor haberi & decreta ejus observari possunt. Venæ frontis apertio proderit. *fontis chirurgici.* Φλεβοτομία.

ARTERIOTOMIA, modò periculum non timeatur, biliosa ægra cum sit, videtur conducere. Eligenda in fronte, temporibus, aut post aures, quæ micat, magis calet, & rubet, *teste Galeno l. 6. de sanit. tuenda, & l. 13. m. m.* Αρτηριοτομία.

HARUM vice fungi poterunt CUCURBITULÆ in scapulis & nuchâ ad revellendum adplicitæ. ἐγχαράξεις.

HIRUDINES non frustrabunt intentionem, admotæ temporibus vel fronti. Non turbetur æger, si statim fluxus compesci non possit, sed per aliquot horas duret. *Hirudines.*

VESICATORIA singulariter prodesse videntur, quod iis materia commodè educatur, applicita cervici, vel post aures. *Vesicatoria.*

FONTICULI in hoc dolore non statim inurendi, nisi malum ultra modum duret. Excitari possunt cauterio actuali vel potentiali, in infernis artubus circà silvestrem dextræ tibiæ partem, vel etiam in brachio. *Fonticuli.*

Digitized by Google

Pharmacia nititur evacuantibus.

FONS PHARMACEUTICUS jam ſequitur, haud paucis remediis, iisque optimis ſcatens. Jubet autem ante omnia laxantia adhibere, ut alvus ſubducatur.

Lenientia per os exhibenda.

LENIENTIA primum obtinent locum.

℞. *medullæ caſſiæ recenter ſuper vapore althææ extractæ* ℥ß, *elæoſacchari cinamomi* ℈j, *ſeminis aniſi* ʒj, *ſacchari* q. s.
M. F. Elect. detur in pyxide. S. Laxierzucker.

℞. *radicis polypodii querni, cichorii, bryoniæ* a. ʒij,
foliorum lactucæ, endiviæ a. mj,
florum violarum, perſicorum, ſtœchados a. p. ij,
ſeminum 4. frigid. majorum & min. a. ʒj,
Coq. in s. q. ▽ *fontanæ. Colaturæ* ℞. ℥vj, adde
ſirupi de prunis ʒij, *de cichorio cum rhabarbaro* ʒß.
F. Potio S. Alterier- und Laxier-Tranck.

Enema per inferiorem gutturem injiciendum.

Nec adeò incommodum erit, ſi leni clyſmate ad ſubducendam alvum utamur. Et videtur neceſſarium eſſe, ut hac ratione inteſtina exſiccata iterum humectentur. Poſſet ergò ſequens adhiberi.

℞. *radicum althææ, malvæ* a. ℥ß,
herbarum violarum, endiviæ, ſpinachiæ, lapathi a. mj,
florum roſarum, papaveris rhœados, nymphææ a. pij,
ſeminis lini ʒij, *prunorum dulcium* n. x.
Coque in s. q. ▽ *Colaturæ* ℞. ℔j. Adde
caſſiæ ℥ß, ☍ *aniſi, nymphææ* a. ℥j. F. enema.

Præparantia.

PRAEPARANTIA his ſubjungenda. Componuntur ex cephalicis.

℞. ▽ *majoranæ, nymphææ, chamæmeli* a. ℥ij,
ſirupi de endiviâ, rubi idæi a. ℥ß, *miſturæ ſimplicis* ℈j.
D. in fictili S. Alterier-Tranck.

℞. *cryſtallorum* ♀*ri* ℈j, ⊖ *majoranæ, juniperi* a. ℈ß.
M. divide in duas partes in chartis diſtinctis. S. zwey Lindpulver.

Purgan-

Digitized by Google

PURGANTIA succedunt. 1. in formâ PULVERIS: *Purgantia.*

℞. *gialapii* ℈j, *dacrydii* ♁*ati* g. vj, *cryſtallorum* ♀ g. iij, *elæoſachari citri* ℈ß.
M. F. pulvis. S. Purgierpulver auff einmal.

PILULAE quoniam omnes ſiccæ & calidæ ſunt, in hoc affectu bilioſo non videntur eſſe adhibendæ, ne calor augeatur. Gratiis tamen ægræ mos gerendus cum eam formam petat.

℞. *extracti rhabarbari*, *magiſterii ſcammonii*, a. ℈ß, *trochiſcorum albandal* g. IV. F. l. a, cum *ſirupo betonicæ* pilulæ n. xxv.
D. in pyxide. S. Pillen auff einmal.

VOMITORIA, quoniam cruditates videntur in ventriculo, ob diætæ errores ſtagnare, non ſunt improbanda.

℞. *conſervæ roſarum* ʒj, ♀ *emetici Mynſichti*, g. v.
M. S. Brechzucker auff einmal.

Vel:

℞. *pulveris radicum aſari* ʒß, *oxymell. ſquillitici* ℥ß, ▽ *cardui benedicti* ℥iiij. M. F. Potus. S. Erbrech-Tranck.

DIURETICA videntur etiam prodeſſe, ut ſpiritus ⊖. Oli, eſſentia diuretica. *Diuretica.*

DIAPHORETICA, cum materia bilioſa facilè ob levitatem, raritatem & tenuitatem exhalet, & vix ullas ſui reliquias in capite ſuperſtites relinquat, quæ diaphoreticis egeant, ſeponi poſſunt. *Diaphoretica.*

ALTERANTIA bilem & æſtuantem ſanguinem jam ſunt ſubjungenda. *Alterantia*

INTERNA. *Interna.*

℞. *ſirupi acetoſitatis citri*, *rubi idæi*, *de jujubis* a. ℥ij, *perlarum*, *coralliorum* a. ʒj, ▽ *plantaginis*, *portulacæ*, *boraginis* a. q. s. *ad gratum julepi ſaporem* adde *tinctura violarum*, *roſarum* a. q. ſ. *ad ſaporis gratiam.*
M. S. Julep auff etliche mal.

Digitized by Google

℞. *sacchari in* ▽ *borag. soluti* ℥iv, *spec. de gem. frigid.* ʒij.
F. l. a. Rotulæ. D. in scatula S. Küchlein auff etliche mal.

Emulsio. ℞. *seminum 4. frigidorum majorum* a. ʒij, *papaveris albi* ʒj, *amygdalorum dulcium excorticatorum* ℥ß,
▽ *rosarum, plantaginis, acetosæ, portulacæ* a. ℥ij, *veronicæ* ℥j.
F. emulsio. Coletur. Adde *sacchari canthii albi* ʒvj. S. Mandelmilch auff zwey mal.

Ad sedandum dolorem exhiberi potest:

Bolus. ℞. *laudani opiati* gr. iv, *conservæ rosarum* ℈ij.
C. s. q. sacchari M. D. S. Schmertzstillendes Bißlein auff einmal.

Externa. EXTERNA, quæ simul æstum solarem imminuere & vigilias quoque sedare poterunt, his subjungenda.

℞. ∴ *rosarum, nenupharini* a. ʒß,
▽ *plantaginis, violarum* a. ℥ß, *solani* ℥j,
✠ *liliorum convallium* ʒij. M. S. Umbschlag-Wasser.

℞. ▽ *rosar.* ℥iß, *nymphææ, verbenæ* a. ʒiß, ∴ *jasmini* g. x.
M. D. S. zu riechen.

Confortantia. CONFORTANTIA tandem non tradantur oblivioni.

℞. *pulveris analeptici Rolfinciani, foliorum rorismarini, betonicæ, lavendulæ, cochlear.* a. ʒß,
radicum ireos, acori, galangæ a. ℈ß,
coriandri ppt. ℈ij,
∴ *anthos, caryophyllorum, cinamomi* a. gt. iiij,
fœniculi, anisi a. gt. vj.
sacchari rosati tabulati ad pondus omnium. M. D. in scatula. S. Hauptstärckendes Trisenet.

VENTRICULUS cum primæ coctioni famulantibus partibus fomitem subministrare videatur; illi succurrendum,

trāgematibus stomachalibus, *elixiri proprietatis Paracelsi, Minsichtii, Rolfincii*, & aliis.

CORDI prospiciendum externis. Exterius verò ejus scrobiculus foveatur ℴℴ *nucis myristicæ expresso* solo, vel cum *oleo menthæ*, *absinthii*, *juniperi* ad balsami consistentiam redacto.

Nonnulli autores fuerunt febris excitandæ. Sed speramus sine eâ optatum scopum impetrari posse. *An febris excitanda.*

FONS DIÆTETICUS tandem recluditur, qui triplici diætâ absolvitur. *Diæta*

I. NATURALI. Vitetur omnis cibus CALIDUS & SICCUS: adhibeatur HUMECTANS & FRIGIDUS. Vitentur omnia dulcia, quia augent bilem. Vitetur δύαρεπτ© imprimis radix raphani, cæpæ & id genus alia. Potus sit cerevisia vel Numburgensis vel Cunizensis. Vinum proscribatur, similiter lac. *naturalis,*

II. In VITALI, eligatur AER moderatè calidus & humectans. *Vitalis,*

III. In ANIMALI, somnus sit moderatus, ut & vigiliæ. Omnis motus violentus corporis vitetur, inprimis in meridie sub æstuante sole. ALVUS semper laxa servetur. Non adeò frequenter Venereis delectamentis utatur; post cibum autem planè abstineat. IRAE frenum nunquam laxet plùs justo. *animalis.*

CONSULTATIO III.

de

Vigilacè.

HISTORIA.

VIr temperamenti calidi & sicci, annorum quinquaginta, æstate mediâ sub siriis ardoribus, iter eques conficiens, parco & calido usus cibo, aromatibus, alliis, cepis, nasturtio medicato, cerevisiâ usus cum chamæleagno, Post, & lolio Drasßen/coctâ, & hispanico vino largiori indulgens; ut & Venereis sacrificiis deditus, etiam crudus & nondum peractâ *Relatio historica affectus præter naturã.*

 coctio-

Digitized by Google

coctione, iracundiæ mancipium, æmulationis ignibus æstuans; domum redux studiis suis diurnis & nocturnis mirum quantum intentus, adeò ut somnum odio prosequeretur, utque eundem arceret, quod majus est, ad vigiliarum continuationem etiam uteretur infuso herbæ Theé Indicæ, tantâ cum obstinatione, ut etiam in somnum prolapsus dicteriis impeteret encomia herbæ Theé, & optaret ab eo liber esse, & quasi dormiens meditationibus indulgeret, sensim incidit in insomneitatem omnimodam, nunc per tres menses durantem, oculis neque die neque nocte somnum videt, conqueritur per intervalla de dolore capitis, appetitu prostrato, & contumacibus alvi obstructionibus. Majora metuens mala, petit consilium.

RESOLUTIO.

Ανάλυσις Affectus species eruitur

AFFECTUS ægri nostri est ἀγρυπνία, παννυχισμὸς aliàs in Græciâ, Insomneitas, jugis vigilia, & Pervigilatio in Latio dictus.

ex signis:

SIGNIS affectus hujus præsentiam confirmare opus haud est. Manifestum est, quod nullam habeat quietis partem in summâ dormiendi necessitate, sed contentione ad res gerendas, corporisque labores in sensu & motu continuandos se defatigare cogatur.

magnitudo ex symptomatum intensione.

MAGNA est hæc insomneitas, κατὰ μέγεθος τῆς διαθέσεως in gradu excessus, qui mediocritatem non solùm excedit, verùm etiam altiora quærit subsellia.

Μόριον πάσχον.

PARS AFFECTA est cerebrum, quatenus animâ sensitivâ præditum. Impetus conciliatur spiritibus vitalibus à sanguinis affluentis calore, exitus à sensu communi & appetitu per nervos.

Afficitur cerebrum secundùm medullam globosam. Quænam autem pars hujus medullæ afficiatur, an anterior, an media, an postrema, determinatu difficile est, cum nondum constet, quam partem quælibet facultas, adeoque etiam sensus communis sibi elegerit suis in operationibus.

Mistus est affectus; essentialis & sympathicus *per consensum.*

CAUSA

Digitized by Google

CAUSA IMMEDIATA est continuus & prodigus animalium spirituum è cerebro in organa sensuum externorum & motus influxus. ἡ δ' αἰτία ἄμεσος.

MEDIATÆ causæ proximiores sunt defectus suavium ἀναθυμιάσεων, humidæ cerebri temperiei, & mentis tranquillæ. Sine his nullus somnus naturalis excitari potest. Ἔμμεσαι, τῆς ὕσίας, proximiores,

Deficit humidum cerebri naturale ob facultatem læsam à desiccatione & accensione cerebri immateriali, partim etiam materiali, biliosis succis ibidem collectis.

Curiosi *Paracelsicorum* principiorum observatores & admiratores, Mercuriali suo systatico principio fasces deferunt.

Sylviani salsi lixiviosi biliosi & liquoris acidi, nempe pancreatici, hùc etiam accommodari potest excessus.

ESSENTIÆ MODI ratione peccant hi humores vel principia chimica, quantitate, qualitate, utrâque magnæ activitatis. κ͵ τρόπῳ τῆς ὕσίας, ratione considerata.

MOTU etiam peccant, GENERATIONIS in cerebro, per διάθεσιν καὶ συναθροισμὸν à facultate læsâ ab intemperie calidâ siccâ collecti. LOCALI etiam motu peccant, dum extra cerebrum generati in constitutione cacochymicâ biliosâ per ῥευματισμὸν ad cerebrum deferuntur.

Terminus à quo est totum corpus, fomitem suppeditante ventriculo.

Pulsio locum habet in partibus mittentibus robustis, jecore, corde.

Receptio imbecillitati visceris accepta fertur.

Adjuvat hos vitiosorum humorum motus separatio, & à mistionis modo deviatio, quâ sanctè initas confœderationis leges transgrediuntur & è centro suo emigrant.

REMOTIORES mediatæ causæ NATURALES multæ sunt. Ἔμμεσαι, remotiores, naturales,

TEMPERAMENTUM calidum & siccum primas tenet.

ÆTAS ad senium inclinans *3. aphor. 31.* ab *Hippocrate* censetur ad vigilias disponere. In eâ est noster æger, qui L. jam attigit annum.

CONSUETUDO vigilandi insomniam invitavit perpetuam

Digitized by Google

tuam & individuam vitæ sociam, quæ jam ferè in naturam abiit. ὅμοιον γὰρ τὸ ἔθος τῇ φύσει. *Similis est consuetudo naturæ.*

non naturales. Inter NON NATURALES occasionem præbet AER calidus & siccus, æstivus luminosus. Hic promovet effusionem animalium spirituum. Hanc auxit

MOTUS corporis in itinere.

VICTUS parcior ratio subtraxit alimentarium humorem, & cibi aromatibus conditi, calidi, chyli & sanguinis intemperiem calidam & siccam auxerunt. *Allia, cepa, nasturtium*, caput flatuosis vaporibus inebriare aptæ, cerebrum repleverunt.

CEREVISIARUM ἀναῤῥοπία caput turbavit. Chamæleagnus seu Myrtus Brabantica, quæ in inferiore Saxoniâ vernaculâ linguâ vocatur Post / & Lolium Draspe calidas reddunt cerevisias & caput petentes. VINI Hispanici usus largior αἰώρησιν sanguinis citat, & sic caput replet calidis arteriosi sanguinis effumationibus. Silentio præteriri non debet, quod fores suo morbo aperuerit æger, crebro usu infusi herbæ Theè, fruticis Tsinensis, quæ eadem censetur cum Chamæleagno ante memoratâ. Potentissimum enim hoc est in vigiliis excitandis.

VENUS corpus & cerebrum exsiccat. In nostro ægro Venus & Bacchus easdem inhabitant ædes, in easdem conspirant noxas cerebro inferendas. Imprimis verò cerebro vim intulit, quod *Æginetæ* medici antiqui consilium secutus post cibum aphrodisia festa celebravit.

ANIMI AFFECTUS non leve hùc contulerunt momentum. In EXCANDESCENTIA iteratâ calor attrahitur ad cor, pulmonem, & cerebrum. Prius fit revocatione sanguinis ad centrum, posterius ἀναῤῥοπία humorum. IRA ipsa corpus & cerebrum, spiritusque in perpetuo detinet motu.

Omnem verò paginam absolvit harum vigiliarum, ÆMULATIO & studiorum contentio.

ÆMULATIONEM in eo excitabat ambitio. Contendebat cum aliis de primatu in causis forensibus expediendis, & litibus transigendis. Inde

CONTI-

CONTINUATIONE LUCUBRATIONUM diurnarum & nocturnarum, nullâ ferè alternæ quietis admissâ vicissitudine, spirituoso sanguini & animalibus spiritibus vim intulit.

Talibus ex causis natus affectus, non mirum est, quod enumerata habuerit symptomata. *Ratio symptomatum:*

CAPITIS DOLOR, quem dependere à λύσει τῆς συνεχείας, ἢ διαστάσει (ut *Philosophus* loquitur) τῶν συμφύτων μερῶν, communis sententia est, tum intemperiem capitis calidam & siccam, tum hospitantis in cerebro, & meninges ac pericranium vellicantis, biliosi succi acrimoniam, caliditatem *item* aëris æstivi, & ciborum, flatuosis exhalationibus caput distendentium, intemperantiam, necnon concurrens simul symptoma, alvi duritiem, causas satis prægnantes agnoscit. 1.

APPETITUS imminuti etsi difficile videatur determinare causam, siquidem vigilias per se alioqui majorem parere solere appetentiam, testis omni exceptione major experientia est; haud absurdè tamen & incommodè partim ab intemperie ventriculi calidâ, fermentum ejus salsacidum absumente & exsiccante, partim à biliosis præternaturalibus humoribus, tum in ipso ventriculo, ex ceparum, allii, aliorumque qui facile bilescunt, ciborum usu, genitis, tum ab aliis cacochymici corporis partibus ad eundem transmissis, & fermentalem succum, ut fami excitandæ ineptus fiat, adulterantibus deduci eundem videmur. Accedit ineffabilis omnium partium inter se invicem communio, inprimis famosus ventriculi, per nervos sextæ conjugationis orificio ipsius sinistro insertos, cum affecto cerebro consensus. 2.

CONTUMACEM ALVI OBSTRUCTIONEM (præterquam quòd ab eâdem illâ intemperie calidâ & siccâ non malè derivari videatur) excitare perbellè potuit valida cerebri, tum per calorem, tum dolorem humiditatem ad se ex toto rapientis tractio. ἡ κεφαλὴ, *inquit Hippocrates*, τὴν πλησμονὴν ἀντισπῶσα, τήν τε κοιλίην ἐφίστησι, καὶ αὐτὴ βαρύνεται, *caput plenitudinem ad se trahens & alvum sistit, & ipsum gravatur.* Insuper assumptorum ipsorum caliditas, & bilis ceu naturalis clysteris, ob impetum sursum ad caput factum, in intestinis defectus, ἐπιβάλλον suum μέρος adjecere. 3.

Prædictio salutis & mortis,

ΠΡΌΓΝΩΣΙΣ nunc nobis cordi erit, cum cognati anxii sint de eventu.

SALUTIS & MORTIS ratione ergò dissimulare haudquaquam possumus, periculoso ipsum laborare affectu; magnum enim τοῦ πεπονθότος τόπου, cerebri nempe, καὶ τῆς βεβλαμμένης αὐτοῦ ἐνεργείας ἀξίωμα, ipsumque malum in adolescentiæ jam tum suæ statu est.

Symptomata naturalem facultatem jam tum labascentem indicantia, inprimis ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ὅλων (verba sunt *divini senis 6. epid. sect. 3. text. 1.*) σύγχυσις, ἡ τῶν αἰσθησίων ἀναθαρσίη, pariterque *calida & sicca* totius *intemperies*, dissipans suaves ἀναθυμιάσεις, ut & *ætas consistens* jam & stata, parum boni portendunt.

Similiter inordinata diæta, quæ enormem admodum corpori calorem, cerebroque vehementem siccitatem videtur induxisse; quodque non ab externis modò levibusque causis, sed internâ potissimum, eâque materiæ sociâ intemperie pervigilium hoc nostrum dependet, signa sunt pertinacis atque ancipitis affectus. Hoc instante, non est quod corpori toti immunitatem ab ulteriore clade promittamus, non minus quippe vigiliæ vires exsolvunt aut dejiciunt, quàm sensibiles evacuationes, multarumque in corpore cruditatum fœcundi, juxtà *Coum*, parentes sunt.

Interim bono animo sit æger: evadet. Neque enim planè senex adeòque habitualiter quasi & radicativè siccus; neque vigiliarum, velut ante iis assuetus omninò intolerans; ulterius à vehementioribus accidentibus, tussi, delirio, aliisque adhuc liber; ipsumque πάθος τῆς φύσεως καὶ τῆς ἕξεως αὐτοῦ μᾶλλον οἰκεῖον, denique autumnale anni tempus frigidum & humidum curationi, quæ in illud incidit, percommodum est.

longitudinis,

LONGITUDINEM & BREVITATEM quod attinet, brevi finem sui mali sperare illum jubemus. Moram enim ἀγρυπνία naturâ suâ non patitur, sed celeriter plerumque vel ad mortem terminatur, vel ad sanitatem. Hanc ei intra hexaëmeron promittimus, DEO dante.

modi eventûs.

EVENTUS modum determinantes quietem placidam

placidam, & desideratissimi somni exoptatam restitutionem dummodo audientem eum nostris dictis fuerimus experti: sin minus, experietur & ipse diversam longe à promissâ hâc nostrâ suæ insomnëitatis mutationem, ruinam nempe facultatum omnium amplissimam, inflammationes, convulsiones, apoplexiam, epilepsiam, phrenitidem, febres, marasmum, aliosque acutos morbos quamplurimos, quibusque, ceu aliis olim evenit, correptus, tolli de vivis nullo negotio poterit.

CURATIO jam subnectenda, in quâ ad INDICATIONES respiciendum. *Curatio.*

CURATORIA symptoma quod urget, vacuitatem scilicet somni, per remedium somniferum auferendam, & intemperiem tum totius, tum cerebri, frigidorum ac humidorum, ut & (quatenus nimirum materialis est) discutientium ac sensibiliter evacuantium ope abolendam, monet. *Indicatio curatoria,*

PRÆSERVATORIA causas respiciens, jubet cerebrum humectare ac refrigerare, *humores* verò & succos *acres* mitigare, alterare, temperare, *tenues* incrassare, *nimios* evacuare, *à mistionis modo secessum facientes* ad priorem unionem ac concordiam reducere ac præcipitare, *ad partem* affectam *affluxuros* retinere, avertere, repellere, revellere ac intercipere; denique quicquid vel vigiliis aptum, vel somno inimicum in non naturalium usu occurrit, sollicitè removere. *præservatoria,*

VITALIS viribus consulens, cephalalgiam lenire, appetitum reducere, alvum eluere, ventriculum cerebrumque & omnia viscera corroborare, ac in officiis continere suadet. *Vitalis.*

ORDINEM indicationum quod concernit, ipsis illicò obviam ire vigiliis remedio somnum conciliante, optima videtur via & tutissima: periculum enim est, si ab expugnatione causarum ordiamur, ne dejiciamus magis ac prosternamus infirmas ægrotantis vires. *Recta administratio.*

In actum deducuntur hæc mandatoria consilia *materiis præsidiorum* petitis è tribus famosis fontibus.

CHIRURGICUS offert *Venæsectionem*, quam amplecti absente in ægro plethorâ, haudquaquam fas arbitramur, quia *Materia chirurgica.*

 san-

sanguinis, tanquam vigilias per se non inducentis, nulla hîc directè locum invenit imminutio.

CUCURBITULARUM verò modicè in occipitio scarificatarum, ut & SCARIFICATIONIS in cruribus revulsionis gratiâ institutæ, proficuum putamus usum.

CAUTERIA AC VESICATORIA, aliaque, quæ diversum à sanguine succum sensibiliter evacuant, cùm dolor capitis ea veluti dolorifica damnare videatur, ablegamus.

CUCURBITULAS siccas magnâ cum flammâ syncipiti admovendas; manuumque & pedum FRICTIONES, encomio *Celsi* claras, inprimis *humidas*, quæ fieri poterunt, vel manibus oleo appropriato, ut sunt *viol. nymph. papav. alb.*, *amygdalor. dulc.* inunctis, vel spongiâ decocto aliquo v. g. *fol. lactuc.*, *malv.*, *viol.*, *althaa*, madidâ, non possumus non commodas ei & salubres promittere.

INFUSORIÆ recentiorum chirurgiæ dare aliquem locum licebit, si vel stomachus officio non satisfecerit, vel abhorruerit æger per os assumenda.

Pharmaceuticæ materia PHARMACIA porrigit inter prima sua dona EVACUANTIA. Inter hæc

Lenientes. LENIENTIA agmen ducunt, per *Clysteres*, aptos quippe & obstructiones corporis solvere & ipsius simul caliditatem ac siccitatem corrigere, commodissimè adhibenda.

Sin abhorruerit clysteres æger, *per os assumenda* esse poterunt: *aloe rosata*, *violata*, in forma pilularum, *cassia solutiva*, *tamarindi*, *myrobalani citrina*, *serum lactis caprinum*, *sirup. aut. mel. ros. vel viol. diaprunum lenitiv.* Ex quibus quodcunque ad palatum fuerit, liberum ei erit eligere.

Præparantes. DIGERENTIA vel præparantia sequuntur.

℞. ▽ *cichorii*, *endiviæ* a. ℥ij, *sirupi nymphææ violar.* ℥j. *mistura simplicis* ℈s. M. D. S. Digestiv-Tränckllein.

Hæc PURGANTIA excipiunt. Duplicia illa; Vomitoria, & Purgantia per alvum. *Purgantes.*

ILLA aspernamur, velut debili (ut ex anorexiâ colligitur) ægrotantis ventriculo incongrua.

HÆC verò admitti merentur, sed mitiora & temperatiora.

℞. fol.

Digitized by Google

℞. *fol. senæ Alexandr.* ʒij, *rhabarbari electi* ℈v,
pulpæ tamarindorum ℥ß. Coque in f. q. ▽ fontanæ
Colaturæ adde *sirupi cichorii cum rhabarbaro* ℥j,
electuarii rosati Mesues ʒiij,
M. F. Haustus. D. S. Gall abführendes Tränckleín.

℞. *massæ pilularum cochiarum, aurearum* a. ℈s,
dacrydii gr. viij, *ol. spicæ* gr. iij,
cum sirupo nymphææ F. Pilulæ n. xv. inaurentur & dentur S. Purgier-Pillen auf einmahl.

HIDROTICIS & DIAPHORETICIS, ut & DIURETICIS, ERRHINIS & APOPHLEGMATISMIS, cum serum in ægro non abundet, parum loci fore videtur. Masticari tamen poterunt *grana mastichis sola vel cum passulis*, & saliva crebrò expui.

ALTERANTIA dignis modis attendenda, à mitioribus ad validiora facto progressu. *Alterantes mitiores interna.*

INTERNA.

℞. *amygdalorum dulcium excorticatorum* ℥ß.
seminum 4. frigid. majorum, lactucæ a. ʒij,
▽ *violarum, lactucæ, nymphææ* a. ℥vj.
F. l. a. Emulsio, percoletur & edulcetur sirupo de papavere ad gratum saporem. D. S. Kühlende Schlaf-milch. Bibat æger subinde bonum haustum.

℞. *sirupi florum papaveris rhœados* ℥j, *violar. nymph.* a. ʒiß,
▽ *lactucæ, portulacæ, nymphææ* a. ℥ij,
spiritus liliorum convallium, rosarum a. ʒij,
spiritus 🜊*li philosophici striati* ℈s,
tincturæ papaveris erratici Mynsichti ℈j.
M. F. Potio D. S. Kühl- und Schlaf-Julep.

℞. *diacodii albi in rotulis* ℥j, D. in scatulâ, S. Nacht-Küchlein 3. vel 4. pro dosi.

Externè præter epithemata ex ▽ *persicorum, solani, lactucæ, nymphææ, verbenæ, ros.* aliisque, cum *seminibus papaveris, lactucæ* &c. concinnanda, *Externæ mitiores.*

℞. ☍ *amygd. dulcium, violarum, nymph. anethi* a. ℥iß.
unguenti popul. ℥ij, *alabastrini* ℥j,

M. F. *Unguentum* αἰπύγευπνον, verticis radici, temporibus, axillis & pedum plantis inungendum. Vel

℞. ☍ *nucis moschatæ expressi* ʒij, *succini flavi* ℈j, *citri* ℈ß,
extracti croci g. vj, *camphoræ* g. iij,

M. F. Balsamum, temporibus, naribus, nec non suturæ coronali illinendum.

℞. *resinæ tacamahacæ* ʒj.

In mortario calido contunde. Extende super sericum rubrum. Fiant cataplasmata duo orbicularia. D. S. Pflaster auf den Backen.

℞. *rad. asari benè olentis* ℥iij,
fol. malvæ, althææ, violarum, salicis, betonicæ,
origani, nymphææ, lactucæ a. Mj.
florum ros. rubr. albar. chamæm. Rom. nymph. a. p. v.
summit. aneth. p ij,
capitum papaveris albi cum semine incisorum n. xij.

Concisa coque in s. q. ▽ fontanæ pro ποδονύπτρῳ, calidè (ita enim melius penetrat) bihorio post cœnam adhibendo.

Validiores alterantes. Quodsi mitiorum horum usus nihil profecerit, generosioribus insistendum.

Internæ. ℞. *laudani opiati* g. iij, Reformentur cum *spiritu* ⊖*li* vel ☍ *citri* additis *magist. perlar. corallior.* a. g. ij,

F. Pilulæ n. v. quæ dentur in pyxide, involutæ *magist.* C.C.
S. Kräfftige Ruhanhaltende Pillen.

Sumantur cum cochleari ▽ nymphææ.

℞. *magisterii anodyni Rolfinciani* g. iij,
⊕ *anodyni, lapid. bezoar. orient* a. g. ij.
elæosacchari citri, cinamomi a. g. v.

M. in mortario marmoreo. F. Pulvis. D. S. Liebliches Schlafpulver. Circa noctem in cochleari cerevisiæ Numburgensis offerendus.

℞. *emuls.*

℞. *emulſ. roſatæ* vel *violatæ Mynſichti* ℥iv,
Adde *laudani opiati* gr. iij, *margarit. præpar.* gr. vj,
M. D. S. Stärckende Schlafmilch.

℞. ▽ *flor. perſicorum, roſarum, nymphææ* ā. ℥iß. *externa*,
⁜ *roſacei, rutacei* ā. ʒiß.
⊖ *prunellæ* ʒj, *laudani opiati* gr. iiij,
M. d. in fictili. S. Umbschlagwasser.

℞. *ſeminis papaveris albi, anethi, lactucæ* ā. ʒij,
ſeminis hyoſcyami ʒj,
Cum lacte muliebri & ℴℴ *hyoſcyami* ʒß, F. Pulmentum pulſibus applicandum.

℞. *pinguedinis lucii piſcis,* ℴℴ *mandrag.* ā. ʒj,
Adde, ſi ſuppetat, liquoris aliquid ex vermiculis ſpongiarum cynosbati. M. F. Linimentum, quo & tempora &, nares, & plantæ pedum manuumque volæ inungi poterunt.

IN DIÆTA NATURALI victus conveniet non admodum tenuis, ὀπτικὸς καὶ ὀχυμὸς paul oque largior, ſed ſimplicior, refrigerans & humectans, elixus potius quàm aſſus, liquidus potiùs quàm ſolidus. *Ptiſana* ſuadenda videtur. Alteretur emulſione melonum vel papaveris albi. Aſſumatur (ut & cibus omnis alius) horâ vel bihorio ante decubitum. *1. Naturalis*

Vaporoſa acria, quæ caput petunt feriuntque, aut facilè bileſcunt, ut *allia, cepæ, naſturtium, chamæleagnus, mel, lac, aromata calidiora, acida* etiam & *acetoſa*, quippe quæ vaporum ad caput adſcenſum prohibent, ſedulò vitentur.

POTUS ſit ▽ hordei, julebus roſatus vel violatus, cereviſia hordeacea non multùm lupulata, vel alterata etiam ſpecificis quibusdam cephalicis ac ſomnificis. *Vinum*, in primis Hiſpanicum, imò meracius quodcunque velut vitale venenum fugiatur. Tenue tamen & ὀλιγοφόρον, coctionis primæ juvandæ ergò, bibere interdum licebit.

IN VITALI diætâ AER ſit temperatus, ad *frigidam* tamen magis inclinans conſtitutionem & *humidam*; umbroſus & obſcurus, expers fœtoris, expers impurorum miasmatum. *2. Vitalis.*

Digitized by Google

tum. *Styrax, opium, thus, masliche, succinum, asa dulcis seu benzoe* suffitibus inservire poterunt.

3. animalis ANIMALIS diæta, QUIETEM quidem, sine quâ somnus non est, suadet. MOTUM tamen, qui cum lecto suspenso ad vicem gestationis, juxta consilium *Horatii Augenii*, fieri poterit, non penitus interdicit.

EXCRETORUM ac RETENTORUM decens ratio habeatur. Viæ excretioni dicatæ apertæ serventur, obstructæ reserentur.

De VENERE, prædulci malo, roganti ob oculos ponatur illud in Anacharsidis statuâ scriptum: MENTULAM COMPESCE. Id sibi dictum æger putet. Crudo corpore & coctione nondum peractâ nunquam de *συνουσίᾳ* cogitet.

AFFECTUS ANIMI ita moderari decebit, ut nec iræ, nec æmulationi, nec metui aut tristitiæ, aut sollicitudini etiam soporis hosti, vel meditationibus aut speculationibus profundioribus locum relinquat. Eâ fini juvabit Musicos aliquando audire concentus, & suavis voculæ fidiumque modulatione pectus demulcere.

LUCUBRATIONES assiduæ, inque multam noctem hactenus protractæ vigiliæ, earumque suscitabulum infusum herbæ Theè, cane pejus & angue in posterum fugiantur.

SOMNUM denique, quem totâ mente desiderat, ut ritè obeat, decumbat in *loco* frigido, non rejectis tamen calefactoriis stragulis & culcitris, (quas suffire etiam aut farcire speciebus somniferis non malum fuerit) libero à pulicibus & culicibus, âque foro & hominum concursu remoto, unâ alterâve, à cœnâ peractâ horâ, postquam paulò ante pediluvium adhibuerit. *Sitûs* ratione fructuosior erit in latus dextrum primus decubitus, expedietque *τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικαμμύλα ἔχειν, καὶ ὡσαύτως ἐπ' ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν, crura paulatim reflexa tenere, & sic in utramque aurem dormire.*

Id ut possit, faxit, quod omnia potest, supremum numen.

CON-

CONSULTATIO IV.

De
viro phrenitico.
HISTORIA.

Vir juvenis 35. annorum, temperamenti calidi sicci, ad iram pronus, caniculæ æstu flagrante, victu calido & πολυποσίῃ usus crebrâ, in nuptiis & baptisteriis conviviis, choreis, cibis dulcibus, aromatisatis, vinoque generoso delectatus, post errori mederi volens, se macerans abstinentiâ, imò inediâ quasi, studiorum continuatione, lucubrationibus in multam noctem protractis, jacturam compensare volens, incidit in vigilias, somnos turbatos, somnia interrupta & conspicua, dolores cervicis & occipitis, post mente moveri & delirare, febri continuâ aridiori torqueri incipit, dolores amplius non sentit, absurda loquitur, inimicos vocat amicos, matulam petens non mejit, dentibus stridet, pulsus est durus, exiguus, celer, spiratio rara est ac magna, urinæ pellucidæ, albæ sunt, de siti non conqueritur, floccos evellit, festucas carpit, sanguis stillat è naribus, feces & urina injussa fluunt.

RESOLUTIO.

Omnibus probè benèque perspectis censemus præsentem ægrum laborare PHRENITIDE, quæ inter eos referuntur morbos, qui, ut meminit *Galenus 2. meth. med. cap. 2.* à symptomate, nempe delirio nomen accipiunt. *Affectus species est.*

Et cum 1. GENERALITER sumatur nomen hoc, pro quolibet delirio, ob communem vocis φρενῶν acceptionem. 2. SPECIALITER tamen & strictè accepta phrenitis in nostro adest ægroto. *phrenitis vera.*

Adesse phrenitidem talem manifestum est. Adsunt enim primò infallibilia illa criteria, *à Coo & Pergameno* annotata: nempe desipientia continua & febris acuta. *elucescit ex signis.*

Digitized by Google

Symptomata actionis læsæ animalis, vitalis & naturalis adfectui huic peculiaria idem demonstrant.

Adsunt etiam reliqua non solùm incipientis, sed & confirmatæ phrenitidis indicia omnia: Vigiliæ, somni turbati, somnia interrupta & conspicua, &c.

Pars affecta. LOCUS AFFECTUS seu SUBJECTUM est principum facultatum domicilium, cerebrum; idque afficitur partim ut similare temperatum, secundum medullam: partim ut dissimilare secundùm vasa & membranas. Utroque tamen modo, ut organicum. Non agnoscimus sedem operationum principum glandulam pinealem, nec singularem ejusdem in hoc delirio læsionem.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est inflammatio cerebri, membranarumque cum accensione spirituum animalium. Incenduntur nimirum membranæ ac intumescunt. Ab his calor præter naturam communicatur cerebro, intervenientibus obstructionibus vasorum: Et sic morbus intemperiei, auctæ magnitudinis, conformationis & solutæ unitatis oritur.

Mediatæ proximiores. PROXIMIORES mediatæ causæ sunt HUMORES calidi & sicci; biliosi, peccantes QUANTITATE, QUALITATE, utrâque magnæ activitatis. MOTU etiam peccant. NON GENERANTUR *in cerebro, ob δύναμιν αὐτῷ πεπονθυῖαν facultatem læsam*, ab intemperie quâdam, sed *extra cerebrum* totius culpâ à cacochymiâ biliosâ.

Hæc suppeditat *ῥεῦμα ὁρμώμενον*. Sanguis biliosus ex arteriis majoribus in minores, ex minoribus in minimas, & demum porositates membranæ tenuis cerebri corticem obvestantis, ibique dum exitum per sinus in venas non inveniunt, *συστροφῇ*, nodos & crispitudines efficiunt, inflammationemque *στάσει quiete* producunt.

MITTENS pars est totum corpus, quod potentiâ superat omnes partes seorsim sumtas, inque cerebrum saburram suam exonerare potest. RECIPIENTES partes sunt cerebri membranæ. IN MODO conspirant hîc æqualiter *τὸ ποιητικὸν καὶ ἀποδεκτικὸν μόριον*, partium vis efficiendi & opportunitas recipiendi. PELLITUR sanguis in cerebrum à

toto

Digitized by Google

toto, & in cerebro recipitur à toto. In uno robur excellit, in altero infirmitas dominatur.

Non mirum est, humores hos petere summa. Magna vis in angustiis vasorum meatibus est coactionis. Ut unda trudit undam non solum deorsum, verùm etiam sursum, ita etiam sanguis. In circulo non est neque sursum, neque deorsum, ita nec in sanguine circulato.

Propensio moti biliosi sanguinis non est solùm à naturali ad motum inclinatione, verùm etiam præternaturali, à fermentatione & quâdam ejus διαχωρήσει, segregatione.

II. REMOTÆ MEDIATÆ DISPONENTES sunt RES NATURALES. Adest TEMPERAMENTUM calidum, quod cerebrum ita disposuit, calefecit, & debilitavit, ut non modò incensionem spirituum animalium non prohibuerit, sed & juverit, ut sanguis non refrigeretur, sed potius cum ferventiorem reddiderit. *remotiores.*

AETAS ægri consistens, caliditati magis ansam præbet febrem augendo.

INTER RES NON NATURALES ansam præbent, AER calidus, vehemens ob caniculæ æstum flagrantem; chorearum motu corpus sæpe excalefecit. Varii in victu calido & πολυποσία crebrâ, in nuptiis & baptisteriis conviviis, cibis dulcibus, aromatisatis, vinoque generoso commissi errores. ANIMI pathemata multum conferunt. IRA & cor & cerebrum cum toto corpore incalescit. MOERORIS vicissitudo noxia. STUDIORUM & LUCUBRATIONUM assiduarum illa contentio, quâ præteriti temporis negligentiam compensare voluit, summo ipsi cessit nocumento. Ut corpus à violentis laboribus, sic anima à naturalibus turbatur. Nocturnæ lucubrationes naturæ & cerebri tenori magnas struxêre insidias. Debilitantur oculi corporis & animi ad morientis olivi flammam lucubrationibus nocturnis sollicitati. Mensuram nominis implet NOX, à nocendo dicta, etiam in oculis, vigiliis interpolata.

Ex his causis affectus enatus quod fuerit, non mirum; neque symptomata illa enata mirandum est.

Digitized by Google

Symptomatum ratio. I. Enatæ autem IN ANIMALI facultate VIGILIÆ primò, quia magna adfuit agitatio spirituum in ægri nostri cerebro.

2. SOMNI TURBATI oriuntur à variis imaginibus.

3. SOMNIA interrupta explicat *Galenus*, quia adeò viva ipsis apparent somnia, ut statim expergefiant. Ratio dependet à fixâ imaginatione.

4. DOLORES CERVICIS & OCCIPITIS propè summas vertebras adsunt: ibi enim grandes arteriæ & amplæ, per quas humores in caput fluunt, & hunc dolorem gravantem perficiunt.

5. MENTIS MOTIO & deliratio cum febri continua aridiori facit, quod DOLORES amplius NON SENTIT, absurda LOQUITUR, inimicos vocat amicos, adestque oblivio irrationalis. Inde æger petens matulam, tamen non mejit, nullum amplius adest mentis regimen.

II. 6. Adest etiam STRIDOR DENTIUM, totius enim corporis adest inquietudo, & irritatio musculorum maxillæ ab acribus vaporibus.

IN VITALI facultate læsiones iisdem oriuntur ex causis.

PULSUS adest DURUS propter membranæ duritiem. EXIGUUS ob vasis imbecillitatem. CELER propter flavam bilem.

7. Καρφολογία oritur ob vaporum, qui oculorum claritatem turbant, varium motum.

8. SPIRATIO rara est, ac magna, MAGNA ob caliditatem corporis immodicam: RARA ob delirium negligentiore redditâ facultate.

III. NATURALIS FACULTATIS actiones læsæ suas admittunt etiam rationes.

URINÆ pellucidæ sunt & albæ. Albas fieri, dicit *Galenus*, propter raptum bilis ad caput. PARUM BIBIT æger, minusque sitibundus est, non, quod causa non adsit sitis, sed quia mens laborat. SANGUIS STILLAT è naribus, agitatus à caloris incendio, & ob magnam sanguinis copiam, quæ

Digitized by Google

quæ est causa ruptionis vasis, sed modicis guttis, quia expultrix est debilis, nec officio satisfacit.

PROGNOSIS I. SALUTIS & MORTIS. Affectus hic suâ naturâ est exitialis, maximè cum vires sint dejectæ. *Prædictiones salutis,*

Periculum majus esse indicat dentium stridor, sitis inadvertentia, urinæ & fecum involuntaria & inscia dejectio, & similia. URINAE albæ indicant raptum biliosorum succorum & salium acrium ad caput. STILLAE sanguinis ex naribus signum pessimum. Nihil paucum criticum.

CAUSA etiam biliosa, quæ affectum hunc excitat, periculum majus denunciat. Nullus hic risus, sed omnia aguntur μετὰ σπουδῆς *cum studio*, & magnâ animi contentione.

II. LONGITUDINIS & BREVITATIS. Acutissimus hic est affectus, & vereor, ut septimum diem excurrat, nisi maturè medicamentis succurratur. Quod si fiet, evasurum ipsum spes haud erit mediocris. *longitudinis,*

III. MODUS EVENTUS ad salutem erit vel resolutio, vel critica evacuatio, per narium hæmorrhagiam largiorem aut sudorem copiosiorem. Spe itaque salutis animô conceptâ ad *modi eventus.*

CURATIONEM nos conferimus. Nitetur autem illa methodo curativâ & materiis præsidiorum. *ἡ ἰατρεία.*

In illâ occurrunt INDICATIONES, CURATORIA, PRAESERVATORIA & VITALIS. Materia cerebrum, membranas, spiritusque animales & vitales accendens, quâ peccat copiâ, evacuanda, quâ temperie, refrigeranda, quâ peccat motu seu ad cerebrum raptu, revellenda, repellenda, quâ ὀργασμῷ, ζέσει καὶ διαχωρήσει & è centro emotione, præcipitanda & sedanda, quatenus in cerebro consistit, discutienda, resolvenda. VIRES insuper ne labascant, observandæ. Specificis insuper malignitas, si quæ adest, oppugnanda.

Indicatis his ut satisfiat, MATERIAS jam quasdam præscribemus ex usitatis suis fontibus.

CHIRURGIA. Primo loco occurrit præsidium generosissimum, Venæsectio, quæ non uni respondet indicato. *Chirurgia.*

Oraculum divini *Senis*, crebriore experientiæ calculo

Digitized by

firmatum, attendemus, quando scribit, in omni morbo acuto necessariam esse sanguinis missionem, si adsint symptomata sæva. Non desunt hæc in nostro ægro. *Galen. 13. meth. 21.* in phrenitide optimum auxilium esse, sanguinem detrahere, ait. Convenit etiam eadem in præsente nostro ægro, ceu optimum.

LOCUS aptus est Mediana, item Vena frontis. Si in officio contineri possent ægri, temporum arteriæ cum fructu aperiri possent.

VICARIÆ, in prostratis viribus tertio die esse queunt CUCURBITULAE SCARIFICATAE, HIRUDINES.

VESICANTIA extremis admota. LIGATURAE & FRICTIONES pedum à capite revellunt.

Pharmaceuticus promit evacuantia per alvum,

Ex PHARMACEUTICO fonte primò inter evacuantia occurrunt, quæ evacuant & revellunt *universaliter* & *particulariter*.

UNIVERSALITER instituitur evacuatio per alvum in initio.

EVACUANTIA sunt vel lenia, vel validiora. Utraque conveniunt ad causam antecedentem tollendam, & quæ in motu est ad partem debilem, revellendam. Eliguntur quæ humorum fervorem simul attemperant.

℞. *flor. violarum, primulæ veris, rosar. rubr.* a. pj,
rad. scorzoneræ, rhabarbari Alexandrini a. ʒij,
gialapii nigri resinosi ʒv, *pulpæ tamarindorum* ʒiij,
spicæ, cinamomi a. ʒj. Coq. in s. q. aq. fontanæ.
Colaturæ ℥iiij adde
sirupi de cichor. cum rhabarb. ℥ß, *elect. rosat. Mesue* ʒiij,
aq. apoplecticæ amaræ ʒj. M. F. Haustus.

℞. *magisterii gialapii* ℈ß, *chrysopi Peruani pp.* g. ix.
crystall. ♀i ℈ß, *conserv. violar.* q. s. F. Bolus.

Superbibatur jusculum de carne coctâ bubulâ vel de cremore avenæ.

℞. *extr.* M. P. *panchymag. Rolfinc.* ℈j, *trochisc. Albandal,*
diacrydii a. g. ij, *magist. chrysopi.* g. iiij.
Cum succo rosar. pallidar. form. pilulæ xxi. inaurentur.
D. in pyxide S.

CLY-

Digitized by Google

CLYSTERES in nostro ægro maximum habent usum. Licet minus evacuent, sensim tamen revellunt.

℞. *malvæ, mercurialis, violarum, nymphææ, lactucæ* a. mß.
rad. althææ ℥iß, *pæoniæ* ℥ß,
sem. fœni græci, lini, anisi a. ʒiij,
prunor. nostrat. N. vj, *senæ alexandrin.* ℥ß, *coluth. vesicariæ,*
rhabarb. a. ʒij, *spicæ* p. ij, Coq. in f. q. aq. font.
Colaturæ ℔j. adde *elect. rosati Mesue* ʒvj,
cassiæ extr. pro clyster. ℥ß, *ol. lil. albor. viol.* a. ℥iß,
salis gemmæ ℈ij, ♀ ℈j. M. F. Clyster.
In fictili detur, cum vesica & siphone. Applicetur statim.

Peractis his, si aliqua vitiosa materia in ventriculo hæreat, versusque superiora tendat, VOMITUS etiam potest institui, ab initio. *Vomitus.*

℞. *Cryst vitr.* g. ij, *gialapii nigri resinosi* g. iiij.
M. F. Pulvis.

DIAPHORETICUM aliquod magnum nostro ægro usum adferre posset, modò æger in lecto cohiberi queat. At verò hoc difficile impetratu. Paradigma tale esse posset:

℞. *antim. diaph. bez. mineral.* a. g. vj, *sol. lun.* a. g. iij,
magist. cornuCervi cum ✶ ☽ *parati* g. viij.
Divid. in ij. *partes æquales pro duabus dosibus.*
Exhibe in aquâ florum sambuci.

PARTICULARIS evacuatio potest institui, per apophlegmatismos, Errhina, sternutatoria. *Sanguinis in cerebro mundificatio.*

APOPHLEGMATISMUS ex mastichis granis vel sirupo de hyssopo cum aq. majoranæ paratur.

ERRHINUM ex succo iridis nostratis cum pulvere sem. nigellæ.

STERNUTATORIUM, flores liliorum convallium soli siccati, vel cum pulvere Tabaci Indici misti, exhibent.

ALTERANTIA jam occurrunt, quæ intemperiem viscerum & humorem febrilem in toto & capite corrigunt, simulque roborant: quo etiam referenda, quæ somnum conciliandi vim habent. *Alterantia.*

INTERNA.

Interna. INTERNA, quæ habent vim intercipiendi, refrigerandi & confortandi, adhiberi debent. Talia sunt *serum lactis caprini destillatum, succi ribium, citri, aurant. acid. berberum.*

℞. *sirupi berberum* ℥ij, *aq. nymphææ, endiviæ, cichor.* ā. ℥ij, *spir.* ⊖*li q. s. ad gratum saporem.* M. F. Julepus.

℞. △ *flor. nymph. scorzoneræ, torment. tiliæ* ā. ℥j, *julepi rosacei* ℥ij, ⊖*li cephal. striati* ℈ij.

M. F. Potio ad aliquot doses.

ROBORANDUS est noster æger tali modo.

℞. *bezoard. solar.* ℈j, *lunar.* ℈ß, *C.C. philosoph. calcinati* ℈ß, *magist. perlarum butyracei* ℈ß, *fol. auri N.* ij.

M. F. Pulvis. Dos. ℈ß.

SOMNIFERA maximè necessaria sunt. Commodissimus autem est usus *Laudani opiati solaris, ad* ij, iij, iiij *grana* in formâ pilularum deauratarum, vel cum conservâ rosarum antiquâ, aut nymphææ.

℞. *sem. 4. frig. maj. excorticat.* ā. ʒß, *papav. albi* ʒij, *amygdalorum ambrosinorum* ʒj, *aq. nymphææ* ℥iiij.

F. Emulsio. Edulcetur *sacchara canthi* q. s.

M. S. Schlaffmilch.

Externa. EXTERNA alterantia etiam non sunt negligenda. Temporibus & fronti applicetur EMULSIO ex seminibus papaveris, nuc. juglandis, opii g. iiij.

℞. *unguenti alabastrini, populei* ā. ʒj, *opii* g. iiij, *extracti croci* g. j. M.

LOTIO, præsentissimum conciliando somno remedium, fiat ex *foliis salicis, flor. nymphææ, capit. papaveris cum seminibus.*

BALNEUM aquæ dulcis tepidum somnum conciliat. Hoc etiam LAVACRUM pedum etiam proficuum est *ex lactucâ, cap. papaveris, salviâ* paratum.

Diæta. DIÆTA, quæ in legitimo sex rerum non naturalium usu consistit, his omnibus respondeat.

I. IN VITALI AER sit temperatus, sit tenebricosus magis quam lucidus, nec nimis frigidus, ne cutim densando transpi-

transpirationem prohibeat, nec nimis calidus, ne æstus cerebri augeatur. Si talis naturâ haud fit, ob anni tempus, arte comparetur aquâ frigidâ, foliis salicis viridibus, floribus rosarum, gramine recenter carpto, per pavimentum sparsis.

CUBILIA à picturis sint libera, nec ingrediantur nisi amicissimi.

II. IN NATURALI VICTUS sit refrigerans & humectans, mediocriter tenuis. Ptisana primum omnium in victu phreniticorum remedium adhibeatur, optimè prius cocta, vel avenæ cremor.

POTUS ordinarius sit CEREVISIA hordeacea tenuis, minus lupulata, vel julebus rosatus. SERI caprini, & decocti anagallidis usus convenit. VINUM phreniticis dare, inconveniens non est, observatis conditionibus à *Tralliano lib. 1.* propositis, cum urgent multis vigiliis attritæ vires imbecillæ, febres sunt mites, concoctio in urinis apparet, æger est adsuetus tempore sanitatis, & ventriculi os imbecillum est & frigidum.

III. IN ANIMALI SOMNUS, quo phreniticis nullum præstantius remedium, omni arte accersiri debet. Hoc balneis pedum refrigerantibus & humectantibus impetrari potest.

QUIES in nostro ægro est observanda.

PATHEMATA, quantum fieri potest, sunt moderanda & sedanda. Ἡ δὲ θεραπεία διὰ λόγων καὶ τῆς συμφωνίας hic habet locum. Demulcendus est animus mollibus sermonibus, & tentandum iteratis vicibus, an musica, contubernalis sapientiæ, locum inveniat in illis turbis.

ALVUS lubrica servanda, si restiterit, clysteribus & suppositoriis, ne à fecibus retentis ulterius fumi sursum elati morbum exasperent, sollicitanda.

L CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO V,

pro

Lethargico Viro.

HISTORIA.

ἡ ἐποσῦν-τῷ ☉ ἰσομ-ερία.

VIr temperamenti frigidi & humidi, anno ætatis xxxxv, cujus hora nativitatis inimicis siderum adspectibus fuit inquinata, nempe ♄ mala testimonia ex fortibus locis in ♋, qui domicilium ☽ est, habebat, sub aere frigido & humido, hyemali tempore iter faciens, (erat enim ordinarius nuncius Dantiscanus,) victûs regimini non adsuetus, sed promiscuo victui, piscibus marinis, carni fumo induratæ & muriâ conditæ, farciminibus avenaceis sanguine infarctis, pani viliori è furfuraceâ farinâ confecto favens, cerevisiæ variæ adsuetus, cum casu ita ferente noctu sub Lunæ radiis dormiret, & cerevisiâ repletus, & ebrius per totam noctem ibi commoraretur, expergefactus sensit pigritiam ad omnem motum, nec non ad actiones principes, & minus principes sensitivas, capitis aderat gravitas, in somnum propensio, oscitantia, pulsus tardi & molles. Itineri se committens, nullum sensit levamen. Sequente nocte tremit manibus, soporatus apparet, excitatus & vocatus mox recidit in somnum, non respondet ad interrogata nisi confusè, adeò ut astantes delirio eum laborare censeant, oculi semiclausi. Respiratio rara est, pulsus sepulti cum ἀσφυξίᾳ intercalati, interdum magni, tremuli, rari, undosi. Malè coloratæ & sublimes apparent genæ. SUDOR crebrior. ALVUS modo laxa, modo adstricta, injussa etiam profluit. Urinæ jumentorum similes. Potûs nulla cupiditas. FEBRICULA continua circa vesperam invalescens, lenta. LINGUA apparet alba. Petit consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo conqueritur æger, est qui communiter

NOMINATUR Lethargus, à notissimis duobus accidentibus, ἀπὸ τῆς λήθης καὶ ἀργίας, *ab oblivione, & inertiâ.* *affectus species*

ADESSE hunc affectum testantur SIGNA imminentem seu FUTURUM præsagientia: expergefactus enim sensit pigritiam ad omnem motum, nec non ad actiones principes & minus principes sensitivas. Capitis gravitas, in somnum propensio, oscitantia, pulsus tardi & molles adfuêre. *Signa Διαγνώσιμα.*

PRÆSENTIS & quidem ad ἀκμὴν jam progressi indicia etiam adsunt; quorum quædam pertinent ad fontem τῶν ἐνυπαρχόντων κατὰ τὴν τῆς οὐσίας λόγον; ESSENTIALITER INHÆRENTIUM, quædam πρὸς τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα, NECESSARIO CONSEQUENTIA, symptomata, actionum læsarum, animalium, vitalium, naturalium, qualitatum mutatarum, & excretorum.

CAUSÆ prægressæ eundem lethargum inducere valentes, ejus præsentiam confirmant.

SIMILITUDO adstipulatur. Vidi ante annum in patriâ similem ægrum, qui à medicis pro lethargico habebatur.

Nec solùm ex his elucet affectum hunc adesse; verùm etiam colligitur ex historiâ, lethargum hunc habere μέγεθος καὶ σφοδρότητα, magnum & vehementem esse.

MAGNUS est ratione dignitatis partis & ratione dispositionis. Elucescit id ex plurium symptomatum gravium συνδρομῇ.

ACUTUS etiam est morbus.

SUBJECTUM cerebrum est, omnium principalium animæ functionem domicilium, tum ut pars similaris temperata, tum ut dissimilaris ratione vasorum medullaris substantiæ respectu, & quidem, ut nonnulli volunt, in parte posteriore cerebri. Afficitur maximè secundum corticosam fuscam partem, & tenuem adhærentem membranam. *τὸ ὑποκείμενον*

CAUSA IMMEDIATA est impeditus spirituum animalium in organa sensûs & motûs transitus. *Causa ἄμεσος.*

MEDIATÆ PROXIMIORES sunt humores crassiores, pituitosi, in massâ sanguineâ contenti. *Ἔμμεσοι proximiores,*

Ad chimicorum placita si respiciamus, accusari queunt hic ⊖, 🜍, ☿.

 Ad

Ad Helmontii placita, acor.

Ad Fabri statuta, chyli pravitas.

Sylvius si audiatur, peccabit hîc sal acidum lixiviosum & 🜔 oleaginosum, pancreatis & felleæ vesiculæ errore non expurgatum.

Humores hi non generantur IN CEREBRO, συναθροισμῷ, *lenta congestione*, sed EXTRA LOCUM AFFECTUM in visceribus confectioni & depurationi sanguinis destinatis, corde nimirum & jecore præcipuè, indeque ortâ CACOCHYMIA, & per ῥευματισμὸν FLUXIONEM eò promoventur.

Impacti iidem ibidem σφήνωσει καὶ συμπήξει quadam insinuati, συστροφὴν CONVOLUTATIONEM quandam spirarum instar faciunt, nodosque & crispitudines, exitum non invenientibus, per majores arteriolas & ductus in minores qui influxerant, humoribus.

Locus MANDANS est totum corpus, præcipuè cor & jecur.

An etiam pars aliqua peculiaris, pancreas, in dubio relinquitur.

RECIPIENS PARS cerebrum est, ob sitûs facilitatem.

VIÆ per quas humores influunt, sunt ARTERIOLAE, & exiles cerebri ὀχετοὶ, & *ductus*.

IN MODO FLUXIONIS locum habet I. PULSIO partium mittentium fortiorum. II. RECEPTIO cerebri debilitati tum nativæ, tum acquisitæ adscribenda. Debile cerebrum & recipiendis fluxionibus est aptum præterea ob raritatem, attrahendi aptitudinem, immobilitatem.

LOCUM etiam habet in hâc ad cerebrum fluxione FERMENTATIO humorum & διαχώρησις, SEPARATIO AB INVICEM, quâ pituitosi, imò etiam biliosi humores, & principia corporum chimica à τρόπῳ τῆς μίξεως secessionem facientia, excussêre confœderationis jugum, & seditiosè cerebrum impetiêre, relicto, illis quod erat adsignatum, centro.

Remotiores n. naturales. REMOTIORES CAUSAE I. NATURALES sunt TEMPERAMENTUM frigidum ac humidum, quod multum ad pituitæ generationem facit. AETAS ad senilem accedens suum quoque symbolum confert.

II. NON-

II. NON NATURALES. AER tempore nativitatis inimicis siderum adspectibus inquinatus, nempe ♄, ☽ in signo ♋ positam, malè afficiens, cerebrum, ad humores frigidos generandos, & facilè ex inferioribus partibus recipiendos, disposuit. Vita sub aëre frigido & tempore hyemali transacta, pituitosorum humorum in capite congestionem adjuvit. Imprimis autem hunc lethargum in lucem produxerunt radii Lunares, qui ægri inconsideratè dormientis capiti molesti fuêre. *2. nonnaturales, Aer*

VICTUI, cui adsuetus fuit noster ægrotus, utpote à quo humor pituitosus conflatur, & à quo est evaporatio & putrefactio, culpa adsignanda est non levis. Accesserunt excessus in potu cerevisiæ commissi, qui non minùs debilitato calore nativo pituitosum auxêre succum. *Victus.*

Non mirum itaque, quod expergefactus senserit PIGRITIAM ad omnem motum, nec non actiones principes & minus principes; materia enim humida & frigida sese insinuavit in partes motui destinatas, insinuata autem easdem mole suâ premendo fatigavit. *Deductio symptomatum.* 1.

CAPITIS adest GRAVITAS, ob crassi succi in meatibus cerebri stagnantis, copiam. 2.

PROPENSIONEM IN SOMNUM faciunt vapores copiosi narcotici, in cerebro ex intemperie frigida & humida geniti, & peculiari vi spiritus animales torpidiores reddentes. 3.

OSCITANTIÆ conjungitur: quia halitus vaporosi, in musculis masticationi dicatis, & inferiorem maxillam moventibus, hærent. 4.

PULSUS tardi & molles arguunt facultatis pulsificæ & spirituum vitalium imminutionem. 5.

Hinc quoque non potuerunt non reliqua symptomata in lucem prodire, ut sunt

TREMOR manuum, ob irritatum nervorum principium ab humoribus frigidis. 6.

SOPORATUS apparet, quia omnes ferè actiones animales feriantur. 7.

Digitized by Google

8. Excitatus & vocatus mox OBRUITUR iterum SOMNO: ob capitis repletionem & καρηβαρίαν.

9. RESPIRATIO rara est; ob motricem facultatem languentem.

10. PULSUS adsunt sepulti cum ἀσφυξίᾳ intercalari per exsolutionem facultatis pulsificæ. Interdum pulsus sunt MAGNI respectu respirationis, quæ cum sit parva, necessitati satisfacere non potest. Ut igitur ejus vice pulsus satisfaciat, augentur. Pulsus autem facilè magnus fieri potest, quia instrumenta respirationis nervi videlicet thoracis, magis afficiuntur, quàm instrumenta pulsûs; videlicet arteriæ. iidem tamen sunt intermittentes ob fractam facultatem. TREMULI, RARI, UNDOSI omnes demonstrant facultatis imbecillitatem humorum copiâ gravatam.

11. MALE COLORATAE, & sublimes apparent GENAE ab exsolutione partium solidarum, & impressione humoris pituitosi.

12. SUDOR humoris serosi & aquosi copiam indicat.

13. ALVUS modò laxa, quia facultas retentrix læsa; adstricta modò, ideò quod feces exaruerint: injussa profluit præter voluntatem, illa enim obnubilata est.

14. URINAE jumentorum similes, cujus similitudinis causa est crudorum humorum in venis à calore facta agitatio, sine tamen separatione.

15. POTUM NON PETIT, nulla enim sitiferæ caussæ sensio excitatur, licet causa potûs adsit, propter mentis tamen impotentiam immemor fit.

16. FEBRICULA adest propter apostema: circa vesperam ingravescens, propter prædominium pituitæ: lenta, ob levem ejus accensionem: continua, quia fomes perpetuus est in viscere principali.

17. LINGUA apparet ALBA: oblinitur enim humore viscido, pituitoso, è ductibus salivalibus emanante.

Prædictio ALTERA CONSULTATIONIS PARS SEQUITUR, quæ de Eventu morbi solicita est, & constat tribus classibus.

1. eventus, I. Prædictione SALUTIS ET MORTIS. Notum autem est, qualem-

qualemcunque lethargum gravis esse momenti, & ad similitudinem mortis accedere.

Somnus tamen excitabilis, & responsio ad interrogata, aliqualisque spirandi facultas; promittunt aliquam spem, licet exiguam.

II. LONGITUDINIS ratione, ex *Celso* prædicimus, lethargum hunc acutum morbum esse, & nisi celeriter succurratur, jugulaturum. Quamvis enim officio nullâ in parte desimus, non statim tamen efficimus, quod volumus. Caussa est, quia pars laborans principalis cerebrum operationes medicamentorum ob frigiditatem suam, promovere, & ita materiam peccantem resolvere nequit. Prævenire sæpe solet funestus exitus. *2. temporis eventûs,*

III. QUOAD MODUM EVENTUS spem concipimus, si ægrotus medicamenta idonea assumat, præscriptamque diætam sequatur, fore, ut auxiliante Divino NUMINE pristinæ sanitati restituatur, dissipatâ inflammatione. *3. modi eventûs.*

Ad CURATIONEM itaque accedendum, quæ duplex in hoc ægroto: Una in paroxysmo, altera extrà paroxysmum. *Curatio*

In PAROXYSMO præcipua INDICATIO est symptomatum horum ablatio. Hæc prima sit cura. Duo ergò hîc maximè scopi urgendi, nimirum ut materiam ad caput partim ruentem, partim in eo jam stabulantem revellamus, derivemus, virtutem sopitam excitemus, obrutam quasi explicemus, & ex *Celsi* consilio, præprimis ægrum è somno, mortis fratre, excitemus. MATERIÆ præsidiorum huic indicationi inserviunt & satisfaciunt ex fontibus usitatis desumenda. *in paroxysmo,*

I. CHIRURGICO. Hîc statim occurrit emissio sanguinis & VENÆ SECTIO. Licet verò hæc non convenire videatur ratione materiæ conjunctæ peccantis, quæ est frigida, & hâc magis infrigidari posset, nihilominus cum febris conjuncta sit, & sine dubio humor vitiosus sanguini mistus in caput affluat, venæ sectioni omninò potest esse locus. Fiat illa statim in principio, & secetur vena *cephalica* dextri lateris, hoc modo *ex Chirurgia.*

modo enim & totum vacuabimus, & simul cerebro medebimur. Sanguis evacuetur ad ℥iiij.

Si abhorreat æger à venæ sectione, CUCURBITULAE cum vel sine scarificatione in usum trahendæ, siquidem revellunt à capite, & facultatem sopitam excitant. Monente *Septalio* colli lateribus ponè aurium venas applicari queunt. *Rhasi* jubente, cucurbitulam cùm multâ flammâ sine scarificatione humeris applicare possumus.

Cum nihil auxiliis his proficitur, & somnus profundus perseverat; ignito ferro cauterium excitetur, vel in occipite vel inter primam & secundam vertebram cervicis: fit enim & derivatio, & ratione doloris simul à somno excitatio.

VESICATORIA, utpote quæ evacuant, & sopitam virtutem ratione doloris excitant, ad manus quoque sumenda, citissimam enim operationem perficiunt. Affigi possunt scapulis, vel post aures.

℞. *pulveris cantharidum* ʒij, *euphorbii*,
sinapi conquassati, *sem. ammeos* ā. ʒj, *fermenti* q. s.
M. F. Massa. Locetur post aurem utramque.

FRICTIONES asperiores, vel cum manibus inunctis aliquo oleo aperiente, *chamamelino*, *rutaceo* vel pannis asperioribus etiam conveniunt, materiam enim revellunt, & resolvunt.

PUNCTIONES, VELLIGATIONES sunt moliendæ, propter excitationem è somno.

Pharmaceutica. II. EX PHARMACEUTICO fonte in paroxysmo adhibenda suppositoria, & clysteres acriores, operam enim in revellendo, & evacuando magnam præstant.

Clyster. ℞. *foliorum rorismarini*, *pulegii*, *origani*, *plantag.* ā. Mj,
sem. cnici, *agarici*, *colocynth. in petiâ ligati* ā. ʒij,
flor. lil. convall. Mß, *chamæm. meliloti*, *verbasci* ā. piij,
Coq. in s. q. *aq. font. Col.* ℔j. adde *electuar. diaphæn.* ℥j.
ol. rutacei ℥iß, *chamamelini* ℥j,
ol. irini ℥ß, ℈ *gemmæ* ʒij. M. F. clyster.

℞. *Specierum hieræ* διὰ κολοκυνθίδος, *sem. rutæ* a. ℥ß, *castorei* ℈ß, *Olei gemmæ* ℈j, cum melle cocto F. suppositorium. *suppositorium.*

PARTICULARIS CAPITIS EVACUATIO in paroxysmo instituitur per sternutatoria. *particularis evacuatio. pulvis.*

℞. *helleb. albi, castorei, piperis albi* a. ℈j, *olei destillati rutæ, majoranæ, salviæ* a. gt. ij,

M. F. pulvis subtilissimus. Detur in scatulâ:

Granum unum vel alterum naribus inspiretur per calamum.

INSENSIBILITER DISCUTIENTIA etiam conveniunt, qualia sunt odorata, quæ non sine fructu adhibentur. *discutientia odorata externa.*

℞. *flor. rosar. rubr. anthos, lavendulæ, lilior. convall.* a. pj, *rasuræ ligni rhodii, citri, caryophyll. cinamomi* a. ℈ij, *gummi benzoes, succini* a. ʒj.

concisa, contusa consuantur in nodulo, qui siccus naribus admoveri, vel irrigati potest aquâ apoplecticâ.

Nares palatumque illinantur sequenti BALSAMO. *balsamum.*

℞. *olei N. M. expressi* ʒij, *ambr. gryseæ, moschi opt.* a. gr. iv, *olei lavendulæ, succini, cinamomi, rorismarini* a. gt. vj,

M. F. balsamum.

Naribus admovere *castoreum* cum *aceto*, quòd specificâ virtute somnum excitare credatur, utile esse scribit *Riverius prax. med. lib. 1. c. 2.*

A PROPRIETATE commendantur, *fel philomelæ* sub cervicali & lecto positum: item *caput & cor vespertilionis* sub dextro brachio gestatum. *specifica.*

FONS DIÆTETICUS aërem, si obnubilatus sit, temperandum esse præcipit. Aëre enim sereno spiritus nostros clariores & vegetiores reddi, manifestè sentimus. *Diæta.*

Quid EXTRA PAROXYSMUM faciendum sit, paucis quoque nunc proponendum. *Extra paroxysmum.*

CURATIO HÆC 1. ad indicationem præservatoriam dirigenda. 2. ad indicationem vitalem. *Indicationes.*

PRÆSERVATORIA occurrit incremento humoris pituitosi, fluentem ad caput revellit, intercipit. Qui influxit, evacuan- *præservatoria.*

evacuandus per os, nares, insensibilem transspirationem. Qui in toto corpore abundat, vacuandus per alvum. Intemperies etiam partium generantium, mandantium, recipientium corrigendæ.

Vitalis. VITALIS indicat temperiem partis esse restituendam & corroborandam, spiritusque in corpore purificandos & exhilarandos.

Cum autem curatio in paroxysmo docuerit, quomodo materia ad caput partim ruens, partim jam stagnans, revellenda, & intercipienda, restat solùm, ut sciamus, quomodo evacuari materia, & in posterum præcaveri debeat.

Præsidia pharmaceutica lenientia. LENIENDA alvus iis, quæ primas vias evacuant.

℞. ♀ ⊖lati lunaris gr. vj, *crystallorum* ♀ gr. v, *pulv. laxativi vegetabilis* gr. xj, *elæosach. cinamom.* gr. v.
In chartâ. S. Lindpulver.

præparantia. Post ut faciliùs cedat materia peccans, viæque pateant, PRÆPARATIONE opus est. Hæc fit medicamentis idoneis cerebrum & pituitam respicientibus. In hunc modum sequentia componantur, & assumantur.

℞. *sirupi de betonicâ, de stœchade* a. ℥iß,
aquæ fl. pæoniæ, lilior. convall. cum vino destillatæ a. ℥j,
spiritus rosarum, liliorum convallium a. ʒj M. F. potio.
S. Digestiv-Tranck auf einmahl.

vel ℞. *radicum pæoniæ, caryophyllatæ, iridis florent.* a. ℥ß,
fol. beton. rorismar. stœchad. arabicæ, lavend. cum flor. a. Mß
flor. anthos, lavendulæ, salviæ, lilior. convall. a. pj,
seminis anisi, ocimi a. ʒij, coq. in s. q. vini malvatici
Colaturæ ℥viij, adde
sirupi de stœchade arabicâ, de pæoniâ a. ℥iß,
oxymellis ℥ß, *essentiæ liliorum convallium* ʒj,
elæosacchari majoranæ, rutæ a. gr. vj.
In fictili detur pro quatuor dosibus.

purgantia Factâ præparatione PURGANTIA propinare possumus, quæ itidem pituitam & serosam colluviem respiciunt.

℞. *decocti*

℞. *decocti foliorum senæ* ℥iij, *sirupi rosarum solutivi* ℥ß. *specierum diagalappæ Mynsichti, essentiæ elaterii* a. ℈j. *elaosacchari cumini, fœniculi* a. g. iij.

M. D. S. Purgier-Tränckleın auf einmahl. Si placeat ægroto sirupus:

℞. *sirupi de canellâ* ℥j, *de 5. radicibus aperientibus* ℥ß, *aq. cord. Saxon.* ʒiij. *essent. rhabarbari, gialap.* a gr. xv.

M. F. Sirupus liquidior. D. S. Purgiersafft auf einmahl.

In formâ pilularum.

℞. *extr. panchymag. Crollii* g. xv. *resinæ gialap., scam.* a. g. vj. *olei majoranæ* gt. j. M. F. pilulæ. D. S. Purgier-Pillen auf einmahl.

VOMITORIA, si à materiâ vitiosâ in ventriculo stabulante lethargus foveatur, præprimis, si ad vomendum æger proclivis, conveniunt. *ārm*

In formâ pulveris.

℞. *spec. diaesulæ Mynsichti* ʒß, *elaosacchari citri* g. v. M. D. S. Brechpulver.

In formâ boli.

℞. *conservæ rosarum* ʒß, *croci metall.* g. iv, *olei anisi* gt. ij, *sirupi cinamomi* q. s. F. Bolus. S. Brechbissen.

In formâ sirupi.

℞. *sirupi de nicotianâ, gratiolæ,* a. ʒij, *feculæ ari, tincturæ* ♁*ii* a. g. iij. M. D. S. Brech-Safft.

PARTICULARES CAPITIS evacuationes etiam prosunt, quæ vel sensibiliter caput expurgant, vel insensibiliter. *particularis evacuatio*

SENSIBILITER fit per palatum, os, nares. Masticatoria ergò parentur. *sensibiliter.*

℞. *mastichis* ʒij, *thuris* ʒj, *sinapios, piperis albi,* ⊖*lis* a. ʒj.

F. c. s. q. mell. & ceræ albæ trochisci mansiles. Ab hisce ubi materia ad os fuerit attracta, eluatur sequenti gargarismate.

℞. *herb. rutæ, hyssopi, calaminthæ, thymi* a. p. iij, *rad. betonicæ, stœchad. arabicæ* a. ℥j, *glycyrrhizæ* ʒiij, *corticum rad. capparum* ʒiß. coq. in s. q. aq. com.

Colaturæ ℞. ℥vj, Adde *sirupi de stœchade* ℥ij. F. Gargarisma.

ptarmica, STERNUTATORIA, quæ non minus sensibiliter caput expurgant, etiam adhibeantur.

℞. *pulv. fl. lil. convall.* ʒj, *majoran.* ℈j, *rad. pæon.* ℈ß. M. F. pulvis.

Insensibiliter alterantia interna, INSENSIBILITER evacuationem materiæ morbificæ præstant ALTERANTIA & ROBORANTIA interna & externa.

INTER INTERNA ab omnibus ferè practicis commendatur usus *castorei*, utpote quo solo remedio in potu dato multos mortem evasisse, scribit *Trallianus*. Essentia inde parari potest.

decoctum, Decoctum alterans fit.

℞. *rad. pæoniæ, fœniculi, caryophyllatæ, helenii* a. ℥ß *fol. beton. rorismar. stœchad. arab. lavend. cum flor.* a. Mß, *flor. anthos, lavendulæ, salviæ, lil. convall.* a. p. j, *ligni juniperini, rhodii* a. ʒiij, *nuc. moschatæ* n. ij, *sem. anisi, fœniculi* a. ʒj. coque in s. q. aquæ fontanæ in vase clauso.

℞. Colaturæ ℥ix, Adde *sirupi de stœchade* ℥iß, *de pæonia, anthos* a. ℥j, *succini catarrhalis* ʒj, *sacchari canthii* q. s. M. f. potio. D. in fictili. S. Hauptstärckender Tranck auf drey mahl.

Morselli cephalici exhiberi possunt sequentes.

morselli, ℞. *specierum diambræ, diamoschi dulcis* a. ʒij, *cinamomi* ʒj. *anthophyll.* ʒß, *cubeb. cardamomi* a ℈j, *amygdal. dulc. excort.* ℥ß, *pinear. mundat.* ʒiij, *conservæ rorismarini, primulæ veris* a. ʒj. *sacchari in aq. epilept. Langii* ℥j, *fl. tiliæ q. s. soluti* ℥x, *sub finem addendo ol. majoranæ, rorismarini* a. gr. vj, *ambræ, moschi* a. gr. iiij. M. F. Morselli D. ad scatulam. S. kräfftige Hauptmorsellen.

℞. magist.

Digitized by Google

℞. *magist. cornu alcis* ʒij, *salviæ* ʒj. | *pulvis*,
⊖lis succini volatilis, sanguinis humani a. ℈ß,
sacchari albi ℥j. Bene permistis adde
olei succini, citri, cinamomi a. ℈ß.
D. in scatula S. Früh- und Mittagspulver.

EXTERNA alterantia & roborantia etiam non sunt negligenda. Præstant hoc sacculi capiti impositi, linimenta, balsama &c. | *externa*,

℞. *foliorum salviæ, rorismarini* a. Mß, | *cucupha*,
flor. rof. rubr. Mß, *balaust.* p ij, *succini flavi* ℥ß,
nucis moschatæ, sem. nigellæ a. ʒij, *ocimi caryophyll.* a. ʒj.
Concis. contus. s. a. D. ad chartam. S. Kräuter zum Häublein.

℞. *olei destillati lavendulæ, caryophyllorum,* | *balsamum*,
cinamomi, majoranæ, lil. convall. a. g. x.
succini ℈j, *juniperi* ʒj,
nucis moschatæ expressi q. s. ad balsami consistentiam. D. in pyxide stanneâ vel argenteâ S. Hauptbalsam.

Capitis Lotionem etiam profuturam censemus. | *lotio*,

℞. *rad. pæon. maris, ireos nostrat. caryophyllat. acor. veri* a ℥ß.
fol. salviæ, rorismarini, majoranæ,
origani, liliorum convallium, lauri a. Mß,
fl. rosar. rubrarum, lavendulæ, primul. veris, beton. a. p v.
visci querni, succini citrini a. ʒij. Concisa contusa s. a.
D. ad chartam. S. Kräuter zur Lauge. Hoc lixivio caput lavetur.

SPECIFICA antilethargica censentur esse medicamenta *Solaria, Lunaria, Spiritus ⊕li volatilis, C. C. cum suo ⊖le volatili*. Tinctura ♃næ singulare habetur antilethargicum. | *specifica*,

Sed properandum ad FONTEM DIÆTETICUM, qui in qualibet occasione leges idoneas præscribit. | *Diætetica*

NATURALIS prohibet omnia alimenta pituitosa, & vaporosa, pisces, lac, legumina, fructus humidos & frigidos. Contra præcipit victum tenuem, & paucum, vimque attenuandi humorem pituitosum habentem. Conveniunt carnes gallinarum, aviculatum montanarum, & vitulo- | *naturalium*

Digitized by Google

rum. Coquantur cum *hyssopo*, *roremarino*, *majoranâ* & similibus.

POTUS sit aqua hordei cum cinamomo. A VINO abstineat usque ad declinationem, aut aquosum concedatur, si debilitas adsit ventriculi, & ὀλιγοφορεῖν.

Vitalis. In VITALI. Aer sit moderatè calidus, purus, lucidus; si non talis sit, alteretur odoribus ex *castoreo*, *pulegio*, *hyssopo*, *origano* & similibus, ut spiritus iterum excitentur. Caveantur imprimis Lunares radii noctu caput ferientes.

animalis. ANIMALIS diætæ respectus etiam habendus. De somno quantum fieri potest, & vires ægri concedunt, detrahatur. Præcipuè vitet somnum mox à cibo institutum.

Et cum propter oblivionem de alvo deponendâ non cogitet, crebrò æger admoneatur & sollicitetur, ne excrementa restitent diutius.

Tristitiam, metum, timorem fugiat. Hilaritas, gaudium, animique promtitudo individui adsint comites.

CONSULTATIO VI.

de *Melancholico Hypochondriaco.*

HISTORIA.

Historia. VIr XXXVI. annorum, carnosus, subtumidus in facie; in habitu corporis venis eminentibus, temperamenti frigidi & sicci quoad cerebrum, calidi tamen quoad cor & jecur, ex immaturo obitu conjugis suæ ante sex menses, ingenti mœrore fuit correptus, quem cum constantiâ animi vincere non posset, arte volens consolari, liberaliter vino malvatico indulsit, sine discrimine temporis, manè, vesperi, jejunò, pleno ventriculo. Ante tres menses conquestus est de dolore capitis per intervalla repetente, dextramque partem occupante cum aliquâ vertigine & visûs obscuritate; Nunc temporis circa autumnum de inappetentiâ conqueritur & ἀπεψία, cum immodicâ siti. Sumto cibo,

verti-

vertiginosa capitis gravitas quidem cessare videtur, horâ tamen pòst rursum invadit, cum æstu hypochondriorum, tensione dextri hypochondrii, inflatione totius corporis, & fluctuatione cibi in ventriculo, rugitibus & murmure partium vicinarum. Ructus interdum emittit acidos, interdum vomit, & tùm videtur melius habere. Alvum ut naturali inclinatione, ita nunc præcipuè habet adstrictam. Urinæ sunt tenues, quibus nunc oleosum quid supernatat, parum sudat. TIMOR nunc adest & mœror. Rogatus, causam, nullam se scire profitetur. Non vult admittere familiares suos in colloquium, sed solus & taciturnus in conclavi remanens, suam sortem miserrimam deplorat, insomnes noctes trahit, sibi insidias strui imaginatur, si quæ loquitur, illa adhæsitanter & præcipitanter profert. Si duos videt colloquentes, de se putat omnia dici. Implorat consilium, & auxilium.

RESOLUTIO.

Symptomata dependent ab uno affectu melancholico.

SYMPTOMATA in historiâ occurrentia sunt promiscui generis. Quædam possunt referri ad actiones læsas, animales, vitales, naturales, aliqua ad excreta & retenta, aliqua ad qualitates mutatas, omnia tamen dependent ab unico

AFFECTU, à veteribus appellato MELANCHOLIA, non quidem à vomitu materiæ biliosæ, nigræ, ut voluit *Cælius Aurelianus*, sed ab ipsâ materiâ, morbum hunc inducente; ut sensit *Galenus 2. method. medendi cap. 2.* Hæc materia *à nobis* appellabitur sanguis melancholicus.

Adesse hunc patet 1. ex notis generalibus quæ sunt

ADESSE MELANCHOLIAM propriè dictam, patet

1. Ex universalibus characteribus & certissimis signis delirii MELANCHOLICI, TIMORE & MOESTITIA, adnotatis *ab Hippocrate 6. aphor. 23.* confirmatis *à Galeno in comm. & 3. de locis aff. cap. 7.* limitatis duabus conditionibus, quarum *prima* à *Galeno* addita, *secunda* ab *Hippocrate* adnotata, *prima*, ut sint sine causâ manifestâ, *secunda* ut diu durent.

TIMOR

timor, TIMOR hic adest, ob falsam imaginationem mali futuri, insidias enim sibi strui fingit.

mæror. MOESTITIA adest, ob falsam imaginationem mali præsentis corruptivi, & præteriti objecti tristabilis. Obitum enim conjugis prætendit tristitiæ suæ causam, quæ tamen causa tanti non est, ut proportionalem animi affectum inducere queat.

Utraq; animi passio est 1. fine causa manifesta, Utraque animi passio oritur in nostro ægroto,

I. Sine causâ externâ, obitus enim conjugis jam causa esse desiit, sed interna quærenda est habituata dispositio ad perpetuum mœrorem. 2. diu durat, ultra 6. menses se extendit.

2. est cum linguæ incontinentiâ II. Adest præterea particulare aliquod signum delirii melancholici, LINGUÆ INCONTINENTIA ET BALBUTIES, adnotata *ab Hipp. 7. aphor. 40.* repetita *1. de morb. s. 2. t. 13.* Si LINGUA derepente incontinens fiat, melancholicum. At hic talem subitam linguæ incontinentiam advertimus, ideoque affectum propriè dictum melancholicum adesse, nullum dubium.

Manifestum igitur est, primarium affectum præsentis ægroti esse MELANCHOLIAM.

Est autem hæc hypochondriaca. Cum autem tres species videamus *à Galeno 3. de locis aff. cap. 7.* assignatas, notandum est, nostrum non esse essentialem, neque per consensum cordis & totius corporis, sed per consensum jecoris & ventriculi, lienis, adeoque HYPOCHONDRIACAM.

Adsunt enim omnia ejus indicia, proposita *à Diocle, & Galeno* comprobata, *3. de loc. aff. c. 7.* quæ per essentiam

Pars affecta pars; ἐκ τῶν ὑπαρχόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, Causis PARTEM primariò affectam *ventriculum* & epar, vicinasque partes esse ostendunt

ESSENTIALITER INHÆRENTIA. A ventriculo invenimus symptomata melancholica ortum traxisse. Illius actionibus læsis hæc ingravescunt.

JUVANTES ET LÆDENTES CAUSÆ id confirmant. Vomitu & ructu ægrum levari advertimus. Levatur etiam post sumtum cibum, hic enim reprimit vapores ex ventriculo adscendentes. SYM-

Digitized by Google

EFFECTUS si consideremus, videmus ventriculi actiones valdè lædi, imo post horam à sumto cibo, ventriculum pati illa symptomata, quæ *Galenus 3. de loc. aff. cap. 7.* adnotavit, nimirum æstum in hypochondriis, sputum humidum, sitim, ructum acidum, fluctuationem ciborum & strepitum, quem *Calius Aurelianus* ex *Sorano* ὑδατισμὸν, quasi aquæ murmurantis æmulum vocat. *Effectus.*

HEPAR affici patet ex eo, quod in dextro hypochondrio tensio advertatur. Utrumque patet ex sanguine è venâ emisso, qui non adeò purus est.

MESENTERIUM & PANCREAS etiam sunt in culpâ.

RENES non faciunt officium in expurgando sero.

Ex hisce patet, affectum hunc esse melancholiam hypochondriacam, & quidem per consensum ventriculi, jecoris & lienis, positivum, non privativum.

CAUSA IMMEDIATA est IMPURITAS SPIRITUUM ANIMALIUM in cerebri medullâ generatorum, quam *Galenus* vocat σκότωμα, *obscuritatem* seu *obtenebrationem*. Certum est, in spiritibus his non solum manifestas qualitates, sed & occultas esse attendendas, & inter manifestas non solùm primas, caliditatem, frigiditatem, sed & secundas, densitatem, raritatem, pelluciditatem, cùm ad actiones animales ritè obeundas æquè necessariæ sint ac primæ. Inde, cùm limpiditas pelluciditasque horum spirituum obfuscatur, actiones animales depravari non est mirum. Obtenebratio tamen propriè dicta vocari non meretur. *Causa immediata.*

Impuritas conciliatur spiritibus animalibus à

MEDIATA causâ PROXIMIORE, vaporibus nimirum crassis, imprimis; qui

SUSCIPIUNTUR facilè, si de TERMINO AD QUEM, sermo sit, à cerebro ob nativam ejus debilitatem. *Mediata causa vapores.*

ELEVANTUR, si loquamur de CAUSA EFFICIENTE à calore debili. Quamvis enim adsit φλόγωσις pylori, & venarum ventriculi & jecoris, illa tamen non solùm non adauget illum nativum calorem, sed potius minuit: præternaturalis etiam ex copiosâ materiâ multos elevat flatus, quos discutere non valet. *Efficiens eorum causa.*

Transmittens, DE TRANSMITTENTE causâ si sit sermo, adscendun per apertas venarum & arteriarum vias, per venas usque ad cor: per arterias ad cerebrum.

Materialis. MATERIALIS est SANGUIS MELANCHOLICUS copiosè stabulans in vasis circa ventriculi, jecoris, lienis, mesenterii & pancreatis regionem, & per circulationem ad cerebrum delatus.

SANGUIS hic melancholicus crassus duplex est, naturalis & præternaturalis.

Uterque adauctus est ab intemperie φλεγμονώδη pylori & vasorum, ventriculi, jecoris, & aliarum partium, introductâ ab erroribus in victu, nimio potu vini generosioris, quô jejuno usus est stomacho. Per venas lacteas enim subitò est delatum in cor, illudque alteravit, ventriculi etiam debilem calorem exstinxit, ut modicus calor ab intenso minuitur vel suffocatur. Et nunc temporis habemus illam odiosam *ἀντιπαραξίαν* temperamentorum, calidam quidem cordis, jecoris, frigidam autem ventriculi.

Remotiores REMOTIORES causæ jam attendendæ veniunt.

1. naturales. I. NATURALES sunt TEMPERAMENTUM frigidum & siccum, quoad cerebrum, & calidum quoad cor & jecur. Inde assantur humores.

HABITUS corporis floridus in causâ est, quòd optima sanguinis pars ibi vertatur in nutrimentum, crassiore in centris remanente.

2. non naturales, II. NON NATURALES causæ sunt: AER AUTUMNALIS, qui detegere solet errores æstatis. ERRORES in VICTU commissi, inprimis in usu vini generosi malvatici, visceribus calidam conciliaverunt intemperiem. AFFECTUUM animi magna vis hic etiam se exserunt, quàmque potens hæc sit ad humoris melancholici *[illegible] generationem & [illegible] exacerbationem*, luculenter ostendit. ALVUS adstrictior etiam ansam porrexit.

Symptomatum, Melancholicus sanguis hoc modo generatus, inducit omnia illa SYMPTOMATA recensita.

DOLOR CAPITIS exortus fuit à sanguine flatuoso & vaporibus adscendentibus: [illegible]

Digitized by Google

VERTIGINOSA circumgyratio, à pravo eorundem in cerebro excitatur motu. 2.

INAPPETENTIA solidorum & CRUDITAS subnascuntur à crudis & calidis in ventriculo stagnantibus succis. 3.

SITIS ob æstum hypochondriorum increscit. 4.

SUMPTUS cibus mitigare quidem videtur malum, naturâ solatium recipiente, sed mox iterum succumbit, onerata magis, quàm sublevata. 5.

ÆSTUS hypochondriorum sequitur, dum cibus corrumpitur. 6.

FLUCTUATIONES in ventriculo sentit: deest enim complexus ciborum, à flatibus, in toto etiam dominantibus. Inde habitus corporis turgidus & tumidus, ut venæ non leniter inflatæ videantur. Intestina etiam rugiunt, & murmurant. 7.

TENDITUR hypochondrium dextrum, ob jecoris ... 8.

RUCTUS MOLESTI nonnunquam advertuntur, ob corruptionem chyli: ACIDI ob pituitæ abundantiam. 9.

VOMITUS interdum succedunt, dum cibus in ventriculum ingestus, manet inconcoctus, nec per pylorum inflammatum descendit ad intestina. 10.

MELIUS inde habet, quia ventriculus liberatur onere. 11.

ALVUS adstricta est, ob æstum mesenterii. 12.

URINÆ tenues, ob serositatem sanguinis. 13.

OLEOSUM quid innatat, dum pinguedo omenti colliquatur, & per arterias emulgentes ad vesicam defertur. 14.

SUDAT parum; natura conatur magis, quàm perficit. 15.

MERAE nunc audiuntur QUERELAE, & LACHRYMAE, SUSPICIONES, TIMORES, & MOERORES; non quidem à nigredine humoris melancholici, sed à spirituum animalium, non in solâ glandulâ pineali, sed in toto stabulantium cerebro. 16.

SUSPICIONIS causa est timor & judicii sive discursûs depravatio, cùm enim perpetuò sibi timeat, insidias sibi strui & mortem intentari veretur. 17.

QUATENUS copiosi vapores phantasiam variis modis 18.

percellunt, tanta sequitur imaginationum copia, & tanta celeritas, ut mens obruatur, & lingua easdem non possit suâ celeritate assequi. Inde ægrotus TITUBAT, idquè eò magis, cùm lingua à timore ita retineatur, ut sermonem minimè continuare queat.

Hæc sufficiant de essentiâ hujus affectus, de subjecto, causis, & symptomatum ratione.

Prædictio. PROGNOSIS sequitur

1. I. SALUTIS ET MORTIS. De eâ quid sperandum sit, docuit *Hippocrates 1. de morbis*, videlicet: atram bilem non esse lethalem. Ex accidente tamen lethalis esse potest. Inde rectè *Galenus 6. aphor. 53.* desipientiam periculo non vacare *scripsit*.

Hoc licet verum sit, speramus tamen præsentem affectum sublatum iri, modò maturè prospiciatur, quia affectus est per consensum hypochondriorum.

Maturè prospici debet, ne sanguine melancholico in majori copiâ genito, & ad caput transmisso, permutetur in essentialem passionem, quæ difficulter eradicari possit.

II. LONGUM tempus ad curationem necessarium est, ob humoris constantiam & siccam intemperiem, quæ cum contrarium habeat debile, humiditatem nempe, difficulter tolli solet.

3. III. DE MODO EVENTUS quidem nihil habemus certi, quod determinemus, speramus tamen terminatum iri ad salutem, dissipatâ materiâ à calore nativo, vel ad inferiores partes detrusâ: ad INTESTINA, ubi excitare potest dysenteriam: ad PEDES, ubi excitare potest varices: ad VASA sedis, ubi excitare solet hæmorrhoides: ad CUTEM extremam, ubi ulcera scabiemque.

Curatio. CURATIO nititur methodo medendi, & materiis præsidiorum.

Methodus Indicationum. IN METHODO locum habet omnis INDICATIO. CURATIVA à morbo haurienda, qui sui ablationem indicat per contraria:

2. PRÆSERVATIVA à causâ hauritur, quæ morbum fovet.

vet. Fit per contraria, non solùm ἄμετρα, verùm etiam σύμμετρα. Itaque humor melancholicus, quâ peccat QUANTITATE, vacuandus est: quâ QUALITATE, alterandus & attenuandus: quâ MOTU, & vapores emittit ad caput, illi, quatenus in VIA sunt, revellendi, quatenus in TERMINO AD QUEM, discutiendi, quatenus in FOMITE, eradicandi. Quoniam autem humor hic in illâ copiâ generatur ab intemperie ventriculi, jecoris & lienis, hæc tollenda est.

VITALIS petenda à viribus, quæ per similia conservantur, IN TOTO CORPORE quidem per diætam, & alimenta boni succi. IN EPATE, LIENE ET VENTRICULO essentialiter affectis, per illa, quæ calido innato, quod proportione respondet temperamento, similia sunt, stomachica, epatica, splenetica. IN CEREBRO autem per consensum affecto, per illa, quæ spiritus animales illustrant, & limpidos reddunt, cephalica medicamenta. 3.

MATERIAE PRAESIDIORUM sumuntur ex fonte Αἱ δ' ὕλαι τῶν βοηθημάτων χειρουργικῶν

ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΚῶ. VENAE SECTIO sanguinem ex venis emittens omnino necessaria est ad evacuationem & ventilationem sanguinis, qui incendio laborat.

LOCUS. Educi potest tàm ex venis supernis, quàm infernis.

EX SUPERNIS quidem ex BRACHIO DEXTRO, *ut veterum statutis aliquid detur*, ob τὸ κατ' ἴξιν jecoris, ad totius corporis evacuationem & impedimentum sanationis auferendum, ex MEDIANA: ad particularem autem jecoris refrigerationem quâ laborat intemperie, & vacuationem, quâ obstructum est: ex BASILICA vel EX SALVATELLA MANUS DEXTRAE, cujus sectionem in antiquatis jecoris affectibus non minus commendat *Petrus Salius Diversus l. 2. de morbis Hippocratis*, ab experientiâ, analogismo & ratione, quàm *Galenus* salvatellæ sinistræ manus in lienosis. *Missio sanguinis.*

EX INFERNIS artuum etiam in progressu curationis, si vacuetur sanguis, maximum afferet commodum, ex revulsione vaporum ad infernas, & humoris ipsius, qui suâ naturâ deorsum vergit.

Digitized by Google

QUANTITAS. Non tamen educatur in nimis magnâ copiâ, sed eò usque sinatur fluere, donec mutatio aliqua coloris in sanguine appareat. Nam licet sanguine videantur turgere venæ, sanguis tamen non est totus, sed flatui multo permistus.

TEMPUS. Mittatur in actu curationis non ab initio, sed septem diebus peractis post aliquam humorum præparationem & expurgationem. In actu præservationis singulo vere mitti potest & autumno, *autore Galeno 6. aph. 47.*

MODUS. Educatur sanguis amplo foramine facto, ne solùm serosus humor vacuetur, sed simul crassus.

QUÆ SANGUINEM EX ARTERIA ET VENA SIMUL EVACUANT, chirurgica præsidia sequuntur.

HIRUDINES SANGUISUGÆ vasis extremæ recti intestini oræ applicitæ proderunt.

IN CUCURBITULIS exiguam spem ponimus, licet enim profunda fiat incisio, sanguinem tamen crassum vix educunt.

Fonticuli. SUCCUM A SANGUINE DIVERSUM evacuant FONTICULI.

De iis, ut cogitaret ægrotus, quidam autores fuerunt. Sed quisnam commodus

LOCUS, dispiciendum, & quæ MATERIA commoda.

Commendarunt NONNULLI locum supra concursum suturæ sagittalis & coronalis, nisi autoritate *Gordonii & Salustii Salviani*, qui recensent historias eorum, in quibus aperto cranio ex casu & ex vulnere melancholica symptomata remiserunt. Existimo aliquos impuros vapores per illud ulcerosum foramen exhalare posse: judicamus tamen multa exinde fieri incommoda. Præterquam enim quod ad nobilem partem vapores ex imis partibus trahuntur, excitatur abscessus supra morbum: scripsit autem *Hippocrates*: *τὰς ἀποστάσιας αἱ κατωτάτω τῆς κοιλίης, καὶ πορρωτάτω τῆς κοιλίης*, *abscessus*, qui sunt velut naturæ emissaria, *si sint infra morbum & longissime infra ventrem*, seu remotissimi à morbo, solùm juvare.

Quod autem in aliquibus accidentia melancholica remiserint,

miserint, per accidens id factum esse censemus, quia post subitam illam consternationem, animus à priori depravatâ imaginatione, tanquam majoris periculi conscius, ad tempus averti potuit.

Autor sum, ut ejus loco FONTICULUS IN TIBIA DEXTRA VEL SINISTRAE supernâ internâ domesticâ vel externâ silvestri parte inuratur. Singulare præbebit juvamentum. Natura per varices in cruribus obortos, melancholica symptomata mitigare solet. Quod attinet

MATERIAM, nonnulli imitati chirurgos Patavinos, *Aquapendentem, Casserium*, actuale probabant, nimirum ferrum candens in *χειρουργείῳ Julii Casserii Placentini* admotum.

Non possum autem subscribere ipsorum sententiæ, cum candens ferrum æger nolit admittere, sed potentiale commendo, nempe celebratum illud *Heurnii methodô ad prax. & Plateri in observat.* ex lixivio sarmentorum, vitriolo & calce vivâ, quod sine dolore paucarum horarum interstitio eschara inducit. Nobile præterea potentiale cauterium est *butyrum* ℥ij, dextrâ *ἐγχειρήσει*, ne ultrà metam fluat, applicitum.

PHARMACIA constat vacuantibus totum corpus, deinde ex obstructionibus infarctas & affectas partes roborantibus, tum essentialiter, tum per consensum affectas. *ἡ δὲ φαρμακεία κεφάλαια*

VACUARI autem corpus expedit

I. LENIENTIBUS, materiam blande subducentibus. *lenientia.*

I. PER VOMITUM exhibito blando vomitorio, quia æger est nauseabundus, ut saburra crassi melancholici sanguinis in vicinis vasis stabulantis educatur. Exhibitio vomitorii reiterari potest, ut educantur melancholici humores, qui vitiosè ad ventriculum moventur, & pituitosi, qui in ventriculo quotidiè multiplicantur, & cibi corrupti, qui si retinentur, cruditates parere possunt. Ut schismata omnia tempore persequutionis convertuntur in hæreses, ita cibi & chyli deviationes in cruditates. *I. vomitoria.*

MATERIA

Digitized by Google

MATERIA varia esse potest. Sufficit jus pulli pingue, in magnâ copiâ cum *oxymelite*.

II. Φλεγμαγωγα. II. PER SECESSUM leniter evacuantia medicamenta & melancholiam subducentia cum Φλεγμαγώγοις tamen mista, quia ventriculus simul afficitur, conveniunt.

Potiones.

IN FORMA POTIONIS

1. ℞. *sirupi de polypodio, Vialis, in receptario Florentino descripti* ℥iiij.
decocti pectoralis ℥ij. M. F. Potio.

℞. *fol. senæ Alexandrinæ, epithymi, rad. polypodij* a. ʒij. *fl. cordialium* a. p. j.
Decoque l. a. in aq. cichorii vel fontanæ q. s. ad tertiæ partis consumptionem
In colaturæ ℥iiij, dissolve
sirupi acetositatis citri ℥iß. M. F. Haustus.

2. ℞. *fol. melissæ, fl. boraginis, buglossi* a. p. ij, *passularum* ℥ß, *fol. senæ electæ* ʒvj, *sem. anisi* ʒj.
Infunde per noctem in aq. q. s.
In colaturæ ℥iiijß. dissolve *mannæ granatæ* ℥ß.
Iterum coletur, & addatur
sirupi violarum vel rosarum solutivi ℥j.
M. F. Potio.

Vel potest hic haustus exhiberi:
℞. *aquæ pomorum redolentium, boraginis* a. ℥iß.
♀ ⊕lati ℈j. *sirupi de pomis simplicis* ℥ß.
M. pro haustu, qui per aliquot dies horis matutinis est continuandus.

Idem efficit sequens:
℞. *aquæ fumariæ* ℥ij, *lupuli* ℥i.
extr. polypodii ℈j, *crystallor.* ♀ ℈ß. ♁. ⊕li ℈ß,
sirupi de fol. senæ ℥j. M. F. Haustus.

Si fortiore opus sit medicamento:
℞. *cort. helleb. nigri ppt.* ℈iv, *sem. anisi, citri*, ʒß,
cinamomi ℈ij, *passularum minorum* ʒij,
F. infusio

F. infusio in sero lactis, deinde factâ diligenti expressione ad ℥iiij, adde

mannæ mastichinæ electæ ℥ß. M. F. Potio.

℞. *fibrarum veratri nigri ppt.* ℈iiij,
fol. senæ ℥j, *sem. anisi* ℈j, *cinamomi* ℈ß.

Macerentur simul in seri caprini q. s. & post 24. hor. ebulliant leniter, ac fortiter exprimantur.

Colaturæ admisce *sirupi diasenæ* ℥ß.

M. F. Haustus exhibendus tepidus diluculo.

℞. *rad. polypodii, cichorii* a. ℥j,
herb. ceterach, scabiosæ, fumiterræ, a. p. j,
sem. anisi ℈j, *epithymi* ʒj, *fol. senæ* ʒiij,
rhab. electi ℈ij, *agarici trochiscati* ℈j,
cinamomi el. ℈ß, *spicæ indicæ* g. iij, *flor. cichor.* p. iij.

Infunde in Brodii pulli q. s. Stent in infusione per noctem. Manè colentur.

Colaturæ ℥iij, adde
mannæ calabrinæ mastichinæ, de folio, ℥ß. M. F. Potio.

IN FORMA BOLI.

℞. *elect. lenitivi* ʒvj, *mannæ* ʒiij, *cremoris* ♀*ri* ʒß.

Cum facch. q. s. M. F. Boli duo, quibus ad majorem roborationem ventriculi addere possumus pulpæ tamarind. ʒj.

℞. *cassiæ recenter extractæ* ʒvj, *elect. diacath.* ʒiij,
confectionis hamech ʒß. C. facch. q. s.

F. Bolus. Vel dissolvatur in seri lactis ℥iiij, & F. Potio.

℞. *elect. lenitivi* ʒvj, *conf. hamech* ʒiij.
M. Et c. facchato F. Bolus.

III. DE CLYSTERIBUS cogitari potest, si opus sit. *clysteres.* Constent humectantibus, modice refrigerantibus & laxantibus.

℞. *rad. altheæ, polypodii* a. ℥ß,
fol. parietariæ, fl. malvæ a. Mj,
seminis lini ℥ß, *passularum majorum exenrt.* ℥ij.

Coq. in aq. q. s. pro colaturæ ℔j, dissolve

zed by Google

elect. diacatholici ℥ß, *ol. violarum* ℥j, *salis* ʒj.

M. F. Clyster. Vel

℞. *rad. althææ, polypodii querni* a. ℥ß,
malvæ, althææ, mercurialis a. Mj,
betonicæ, majoranæ a. Mß. *fol. senæ el.* ℥ß.

Coq. in aq. simpl. vel jure carnis q. s. pro colaturæ ℔j. dissolve

cassiæ pro clystere ℥j, *elect. diacatholici* ℥ß,
mellis anthosati ℥j, *olei chamameli* ℥iij *salis* ʒß.

M. F. Clyster.

℞. *herb. malvæ, bismalvæ, brancæ ursinæ,*
violarum, mercurialis a. Mj, *betonicæ, hyssopi* a. Mß
rad. cichorii, ireos, althææ a. ℥ß,
sem. anisi ʒij, *fœniculi* ʒj, *lini, fœni græci* a. ʒij,
fol. senæ ʒiij, *radicis bryoniæ* ℥j.

Coq. in aq. q. s. pro colaturæ ℔j. Adde
el. diaphœnicon, hieræ picræ a. ʒiß, *diacatholici* ʒiij,
ol. violarum, chamæmel. a. ʒj, *rutæ* ʒij,
facchari Thomæ ʒvj, *salis* ♀ ʒj.

M. F. clyster.

Hi acui queunt *croco metallorum*, cum intestina habeant colluviem copiosam.

His crebrò uti convenit. Unde & *Aetius* quotidie alvum laxat. Habent enim vim æstum hypochondriorum mitigandi, & siccitatem humoris melancholici corrigendi. Et in illis magna spes curationis ponenda.

Præparantia. PRÆPARANTIA sequuntur Galenica, vi attenuandi prædita; sed non admodùm calorifica. Debent dari in formâ liquidâ, humectatione enim fluidus redditur humor. Præstans est

INFUSUM *Zwingeri*, quod suppresso autoris nomine divulgatum est *à Müllero in miraculis chimicis.*

℞. *aquæ violarum, boraginis, lupulorum* a. ℥iiij,
sirupi de epithymo, violarum a. ℥j,
succi boraginis, byzantini, anisi, ♀ a. ℥ß. M. F. Potio.

℞. *rad.*

℞. *rad. fœniculi, graminis*, a. ℥j, *boraginis* ℥ij,
fol. betonicæ, pulegii, hyssopi, cent. min. a. M℔,
sem. anisi, fœniculi, dauci a. ʒiij,
herb. fumariæ, lupuli a. Mj,
epithymi ℥ß, *nucis moschatæ* ʒj, *cortic. citri* ʒij,
uvarum passarum enucl. ℥j,
glycyrrhizæ rasæ ℥ß, *sem. cucum.* ʒiij, *fl. 4. cordial.* a. mj.
coq. in aq. q. s. ad tertiæ partis consumptionem, adde
sirupi granatorum, pomorum dulcium, de succo borag. a. ℥j.
M. F. Potio.

SIRUPUS, quo *Altimarus* ait se multos melancholicos restituisse, etiam commendationem meretur.

℞. *fol. betonicæ, pæoniæ, nymphææ* a. Mj,
rad. nymphææ ℥j,
fl. rorism. violarum, nymphææ a. p. iij, *4. cordial.* a. p. ij,
passularum ℥j, *sem. citri* ʒj. ad flatuum discussionem.
Incide & coque in aq. q. s. in colaturæ ℥xij solve
sirupi de borag. ℥iij, *oxysacchari* ℥j, *sirup. acet. citri* ℥j,
vel ad majorem attenuationem & deobstructionem
sirupi de rhab. compos. pom. compos. bizantini cum ♀.
M. F. Haustus seu Apozema.

CHIMICA præparantia etiam locum habent ex ♀ro parata: *cremor, crystalli,* ♀ ⊕*latus, mistura simplex,* ♀ *chalybeatus, Tinctura* ♀, *spiritus aperiens Penoti; Tinctura* ♀ *Zwölferi, acidum & sal* ♀; *sal absinthii, centaurii minor. gentianæ, ononidis, fraxini, serpentariæ.* *Chimica præparantia.*

PURGANTIA his subjungenda. In horum rectâ administratione observandæ sunt regulæ propositæ à *Mesue* 1. Non semel esse educendum. 2. sint benedicta. 3. Mista humectantibus in formâ liquidâ & roborantibus. *Purgantia.*

MITIA esse debent, quia locus propinquus, & viscera sunt incensa, quæ à calidioribus valdè læderentur.

A fortibus abstinendum, ne humorem melancholicum magis offendamus, quàm tollamus.

INTER SIMPLICIA commendantur *Simplicia.*

Digitized by Google

POLYPODIUM ET SENA, quæ ſena non ſolùm craſſos humores ex ventriculo exturbat, ſed & eundem roborat, ut contrà *Meſuen* probat *Monardus & Crato in conſiliis*, adſerens, eam non ſolùm non perturbare ventriculum, aut imbecillum reddere, ſed eundem optimè expurgare & roborare.

Compoſita officinalia, magiſtralia. Inter COMPOSITA commendantur DIACATHOLICUM, DIASENA ET CONFECTIO HAMECH.

Exhiberi poſſunt eâ formâ, quæ placebit ægroto.

Potio.

IN POTIONE.

℞. *fol. ſenæ ſine ſtipit.* ʒij, *prunorum* n. iij,
ſpicæ indicæ ℈ß, Infunde & macera leni ebullitione factâ per noctem. Exprimantur manè.
Adde *ſirupi de polypodio* ℥j, *aq. cinamomi* ʒj.
M. F. Hauſtus.

℞. *fol. ſenæ ſine ſtipitibus* ℥ß,
rad. hellebori ppt. nigri ʒiß,
Infunde in s. q. aq. pomorum borsdorff. addendo
ſucci citri rec. expreſſi ʒij, *cinamomi elect.* ʒi.
Stent in infuſo per noctem, manè edulcoretur ſacchari canthii q. s. ſeu adde
ſir. de pomis q. s. pro edulcatione: poteſt etiam addi *Tinctura* ♂*tis*.

Bolus. POTIO ſi non placet,

℞. *elect. diacathol. diaſenæ Nicol. vel ejus loco conf. Hamech.* a. ʒiij,
M. F. Bolus, cum ſaccharo.

℞. *pulv. ſenæ ſine ſtipit.* ℈ij, *cryſtall.* ♀ *albiſſim.* ℈j,
conſervæ fumariæ ʒij, *ſirupi de fumaria* q. s.
M. F. Bolus cum ſaccharo.

℞. *Pulv. ſenæ Montagnana ſeu Sennerti* ʒj,
conſervæ fumariæ ʒij, *ol. ſtillat. cinam. gt.* ij,
ſirupi de pomis laxativi q. s. M. F. Bolus cum ſacch.

IN

IN PULVERE.

Pulvis.

℞. *pulv. senæ Montag.* ℈j, *magisterii chrysopu* g. vj, *claosacchari cinamomi* gr. iij, *ss. ⊕li gr.* v.
M. F. Pulvis.

℞. *pulv. senæ Montagn.* ℈j, *scammon. ♁ati* g. v, *ol. stillatit. macis* gt. ij, M. F. Pulv.

℞. *pulv. rhabarbari* ℈j, *cryståll. ♀. albissimorum* g. xv, *scammonii ♁at:* g. vj, *ol. stillatitii caryoph.* gt. ij,
M. F. Pulvis.

IN FORMA PILULARUM.

Pilulæ.

℞. *pilul. indarum, de lapid. lazuli* a. ʒß.
pulv. veratri nigri ppt. ℈ß.
M. F. cum melle rosato pilulæ xxvij.

℞. *extr. hellebori nigri* ℈j, *resinæ gialappæ* g. v.
M. F. Pilulæ n. xv. deaurentur.

℞. *extr. hellebori nigri* g. viij, *magist. chrysopu* g. vj, *diatrydij* g. j, *MPil. de fumariâ, lapide lazuli*, a. g. x, *ol. anisi* gt. ij, *ß. ♀ parum* F. l. a. Pilulæ n. xx.

EXTERNUM purgantia & alterantia miscenda, & APOZEMA ALTERANS & simul PURGANS exhibendum horis matutinis per aliquot dies.

Alterantia & purgantia mista.

℞. *rad. polypodii, graminis, asparagi, fœniculi* a. ℥ij,
herb. buglossi, lupuli, epithymi, capill. ♀ a. p. ij.
fl. buglossi, boraginis, genistæ a. p. j.
fol. senæ ℥j, *fibrar. ellebori albi ppt. nigri* a. ʒj.
gialapii resinosi ʒß, *spicæ* ℈j.
Decoque in aquâ fontanâ q. s.
In colaturæ ℔ij, solve *elect. diacatholici*,
conf. Hameeh a. ℥j, Iterum coletur, Adde
sirupi de cichorio cum rhabarb. polypodio compos. a. ℥ij.
M. F. Apozema. De eo assumat singulis diebus haustum ad ℥iij. cum custodiâ & regimine.

Etsi autem succus melancholicus crebrum purgantium & præparantium usum reiteratum postulat, interdum tamen cessare debemus, ne virtus assiduo medicinarum usu fran-

Digitized by Google

gatur, ille verò exasperetur, & interim nausea à pharmacis succedat, propterea ut ad tempus à medicinis abstineat, confortantibusque solùm utatur, autor sum.

Diaphoretica. PER SUDORES & URINAM corpus etiam evacuandum, adeoque eo fine alterantibus addenda *ἱδρωτικὰ* & *διουρητικά*. Eademque seorsim exhibenda, ut

℞. *magist. bezoard.* ♃ *coerul.* ♂*t. albi* a. g. iiij, ♁*n.* & ☉ a. g. ij.
lapidis bezoardici orientalis g. vj,
M. d. ad chartam S. bezoardisch Hertzpulver.

℞. *antimonii diaphoretic.* ℈ß, ⊖ *cardui benedicti* g. vj.
magisterii C. C. perlarum a. g. ij.
M. F. Pulvis.

℞. *antimon. diaphor. bezoard. mineral.* a. g. vj, ♁*n.* g. iiij
magisterii coralliorum g. iij, *bezoar. oriental.* g. ij,
M. F. Pulvis sudoriferus.

℞. *C. C. sine* △ g. xj, *bezoardici mineralis* g. vj.
M. F. Pulvis.

℞. *conservæ fumar.* ʒß, *bezoard.* ♂*t.* g. vj, ⊖ *fraxini* g. v.
M. F. Bolus.

℞. *C. C. philosoph. ppt.* ℈j, *essent. papav.* ℈ß, ♂*ii diaphoret. bezoardici Lunaris* a. g. vj,
aq. fl. sambuci, cardui bened. a. ℥j,
M. F. Haustus.

Diuretica. Jam DIURETICA sequuntur.

℞. *sem. violarum* ʒiij, *milii* ☉*is*, *saxifragiæ* a. ʒj,
aq. ononidis, fl. calcatrippæ a. ℥ij,
sirupi de fragis q. s. pro grato sapore. M.

SPIRITUS ⊕*l.* ⊖*lis*, *Essentia lapidum* ♋ hîc excellunt.

Acidulæ. His non juvantibus confugiendum ad evacuans sensibiliter totum corpus per omnia emunctoria universalia, & interdum particularia, nimirum ACIDULAS EGRANAS,

per

per trigamiam ⊕, ♈ & ⊕li in lucem editas. Sacram repræsentant anchoram, omnibus auxiliis aliis desperatis.

MODUS utendi regulariter *ad normam ordinis & methodi specialis commentataria lib. 6. sect. 4. cap. 1.* *Modus utendi.*

ALTERANTIA ET DEOBSTRUENTIA sequuntur, ut morbus, ejusque radices infringantur. Hæc intentio duplici remedio obtineri potest: ratione quidem ventriculi potest fieri DECOCTUM galli gallinacei à *Dioscoride* propositum, & à *Galeno* & *Mesue* approbatum; ratione jecoris imperatur USUS SERI LACTIS. *Alterantia interna.*

DECOCTUM SEU JUS GALLI licet per se sit alterans insigne, deobstruens, & valdè siccum humorem humectet, nihilominus ut sit præstantius, calidioribus quibusdam excitatur, ut portione *radicis salsæ*, ad attenuationem humoris, *medullæ ligni* ad roborationem, *agrimoniâ*, *sem. citri* ad flatus. Nonnunquam *purgantia* aliqua commisceri queunt, ut *folia sennæ & radices polypodii.* *Decoctum.*

℞. *galli unius anni exenterati deplumati,*
rad. chinæ ℥j, *petroselini*, *sassafras* a. ʒj, *asparagi* ℥ß,
fol. absinthii, *agrimoniæ*, *capill.* ♀ a. Mß,
fl. boraginis p. v, *sem. citri* ʒij *anisi* ℥ß.

Consuantur in prædicto ventre, foraminibus stylo factis. Coq. in aq. fontanæ ℔viij; ad ℔v, Colaturæ singulis matutinis exhibe ℥iiij.

ANTE ejus usum moris est apud Italos quosdam, adsumere bolos.

℞. *trochiscorum absinthii*, *de capparibus* a. ℈j,
succi borag. condensati ʒß,

M. F. Boli duo, quorum unum sumat pro vice. *Boli.*

Si jus galli non videatur alvum solvere, adde singulis quatuor diebus *fol. sennæ pulverisat.* ad ℈j. in primo haustu.

In hujus decocti usu per multos dies commoretur.

SERO LACTIS nihil præstantius. Hoc ferè solo *Mesue* curat melancholicos. Neque terrere quenquam debet *Hippocr. 5. aph. 64.* Lac dare malum hypochondria tensa haben- *Serum lactis.*

habentibus. Nam, ut explicat *Galenus in comment.* id intelligendum est de lacte in substantiâ, sed lac præparatum seu serum sale & melle paratum juvare hypochondriacos citatâ alvo, experientiâ suâ non unâ sed iteratâ confirmat.

Ante ejus usum tamen adsumi potest bolus *ex croco ♂tis aperiente* cum *conservâ boraginis*, quæ siccitatem illius corrigit. Sin alvus minus respondere videatur, in primo cyatho dissolve *manna calabrina* momentum.

Infusum. SPECIES pro INFUSO alterante, addito *croco ♂tis nigro* cum ♆re parato prosunt.

Tinctura ♂tis cum succo pomorum, *chimiâ in artis formam redactâ* manuductrice concinnata, palmam multis præripit.

Externa. EXTERNA prosunt, ut BALNEUM ex aquâ dulci.

Diluitur objectio. Quamvis autem *Alexander Massaria* balnea in hypochondriacâ non convenire asserat, imò potiùs multa pericula afferre statuat, negari tamen non potest, magnam esse aquæ dulcis tepentis in provocando sudore, temperandis visceribus, vaporibus hypochondriorum difflandis, usque ab imis ad extimas partes trahendi vim & potestatem, & summum bonum ab eâ expectari posse. Insideat autem balneo per semihoram, eo tempore, dum serum vel decoctum assumit.

Fomentum. Si verò balneum nimis videatur laboriosum & fastidiosum, FOMENTETUR hypochondrium dextrum & sinistrum spongiâ imbutâ *decocto fol. althææ, malvæ, summitatum anethi, rad. cyclaminis, vel linariæ, & flor. chamæmeli* in lacte.

℞. *rad. althææ, liliorum alborum, fœniculi* a. ℥j,
malvæ, violarum, chamæmeli,
summitatum anethi a. M j. S. Species pro fomento.

Roborantia. ROBORANTIA in subsidium vocanda, tum partes affectas per essentiam, tum per consensum, tàm interna quàm externa.

Interna. INTUS quidem ad roborationem ventriculi, jecoris, lienis prosunt *spec. diarhod. abb. rad. cichorii condita*, quæ virtutem

cutem habent, ut jecori non noceant caliditate, ventriculum autem frigiditate non offendant.

℞. *margarit. ppt.* ʒj, *coralliorum rubror. caryoph.* a. ℈ij. Morsuli.
cubebarum, *macis* a. ℈j,
ol. nucis moschatæ destillati gt. x, *expressi* ʒß,
extr. rad. pæoniæ ℈j, *calam. aromatici* g. xv,
conservæ fl. pæoniæ ʒij, *cichorii* ʒj,
sacch. in aq. cichorii q. s. soluti ℥vij. F. l. a. Morsuli.

℞. *corticum citri conditorum*, *aurantiorum*,
nucis moschatæ in India condita a. ʒij, *cinam. electi*,
nucis moschatæ, *caryophyllorum* a. ℈j,
macis, *ligni aloes*, *santali citrini* a. ℈ß.
spec. diambræ, *diarhodon Abb.* a. ℈j,
trochisc. de eupatorio, *absinthio* a. ℈ß.
conservæ anthos ℥j, *sacch. albi in aq.*
rosarum & cinamomi sol. q. s. ℔j,
ol. caryophyllor. gt. ij, M. F. Morsuli.

℞. *spec. diambræ*, *rosatæ novellæ* a. ʒj, Rotulæ.
margarit. ppt. ℈j, *C. C. usti ppti* ℈iiß,
ambræ grysea g. iij, *succini albi* ppt. ℈j, *ol. carvi* gt. iiij,
sacchari in aqua cardui benedicti q. s. sol. ℥iij,
M. F. Rotulæ.

℞. *ol. nucis mosch. expressi* ℈ij, *destillati* ℈ß,
extr. pæoniæ ℈j, *calami aromatici veri* g. xij,
marg. ppt. corall. rubr. ppt. a. ℈j, *ol. macis* gt. iij,
sacchari albiss. in aq. cichorii q. s. sol. ℥vj,
M. F. Rotulæ.

℞. *conservæ boraginis*, *buglossi*, *fumariæ*, *melissæ* a. ℥ß. Electuaria.
spec. diamoschi dulcis, *elect. de gemmis*,
diambræ a. ʒj, *diamargariti frigidi* ʒß,
coralliorum rubrorum ppt. ℈iiij,
M. F. Elect. cum sir. de pomis q. s.

℞. *conservæ melissæ*, *betonicæ* a. ℥ß,
absinthii, *majoranæ*, *rosarum*, *bugloss.* a. ʒiij,

P *corticis*

corticis citri succh. obduct. ℥iß, *nucis mosch. cond.* ʒij,
spec. diamarg. frigidi, de gemmis frigidi a. ℈j,
succini albi ppt. ʒj, *ol. anthos* gt. vj, *sir. de buglossa* q. s.

M. F. Electuarium.

℞. *conserv. fl. borag. violar. melissæ, nymph. rosar.* a. ℥j,
corticum citri condit. ℥j,
spec. lætific. Rhasis, diambræ, diamarg. frig. a. ℈ij,
corall. rubr. ppt. margar. ppt. a. ℈j,
conf. alchermes ʒij, *sirupi de veronica, de pomis* a. q. s.

M. F. Electuarium.

Externa ad ventriculum, EXTERIUS ad roborationem ventriculi & jecoris

℞. *ceroti stomachici Galeni* ℥iß, *rad. ciperi* ℈j, *croci* ℈ß,
cinamomi ℈ij, *mastichis* ℥ß, *ol. absinthii q. s.*

M. F. l. a. Emplastrum.

℞. *ladani* ℥ß, *spec. aromatici rosati* ʒj,
ol. nucis most. expressi ʒß, *ceræ & ol. rosarum q. s.*

M. F. Cerotum.

℞. *ol. absinthii, mastichis, menthæ* a. ℥ß,
spec. aromatici rosati ℈j,
ol. nucis moschatæ ʒß, *caryophyllorum* gt. iij,
ceræ parum, M. F. Linimentum.

ad dextrū hypochondrium pro jecore, ℞. *ol. nardini, absinthii, mastichis* a. ℥ß, *rosarum* ʒj,
pulv. rosarum, absinthii a. ʒß, τριῶν *sandal.* ℈j,
ceræ parum. M. F. Linimentum ad jecur.

Cerotum sandalinum hic quoque multùm valet.

ad scrobiculum cordis. ℞. *unguenti rosati* ʒj
spec. cordial. temperat. ʒij, *rosarum rubrarum,*
sandali citrini a. ʒij.

M. F. Linimentum ad cordis regionem.

℞. *unguenti rosati Mesue* ℥ij
spec. cordial. temperat pulv. corallior a. ʒj,
spec. diamarg. frig ℈ß

M. F. Linimentum ad cordis regionem.

SPLEN seditiosus exterius ad sinistrum hypochondrium demulceri desiderat. *pro Splene.*

℞. *unguenti splenetici usitati* ℥j, *Linimentum.*
pulv. ceterach, scolopendrii a. ʒj,
cum ol. de capparibus q. s.
M. F. Linimentum.

℞. *ol. capparum, rutæ* a. ℥j, *lil. albor. aneth.* a. ℥ß, *Unguentum.*
adipis anserinæ ʒiij, *ol. terebinth. destillati* ʒij,
ceræ q. s. M. F. l. a. Unguentum.

℞. *emplastri de cicutâ q. s.* *Emplastrum.*
Malax. *ol. still. ammoniaci succi.*
Inducatur super alutam & obducatur
syndone rubrâ F. l. a. emplastrum spleneticum.

℞. *ceroti de ammoniaco thymiamate zwelferi* ℥iiij,
Reformetur *cum ol. capparum.*
Detur in vesicâ. S. Miltzpflaster.

℞ ℥iij, *fol. aspleni, fl. chamameli, meliloti* a. Mj, *Sacculi hypochondriaci.*
sem. fœni græci, lini a. ℥iij,
cumini ammeos, carvi, anisi a. ℥j,
bacc. lauri, a. ʒj.
M. F. duo sacculi. S. Säcklein auff beide Seiten. Coq. in aq. & applicentur.

℞. *fol. menthæ crispæ, agrimoniæ, serpilli* a. Mj, *Species pro sacculo stomachali.*
pulegii, absinthii, rutæ,
fl. chamameli, rosarum rubrarum a. Mß,
calami aromatici, galangæ a. ʒiiß,
cortic. citri, aurant. a. ʒij,
fol. lauri ʒvj, *bacc. lauri* ʒiß,
sem. anisi ʒiiſ, *anethi,*
fœniculi, cumini a. ʒj, *nucis moschatæ* n. j.
M. F. sacculus stomachalis.

Digitized by Google

Sp. pro cucuphâ. ℞. *rosar. rubrar. herbæ betonicæ, rorism. majoran.* a. p. ij, *santali citrini* ℈iiij, *succini albi* ℈ij, *styracis calamitæ, benzoës* a. ʒiß, *cortic. citri siccor. rad. pæoniæ, ireos florentinæ* a. ℥ß, *fl. chamæmeli romani* ℈j, *rorismarini* p. j, *sem. coriandri* ʒß. M. F. Cucupha.

Balsamum. ℞. *ol. nucis moschatæ expressi* ʒß, *rutæ* gtt. iij, *succini, aurantiorum, majoranæ, lavendulæ* a. gt. j, *rorismar.* gt. ij, *zibethi* g. j, *unguent. pomati* ʒß. M. F. Balsamum capitale.

Diæta. DIÆTA triplex benè observetur: naturalis, vitalis, & animalis.

naturalis, NATURALIS CIBIS euchymis utatur. Acetum melancholicis multi noxium clamant. Sed nos censemus, non nocere. possunt ergò cibi aceto condiri. Non displiceat CARO LEPORUM juniorum. Gallinarum carnes humectant. Hoc modo præparari possunt: nutriuntur *gallinæ hordeo in decocto rad. hellebori nigri styriaci* macerato. Elixis potius utatur, quàm assis.

Vitalis. IN VITALI AERE utatur puro libero.

animalis. IN ANIMALI SOMNO indulgeat æger. *Rhases* videtur præferre vigilias. Attamen cum humectatio appareant magis necessaria, rectiùs fortean dictum ab *Avicennâ*, somnum convenire.

VENEREM ut exerceat, commodum erit, at nunquam crudus, sed post peractam coctionem. Quia autem in cœlibatu vivit, ut uxorem ducat, opus est.

Musicæ effectus ex principiis astrologicis. AFFECTUS animi, silentii & desperationis pleni, temperentur Musicæ malagmate. Instituatur autem gratus hic concentus eo die, quo Luna signum libræ vel etiam tauri tenet, & in ⚹ vel △ mercurii, cumprimis adstipulante Venere, est constituta. His influentiis cœlestibus effectus musicæ consolationis irrigabitur imbre.

CON-

CONSULTATIO VII
de
Melancholicâ hypochondriacâ à menſium ſuppreſſione.

HISTORIA.

NObilis matrona XXXVI. annorum, carnoſa, rubri coloris, à naturæ primordiis circa annum XVIII. primum menſtruum experta fluxum, inde ſemper parciùs purgata, nunc verò ex toto deſtitutâ menſtruâ purgatione, vitæ ſedentariæ & ſolitariæ dedita, variis diætæ erroribus commiſſis, conqueritur ab aliquot menſibus de capitis dolore, vertigine. His ante aliquot menſes ſpirandi difficultas, æſtuatio ventriculi & hypochondriorum tenſio, inappetentia ſolidorum, ſitis, acida eructatio & febricula inordinatè repetens tertiâ vel quartâ quâque die, vel etiam per longiora intervalla, ſi præſertim concitatius ambulaverit, vel aëri frigidiori ſe expoſuerit, acceſſere. Solitudines amat, mœſta eſt, timet ad ventorum motum, nonnunquam contremiſcit, amicos putat inimicos, ſana conſilia non admittit, torvum videt, hæcque exacerbantur circa vernum tempus. *Hiſtorica relatio.*

RESOLUTIO.

Nullum malum ſolitudine delectari, ſed gaudere conſortio, vulgò dici ſolet. Teſtatur id noſtra ægra, quæ non unâ ſymptomatum ſpecie, ſed multis iiſque atrocibus afflicta eſt ſymptomatibus. *Ἔκθεσις. ſymptomata ſunt varia, ut etiam Partes affectæ.*

I. NATURALIS facultatis organa afficiuntur varia, deſtinata 1. *coctioni primæ*, ut ventriculus. Hic enim laborat & ſecundùm orificium ſuperius ſeu ſiniſtrum, SITI & INAPPETENTIA; ſecundùm fundum, motu depravato in acida ERUCTATIONE; & ſecundùm totum, in AESTUATIONE. 2. *coctioni ſecundæ* inſervientia inſtrumenta etiam afficiuntur.

 SYMPTOMATA, SUBJECIUN-
tur. TENDITUR etenim hypochondrium dextrum, quo nomine *Hipp. 4. aph. 64.* hepar, sinistrum, quo lien designatur. 3 generationi & excretioni destinata viscera etiam afficiuntur. Uterus obstructione laborans mensium suppressionem
2. excitat. Adstricta adest alvus. Urinæ tenues copiosæ.

II. VITALIS facultatis instrumenta etiam læduntur. Ab aliquot enim mensibus adest δύσπνοια seu RESPIRANDI
3. DIFFICULTAS.

III. ANIMALIS denique læditur facultas: depravatur enim in capite tactus, ratione tristis sensionis: Visus, ratione circumrotationis & tenebrarum: auditus, ratione tinnitus. Depravatur imaginatio, inde apparens objectorum circumgyratio seu VERTIGO. Nonnunquam etiam
4. simul ratiocinatio, unde MELANCHOLIA.

IV. Omnes partes, imò totum corpus simul, ratione FEBRIS, quæ in corde principaliter hæret, in corpore toto adæquatè & denominativè; unde morbus dicitur universalis.

Variæ sunt partes affectæ.

Variæ igitur affectæ sunt partes, quæ tamen non omnes laborant per essentiam, sed quædam per essentiam, quædam per consensum. Hæ sunt caput, diaphragma, totum corpus, uterus; illæ hepar, lien, pancreas, ventriculus, venæ & arteriæ, glandulæque mesenterii, venæ lacteæ primi & secundi ordinis, vasa lymphatica.

Affectus principalis.

AFFECTUS principales duo sunt: MELANCHOLIA hypochondriaca, & MENSTRUI ordinarii fluxûs suppressio.

Melancholia.

MELANCHOLIAM adesse, si non confirmatam, tamen incipientem, ostendunt ceu infallibiles testes duo characteres universales, Φόβος καὶ δυσθυμίη, *timor & mœror.* TIMOR oritur ob imaginationem mali futuri corruptivi; MOEROR oc præsentis fastidii magnam æstimationem. Duo hæc melancholiæ signa adnotavit *divinus Senex aph. 23. sect. 6.* ἢν Φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. *Si metus & mæstitia longo tempore perseverent, melancholicum est signum.* Omissa à Diocle ceu notissima religiosè addidit *Galenus 3. de loc. affectis cap. 7.* cum duplici cautione, ut diu perseverent, & quidem sine

causâ

Digitized by

causâ manifestâ. Perseverant in ægrâ nostrâ jam ferè per biennium, & majorem habent impressionem, quam symptomatum gravitas requirit.

HYPOCHONDRIACAM esse hanc melancholiam, patet ex effectibus, flatibus scilicet copiosis, & hypochondriorum tensione. *hypochondriaca.*

MENSIUM SUPPRESSIO alter est affectus. Ut hactenus serò experta est fluxum menstruum, & semper parciùs fluxêre καταμήνια, ita nunc ex toto eâdem hâc destituitur purgatione. *2. Mensium suppressio.*

IMMEDIATA melancholiæ causa est φάντασμα tenebricosum & obtenebratio spirituum animalium: Suppressionis mensium, ἀποτυχία, frustratio expultricis uteri. *Causæ immediatæ.*

MEDIATA utriusque est impuri sanguinis proventus, in arteriis & venis totius corporis collectus, imprimis corde, cerebro, hypochondriis & circa uterum. *mediata.*

INDE elevati vapores impuri, animalibus spiritibus permisti, eorum lædunt in primis & secundis qualitatibus commoderationem, puritatem & limpiditatem, ex lucidis faciunt opacos, nebulis densis obvolutos. Eodem sanguine dum nutritur cerebrum, de tono suo multum amittit.

Idem sanguis circà uteri venas & arterias collectus impedit, quò minus ordinariæ, statis mensium periodis ire solitæ, evacuationes progrediantur.

GENERATUR hic sanguis ceu PROXIMIORIBUS causis ab intemperie viscerum primæ & secundæ coctioni destinatorum calidâ, quæ intemperies fomentum accepit à rebus naturalibus, & nonnaturalibus. *proximior.*

REMOTIORES causæ ex NATURALIBUS sunt I. TEMPERAMENTUM cordis & jecoris calidum: hoc enim occasionem & ansam præbuit superaffationi humorum. Elucescit id ex carnoso corporis habitu & rubro colore. II. AETAS juvenilis consistens, caliditate exsuperans. *remotiores naturales.*

NON NATURALES inter causas VER suum confert symbolum. Quam enim atram bilem autumnus, & crassam pituitam hyems, naturâ suâ generare solent, illam utramque *non naturales.*

ver

ver movet. Ejusmodî aliquid in vere, *ait Galenus comm. 3. aphor. 20.* accidit, quale corporis exercitationi. Hæc saluberrima est, attamen in corpore impuro varios producit affectus, ita & de verno tempore res habet. In ægrâ nostrâ vitiosos humores movet ad cerebrum & magis in uterum.

VICTUS inordinata ratio, quæ fuit varia, occasiones mali fovere & augere mirificè potuit.

Ex his causis natus uterque affectus non est mirum, quòd recensita superiùs habeat symptomata. Ad horum rationem indagandam nunc pergendum.

Symptomatum. 1. DOLOR capitis exoritur à solutione continui fiente membranarum, quam introducunt humores & vapores per arterias carotides delati ad caput, & in cerebrum ὀργασμῷ, seu furioso motu ruentes.

2. VERTIGO & TEMPORUM PULSATIO nascuntur post adscensum eorundem vaporum, spiritus animales inordinatè in cerebri ductibus moventium.

3. DYSPNOEA oritur à commotione humorum in hypochondriis, dilatationem diaphragmatis impedientium. Non parum etiam confert sanguis crassus fuliginosus, per pulmonum arterias circulatus.

4. AESTUATIO ventriculi & tensio hypochondriorum fovetur à φλογώσει levi viscerum, & vaporum copiâ.

5. SITIS liquidorum & INAPPETENTIA solidorum. *Sitis* quidem adest ob exhaustum humidi; *inappetentia* ob fermenti salutaris absumptionem, & Archæi destructionem.

6. RUCTUS adest acidus ob cruditatem & impeditam χύλωσιν. Hic licet ex *Galeni* mente *1. de loc. aff. cap. 4. & 3. de caus. sympt. cap. 1.* semper fiat à causâ frigidâ, ut nidorosus, ad quam putridus *Avicennæ* refertur, à calidâ; nihilominus in præsenti à calidâ causâ fit, quæ respectu multarum cruditatum, & caloris, qui à naturâ non regitur, debili calori naturali æquivalet.

7. TENSIONEM HYPOCHONDRIORUM patitur ægra ob flatuum proventum.

8. URINAE adsunt tenues, ob deficientem coctionem, & viarum

viarum impedimenta: COPIOSAE ob copiam fieri, quod neque per sudores, nec insensibiliter, ob densum corporis habitum discutitur.

FEBRICULA his jungitur erratica, nullam statam observans periodum, orta à viscerum primæ coctioni destinatorum, glandularum lumbarium & lacteorum vasorum obstructione. In his varii humores colliguntur & commiscentur, biliosi, pituitosi, melancholici, qui dum per uterum statis temporibus non expurgantur, neque motu corporis difflantur, (obstante præcipuè aëre frigido poros densante) accenditur irregularis hæc febricula.

HORROR & TIMOR conjunguntur, *autore Galeno*, humoris melancholici materiâ contaminatis animalibus spiritibus. Ut tenebræ nocturnæ pueros terrent, & indoctis vanis fingendis phantasmatibus ansam præbent; ita & internæ ægram hanc afficiunt. *Recentiorum* suff. agiis impuritati animalium spirituum idem effectus adsignari potest.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ. Graves duo hi sunt affectus. MELANCHOLIA periculosa est ratione læsæ mentis, & curatu difficilis, ratione causæ, quæ fixa est. MENSIUM suppressio etiam malorum varios in recessu habet cumulos. *Prognostica signa.*

CONTREMISCIT audito vel minimo strepitu, territus periculorum, quæ sibi imaginatur, gravitate, dum astantes insidias sibi parare censet. Exacerbantur hæc omnia circa vernum tempus, quo in macrocosmo etiam omnia moveri solent.

Neutra vacat periculo. Ἀθεράπευτος tamen & ἀνίατος neutra est, sed in censu eorum morborum, qui curationis spem non planè eludunt.

LONGUM interea temporis ad curationem necessarium intervallum. Obstructiones adsunt contumaces, quæ citâ contentione expediri non poterunt. Omnem lapidem movebimus, ut quantò ocyus id fieri possit, decrescat affectus.

MODO EVENTUS optabili per intemperiei cerebri alterationem, mensium revocationem, hæmorrhoidas, vel aliâ viâ, & sollicitè præcaveatur, ne humore melancholico

Digitized by Google

in majori copiâ genito, & ad caput transmisso malum transmutetur in graviores affectus, quorum aliquos recensset *Hipp. 6. aphor. 56.* furorem, apoplexiam, convulsionem, cœcitatem. His potest addi epilepsia & melancholia per essentiam. De hâc præprimis verno hoc vel veri proximo tempore maxima immisset solicitudo, cùm *autore Cel. 3. aphor. 20.* ver melancholiæ ferax. Præcavebimus etiam simul, ne alii ab utero oriantur morbi, quorum meminit *Hippocrates 5. aphor. 58.* τῶν καταμηνίων μὴ γινομένων ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι, *mensibus non fluentibus morbi ex utero contingunt.*

Curatio. CURATIO nititur INDICATIONIBUS, quarum triplex est series: Duæ hæ, CURATORIA, & PRÆSERVATORIA, rebus præternaturalibus, quæ tollendæ sunt, sunt oppositæ. VITALIS res secundùm naturam respicit, vires vegetas conservat, amissas revocat & adauget. Causæ itaque sanguinem reddentes impurum sunt tollendæ, intemperies viscerum primæ & secundæ coctioni destinatorum corrigenda, vasa uteri recludenda, humores vitiosi crassi attenuandi, incidendi & evacuandi. VIRES corroborantibus reficiendæ.

MATERIA præsidiorum desumuntur ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico & diætetico.

Chirurgica sensibiliter evacuantes materia. CHIRURGIA præbet materias chirurgicas evacuantes SENSIBILITER sanguinem ex venâ & arteriâ, & 1. nobile illud remedium

SANGUINIS missionem per VENÆ SECTIONEM. Commodè & ingenti cum fructu, quia corporis carnosus habitus & color ruber plethoricum id indicat, hic instituitur, tum propter sanguinis imminutionem, tum viscerum refrigerationem.

Administrari autem potest non uno, sed pluribus in locis. Aperiri potest

1. MEDIANA sinistri cubiti, ad totius corporis, quod carnosum est & sanguine plenum, vacuationem, & impedimentum sanationis auferendum. 2. BASILICÆ incisio proderit ad particularem jecoris refrigerationem, & vacuationem,

nem; quia obstructionibus & insigni intemperie laborat. 3. SALVATELLÆ manus utriusque apertio convenit. Dextræ sectionem in antiquatis jecoris affectibus non minùs commendat *Petrus Salius in l. 2. de morb. Hipp. p. 287.* ex experientiâ, analogismo & ratione, quàm *Galenus* sinistræ in lienosis. 4. HÆMORRHOIDALES proximè à vasis uterinis tùm venis, quàm arteriis sanguinem propter copiam & crassitiem incuneatum ad ora vasorum sedis, vi vacui, retrahunt, & ita uterum ab infarctu liberant, ut reliqua materia faciliùs per vias liberas educi possit. Atque has etiam ipse *Galenus 4. aph. 25.* & factæ melancholiæ maximum remedium esse ait, & futuræ præservativum. Aperiantur singulis mensibus instante plenilunio, ut tandem natura adsvescat. Sic curata fœmina ab epilepsiâ. 5. MALLEOLARIS venæ apertio etiam erit ex usu.

Ex venâ & arteriâ simul evacuantes sanguinem materiæ etiam sunt necessariæ. CUCURBITULÆ cum scarificatione artubus superioribus & inferioribus loco V. S. adhibendæ, vel post eam, ad ulteriorem sanguinis imminutionem. Absque scarificatione quoque ingvinibus & pubi applicentur. *Gal. 13. meth. med.* commendat hunc in finem cucurbitulam ingvinibus & pubi applicitam: vapores à capite revellit, & sanguinem ex toto ad uterum.

Succos à sanguine diversos peccantes sensibiliter evacuare potest FONTICULUS in artubus supernis, vel in parte sylvestri vel domesticâ internâ tibiæ utriusque, *actuali* vel *potentiali cauterio* excitatus. Gestatus longo temporis tractu magno erit emolumento. Si enim varices crurum insaniam auferant, *autore Coo 6. aphor. 21.* cur ulcera & abscessus ibidem facti non faciant idem, revellendo sanguinem ad partes ignobiles, & sentinam ordinariam purgationi corporis menstruæ dicatam?

Insensibiliter vacuantes.

INSENSIBILITER vacuantes chirurgicæ materiæ etiam sunt necessariæ.

FRICTIONES pedum suum conferent calculum; & PECTINATIONES capitis.

Digitized by Google

PHARMACIA constat lenitione primarum viarum, præparatione humorum, eorumque iteratâ purgatione blandâ ab initio, validiori in progressu, alteratione partium infirmarum, & reliquæ morbificæ causæ discussione.

Lenientia. I. LENIATUR alvus, quæ naturali inclinatione semper sicca, & primæ viæ semper serventur lubricæ. Parantur eum in finem medicamenta ex usitatissimis, *mannâ, aloë, elect. lenitivo, melle rosaceo, hierâ cum aloë.*

℞. *Crem.* ♀*ri* ℈ß, ♀ ☉*lati* g. viij, *dacrydii correcti* g. ij, F. pulv. D. ad chart. S. Gelinde Pulver.

℞. *acidi* ♀ *chalyb.* ℈j, ♀ ☉*lati* ℈ß. M. D. S. Eröffnungs Pulver uff zweymahl.

In formâ potionis:

℞. *decocti aperit. lenitivi min.* ℥ij, *aq. fumariæ* ℥ß, *crem.* ♀*ri* ℈ß, *mannæ calabr. purissimæ* ℥j, M. F. potio. S. Eröffnend Tranck uf einmahl.

℞. *decocti prun. & passul.* ℥iiij, *sir. ros. solutivi* ℥j, *mannæ optimæ* ʒiij, *cremoris* ♀*ri* ℈ß, M. Colatura detur. S. Erweichtranck auf einmahl.

CLYSTERES lenientes & vomitoria lenientia nonnunquam sunt valdè proficua.

Præparantia. II. PRÆPARANTIA humores educendos seu digerentia sequentur, nam πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν, μὴ ὠμά, *concocta medicamento purgare ac movere oportet, non cruda*, argumento *aphorismi 22. sect. 1.* Talia suntó:

℞. *aq. fumariæ, pulegii* a. ℥ij, *hyster. comp.* ℥ß, *sirupi artemisiæ* ℥j, *mist. simpl. s. camphorâ* ʒj, *eß. Zedoariæ* ʒij, M. d. ad fict. S. Digestiv-Tranck. Dosis 4. cochlearia.

℞. *oxymellis simplicis, sir. de beton.* a. ℥ij, M. d. S. Safft. Dos. cochlear j. per vices.

℞. *rad.*

by Google

℞. *rad. cichorii* ℥ij, *ratione epatis*,
fol. matricariæ p iij, *uteri*
menthæ crispæ, absinthii a. Mß, *ratione ventriculi.*
sem. anisi, fœniculi, carvi, cumini a. ℥ß, *flatuum.*
Bull. in f. q. aq. fontanæ. Colaturæ adde
sirupi betonicæ, pom. dulcium, fl. borag. a. ℥j.
M. D. ad fict. S. Alterans. Dos. ℥ij. vel iij. mane & post meridiem.

℞. *H. fumariæ, epat. nobilis, cuscutæ, artemisiæ, melissæ* a. pij, *rad. cichorii* ℥j, *sem. cicer. rubr.* ℥ß.
Concisa contusa coq. in f. q. aq. Colaturæ ℔ß, adde
sirupi de artemisiâ, acetos. citri a. ℥j,
essentiæ chelidonii min. ℈ß. M. d. S. Præparier-Tranck uf drey mahl.

Progrediendum ad PURGANTIA universalia. Hæc instituuntur per κάτω κάθαρσιν, διαφόρησιν, & διούρησιν.

Per ALVUM quod evacuat, esto sequens:

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ℈j, *agarici trochisc.* ℈ß,
☍ succini gr. ij. M. F. pulvis S. Laxier-Pulver.

Si ægro arrideat medicamentum in formâ boli:

℞. *pulveris laxativi veget. cachectici, cryst. ♀ri* a. ℈j,
⊖ matricariæ gr. iij, *conservæ menthæ* ʒj. M. F. bolus S. Purgier-Zucker.

℞. *fol. fumariæ, matricariæ, menthæ, absinthii* a. p iij,
rad. polypodii ℥j, *fl. chamam. romani, sambuci* a. p ij,
fol. senæ Alex. f. f. ℥ß, *cryst. ♀. rub. gialap. pulv.* a. ℥j.
Concisa, cont. coq. f. q. aquæ font. Colaturæ ℥ix. adde
sirupi byzantini, oxymellis Julianii a. ℥j.
M. d. S. Purgier-Tranck uf drey mahl.

ADSCENDENDUM cum tempore ad scammonium per fumum ♀ præparatum & extractum hellebori nigri.

clysteres & vomitoria validiora sæpe sunt necessaria.

ἱδρωτικὰ sunto talia:

Διαφορητικὰ promoventia &

℞. *flor.* ⊖ ✱ *corallinor. absinthii, cryst. junip.* a. ℈ß
M. S. Schwitzpulver uf zweymahl.

℞. *aq. à succo carduiben.* ℥j, ✠ *nuc. suderif.* ℥ß,
M. S. Wasser zum Pulver.

℞. ⊖ *sang. cervi volatilis* ℈j, *matricaria* gr. v.
M. S. Schwitz Saltz. Exhibeatur in cochl. vini malvatici.

℞. *spiritus sang. cervi* gr. viij,
In haustu tepidi vini generosi exhibitus movet potenter sudorem.

℞. *rad. apii, petros.* a. ℥ij, *chinæ* ʒiij,
fol. cardui bened. Mß, *sem. anisi* ʒiij,
lign. gvajaci ℥j, *sassafras, sarsaparillæ* a. ℥ß,
C. C. ʒj. Coq. in s. q. aq. Colaturæ ℔ij. adde
sirupi scordii ℥ij, M. d. S. Schwitztranck uf 3. mahl.

διούρησιν.

ΔΙΟΥΡΗΣΙΝ movet ⊖ *ammonii ad gut.* V. *spiritus* ⊕*li*, ⊖*li* mensura guttarum vj. exhibitus.

particulariter evacuantia.

particulariter caput evacuantia respiciunt impuritatem cacochymicam sanguinis, ut ille depuretur, antequam per carotidas ad cerebrum deferatur.

Tentari & irritari ergo per intervalla possunt nares errhinis, sternutatoriis, & apophlegmatismis. Minus tribuo fumo tabacino, & sternutatoriis, plus reliquis.

Aqua mineralis.

Nec sicco pede prætereundus usus τῶν ὑδάτων αὐτοφυέων *aquarum* mineralium *sponte nascentium*, acidularum, imprimis quæ circà Egram, propè pagum Schleda in libero campo pullulant. Trigamia ⊕tri, ♀ris, & ⊕li amicabili conjugio suo ipsis favet. Temperatâ aperiendi, incidendi, alvum, urinam, nonnunquam sudorem, & serum lympha-

lymphaticum mucosum pellendi, obstructiones etiam mesenterii & uteri reserandi vim habent. Noxa, quam ventriculo inferre possunt, corrigitur stomachicis internis, rotulis, morsellis, & externis emplastris.

THERMÆ post acidularum usum in societatem auxiliatricem adsciri queunt, ad sudoris provocationem, ut reliquiæ discutiantur. Insideat ergo per aliquot dies, certâ horâ.

Hisce probè purgato corpore ALTERANTIA & SPECIFICA adhibenda. *Alterantia.*

I. SERUM CAPRINUM primo occurrit loco, benè depuratum à butyro & caseo, ope *aluminis.* Dupliciter parari potest, vel 1. ut dejectorium cum decoctione *epithymi* vel *sale* ♀*na* 2. aperiens & alterans cum frigidis diureticis. Si verò hoc non arrideat, 1.

II. ℞. *gallinam.* In ejus ventre coque *chinam*, *boraginem*, *tria sandala*, *lignum lentiscinum.* Dosis juris ℥vj, singulis matutinis, duabus horis ante prandium. 2.

Hoc decoctum licet nocere videatur ob siccitatem, commendatur tamen ob humectationem & refrigerationem.

III. VINUM MEDICATUM magni præsidii vicem sustinere potest, paratum ex temperatis in caliditate & frigiditate ingredientibus. Dejectorium illud nonnunquam reddi potest, suspenso nodulo *ex sem. carthami contusi*, *fol. senæ*, *gialapio.* 3.

IV. In contumaciâ affectûs de usu chalybis cogitandum. 4.

CHALYBIS cum 🜂 præparati usum illustrat historia. Magni nominis melancholicus ex mentis perturbatione, viso epileptico in terram desubitò prostrato, hac specie depravatæ imaginationis laborans, quòd non posset in arce suâ degere sine magnis cordis angustiis, peregrè autem profectus nihil mali sentiebat. Hic nullis juvantibus aliis, solo usû *pilularum aloeticarum*, *cum croco ♂ nigro*, *& speciebus dia-rhodon* per multas septimanas singulis ferè diebus sumtis liberatus, his solis vel etiamnum salvam valetudinem adscribit.

MAGI-

Digitized by Google

MAGISTRALIA SICCA.

Pilulæ. ℞. massæ pil. de ammon. extr. artemis. castorei, a. ℈. vj. bezoard. ♃. ℥. x.

Cum sirupo artemisiæ F. pilulæ xxx. Dentur x. singula vice.

Pulvis. ℞. pulv. cachectici Rolfinciani ʒß, spec. Διὰ ῥόδων abb. ʒiij. castor. ℥. iij. M. S.

Stärckpulver jedes mahl drey Messerspitz voll.

Morselli. CEREBRUM roboretur seqq. morsellis:

℞. nucis moschatæ conditæ n. j. cort. citri conditorum ℥j, extracti pæoniæ ʒj conf. alkerm. ʒß, succini albi ppti, specierum diamoschi dulcis, diambræ a. ℈j, sacchari albi in aq. rosarum fragant., q. s. soluti ℥vj,

F. l. a. Morselli. Illinantur ℴℴ cinamomi ℥. iij. S. Hauptstärckende Morsellen.

℞. mors. imperat. ʒß, conf. fl. tunicæ, anthos a. ʒiij, cardam. cubeb. a. ʒij, sacch. albi aq. meliss. sol. q. s. ℥iiij, olei cinamomi gtt. ij, majoranæ, lavendulæ a. ℥. iiij.

F. s. a. Morsuli S. Stärck Morsellen.

Humida. ℞. seri lactis capr. ℔ ℔j. sir. de pomis borsdorf. acet. citr. a. ℥ij. M. F. Potio. S. Alterier-Tranck uf drey mahl.

℞. aquæ hypochondriacæ secretæ Hartm. pract. chim. ℥x. Detur cochlear.

℞. tinct. ♂ cum tamarindis & succo acetosæ, vel pomorum magnæ Galliæ reginæ, vel borsdorf. paratæ ℥j.

Detur ad vitrum. S. Tinctur / Dos. gutt. lx. in jusculo humectante.

℞. extr. liliorum convallium, pæoniæ a. ℈j. spec. dianthos, diamoschi dulcis a. ʒj. sacch. albi, aq. lil. convallium soluti ℥viij, ℴℴ cinamomi, rorismarini, anisi a. ℥. ij

F. S. a. Rotulæ. S. Stärck-Küchlein.

℞. cons.

℞. *conf. rosar. antiqua, salv. majoranae anthos, meliss.* ā. ℥ß.
conditura cort. aurantiorum, citri ā. ʒij,
species. aromatici rosati, diamoschi ā. ℈j.
extr. rad. paeoniae ʒj.
cum sirupo stoechados arabicae q. s.
M. F. Electuarium S. Stärck-Lattwerge.

Ut MENSES revocentur, ἐμμηναγωγὰ adhibenda. *Menses moventia.* Excellunt hoc in scopo uterina, lunare debitum exigentia, *artemisia, matricaria, baurach minerale.*

℞. *boracis mineralis factitiae* ℈ij, *croci orient. pulv.* ℈j, *ol. anisi, succini, foenic.* ā. g. vj, *sacch. canar.* ʒj.
Misceantur olea cum saccharo in mortario marmoreo. Post adde boracem & crocum.

S. *Elaeosaccharum emmenagogum.*

Exhibetur in cochleari vini generosi hispanici, & superbibitur haustus, horâ matutinâ nonâ; octo diebus continuis, ante mensium instans tempus.

EXTERNA topica non sunt negligenda, ut BALNEUM. *Externa.* Melancholiam BALNEO curatam vidit & ipse restituit *Galenus*, ortam à siccitate ex diuturnâ sub ☉ radiis morâ, in hortulano, & virgine diutiùs ante fornacem commorante. Prodest etiam UTERO. Paretur ex *herbis emollientibus & laxantibus; malvâ, mercuriali, boragine, matricariâ, artemis. & aquâ dulci.* Carnes & cutim laxat & humectat substantificè. Commoretur in eo per horam dimidiam, non diutiùs.

Cum egressa est ex balneo, *stillicidium* fieri potest in regionem abdominis, ventriculi & jecoris, ex 🜄 laxantibus, quae illas partes substantificè humectant & rarefaciunt cutim. Post omentum castrati vervecis superobducatur, aspersum seminibus pulegii ad flatuum discussionem.

Haec sunt remedia, quibus obstructiones in toto corpore, jecore & utero haerentes expediri possunt. His particulares corroborationes cordis & ventriculi alterationes adjungantur.

DIAETA sit proportionata: omnia enim medicamenta frustrà usurpantur, nisi hujus habeatur ratio. Sic nullum dubium, quin aegra restitui queat. *Diaeta.*

R Obser-

naturalis. Observetur in NATURALI victus ratio, fugiat cibos crassos & vitiosi succi, & sumat λεπτυνοντα attenuantia, quæque habent multum de principiis activis, i. e. sale volatili & ære, & boni succi sunt, ut carnes gallinarum, vitulinæ, agninæ. Panis sit benè fermentatus. Potus maximè sit medicamentosus, ut vinum aut cerevisia melissata. Aromatum ab usu nimio abstineat.

vitalis. VITALIS eligit aërem purum & temperatum: mœrorem & tristitiam jucundâ conversatione esse pellendam monet.

animalis. ANIMALIS ratione Somnus & Vigilia mediocritatis limites non excedant. Corpus interdum exerceatur. Otium & sedentaria vitetur vita. Alvus quotidie suum faciat officium. Veneris usus naturam movet, uterum grato calore perfundit, & invitat ad opus hactenus neglectum.

CONSULTATIO VIII.

de Maniaco.

HISTORIA.

Historia. Vir temperamenti calidi & sicci, annorum XXX. capillis nigris, crispis, corpore hispido circa cordis scrobiculum, parentibus natus ex astrorum inclinatione melancholicis, multis itineribus æstate ferventissimâ defatigatus, variis in victu calido & sicco, cibis, aromatibus & sale conditis, vinis generosis hispanicis, creticis & aliis maris expertibus, vigiliis, commissis erroribus, philtro etiam à meretrice propinato; ut putatur, adsumpto, hæmorrhoidali fluxui adsuetus, nunc verò eodem subsistente per tres menses, cum antea esset affabilis, placidus, sensim evasit temerarius, audax, loquax, iracundus, vigilias ducit noctes & dies, torvum & truculentum videt, oculi sunt sanguinolenti, vociferatur, rixas amat & jurgia, admirando corporis robore valet, ita ut vix à quatuor robustis viris contineri queat in officio, pedibus calcitrat, manibus verberat,

omnia in hypocausto contenta per fenestras ejicit, vestes dilaniat, maledicit vicinis, amicos tamen novit, nihil edit, & alvum habet adstrictam; febre caret. Adstantes putant ipsum à Dæmone obsessum. Consanguinei de eventu hujus morbi solliciti petunt consilium.

RESOLUTIO.

Ex omnibus signis apparet, hunc ægrum correptum esse horribili illo affectu, qui vocatur MANIA. Hujus *Ἐξήγησις.*

NOMINIS mensuram æger implet, *μαίνεται γὰρ*, *delirat enim* & depravatione functionum principum sine febre, cum furore, laborat. *Nomen;*

ADESSE affectum hunc, ostendunt SIGNA in historia memorata, essentialiter inhærentia, symptomata, causæ, similitudo. *Signa præsentiæ petuntur ab*

MORES MUTATI plane affectus hujus præsentiam attestantur. *1. Essentialiter inhærentibus.*

FUROR sine febre infallibile hujus morbi est indicium. AFFABILIS anteà erat & placidus, nunc temerarius, audax, iracundus, vigil, torvus, truculentus. OCULIS micat sanguinolentis, vociferatur, rixatur, & jurgia amat. ROBORE insuper valido corporis præditus est, ut viri quatuor robusti vix eum continere queant in officio. PEDIBUS CALCITRAT & manibus adstantes verberat. Maledicentia, supellectilis in hypocausto adservatæ per fenestram ejectio, vestium dilaniatio præsentiam hujus mali uberrime demonstrant. Imò ita se gerit æger, ut etiam à Dæmone eum esse obsessum, arguant consanguinei. Nulla tamen talis obsessionis Diabolicæ adsunt vestigia, non enim loquitur linguis, quas non didicit, peregrinis.

CAUSÆ PRÆGRESSÆ maniacum hunc esse contestantur, ut: TEMPERAMENTUM calidum & siccum. ÆTAS in medietate consistens. PHILTRUM propinatum. ERRORES in cibo & potu commissi. VINI generosi nimius usus. VIGILIÆ continuæ. *2. causis.*

Ex SIMILITUDINE etiam hujus mali veram & genuinam *3. similitudine.*

animam colligere licet διάγνωσιν. Aliquot anni præterlapsi sunt, cum in viciniâ laboraret quidam simili morbo. Accersiti Medici ex signis iisdem concluserunt esse maniacum. Cum itaque in hoc nostro ægro etiam omnia illa signa deprehendantur, concludimus, esse & hunc nostrum maniacum.

Subjectum principale. SUBJECTUM PRINCIPALE hujus affectus cum principibus medicorum cerebrum statuimus.

Hoc sufficienter ex læsâ imaginatione, ratiocinatione & actionum animalium depravatione colligere potest quilibet.

Affici solet cerebrum dupliciter; per consensum, vel per essentiam.

Per essentiam in nostro lædi affectu censemus, & quidem ut similare spiritibus suis & calido nativo perfusum, secundùm qualitates primas, secundas & occultas.

Secundarium. SECUNDARIO cor adficitur.

Hoc patet 1. ex vehementi animi affectuum in ægro perturbatione, ex irâ, audaciâ & aliis animi pathematibus, quæ essentiam maniæ absolvunt. 2. ex calore intensissimo, ita ut æger noster etiam denudatus nullam, neque nocturni, neque matutini frigoris sentiat violentiam. Hunc calorem affecto corde per universi corporis sphæram diffundi posse, nulli dubitamus.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est dispositio spirituum animalium fervida & ignea.

Mediatæ 1. proximiores. MEDIATAE CAUSAE PROXIMIORES sunt humores, ESSENTIAE ratione considerati, biliosi, calidi, item vapores acres calidi, qui ab humoribus calidis ortum traxêre, continenturque in venis & arteriis cerebro propinquioribus, immò quoque in ipsis cerebri vasis.

ESSENDI MODI ratione expensi, naturalem excedunt statum, *quantitate* seu copiâ, & *qualitate*, non tantùm primâ calidâ, neque secundâ ἀκρησίας habente sed, ut *Platerus* innuit, occultâ potiùs, & indicibili. *Motu* etiam peccat generationis & localis. GENERATUR, errore principalium viscerum à cacochymiâ in toto corpore collectâ, &

ad con

ad COR & CEREBRUM moventur, tùm attracti, tùm pulsi, tùm ob imbecillitatem recepti. Nullum dubium, adesse etiam singularem motum eorundem, enatum à præternaturali quâdam fermentatione, & Διαχωρήσει segregatione, seu à mistionis modo secessione.

MEDIATAE REMOTIORES causæ sunt res naturales, non naturales & præternaturales. *Mediatæ remotiores:*

NATURALES sunt TEMPERAMENTUM calidum & siccum. AETAS juvenilis, quæ magis secundùm *Galenum* tentatur, quam senilis. HABITUS corporis etiam confert. HAEREDITARIA dispositio à parentibus communicata omne absolvit momentum. *naturales.*

Inter NON-NATURALES res AER calidus & siccus: ASTRORUM positus in horâ conceptionis & nativitatis parentum: VICTUS ratio calida: PHILTRUM propinatum: VACUATIONES hæmorrhoidales assvetæ, nunc suppressæ. *non naturales.*

Ex hisce causis tantus affectus natus, non mirum quod sequentia habuerit SYMPTOMATA: *Ratio symptomatum.*

FUROR oritur, ob continuam sanguinis vitalis & spirituum animalium agitationem. 1.

FEBRIS nulla adest, nulla enim adest putredo. 2.

VIGILIAE adsunt continuæ, cum furor agitet spiritus, & spiritus agitati ægrum agant in furorem, nullæque suaves adsint evaporationes. 3.

TORVUM videt vultus, convelluntur enim quasi faciei musculi. 4.

OCULI apparent sanguinolenti, furiosi animi indices, sanguis enim vasa albi oculorum distendit. 5.

VOCIFERATUR, truculenta animi sensa lingua dùm effutit. 6.

ROBORE corporis admirando valet, quia depravatâ ratione sine modo appetitus sensitivus & per accidens rationalis depravatus animalibus spiritibus imperat motum. 7.

CIBOS aversatur, non enim sentit indigentiam. 8.

ALVUS adstricta est ob siccitatem, & nullum in vacuâ harâ excrementorum proventum. 9.

Prædictio. PROGNOSES hujus affectus nunc sequitur. Periculosus est, non tamen incurabilis aut lethalis.

1\. Periculum adesse videtur, quia afficiuntur partes principes, CEREBRUM & COR, & per consequens totum corpus.

Periculum quoque imminet ex vehementibus & variis symptomatibus, præcipuè ex eo, quod in illa confusione violentas sibi inferre queat manus.

2\. LONGA tamen erit curatio, quia affectus est diuturnus, tum suâ naturâ, tum ob ægrotum inobedientiam, speramus tamen inter dierum xxx. spatium levamen subsecuturum.

3\. MODUS eventus erit vel hæmorrhoidum fluxus, in consuetum statum reductus, vel salivatio arte excitata.

Curatio. Perspectis hisce omnibus luculenter, CURATIONEM aggredimur.

Indicationes. Absolvitur hæc usitatâ methodo observatâ & indicationibus, CURATORIA, PRAESERVATORIA, MITIGATORIA SYMPTOMATUM, & VITALI, quæ invigilat, erigendo illud modicum, quod ægro adhuc est, sanitatis, causarum, & accidentium ejusdem.

Materia. MATERIARUM, quibus his indicationibus satisfit, apparatus desumitur ex tribus fontibus.

Chirurgica. I. CHIRURGICO. In hoc occurrunt sensibiliter sanguinem evacuantia.

1\. I. EX VENA SOLA. VENÆ SECTIO generosissimum remedium, omnium medicorum calculo in hoc malo approbatur, magniquè æstimatur.

LARGA sit sanguinis missio, etiam ad animi deliquium. Non unâ in vice acquiescendum: iteratâ opus est, diversis instituta vicibus, itâ, ut si æger xx. libris sanguinis instructus sit, demi ipsi possit dimidius, quatuordecim spatio dierum.

TEMPUS, quando secanda, principium statuitur. Si tamen malum ulterius radices agat, per vices summo cum fructu reiteratur ad multas septimanas.

LOCUS eligendus commodus. Si generalem sangui-

nis

nis emissionem instituere animus est, mediana phlebotomo tangenda. Si specialis, cephalica aperienda.

JUGULARIUM externarum apertionem nonnulli suadent; sed quis auderet eas aggredi?

MODUS applicandi propter furorem ægri quamvis difficilis, tentandum tamen, num blandiloquiis ei persuadere valeamus, ut brachia porrigat & extendat. Sin minus, ab adstantibus subigendus & vinculis lectulo affigendus.

2. ARTERIOTOMIA in temporum regione non contemnenda, citissimè enim refrigerat, & affluxum ad caput prohibet, modò certi essemus, ægrum deligatum vulnus non turbaturum.

SANGUINEM ex venâ & arteriâ simul evacuantibus præsidiis, scilicet

3. CUCURBITULIS cum scarificatione iteratis, multùm adscribitur.

HAEMORRHOIDUM apertionem per hirudines, ab experientiâ edocti, maximopere profuturam censemus.

4. FONTICULI ad præservationem multum conferunt. Novimus juvenem quendam usu quatuor fonticulorum à maniâ fuisse liberatum. Utiliter ergo excitabuntur & nostro ægro duo, in utroque brachio unus.

5. FLAGELLATIO & VIRGATIO minaci ferulâ & betulâ ad mitiores cogitationes furibundum reducere potest, diebus aliquot, certis horis continuata.

6. APERTIO APICUM DIGITORUM PARACELSICA, quamvis à multis, tanquam remedium crudele & incongruum, rejiciatur, utiliter adhibetur. Commendanda tamen ut extremum quid, & ubi omnia alia medicamenta frustrà tentata.

7. TREPANATIONE & CASTRATIONE, à multis quæ commendantur, opus haud futurum censemus.

II. PHARMACEUTICO ex fonte petuntur lenientia seu leniter purgantia, præparantia, & demum purgantia propriè dicta. *Pharmaceuticus fons.*

LENIENTIA ante V. S. talia possunt adhiberi: *Lenientia.*

℞. herb.

℞. *herb. malvae, althaeae, Parietariae, violariae, betonicae* a. M. j, *rad. althaeae* ℥ß, *seminum fœni graeci* ʒij. Concisa contusa coq. in s. q. aq. ad medietatem. Colaturae

℞. ℔iß, ℥ *violarum* ℥iij, *hierae simplicis* ℥iß.
F. Enema. applicetur.

Vel si hoc minus commodè exhiberi poterit, propinetur sequens potiuncula:

℞. *aq. boraginis, nymphaeae* a. ℥ij.
sirupi boraginis, violar. a. ℥ß, *rosar. solutiv.* ℥ij.
Misc. F. potiuncula. S. Laxiertränckhlein auf zwey mahl.

Vel

℞. *seri lactis depurati* ℔ß,
sirupi de pomis borsdorf. ℥iij, *cichor. c. rhabarb.* ℥iß,
Misc. F. potio. D. S. alterierende Molcken auf etlich mahl.

Praeparantia. PRAEPARANTIA his succedunt.

Decoctum. ℞. *rad. buglossi, polypodii quercini* a. ℥ij.
herb. ceterach, endiviae, fumariae a. M. j,
semin. quatuor frig. maj. a. ʒj.
fl. quatuor cordialium a. p. ij.
Coq. in s. q. aq. simplicis. Coletur. Colaturae

℞. ℥vj, *sirupi violarum, nymphaeae,* a. ℥ß.
succi de pomis ℥ij. *ebulliant parùm. aromatizetur pulv. santali citrini* ʒiij. Misc. F. potio pro quatuor dosibus.

Vel

Potiuncula. ℞. *aq. boraginis, endiviae, rosarum* a. ℥iij,
sirupi rosarum, fumariae, endiviae, violarum. a. ℥iß.
Misc. F. potiuncula. D. S. Praeparirtränckhlein uff 5 mahl.

Purgantia. PURGANTIA in quâcunque formâ possunt exhiberi.

Ad Helleborum hic multi ceu ad sacram confugiunt anchoram, alii ad ☿ium.

Electu. ℞. *extr. hellebori nigri* ℈j, *sirupi violacei* ℥j.
Misce D. in pyxide S. Purgiersäfftlein auf einmahl.

vel

In formâ pilularum.

℞. *M. P. ♀rearum Quercetani* ℈j. *extr. helleb. nigri* ℈ß, Pilulæ.
cum sirupo de fumariâ F. l. a. pilulæ. D. S. Purgierpillen auf einmahl.

℞. *M. P. aloët. rosat.* ℈ß, *resinæ gialapii, dacridii* a. ℈ß,
cum essentia ♁*tiis aperitivâ q. s.* F. l. a. pilulæ. Dentur in scatulâ.

℞. ☿*ii vitæ communiter dicti* g. viij, *gialap. resinosi* g. vij. Pulvis.
In charta S. Brechpulver.

Bolus si placeat,

℞. *conserv. anagallidis, violar.* a. ʒß, *extr. helleb. nigri* g. iv, Bolus.
pulv. gialapii ℈j, *cremoris* ♀*ri* g. iij,
cum sirupo de hyperico q. s. Misc. F. Bolus. D. S. Purgier-Bissen.

℞. *vitri* ♁*ii hyacinthini* g. iij.
conservæ violarum ʒj. M. F. Bolus. S. Brechbißlein.

Si MORSULI arrideant, Morsuli.

℞. *conservæ boraginis, rosarum* a. ʒß,
rhabarbari ʒß, *scamm.* ♁*rati* ℈j,
sacchari in aq. apopl. Langii soluti ℥iij,
cum sirupo anagallidis f. l. a. Morsuli. Dentur in scatulâ. S. Purgier Morsellen auf einmahl.

Evacuato sic corpore

SUDORIFERA non negligenda, cum furor dat inducias, ideò alias non admittuntur. Ea propter

℞. *C. C. philos.* ℈ß, *spec. de hyacintho c. m. & a.* g. vj.
bezoardici mineralis g. iv. Misce f. pulvis.
D. S. Schwitzpulver auf einmahl.

℞. *mixturæ bezoardicæ Rolf.* ʒß, Detur in vitro. Potio.
S. Schwitz-Mixtur auf einmahl.

℞. *aq. cordialis Saxoniæ, fumariæ* a. ℥j,
sirupi de cort. citri ʒj, *tincturæ bezoardicæ* ʒß,
confect. de hyacintho g. iv. Misc. f. potio,
D. S. Schwitzträncklein auf einmahl.

Evacuatio per salivationem. EVACUATIO totius corporis per salivationem ☿rialem, quamvis à multis planè rejiciatur, in maniâ coercendâ, ligato ægro cum fructu institui poterit. In hâc, si alia non juverint, magna spes locatur.

Alterantia. ALTERANTIA tum interna, tùm externa maximè necessaria videntur. Sint simul

Corroborantia. CORROBORANTIA: cerebrum & cor confortare, sanguinem mundare, & exhalationes fuliginosas respicere debent.

Interna. Exhibeantur hunc in finem talia:

1. Julepus. ℞. *conservæ rosarum, violarum, fl. citri, aurant.* a. ℥ß.
decoct. fl. anagallidis ℥iij,
rad. contrahiervæ ʒj, *conf. alchermes* ʒij,
aq. citri, cord. Saxon. a. ℥j, *rosar. acetosellæ* a. ℥ij,
sirupi berberum, ribium a. ℥iß,
tincturæ corallorum ʒj, *rosarum, fl. bellidis* a. ʒij,
spiritus ⊖*li phil. striati q. s. ad gratam aciditatem.*

Misce f. Julepus. Detur in fictili. S. sonderlicher kühlender und herzstärckender Julep.

Electuarium. ℞. *conservæ boraginis, buglossæ* a. ℥iij,
rosarum provincialium, fl. tunicæ a. ℥j,
caul. lactucæ Italicæ conditæ, cort. citri conditorum a. ℥ß,
myrobalanorum emblicarum conditarum n. ij,
confectionis de hyacintho, alkermes a. ʒj,
spec. latif. Galeni ʒß, *cum sirupo de pomis borsdorf. q. s.*
sub finem adde tincturæ lunæ ℈ij.

Misc. f. l. a. Electuarium. D. S. Haupt und Herzstärckende Lattwerg.

De hoc capiat æger per vices magnitudine castaneæ.

Rotulæ. ℞. *visci querni ppti* ʒß, *rasuræ cranii humani ppti, coralliorum rubrorum* a. ʒß,
spec. diambræ c. a. diamoschi c. m. a. ℈ij,
specifici cephalici Hartmanni ʒiß,
sacchari in aq. stœchad. Arabicæ soluti ℥vij.

F. l. a. Rotulæ. Dentur in scatulâ. S. sonderliche Haupt-Küchlein.

Ut

Ut sanguis mundificetur, sequens apozema in usum trahi potest. *Apozema mundificans.*

℞. *rad. polypodii, rhabarbari monachorum, cichorii, acetosæ scorzoneræ* a. ℥j,
herb. fumariæ, nasturtii, cichorii, agrimoniæ, acetosæ, cochleariæ a. p. ij,
fl. rosarum, anagallidis fl. phœniceo, violarum, bellidis, hepaticæ nobilis, scabiosæ, cichorii a. p. iij,
summit. fumariæ, cent. min. a. p j, *fol. senæ s. s.* ℥ij.
Coq. in s. q. seri lactis. Colaturæ ℔j edulcetur *sirup. de acetosâ q. s.* D. S. sonderlicher Blutreinigender Tranck / davon nach Belieben zu trincken ein Gläßlein.

Vel si decocti malæ timeantur gratiæ, fiat ex iisdem ingredientibus infusum.

Ut SOMNUS concilietur, omnis cura adhibenda. *Temperantia.*

℞. *sem. 4. frigidorum maj.* a. ʒij, *papaveris albi* ʒiij, *amygd. dulc.* ʒij, *aq. endiviæ, lactucæ* a. ℥iiij.
Misc. f. emulsio. Percoletur per linteum, & edulcetur *sirupo de papap. simplici* ℥j. D. S. Schlafmilch.

Hisce validiora quoque hypnotica addenda.

℞. *laudani opiati de tribus* g. iiij, F. Pilulæ IV.
In pyxide dentur. S. Nachtpillen.

℞. *magisterii anodyni* g. vj, *elæosacch. fœniculi* g. iij.
Misce f. pulvis. D. S. Nachtpulver.

SPECIFICA occultâ vi agentia hinc inde ab autoribus commendantur. *Specifica.*

In annales relatum, empiricos quosdam utiliter adhibuisse cerebrum arietis, nondum venerem experti, si nimirùm caput uno ictu ipsi aperiatur, & totum cum pelle, cornibus solùm abjectis, coquatur; addaturque *cinamomi, Zingiberis, nuc. moschatæ, macis, caryophyllorum* a. ʒß. Super prunis misceatur, & in partes tres divisum manè exhibeatur.

Similiter à *nonnullis* commendatur *radix nymph. luteæ,*

Digitized by Google

mense Majo effossa, Lunâ decrescente, in tessellas dissecta, & cum aceto vini leniter cocta, hinc rursus in umbrâ exsiccata & in pollinem redacta. De hâc manè & vesperi maniaco detur ℈j, vel ℈iß, cum tribus cochlearibus aceti prædicti à coctione reservati.

3. *Folia buxi, baccæ solani tetraphylli, anagallidis phœniceæ,* quæ salus fatuorum dicitur, magna pollicentur.

4. *Cerebrum canis coctum* multum præstare, affirmant multi.

5. *Sanguis asininus* post aures emissus commendatur.

6. *Tinctura ♃ii,* si genuina haberi possit, magnifacienda.

7. *Spiritus ⊕li phil. striatus,*

8. *Saccharum ♄ni, lapis armenius, lapis lazuli à Riverio* præ aliis extolluntur.

9. De *philtro* propinato nostro ægro cum suspicio sit, singulare specificum quod creditur, exhibeatur *nasturtium.*

10. *Magisterium Jovis* specificè agere à multis asseritur.

Externa. EXTERNE capitis intemperiem alterantia non omittenda.

Lixivium. LOTIONES ET EMBROCATIONES valdè utiles sunt.

℞. *herb. verbenæ, fragariæ, salviæ, origani* ā. M. ij,
fol. lactucæ, portulacæ, salicis ā. M. j,
fl. rosarum, nymphææ, violarum ā. p. iij,
rad. pæoniæ, helenii, aristolochiæ ā. ℥j,
seminis nigellæ, rutæ, anisi, fœniculi ā. ʒij.

Concisa contusa dentur ad chartam. S. Species zur Lauge.

Linimentum. LINIMENTUM sequens multa hîc promittit:

℞. *mucilag. sem. althææ c. aq. cham. extractæ crassiusculæ,*
olo chamameli, violarum, rosarum ā. ʒj.

Ceræ q. s. Misc. f. Linimentum, detur in pyxide. S. Sonderlich Hauptsälblein.

Hypnoticum. Ad SOMNUM conciliandum adhibeatur tale:

℞. *unguenti somniferi usitati* ʒiß,
olo papaveris ʒj, *nucleorum persicorum expr.* ʒß,

Digitized by Google

℞ extracti opii g. iv. croci g. iij.
Misce f. Linimentum, & detur in pyxide S. Schlaf-Sälblein.

CORDIALIA & EPATICA epithemata etiam hic conveniunt.

℞. *aq. rosarum, boraginis, melissæ c. vino* a. ℥iiij, *vini albi odoriferi* ℥j, *sandali citrini* ʒij, *specierum cordialium temperatarum* ʒiß. — *Epithema cordiale.*

Misc. f. Epithema. D. S. Euserlicher Umbschlag zum Hertzen.

℞. *aquæ rosarum, hepaticæ nobilis, plantaginis, taraxaci, endiviæ* a. ℥iiij, *seminis portulacæ* ʒß, *spec. dia trion sandal.* ʒiij, *phlegmatis* Oli ʒiß. Misce F. epithema. D. S. Umbschlag zur Leber. — *epaticum.*

℞. *specierum pro epithemate cordis* ʒß, *de gemmis frigidis*, *Δια τριων sandalorum* a. ℥j. consuantur in sindone rubro pro sacculo cordiali ad pulsus. Madefiat aquâ præscriptâ.

Hisce ita observatis etiam ea, quæ ex fonte petuntur DIÆTETICO, observanda, & quidem — *Diæta naturalis.*

IN NATURALI CIBUS & POTUS εὔχυμος sit καὶ εὔπεπτος. Si verò æger pertinaciter aliquid appetat, concedendum videtur, quamvis non adeò salutaris sit concoctionis.

VINI moderatus usus conceditur.

IN VITALI diætâ AER in qualitatibus suis sit temperatus, ad frigidum tamen & humidum inclinans, non luminosus, quapropter conveniens videtur ægrum in conclavi tenere obscuro. — *vitalis.*

Svaveolens quoquè aër esse debet, quod per suffumigia temperatiora odorata fieri potest.

IN ANIMALI SOMNUS ægro valdè salutaris. QUIETI indulgeatur. EXCRETORUM & RETENTORUM ratio habeatur, ita ut alvus, quantum fieri potest, sit lubrica. — *animalis.*

Digitized by Google

τὰ ψυχικὰ πάθη. Μανία. συμφωνία.

ANIMI PATHEMATA sequiora in ægro nullatenus dominentur. Omnia quæ commotiones excitare valent, avertenda.

Fluctus quidam si ingruant, mellitis verborum globulis papavere & sesamo sparsis demulcendi.

Concinnitatis opifex Musica crebro audiatur concentu, serenatrix animorum, expultrix disturbiorum, sanans mentis tædium, suavibus cogitationibus adversum, perniciosa amicorum in gratiam convertens odia, incorpoream corporaliter mulcens animam, & per insensilium obsequium sensuum prævalens exercere dominatum.

INSTRUMENTALIS illa nonnunquam fit, ut cithara decachorda, qualis devoto Davidis animata spiritu à Saulo spiritum abegit malum, vel VOCALIS humana, quæ suavissima & vocum se mutuò consequentium & simul concinentium, justâ tremoris secundùm tempora & intensionem observatâ proportione cerebri spiritus & cordis fibras explicandi vim habet.

Utraque interdum conjungatur, sacris animata precibus, quæ vincere noverunt invincibilem, & ligare omnipotentem.

CONSULTATIO IX
De Maniaco ex amore insano.
HISTORIA.

Historia.

STudiosus temperamento calido & sicco præditus, alias haud malæ constitutionis, capillis flavis, ad russum vergentibus, staturæ mediocris, 24. annorum ætatis suæ, diætæ laudabilis leges non excedens, à juventute suâ diligenter studiis incumbens, vitâ solitariâ sedentariâ delectatus, devotè vivens, & cœtus sacros sedulò invisens, domi conciones sacras memoria repetens, & non raro scrupulos observatos animo recolens, conversationes convivales, quantumvis rogatus, & à parentibus etiam admonitus, tamen negli-

Digitized by Google

negligens, nescio quo fato, deperit puellam, virginem formosam. Nunc suum amorem clam habet, & parentibus eum non detegit. Interea sepultus amor crescit in utrâque parte, & duo hi amantes, ineunt conjugii indissolubilis nexûs fœdus. Demum inter spem metumque vivens cum adverteret, clandestina hæc sponsalia irrita fore, & parentibus displicere, ipsique conversatio illa interdiceretur, sine spe matrimonii vivens tristi animo, studiis invigilat, lucubrationes etiam in multam noctem continuat, sic tædia vitæ sublevaturus. Vultu mœstus apparet, insomnes ducit noctes, pervigiliis torquetur, colloquia amicorum aversatur, placidus quidem & affabilis, sed sensim fit temerarius, audax, loquax, iracundus, vociferatur, rixas amat & jurgia, fenestras effringit, sanguinolentas suas vitri fragmentis factas intuitus manus, attonitus stat, unde hic sanguis, quærens. Robur corporis insolitum adest, à duobus viris in officio vix contineri potest, sed nudus è lectô prosilit, omnes habet pro inimicis, tandem funibus manibus constrictus, illos disrupit, à ferreis catenis etiam se liberavit. Manibus & pedibus ligatus, nunc humi jacet in stramine, minax, loquax, frigoris injurias non sentiens. Petitur, ut explicetur species affectûs, ejusdemque curatio instituatur.

RESOLUTIO.

AFFECTUS hic, qui ægroto maximas procreat molestias, Maniæ nomine est dignus, ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι à furendo dictus. *Affectus.*

AFFECTU furioso laborare ægrum testantur mores, à pristino statu, sine timore, & mœrore & febri mutati, qui cum ante annum in alio apparerent, ab omnibus, imprimis à medicis experientissimis, maniacus habebatur.

MAGNAM hanc esse maniam, confirmat symptomatum vehementia.

SUBJECTUM cerebrum est, τῶν ἐνεργειῶν ἡγεμονικῶν πρῶτον δεκτικὸν, principum functionum sedes antesignana, oadficitur cor, vitalitatis fons & origo. *Subjectum.*

FIE

PER ESSENTIAM cerebrum in ægro nostro afficitur, permanensque in eo præternaturalis dispositio est secundum similarem & organicam constitutionem.

CONSERVATUR ea à consensu positivo, & communitate materierum, calidi nempe sanguinis in corde, qui spiritibus animalibus suppeditat materiam.

NON POSSUMUS tamen facere cum illis, qui Helmontianam ignoti regiminis actionem magnifacientes, maniæ sedem in duumviratu, qui jura sua in cor, caputque exercet, absque materiali errore in hypochondriis, ita ut ideæ maniacæ habitent in spiritu præcordiorum, non verò in cerebro, ubi imaginantur.

Causa immediata, CAUSA IMMEDIATA est dispositio spirituum animalium fervida & quasi ignea. Hîc simul quoque spiritus vitalis in consensum trahitur, sed nullâ existente febre.

mediatæ propinquæ, MEDIATAE CAUSAE proximiores sunt humores biliosi, atrabilarii, ac sanguis ipse fervens, salinis atomis impregnatus, qui quidem nisi calefacti, & mordaces, ita ut igneam affectionem cerebro inducant, furorem non generant.

Hisce humoribus malignitatem quandam subesse, tradunt *Galenus* & *Platerus.* Admitti potest ea, si pro occultâ aliquâ dispositione τῆς κακοηθείας vox sumatur.

remota. REMOTIORES mediatæ causæ NATURALES sunt

I. TEMPERAMENTUM calidum & siccum, bilis naturalis & adustæ ferax, tum corporis totius, tum cerebri. Adesse hoc testantur capilli ruffi, biliosi sanguinis indices.

AETAS adolescens, rudimenta colluviei biliosæ jaciens, in disposito hûc multum confert. Animi in abstrusiorum naturæ operum & sacrorum latifundiorum contemplatione nimia intentio, & à conversatione politicâ aversio fores ad miseriam hanc aperuit.

EXTENSIO lucubrationum in multam noctem, conciliavit ei persequutionem noctis, & irrogavit pœnas, quas nox minatur transgressoribus, nimirum cruditates, animaliumque spirituum conturbationes.

In cun-

Digitized by Google

In eundem conspirat scopum, castus amatorius affectus unionis cum virgunculâ verticordiâ, cujus potiundæ cùm nullam haberet spem, omnia in pejus ruebant, exque melancholiâ labebatur in furorem hunc pœnitendum.

APPERTUS hoc modo sensim & sensim in incunabulis adolescens, desubitò in lucem emicuit, gravibus comitatus symptomatibus. *Ratio symptomatum.*

1. MOESTITIA adest ob passionem & imaginationem mali; quæ illabitur per phantasiam in animum de amore sollicitum. Ut spes potiundæ virginis illum erigebat; ita desperatio eundem deprimit.

2. VIGILIÆ oriuntur ob continuum & prodigum animalium spirituum è cerebro in organa sensuum externorum & motûs influxum: hæc autem dependet à defectu suavium evaporationum, justæ cerebri temperiei, & mentis tranquillitatis.

3. AVERSATUR colloquia amicorum, solitudinem amans, ob suspicionem malæ fidei.

4. PLACIDUS tamen adhuc est. Nolens quenquam offendere, se submittit, & humilem exhibet, humores enim nondum accenduntur.

5. TEMERARIUS fit paulatim, jurgiosus, rixosus, furiosus, ob mentis de sede motionem, & spirituum incalescentiam.

6. ROBUR insolitum corporis adest, quia depravata ratiocinatio continuum animalibus spiritibus imperat motum.

7. FRIGUS nullum sentit: sanguis enim quasi in ollâ fervet & ebullit.

PROGNOSTICUM *Galenicum*, nullam desipientiam esse tutam, hic etiam habet locum. Non solùm non tuta est mania, sed ex accidente etiam periculosa, quia posset errore mentis compulsus sæpe se præcipitem dare per fenestram. Tantò difficilior curatu hæc est mania, quò magis ad essentialem accedit, & à sanguine biliosiori & magis adusto oritur. *Eventus prædictio.*

a. DE BREVITATE affectûs hic nulla spes; longitudinem minatur. Subita tamen terminatio speranda,

β. MODUS eventus si occurrat aliquis salutaris, per hæmorrhoidas.

Curatio. CURATIO difficilis licet sit, æger tamen non deserendus.

NITITUR EA INDICATIONIBUS ordinariis. CURATORIA rem præter naturam auferendam esse innuit.

PRÆSERVATORIA causam, spiritus vitales & animales turbantem humorem, quâ peccat copiâ, refrigerare & humectare, intemperiem eos producentem alterare, si quæ occultæ qualitatis suspicio, eam specificis oppugnare jubet.

VITÆ custodia nobis curæ esse debet quàm maximè.

Chirurgia. MATERIA præsidii CHIRURGICI nobilis est VENÆSECTIO. ADEST cacochymia mista: PERMITTIT vitium robur: maniæ magnitudo JUBET: ætas CONSENTIT. Non PROHIBET temperamentum, nec singularis aliqua naturæ aversatio.

MAGNA mole sanguis educi potest, & quidem non unâ, sed pluribus vicibus. Aliâ enim viâ sanguinis fervor mitigari nequit. Primâ vice educantur duæ libræ, post triduum iterum duæ. Parca evacuatio non juvat.

QUANTÒ òcyùs fieri potest, sanguis emittatur, ne furor per longas invalescat moras. Eligendum tamen tempus minoris afflictionis.

IN BRACHIO secetur vena, quæ major, quæcunque illa sit. Delectus inanis est. FRONTIS etiam vena aperiatur.

ARTERIOTOMIA in fronte & temporibus, si æger persuaderi possit, magnum promittit auxilium; sed multæ circumstantiæ eam non admittunt.

FLAGRATIO & virgatio multum promittunt auxilii. Coerceri virgis & ferulis maniacos posse, loquitur experientia. Mitescere solent visâ minaci ferulâ, & à vehementiâ remittere. Mirum, pejus hasce quàm mortem & ensis mucronem illos metuere, ita ut seipsos quidem trucidandos

dos offerant, à ferulâ tamen sibi timeant. Ita aliquot fœminas liberatas non fallax fert fama.

CAUTERIA applicentur capiti abrasis capillis.

PHARMACEUTICUS fons. Primis viis liberis, ALT LENITER *sirupi rosarum solutivi* ℥j, *aquæ polychrestæ* ℥j, *gialapii* ℈ß quibusdam humoribus eductis, conveniunt PRÆPARANTIA. Pharmacia.

℞. *sirupi fl. nymphææ* ℥j, *aquæ lactucæ* ℥ij, *misturæ simplicis* ℈j, M. in fictili, S. Alterier-Säfft in.

PURGETUR corpus *extracto radicis ellebori nigri* vel *albi*, ab atrabilario humore. Si in formâ siccâ non possunt, exhibeantur in liquidâ.

℞. *extr. fol. senæ* ℈j, *ellebori nigri* ℈ß, *scammon. rosati* gr. IV.
Dissolve in s. q. ▽ *fumar.* adde ▽ *cinam. borag.* a. ℥ij. S. Laxier-Safft auf einmahl.

℞. *extr. belleb. nigri* gr. xvi. *dissolve in s. q.* ▽ *anagallidis* & *sirupi de pomis laxativi*, *flor.* ♁ *per inferiora purgant.* gr. vj. S. Purgier-Säfftlein.

℞. *fol. senæ s. s.* ʒiij, *rad. belleb. nigri præparati*, ʒiß, *flor. hyperici*, p. ij, *vorag. bugloß.* a. p. j.

Infundantur in f. q. ▽ anagallidis & hyperici: stent in infusione per noctem. Manè fiat expressio, & colaturæ addatur *sirupi de pomis laxativis* ℥ß, *tinct.* ♀ *ziata* ʒß, S. Purgier-Tranck uff einmahl.

Si effectus non sequatur, addatur CLYSTER, & quidem sine sale, uti monet *Dominicus Leonus*.

℞. *rad. lil. alborum* ℥ß, *fol. malv. lactucæ, betæ* a. mj. *flor. chamæmeli*, mß, *sem. violarum, lini* a. ʒß, *ficuum, prunorum* n. n. vj, *fol. senæ s. s.* ℥ß. Coque in s. q. *jusculi carnis vervecinæ*. *Colatura* ℞. ℔j. adde *cassiæ pro clysteribus* ℥j. ○○ *nymphææ* ℥ß. M. F. clyster.

 Ex in-

Ex intervallo aliquot dierum repetere possumus medicamenta laxantia & purgantia. Si magis delectetur vinis medicatis, tale proponi potest:

℞. *rad. polypodii, cichorii,* a. ℥ß,
herbæ fumariæ, anagallidis purpureæ, a. m j,
seminis anisi, dauci, a. ℥j,
cort. radicis capparum, ℥ij.
ellebori nigri ʒß, *gialappæ, turpethi,* a. ℥iij,
⊖ ♀ ʒj, *spirit.* ⊕*li* ℈ß.
S. Species zum Lorier-Wein.

Leviora hæc sunt. Aegro non facilè persuadebitur assumtio horum medicamentorum. Fallendus est, astu circumveniendus, & clam in parvâ dosi ipsi generosa *ἀνω καὶ κατωπεινά* exhibenda.

Omnium instar est ANTIMONIUM. In conservâ *rosarum* suggerendum *vitrum* gr. ij ad gr. iij, *vel in infuso ad grana vij vel viij. Mercurius vitæ* ¼*tur* porrigi potest in substantiâ ad gr. viij. in cochleari cerevisiæ coctæ cum pane. Duro nodo durus quærendus cuneus.

Nec fecisse semel satis est, juvat usque iterare dolos, & ægrum fallere, optatam ad sanitatis recuperationem.

Alterantia ALTERANTIA sequuntur.

℞. *decocti alterantis* ℔ß, *julepi rosar. violar.* a. ℥iij,
conf. alkermes c. m. & a. ʒj,
tinct. violar. rosar. caryophyllor. a. ℥ß, D. ad vitrum.
S. Kühl- und Herzstärckender Tranck uff etliche mahl.

℞. *herbæ anagallidis, lactucæ, portulacæ, fragariæ, taraxaci, endiviæ, nymphææ, atriplicis,* a. m ß,
flor. violarum, rosarum rubrarum, cichorii, balaustiorum, papav. erratici a. p. iij,
rad. fragariæ, acetosæ, plantag. a. ℥ß,
sem. 4. frigidorum majorum, minorum a. ʒiiß,
ligni sassafras, santali rubri a. ℥ß,
pomum integrum citri concisum.

Coque, colaturæ ℞. ℔vj, adde

syr. nymph.

spir. nymph. fragar. rosar. simpl. portulacæ a. ℥ijß,
spir. ⊖*li* *rectificati* ℈ij.
M. f. potio D. ad vasculum idoneum. S. Sonderlicher stärckender Kühltranck; einen guten Trunck auf einmahl.

CONFORTANTIA sequuntur, & SPECIFICA.

Confortantia interna. INTERNA inter specifica excellunt *baccæ solani tetraphylli*, quibus nonnulli gloriantur, se maniacos restituisse. Alii *pulverem foliorum* XX. diebus continuis utendum extollunt. *Anagallidis decoctum* potûs ordinarii loco propinatum juvat. *Tinctura* ℥ij.

℞. *conf. alkermes* ʒjß, *amygd. dulc. ambros.*
in ▽ *rosarum macerat.* ℥js *spec. lætif. Galeni* ʒij.
cum s. q. sacchari in ▽ *meliss. dissoluti*
M. F. l. a. Rotulæ S. Stärckende Küchlein.

℞. *tinct. lapidis Lazuli* ʒj S. Stärckende Haubt-tinct. Dosis 20. Tropfen.

℞. ▽ *anagallidis*, *hyperici*, a. ℥iij,
conf. alkermes c. m. & a. ʒiß, *lap. lazuli prep.* ʒj,
sir. fl. tunicarum ℥j, M. F. l. a. potio.
S. Stärck-Tranck auf etliche mahl wohl umbzurütteln.

℞. ▽ *anagallidis* ℥vj, *bezoartici lunaris* ℈j,
mag. corall. ℈ß, *tinct. hyperici*, ℥ij a. ʒß,
spir. ⊖*li volatilis* gut. XV. M. f. l. a. Potio
S. Tranck auf etliche mahl.

Externa. EXTERIUS capiti applicetur sequens sacculus:

℞. *fl. anthos*, *betonicæ*, *liliorum convallium*,
prim. veris, *lavendulæ*, *rosarum*, *salviæ* a. p. ij,
succini, *mastiches*, a. ʒj, *benzoes*,
styracis optimi, a. ℈ij, *gummi juniperi*,
nuc. moschata a. ʒiß, *cubebarum* ℈ß.

M. F. l. a. species pro cucupha. Adsperge ⁰⁄₀ *still. majoranæ* gutt. vj. *ligni rhodii gut.* iv. S. Haupt-Stärckende Species zur Haube. Pro ditioribus possunt addi *ambra* & *moschus*, & *spir. lil. convallium*.

Totum corpus in frigidâ aquâ submergi potest. Id jussit Ascaniæ, Cretzschmarus, medicinæ Licentiatus. Caput aquâ frigidâ lavandum, in qua species hæ sequentes prius decoctæ sunt:

℞. *fol. nymphææ, lactucæ,*
herbæ absinthii, sempervivi a. mij.
endiviæ, portulacæ a. mijj.
flor. rosari albarum, violar. a. mj. *sambuci* mij.

M. Dentur ad chartam S. Kräuter zum Haupt-Bad in einem Kessel gekocht / und kalt werden lassen / den Kopff alle Tage kalt damit gewaschen.

℞. *flor. rosarum, nymphææ, violarum* a. mß.
herbæ sempervivi, lactucæ, portulacæ a. mj.
sem. lactucæ, papav. albi a. ʒj.
Coq. in s. q. ♈ fontanæ, Colaturæ M. q. s.
S. Umbschlag zum Haupte.

Somnifera. SOMNUM conciliantia & vigilias sopientia his subjungenda.

INTERNA.

℞. *laudani opiati* gr. vij. M. f. Pilulæ ij. D. ad chartam. S. Ruhe-Pillen.

℞. *magisterii sedativi*, gr. x. Dentur in aquæ frigidæ cochleari.

Si aversetur æger hujusmodi medicamenta, & magis delectetur emulsionibus, erit hæc adhibenda:

℞. *amygd. dulcium* ʒvj, *sem. papav. albi* ʒiij.
F. *emulsio cum* ▽ *verbenæ, nymphææ, violarum* a. ℥iij.
Colaturæ adde *margaritarum præparat.* ℈j.
C. C. philos. præparati ʒß, *laudani opiati* gr. iv.
sacchari perlati ʒiij. M. in mortario.
& f. l. a. emulsio S. Schlaf-Milch.

℞. ▽ *bugloß.* ℥iij, *sir. acetos. citri* ʒiij.
ess. margarit. corallor. Pet. Fabri a. gut. iv.
▽ *narcot. Mynf.* ʒij. Ducantur in mortario. M. pro duabus dosibus.

EXTERNA his conjungenda.

℞. ℥ *rosarum, nucistæ, ung. alabastrini, populei*, a. ʒj,
laudani opiati cum spir. lilior. convall. soluti, ℈. xv.
℥ *succini destillati*, gutt. ij. *violarum q. s.*

M. f. Unguentum, illinantur ossa temporum, & nucha.

DIÆTA proportione respondeat

NATURALIS. Victus humidus sit & frigidus, vel in caliditate temperatus, ad frigidum parum vergens, ut caliditas & siccitas cerebri contemperetur. Sit concoctu nonnullorum sententia, difficilis, medicatus *borragine, malvâ, lactucâ, acetosellâ* &c. Diæta 1.

IN VITALI diætâ, Aër sit temperatus, non luminosus, sed æger potiùs in obscuro detineatur loco. 2.

IN ANIMALI diæta, SOMNUS omni modo ut tueatur, opus est. Sit longior: humectat enim & concoctionem promovet. A VIGILIIS nimiis abstinendum, quia reddunt spiritus, cerebrum, & omnia viscera sicca & arida, inde plus augeretur, quàm diminueretur insania. 3.

MOTU ne peccet æger, detineatur, non in loris nec catenis ferreis, ne strepitu confundatur, sed fasciis mollibus latis.

ANIMI AFFECTUS turbulenti præcaveantur. Quantum fieri potest, æger demulceatur verbis lenibus.

MUSICA sacra divinarum virtutum effluxibus, veluti fructibus, fœcunda crebrò ægrum reficiat. Hæc movet spiritus, ut serviant animæ; & sanat corpus, ut serviat menti. Musica constat sonis, qui commotione aëris producuntur, & volubiles furiosi ægri nostri spiritus movere possunt. Hi spiritus per motum calidiores redditi attenuare possunt & discutere noxios vapores, eosdemque ex meatibus cerebri exturbare. Musica.

CONCENTUS musicus hic debet esse lentus, tardus, ut ad tardorum motuum harmoniam mordaces illi vapores ex hypochondriis adscendentes sedatiores fiant, & de impetu suo remittant. Servire his usibus posset cithara, & decachordum Davidicum.

Digitized by Google

Venus. VENUS huic ægroto medelam an adferre queat, disquirere operæ videtur precium.

Per leges honestatis non licet in cœlibatu viventi.

Abscedant Veneres, Cupidinesque. Non est vivere, sed valere. tales mortem evadere per medelas.

Brevissimo temporalis vitæ momento æterna vendere gaudia, parricidium esset.

Consilium medicum valeat. Nuncietur ægro, consensu parentum clandestina sponsalia esse confirmata, & nuptiis solemnibus jam dictum esse diem, quam primum convaluerit. Comparere etiam jubeatur ægra in illius conspectu. Hæc quam primum æger oculis & auribus admiserit, nullum dubium, quin animo sedatiori sit futurus, & brevi cum sanitate in gratiam rediturus.

CONSULTATIO X.

De Vertiginoso.

HISTORIA.

Historica enarratio. PUer tredecim annorum, temperamenti calidi & sicci, imbecillitate capitis à teneris unguiculis laborans, adsuetus corpus calcaneo uni innixum vertere in gyrum, sub initium Februarii, flante austro, de subito post meridianum somnum prehenditur, omnia in gyrum ipsi circumagi videntur. Surgens è lecto tenebras videt, vicinos apprehendit, metuens ne cadat in terram; interdum imprimis post cibum, subita virium dejectio, dolor oculorum, & tenebricosa visio sese offert, aures tinniunt, caput dolet, continuo quidem, per intervalla tamen exacerbatur, nullis sentio. Totum corpus atrophiâ consumitur, urina cruda est, ventris interdum sequuntur tormina, appetitus mediocris, absque calore & siti. Petit consilium.

RESO-

RESOLUTIO.

Resolutio. Affectus species eluscescit ex signis.

AFFECTUM hunc, qui ægrum maximâ afficere videtur molestiâ, VERTIGINEM & quidem tenebricosam & caducam esse

SIGNA patefaciunt diagnostica.

Primò namque illi omnia, quæ partim moveri quidem apta, tempore tamen incipientis paroxysmi reverâ quiescunt, in orbem volubilia esse & circumagi videntur, persuasumque sibi habet, seipsum simul in gyrum celerrimè rapi. *Deinde* falsò sibi tenebras apparentes imaginatur. *Tertiò* membrorum solutio, metusque ne in terram cadat, caducam significat vertiginem.

Affectus est symptoma læsarum actionum.

Est hic affectus symptoma actionum læsarum animalium.

Actiones animales triplici modo possunt lædi: in defectu, in excessu, in depravatione: in defectu iterum vel in abolitione, vel imminutione. In hoc ægro non abolentur, non augentur naturaliter, sed depravantur, quia aliquid vitiosi agunt, quod non debent agere.

Cùm autem actiones animales sint triplices, & aliæ ad sensum, aliæ ad motum, aliæ ad facultates principes pertineant, ex singulis aliquæ in præsenti ægroto læsæ videntur; & quidem ex sensibus externis occurrit læsa VISIO, non depravata, sed imminuta, conqueritur enim de tenebricosâ visione; hoc vitium oculis communicatur, cùm spiritus animales rectâ lineâ in nervos influere haud possunt, sed ob circularem eorum motum, nervos prætérlabuntur, non aliter ac aqua in vase aliquo circulariter mota, vase non effluit, etsi foramen habeat. MOTUS quoque rectè sese non habet, cum caput erectum etiam teneri nequeat, fortè ob defectum spirituum animalium, qui non, quantum ad motum sufficit, in organa influere possunt.

Ex PRINCIPIBUS ACTIONIBUS, cùm non à visu ortum sit malum, sic enim sensus communis & phantasia afficerentur, sed ab internâ aliquâ causâ excitatum, solam imaginationem affectam statuimus, eamque non per se, laborante

Digitized by Google

borante ipsâ cerebri ſubſtantiâ, ſed per deceptionem, ab inordinato ſpirituum animalium motu.

Τὸ μόριον πάσχον. SUBJECTUM PRIMARIUM etſi veteres ventriculos cerebri ſtatuerint, nos tamen ipſam cerebri ſubſtantiam, non quod ea moveatur, ſed quatenus poris & meatibus prædita eſt, per quos ſpiritus animales inordinatè moventur, pro ſubjecto in noſtro ægroto defendimus.

Hoc an per eſſentiam laboret, an aliis conſentiat partibus, colligendum ex ſignis in hiſtoriâ memoratis. Tinnitus aurium, deinde capitis dolores continui etſi adſint, paroxyſmum tamen quoniam non præceſſere, ipſum per conſenſum, & quidem infernarum partium, affici ſtatuimus. Nec obſtat nativa capitis imbecillitas, auget hæc affectum, non primariò producit.

Causa συνεκτική. CAUSA IMMEDIATA, quæ *ὕπαρξιν* conſtituit vertiginis, eſt inordinatus ſpirituum animalium motus.

mediata proximior. CAUSA MEDIATA & quidem PROXIMIOR eſt *πνεῦμα ἀλλότριον vapor peregrinus* circulariter motus. Hic vapor ſpiritus animales in conſenſum trahit, & ne lineâ in nervos influant rectâ, impedit.

Elevantur hi vapores ab humoribus variis pituitoſis & bilioſis, partim in ipſo corde, partim in ventriculo ſtagnantibus, imò totius corporis cacochymiâ in vaſis coacervatâ. Suppeditat hoſce humores ventriculi imbecillitas, crudus enim chylus per venas lacteas meſentericas & thoracicas in cor delatus, eam, quam debebat, perfectionem & ſanguificationem adipiſci non poteſt. Hinc generantur & cumulantur humores varii, à quibus multi ſylveſtres vapores ſimul cum ſanguine arterioſo & ſpiritibus vitalibus permiſti ad caput & cerebrum transferuntur.

VIÆ, per quas impurus hic & cacochymicus ſanguis ad cerebrum transfertur, ſunt arteriæ; majores, à corde propagatæ, devehunt illum in minores. Cum feces ſuas non deponit in membranam narium & faucium, impurus ingreditur anguſtiſſimos cerebri ductus, in ipſam medullam, & turbat animalium ſpirituum motum.

Reci-

Digitized by Google

Recipit hunc sanguinem impurum cerebrum ob imbecillitatem, hæreditario jure contractam, expellere non valentem noxium quod est.

REMOTIORES NATURALES CAUSÆ, ægrum ad hunc affectum disponentes variæ occurrunt. *Remotiores*

TEMPERAMENTUM totius calidum & siccum, fervidum facileque mobilem generans sanguinem *naturales,*

NATIVA CAPITIS IMBECILLITAS suum ἐπιβάλλον μέρος addit, dum ascendentibus impuris humoribus & vaporibus resistere non potest.

ÆTAS PUERILIS non tantùm propter abundantem calorem, sed etiam quod modum diætæ non servet, accusatur.

NON NATURALES non prætereundæ. HYEMIS constitutio frigida & humida secundum *Hippocratem*, ad vertiginem producendam apta existit, dum humores incrassat, calorem naturalem obtundit, cruditatesque generat. *non naturales,*

AER AUSTRINUS symbolum addit suum. Νότιοι γὰρ διαλύουσι τὰ σώματα καὶ καρηβαρίας ποιέουσι καὶ ἰλίγγους, *scribit Hipp. aph. 17. libri 3. Austrina aeris constitutiones corpora solvunt, caput gravant & vertiginem afferunt.* *Aer,*

MOTUS corporis inordinatus, & quidem circularis, spiritus turbat, ipsosque ad hunc invitat motum. *motus,*

SOMNUS injusto tempore institutus, imprimis meridianus, cruditatibus ventriculum, fumosis exhalationibus caput replet. *Somnus,*

IN CIBI ET POTUS UTENDI MODO non solùm, sed etiam QUALITATE AC QUANTITATE ægrum nostrum peccâsse, ipsa ostendit historia. Facilis est hujus ætatis lapsus, non enim patitur in eâ appetitus sibi præscribi à superiore facultate mensuram ac metam, sed ad quæcunque fertur, illa illicò rapit, devorat, nec considerat an sanitati conducant, nec ne. *cibus, potus,*

PRÆTERNATURALIS accedit causa, viscerum, imprimis ventriculi, mala constitutio Dispositio in nostro ægroto adest ad affectum hypochondriacum inclinans, quam satis *Præternaturalis.*

 mani-

Digitized by Google

manifestè arguunt totius corporis atrophia, ventris tormina & appetitus mediocris.

Symptomatum ratio. Ex his causis genitus affectus, sequentia habet SYMPTOMATA, quorum ratio reddenda.

1. CIRCULARIS MOTUS imaginatione tantùm concipitur: in gyrum objecta non convertuntur, sed spiritus animales concitati, turbati & circulariter moti talem apparitionem, vel potius imaginationem referunt.

2. TENEBRÆ apparent, quòd spiritus animales lineâ non influunt rectâ, quò tumultuosiores igitur & concitatiores spiritus animales moventur, eò minus influunt, hinc membra resolvuntur, metusque sequitur, ne æger labatur in terram.

3. Vapores cujuscunque generis membranosis capitis partibus communicati, sive corrodendo, sive distendendo solutionem continui inducunt, DOLOREMQUE causant. Hi
4. vapores nervis opticis, & tandem ipsis oculis se insinuantes, eas distendunt, sicque ipsos DOLORE afficiunt OCULOS.

5. TINNITUS AURIUM à flatuosis exhalationibus & vaporibus, qui spiritibus animalibus misti, simul influunt, aeremque innatum turbant, provenit.

6. VIRIUM POST CIBUM DEJECTIO SUBITA malam ventriculi concoctionem sequitur. Quemadmodum enim crudus succus, à ventriculo ad cor per lacteas affertur, ita ad eum elaborandum & concoquendum insurgit, facultas autem ejus concoctrix cruditati cùm non sufficiat, in mediâ operatione desistit, hinc impuri spiritus animales generantur, cruditates, totum corpus gravantes, cumulantur, ipsius cordis actiones debilitantur sufflaminanturque, & cùm primæ coctionis vitium non emendetur in secundâ, multò minus in tertiâ, hinc

7. TOTUM CORPUS ATROPHIA CONSUMITUR.

Σημεῖα τῶν μελλόντων δηλωτικά. PROGNOSIN dum instituimus, PERICULOSUM dicimus hunc affectum ratione partis affectæ, & ratione magnitudinis; fortissima enim est vertigo. Tenebricosa visio, metusque ne æger in terram cadat, summum ejus gradum constituunt,

trunt, prodromusque solet esse hæc vertiginis species epilepsiæ & apoplexiæ. *In eventus salutis.*

LONGUS erit hic affectus, si ratione totius decursus consideretur, malamque viscerum, fomitem subministrantium, constitutionem perpendamus. Dici tamen concedimus BREVEM, si paroxysmum attendamus. *2. longitudinis,*

MODUS EVENTUS felix erit & faustus, ad salutemque terminabitur, spirituum animalium ab inordinato motu ad ordinatum revocatione, constitutionisque viscerum malæ correctio. *3. modi eventus.*

CURATIO sequitur, observatâ methodo medendi. Hæc nititur indicationibus & præsidiorum materiis. *Curatio methodica.*

INDICATIONES sunt ostensiones, monstrationes, & ceu mercuriales in biviis aut triviis positæ statuæ, quæ quâ eundum sit, in ægri nostri curatione nobis monstrant. *Indicationes.*

Occurrunt in eo res secundùm naturam & præter naturam.

SECUNDUM NATURAM res sunt naturalis constitutio, causæ & operationes, hæc indicant sui conservationem. Opera danda, ut in ægro nostro, pauxillum quod est sanitatis, causa, & operationes ejusdem conserventur.

RES PRÆTER NATURAM itidem tres, morbus, causa & symptomata, seu vitia actionum removeantur.

Hinc triplex INDICATIO observanda: curatoria, præservatoria & vitalis.

AUXILIORUM MATERIÆ desumendæ ex tribus fontibus, chirurgico, pharmaceutico & diætetico. *αἱ δ᾽ ὕλαι τῶν βοηθημάτων in genere.*

IN PAROXYSMO *In paroxysmo.*

Ægroto nostro aeri puro, nec tamen nimis lucido, quin potius obscuro exposito, facies generoso vino conspergenda, motus omnis dissuadendus, ne majori spirituum turbationi ansa porrigatur. Caveat sibi etiam à decubitu supino.

Ex CHIRURGICO FONTE prosunt cucurbitulæ dorso & brachiis applicatæ, sive scarificatæ, sive non. VESICANTIA ad revulsionem adhibenda, extremorum artuum leves FRICTIONES & capitis pectinationes erunt ex usu. *chirurgicus.*

Pharmaceutica. EX PHARMACEUTICO CLYSTER sequens, vapores discutiens, ventremque leniter solvens, applicari potest:

Clystr. ℞. *rad. altheæ, ireos florentinæ, polypodii* a. ℥ß,
fol. altheæ, graminis, menthæ, euphrasiæ,
origani, salviæ, betonicæ a. mß,
flor. cham. Rom. Mj, *violar. cum calycul. sambuc.* a. piij,
seminum cumini, anisi a. ℥j.
Coq. in f. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔j; adde
cassiæ recenter extractæ pro clysteribus,
electuarii diacatholici a. ℥ß, *benedict. laxativi* ʒiij,
⊖ ☿*ri, gemmæ* a. ℈j. F. enema.

Suppositorium. SUPPOSITORIUM hujus loco adhiberi potest:

℞. *specierum hieræ simplicis* ʒj,
⊖*lis gemmæ* ℈j, *trochiscorum alhandal.* g. ij,
cum melle q. s. F. suppositorium.

Per os adsumenda: leniora. PER os sumi possunt:

℞. *aq. verbenæ, rorismarini* a. ℥j,
sirupi rosarum solutivi ℥j, *crystallorum* ♀ ℈j.
In fictili D. S. Tränklein wohl umbzurütteln uf einmahl.

Validiora. VALIDIORIBUS, si nolit mitioribus cedere paroxysmus, etiam opus est, in quacunque formâ ægro placuerit.

℞. *pulv. laxativi vegetabilis Rolfinciani* ℈j,
magisterii scammonii g. v, *elæosach. cinam.* g. vj.
In chartâ S. Purgierpulver.

℞. *arcani hellebori purgantis Petri Fabri* ℈j.
F. Pilulæ x. Exhibeantur in aurorâ.

Alterantia interna. ALTERANTIA & ROBORANTIA hæc excipiunt, vel etiam urgente necessitate præcedunt, interna & externa.

1. ℞. *magisterii perlarum* ℈ß, *coralliorum* ℈j,
cinabaris nativæ, ♃*ii* a. ℈ß, *elæosach. anthos* ʒß.
M. F. pulvis. Dos. ℈j.

ROTULÆ

ROTULÆ sequentes ore detineri possunt. 1.

℞. *extracti liliorum convallium* ℈ß, *radic. paeoniæ* ʒß,
magisterij C. C. *c.* ß. ☽ *parati*,
coralliorum a. ʒß, *bezoardici* ☽ gr. x.
sacchari albissimi in ▽ *rosarum q. s. soluti* ℥iiij.
M. F. Rotulæ, adde
°° lavendulæ, majoranæ a. gt. iiij.
S. Küchlein in Munde zu halten.

Caput, tempora & nares aspergi possunt *aquâ rosarum*, *fl. tiliæ* cum *aceto rosato* mistâ, vel *sequenti aquâ composita*: Externa. 1.

℞. *aq. rosarum* ℥ij, *apoplecticæ* a. & m. ℥j,
spiritus liliorum convallium ʒj ✝ *rutacei* ℥j.
°° coriandri *Qlati*, *ligni rhodii* a. gt. iij.
M. S. Wasser die Nasen-Wirbel und Schlaf damit zu bestreichen.

Conducibile erit & balsamum sequens: 2.

℞. *°° succini* ℈ß, *rorismar. majoranæ* a. gt. iij.
nucis moschatæ exp. ʒj, *ambræ, gryß. moschi* a. gr. j.
M. F. Balsamum. D. S. Hauptbalsam.

Nodulus pro odoramento: 3.

℞. *fol. majoranæ, rorismarini* a. p. iij,
flor. violarum, rosarum, anthos a. p. ij,
sandali citrini ℈ij, *specierum diambræ* ℈j.
M. F. nodulus, aspergendus *aqua rosar.* & *lil. convall.*
Suffitus sequens vapores discutiet: 4.

℞. *aq. rosarum* ℔j, *aceti* ℥ij, *sem. anisi* ʒij,
fol. verb. p. vj. *summitat. anthos, rosar. rubr.* a. p. iij.
Bulliant, & per nares vapor excipiatur.

Ori masticandum indatur frustulum cinamomi aut macis, vel rotula una aut altera *specierum diamoschi* dulcis aut ambræ. 5.

Uti quoque possumus epithemate sequente: 6.

℞. aq.

Digitized by Google

℞. *aq. rosarum, verbenæ, rorismarini* a. ℥j,
ol. rosac. ℥ß, *camphoræ* gr. v. M. D. pro epithemate in fronte. S. Unbschlag auf die Stirn.

Vomitivum Hisce adhibitis si paroxysmus pertinaciter hærens cessare nolit, sequens adhibendum vomitorium:

℞. *rad. asari, crem.* ♀ri, *magist. chrysopy* a. ℈ß,
ol. cinamomi gr. j, M. S. Zimmet Magenpülverlein uf einmal.

Extra paroxysmum.

EXTRA PAROXYSMUM.

Ægro à paroxysmo liberato, PRÆSERVATORIA INDICATIO observanda.

Ut igitur vitiosi humores in ventriculo cæterisque visceribus latitantes commodè evacuari possint, iidem prius præparandi sunt. Sit itaque præparans, quod sequitur.

Decoctum. ℞. *fol. majoran. salviæ, betonicæ, agrimon. lavend.* a. p. j,
fl. rosar. violar. pæoniæ a. p. iij, *stæchad. Arab.* p. ij,
rad. pæoniæ, asparagi, doronici a. ℥j,
cinamomi, macis a. ʒß.

Concisa & contusa parumper secundùm artem coq. in f. q. aq. font. Colaturæ ℔ß adde
sirupi de stæchade ℥ß, *betonicæ* ℥iß,
elixir cephalici Rolfinciani ʒj, *misturæ simplicis* ʒß.

In fictili. S. Tränklein auf vier mahl.

Potio. Si decoctum hoc non arrideat, præparantis loco propinari potest sequens potio:

℞. *aq. apopl. amaræ* ℥ij, *sir. de stæch. Arab. rub. id.* a. ℥ij,
misturæ simplicis ℈j, *misturæ antidinicæ* ʒj,
M. S. Præparans uf vier mahl.

℞. *oxymellis scillitici* ℥j, *sirupi de stæchade* ℥ß,
aq. majoranæ, betonicæ, apii a. ℥j.
M. Fiat Haustus. S. Digestiv.

Purgans potio. *Purgante* sequente præparati humores evacuari queunt.

℞. *aquæ florum acaciæ* ℥ij, *mannæ* ℥ß,
sirupi rosarum solutivi ℥iß, *crem.* ♀ ℈j.
M. D. S. Tränklein uf einmahl.

PILULÆ

PILULÆ si arrideant: *Pilulæ.*

℞. *extracti panchymagogi Crollii* ℈j, *Helleb. nigri* g. vj,
magisterii g. g. g. viij, *trochiscor. albandal.* g. ij.
F. Pilulæ 30. pro duabus dosibus.

PARTICULARITER CAPUT EVACUANTIA non omittenda. Sequens gargarisma utile erit: *Gargarisma.*

℞. *herbarum origani, betonicæ, majoranæ* a. m߀,
flor. rorismarini, stæchad. Arabicæ, nymph. a. p. ij.
mastiches ʒij, *nuc. moschatæ* ʒj.
Coq. in s. q. vini F. gargarisma.

℞. *succi majoranæ, betæ* a. ℥iß.
sem. nigellæ pulverisati ℈j. F. Errhinum.

Inter PARTICULARITER CAPUT EVACUANTIA non videtur locus competere sternutatoriis, quippe quæ spiritus animales magis turbant.

ALTERANTIA intemperiem, ROBORANTIA item SPECIFICA, tum externa, tum interna non negligenda. *Alterantia.*

INTERNUM tale sit capitis robori dicatum: *cephalica Interna, Electuarium.*

℞. *conservæ rorismarini, rosarum* a. ℥ß,
conditi corticum aurantiorum, citri a. ℥j,
nuc. jugl. cond. n. vj, *rad. cichorii cond.* ℥j, *doronici* ʒß,
spec. diambræ, diamoschi dulcis a. ʒj,
corall. ppt. ʒß, *pulv. pæoniæ* ʒj, *elixir. cephalici* ʒij,
Cum sirupo de betonicâ fiat Electuarium.

MORSULI hi ad præservationem usurpari possunt, unus manè, alter hora quartâ pomeridianâ, *Morsuli*

℞. *conservæ anthous, lil. convall. fl. pæoniæ* a. ℥ij,
conditi cort. citri sicc. ℥j, *aurant.* ʒvj,
spec. δι' ἄνθους ʒij, *διὰ μόσχου dulcis* ʒj,
amygdalorum dulcium excorticatorum ʒij,
sacchari alb. soluti in aquâ hyssopi q. s. ℥xij.

Sub finem adde
ol. citri, succini a. gr. x, *anisi* ℈j.
M. Fiant Morsuli pondere ʒß. In scatulâ
S. Stärckmorsellen.

Mistura. ℞. *misturæ antidinicæ Rolfincianæ* ℥ß,
In vitro S. Hauptstärckung wider den Schwindel.

Species. ℞. *specifici contra vertiginem* ʒij.
In pyxide ligneâ. S. Hauptstärckung wider den Schwindel.
Dosis ℈j. Utatur eo horis matutinis in jusculo vel vino Hispanico.

Externa cephalica. EXTERNE PULVIS sequens commendatur:

Pulvis. ℞. *herb. salviæ, majoranæ, betonicæ* a. p. ij,
flor. rosar. rubr. prim. veris, anthos, stœch. Arab. ʒj,
rad. pæoniæ, ligni aloes, mastichis,
thuris, a. ʒß, *ambræ, moschi* a. g. ij,
Fiat pulvis capillis inspergendus.

Species pro cucuphâ. ℞. *flor. rosar.* mß, *stœchados Arab. cap.* n. x.
rad. pæoniæ pulver. ʒij, *fol. majoranæ,*
melissæ, serpilli a. mß. *verbenæ* mj.
macis, nucis moschatæ, caryophyll. ā. ʒiij,
styracis calamitæ in granis ʒj, *bombycis exsicc. & pulverisati* n. ij, *moschi* g. ij, *ambræ* g. iij.
F. l. a. cucupha, quam æger gestare potest.

Stomachica alterantia 1. Ventriculi, reliquorumque viscerum debilitati quoque occurrendum.

℞. *conf. sem. coriandri, anisi, fœniculi, carvi, cubeb.* a. ℥ß,
cinamomi, nucis moschatæ, macis a. ʒj.
Contundantur grosso modo. F. Pulvis.
In pyxide S. Magenpulver.

Sequens

Sequens electuarium capiti, oculis & ventriculo destinatum esto: 1.

℞. *conserv. rof. rubr. Vitata, summit. euphras. menth. crispæ, majorana* a. ℥iß, *anthous* ℥j,
conditi cort. aurantiorum, citri, rad. cichor. a. ℥ß,
trag. stomach. Quercet. ex radice ari ʒij.
perl. ppt. ℈j, *corall. ppt.* ℈ij, *extr. ireos Flor.* ʒß,
cinab. ♁ ℈ß, *elixir propriet.* ʒß.
Cum sirupo de mentha F. Electuarium. In pyxide terrea lata S. Stärckende Lattwerge.

Assumto cibo ut ventriculus claudatur, sequens *tragema* in usum trahendum. 2.

℞. *rad. acori rubri, cichorii* a. ʒij, *fol. mentha* p. iiij.
sem. coriandri, cumini, anisi a. ʒij,
calami aromat. ℥ß, *cinamomi* ʒiij, *macis* ℈j,
mastichis ʒß, *spec. arom. rosat.* ʒj, *sacchari* ℥x.
Pulverisatis omnibus F. Tragema. S. Magenpulver nach der Malzeit ein halb Löffel voll auf einen Schnitt geröstetem Brod zu gebrauchen.

Hoc etiam erit ex usu: 3.

℞. *coriandri ppt.* ℥j, *macis, cinamomi,*
sem. anisi, fœniculi a. ℥ß, *cumini, carvi* a. ʒj.
rosar. rubr. ʒj, *mastichis* ʒß. *sacch. perlat. rotulat.* ℥ij.
M. F. Pulvis. In scatula. S. Magentriesenets.

DIÆTA observetur triplex, naturalis, vitalis, & animalis. *Diæta*

IN NATURALI DIÆTA CIBUS eligatur εὔχυμ@ καὶ εὔπεπτ@, mediocriter tenuis eligatur tempore paroxysmi: extra paroxysmum largior concedendus, non assumatur in qualitatibus primis aut secundis nimis excedens, condiri potest modicè aromatibus calefacientibus & siccantibus. *naturalis*

 Viten-

Vitentur omnia flatulenta. POTUS sit cerevisia bonæ notæ, non multum lupulata. Vinum tenue & ὀλιγοφόρον concedi potest.

Vitalis. IN VITALI aer eligatur purus & temperatus. Non sit nebulosus & ventis præsertim austrinis expositus: inclinet magis ad calidum, quàm siccum: si naturâ commodus non sit, arte parandus suffumigiis aromatum & rerum calidarum, ut sunt flores *lavendulæ*, *baccæ juniperi*, *caryophylli*, *cinamomum*, *thus*, *styrax calamita*, *benzoe*, *&c.*

℞. *benzoes*, *styracis calamitæ* a. ℥ij, *caryophyllarum* ʒiij, *granor. juniperi* ℥ß. *flor. lavend.* ʒij.
Fiat pulvis pro suffitu, carbonibus injiciendus.

animalis. ANIMALIS in paroxysmo motum dissuadet omnem, extra paroxysmum moderatum, imprimis post pastum concedit. Omni interdicere motu, piaculum sit. Quies nimio studio affectata ἐκτεθηλυσμένον *effœminatum* & torpidum reddit corpus totum, circulationem sanguinis impedit, torporem spiritibus conciliat, excrementorumque difflationem, & excretionem retardat.

SOMNUS sit moderatus, fugiatur meridianus. Καθεύδειν χρὴ τὴν νύκτα, τὴν ἡμέρην ἐγρηγορέναι, τὸ δὲ ἐναντίον πονηρόν. *Dormire noctu oportet, vigilare interdiu, contrarium malo sit ægri.*

Excreta & retenta justo modo se habeant: imprimis alvus servetur aperta. Loca alta & præcipitia non adeunda, cæteraque omnia secundùm artis regulas instituenda.

His bene observatis, sanitatem ægro brevi redituram, speramus, imprimis, si auxilium divinum ab utrâque & medici & ægri parte imploretur & impetretur. Sine hoc nil laudabile quicquam perfici potest.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO X

de

incubo laborante adolescente.

HISTORIA.

ADolescens xx. annorum, temperamenti melancholici, *Historia.* vivens in climate, quo aer turbidus paludosus incolis alias molestus est, somno longiori deditus, & statim a pastu, & quidem supino corpore, nonnunquam post prandium, sedentariæ vitæ adsuetus, largo & liberali victui, variis ferculis indulgens, nonnunquam quater cibum de die capiens, & poculum sanitatis circa noctem nunquam negligens, cibos cujuscunque sortis ingurgitans, medicè vivere pessimè vivere vocans, noxiam strictam proclamans diætam, leporinæ carnis, ab indulgentissimâ matre ipsi ob formæ elegantiam commendatæ, esu delectatur, lacticinia magni æstimans, utens pane ex frugibus in agris stercoratis lætamine boum, & ovium urinâ diligenter irroratis, parato, triticeum aversatus, leutium esui cum jure carnis & cepis coctarum multum tribuens, alvi durioris, cum se in cœnâ benè infarcisset, & lecto concredidisset, post mediam noctem sentit se quasi onere premi, clamare vult, sed non potest, difficilis est respiratio, motus corporis nullus, mugit magis, quam vocem edit. Videtur ipsi incumbere vetula, quæ manu comprimat fauces, arteriamquè quasi strangulet, linguam quasi adstringat. Expergefactus dolorem sentit in cervice, frigidum sudare videtur, cor insolitum pulsat. Quibusdam in locis brachium livet, maculæ violaceo colore perfunduntur. Tertiâ nocte redit affectus idem. Petit consilium.

RESOLUTIO.

NOMINA sunt specula, quibus animi sensa aliis repræ- *Resolutio.* sentamus. De certâ igitur denominatione nostri affectus meritò sumus primò solliciti; unicum enim est principium

 benè

Digitized by Google

benè consultandi, autore Biante, nosse, de quo instituatur oratio; sin secus, omnia aberrare necesse est.

Monstrat verò hanc viam consideratio essentialis & accidentalis constitutionis. Sub incudem igitur rationis essentiam affectus nostri vocabimus, quæ est læsio actionum motricis in respiratione, in voce, imò in motu totius corporis, à pondere incumbente pectori. Concludimus igitur, esse symptoma actionum animalium, quod dicitur incubus, ἐφιάλτης, Teutonibus der Alp / die Mare / die Trutte / das Nachtmännlein / das Schrötlein. Belgis den Nachthensten. Westphalis de Nachtmare.

Affectus species. INCUBUM esse hunc affectum, evidentissima in historiâ prolatâ arguunt signa, non tantùm essentialia, sed & post-essentialia & ipsæ causæ, cui majoris confidentiæ gratia similitudo subjungitur.

Narrat æger, se voluisse, non potuisse clamare, respirare, movere, pectori vetulam sibi incubuisse visum, fauces comprimentem, arteriamque strangulantem, & linguam astringentem. Expergefactus dolorem sensisse in cervice, frigidum sudasse, brachiumque violaceo colore perfusum nobis monstravit.

τὸ ὑποκείμενον μόριον. PARTEM AFFECTAM dicimus esse cerebrum prolongatum, & præsertim principium ejus. Non ingruit ephialtes, nisi principium spinalis medullæ afficiatur. Thoracis motus & musculorum laryngis, diaphragmatis, impeditur propter spirituum animalium in nervos ingressum denegatum.

Causa ἄμεσος. CAUSA IMMEDIATA est, *tenore veterum decretorum*, influxus spirituum animalium, ob præclusos à crassis vaporibus poros nervorum in principio spinalis medullæ contentorum, prohibitus. Ex mente neotericorum, accusari potest chylus per septum cordis & pulmonum vasa non satis expeditè in sinistrum ventriculum, & ex hoc in totum corpus transiens, quam inferius uberius sumus explicaturi.

Mediata causa proximior. MEDIATA PROXIMIOR *secundum essentiam* est chylus crassus, crudus & non ritè fermentatus. Hic si *secundùm essendi modum* consideretur, peccat *quantitate*: cibum enim æger noster

noster quater de die & non parcâ manu cepit, ex magnâ materiâ magnum materiatum surgit.

Qualitate peccat chylus. Est crassus, semicoctus, glutinosus, flatulentus, propter cibum flatulentum ejusque varietatem, quâ delectatur. Chylus hic non potest vinci & in succum *alibilem* bonum redigi. Hic *transmittitur* à corde per arterias carotides & cervicales, cùm pervenit ad ramos capillares, subsistit, spiritibus animalibus pabulum subtrahitur, ut non eâ copiâ, quâ oportebat, ad suppetias partibus ferendas in sensu & motu descendant. Adhæc chylus est flatulentus, qui vaporosâ suâ substantiâ, torporem inducit, & spiritibus animalibus liberum decursum sufflaminat. Languent musculi thoracis & laryngis, ob denegatum vigorem pro sensu & motu necessarium.

REMOTIOR causa NATURALIS est temperamentum melancholicum. Huic se eâdem efficaciâ associant *Mediatæ remotiores naturales, nonnaturales.*

RES NON NATURALES. Primas tenet AER, qui turbidus & paludosus, tactu poros cutis obstruit, & exitum vaporum prohibet. Inde calidum nativum debilitatur. Attractu nonnullæ atomi possunt se massæ sanguineæ insinuare. *I.*

IN SOMNO capiundo peccat ratione temporis: utitur enim longo somno, diurno etiam statim à pastu, qui evacuationes naturales impedit, & cacochymiam non potest non augere. Ratione decubitûs quoque peccat, in supino enim crassus & impurus sanguis in vasis hypochondriacis & cavâ restitans incalescit, & vapores haut dissimiles de se spargit. Hos *II.*

MOTUS intermissus ex vitâ sedentariâ non discutit, sed auget, & circulationem sanguinis retardat, excrementorumque iter remoratur. ita *III.*

Vitium capiunt, ni moveantur aquæ.

IN CIBO & POTU leges diæteticas non observat, ratione *qualitatis*: faucibus illius LACTICINIA, viscosum crassum & glutinosum chylum, & ad motum ineptum sanguinem generantia, arrident. PANE utitur ex frugibus in agris *IV.*

Digitized by Google

ægris fecibus boum imprægnatis, & ovium urinâ inebriatis, parato. Et hunc *nonnulli* spisso & pingui sanguini materiam præbere, ejusque fermentationi & elaborationi remoram injicere statuunt. LENTES cum jure carnis & cepis coctas magni æstumavit æger, ferculum crasso & nebuloso sanguini generando aptum. Lentes enim & cepæ ab omnibus flatulentæ proclamantur.

QUANTITATIS tam discretæ, quàm continuæ ratione etiam peccant cibus & potus.

DIVERSA cibaria non alunt, sed ductus chyliferos & sanguifluos atomis, diversam magnitudinem, diversam figuram, adeoque diversam ad celeriorem vel tardiorem motum inclinationem habentibus, & vapores ex motu hoc inæquali excitantibus, inquinant.

LARGA & liberali manu cibum capit & potum ingerit. Ecquid non mali hinc exsurgere potest? Ut olei palude lucernæ flamma, ita ventriculi calor & fermentum multâ ciborum congerie obruuntur, fibræquè ventriculi nimis distenduntur.

Videtur ægrotus in perniciem sui corporis jurasse, dum non tantùm qualitate & quantitate ciborum & potûs peccavit, sed etiam in

TEMPORE sumendi. Quater de die cibum capiens egregiè cruditatum thesauros non potuit non sibi comparare. Ex cibo enim priori nondum cocto, rursus ad gulam infarcto, ilias & lerna malorum oritur, ut

EXCERNENDA non potuerint justo & debito tempore eliminari. Hinc cacochymia, hydra ista morborum.

Ratio symptomatum. Hoc ovum, mirum non est, malum exclusisse hunc pullum, qui premit pectus, vocem tollit, respirationem & motum, dum chaos chyli ex erroribus in victu commissis progenitum, per lacteas thoracicas in subclaviam delatum sanguini confusum, non motu eô, quô conveniebat, vehitur, sed circulationem turbat, in dextro cordis ventriculo moram nectit, nec per pulmones satis expeditè in sinistrum devolvitur. Hinc sanguis per carotidas & cervicales cespitat,

spitat, & non justo tramite potest ad spirituum animalium laboratorium cerebrum migrare, spiritibus animalibus fomes subtrahitur, nec sexto nervorum pari, quod recurrentes propagat, nec reliquæ spinali medullæ in debitâ qualitate & quantitate suppeditantur. Hinc cessat motus non solùm totius corporis, sed & imprimis thoracis, cujus motus defectum etiam præcipuè advertimus, cum eô in somno etiam quàm maximè indigeamus, alio totius corporis non item, cessante motu thoracis & laryngis, cessat respiratio & loquela.

Quod videatur VETULA ipsi incumbere, quæ manu comprimat fauces, artoriamquè quasi strangulet, fit, quia motrix impeditur, cum nullus motus in somno necessarius præter thoracis. Hujus læsio igitur sola phantasiæ offertur, quæ fingit vetulam pectori incumbere, speciesquè in promptuario memoriæ reservatas refert ad locum oppressum. Imaginatio igitur adest depravata, reliquæ facultates internæ, judicium & memoria, salvæ sunt, & integræ manent; JUDICIUM quidem, quia novit reverà hasce molestias sibi non accidisse; MEMORIA, quia expergefactus refert, quid in somno sibi contigerit. 2.

DOLOREM inde sentit in cervice, quia ibi præcipuè pars affecta: chylus enim crudus, frigidus, flatulentus sanguini commistus per cervicalem adscendens in ramis capillaribus subsistit, & in cervicali restagnat, distendit fibras carnosas tùm quantitate, tùm qualitate, quia flatulentus, omnis verò dolor à solutione continui. 3.

SUDOR FRIGIDUS oritur ob materiæ crudæ copiam quæ non facilè vinci potest ac calefieri. Huic symbolum suum confert resolutio spirituum & suppressio caloris nativi, ob copiam chyli semicocti. 4.

COR INSOLITUM PULSAT ob nervum affectum, & facultatem usu auctam, copiam chyli crudi vincere contendentem. 5.

Quibusdam in locis brachium violaceis COLORIBUS 6.

 perfun-

perfunditur, quia natura adhuc valida peccantem materiam expellere conatur.

Prædictio PROGNOSIS nunc attendenda, & quidem

1. I. SALUTIS & MORTIS. Licet incubus, si rariùs affligat, absolutè & per se lethalis dicendus non sit: si tamen majori exacerbatione sæpius invadat, exquè seminibus gravibus adscendentibus sit natus, non est floccipendendum malum, quoniam, nisi citò occurramus, epilepsiam, apoplexiam & melancholiam minatur.

Palpitatio cordis, sudor frigidus, nihil boni augurantur. Maculæ autem istæ in brachio lividæ bonâ spe nos esse jubent; notant enim materiam vergere ad partes remotas, & naturam validam.

2. II. LONGO temporis tractu curationem admittit, in genere. Quia tamen diuturnâ morâ radices nondum egit, citiùs eradicari posse spes est. Tempus autem exactè determinari non potest. E serie chronicorum est, adeoque longus: brevis dici potest respectu paroxysmorum.

3. III. MODI EVENTUS ratio etiam habenda. Si naturam habuerimus adjutricem in medicamentis applicandis, in bonum convertetur malum. Alioquin in dictos affectus degenerare potest.

2. Curatio. CURATIO maturanda. Ne verò in isto tramite salutis restituendæ titubemus, Mercuriales Asclepiadei viatoris in bivio praxeos positas, sequemur statuas, rationem scilicet & experientiam.

Ratio METHODUM INDICATIONUM, & experientia AUXILIORUM INDICATORUM MATERIAM offert.

ἡ δὲ μέθοδος θεραπευτική. In METHODO INDICATIONUM, est 1. curatoria, quæ à symptomate ipso, 2. præservatoria, quæ à causâ, cui symptomata alia causæ naturam induentia adjunguntur, & 3. vitalis, quæ à viribus petitur.

In paroxysmo INDICATIO CURATORIA indicat affectum ipsum esse tollendum, qui præprimis in paroxysmo persentitur: jubet, vapores ex chylo crudo ipsumquè crudum chylum cerebri meatibus infarctos promovere. Hoc cùm tam citò, quàm

Digitized by Google

quàm periculum suffocationis urget, medicamentis impetrare non liceat, aliâ viâ insistendum, & æger, commovendo, capillos capitis attrahendo, faciem aquâ frigidâ vel rosaceâ aspergendo, cervicem & extrema fricando, excitandus & ad motum invitandus. Suademus igitur, ut fidus ei associetur lecti socius:

adsiet & semper Pylades, qui curet Orestem.

EXTRA PAROXYSMUM INDICATIO PRÆSERVATORIA jubet radicem mali exstirpare, humorem peccantem præparatum evacuando, & viscera confortando.

VITALIS respicit vires, si fortè ob frequentiam paroxysmorum deficere videantur, medicamentis & bonâ victus ratione.

Hisce indicationibus, ex vulgatis tribus fontibus, chirurgico, pharmaceutico & diætetico satisfieri potest. *Materia præsidiorum.*

Inspiciamus fontem CHIRURGICUM. Hic potens remedium VENÆ SECTIO nobis occurrit. Cum à sanguine crasso stagnante in capillaribus cerebri ramulis malum dependeat, censemus venam in brachio secandam, quæ visui se clariùs sistit, sive sit mediana, sive cephalica. Huic auxilio quàm maximè fidere licet, cùm ætas, cùm vires, cùm motus sanguinis impeditus respondeant. Poterit emitti ad ℥ix. vel x. *Venæ sectio.*

CUCURBITULÆ scarificatæ ad discutiendos vapores, in cervice & dorso applicari possunt. *Cucurbitula.*

PHARMACEUTICUS FONS materiam præbet, primò crassis & viscidis humoribus in primis viis hærentibus evacuandis, post, qui in toto corpore divagantur, præparandis & digerendis, ut juxta *Hipp.* & *Galeni* præceptum *2. aphor. 9.* tum meatibus reclusis, tum humoribus attenuatis corpus εὔροον *fluidum* reddatur, & demum educendis aptum. *Pharmacia.*

LENIETUR alvus laxantibus & mediocriter stimulantibus. *Benedicta lenientia, vel leniter purgantia.*

Ingrata non audemus præscribere, nec in magnâ copiâ, cum habeamus ægrum, indultu matris delicatissimum. Ut igitur faucibus illius blandiamur, dabimus hunc pulverem.

Digitized by Google

Pulvis. ℞. *cryſtall.* ♀ *rubror. magiſt. ſcammon. roſat.* a. gr. vj. *eleoſacchari citri* gr. ij. S. Weichpülverlein.

Sumatur matutinâ nonâ, in juſculo. Si defuerit officio, reiteretur horâ tertiâ pomeridianâ.

Clyſteres. CLYSTERIBUS lenientibus primis in viis ſtagnantes humores, ſi ægro placeant, educi poſſunt.

Sit ergo tale clyſma:

℞. *rad. angel. valer. polypod. querc. pæoniæ* a. ℥ß,
foliorum malvæ, rutæ, betonicæ a. mß,
fl. centaurii min. beton. primulæ veris,
chamameli romani a. pug. iij,
ſeminum 4. carminativorum a. ʒij.
Coq. in ſ. q. aquæ fontanæ,

℞. Colaturæ ℔j, adde
elect. benedictæ laxativæ, diacatholici a. ℥j,
ol. anethi, rutæ, chamameli rom. a. ʒß, ⊖ *gemm.* ʒj.
Detur in veſicâ. Applicetur tepidè.

Hiſce peractis materia in toto corpore peccans præparetur. Officium hoc ſequens potiuncula præſtare valet.

Potio præparans. ℞. *aquæ fumariæ, fl. boraginis* a. ℥j,
ſirupi de quinque radicibus ℥j,
miſturæ apoplecticæ Rolfincianæ ʒj.
In fictili Miſce. S. Digeſtiv-Tranck.

Γάλα καθαρτικόν. Præparatis humoribus ſequatur PURGANS. Sit ergo ſequens emulſio:

℞. *aquæ fumariæ cochl.* ij,
ſcammonii lacteſcentis gr. xviij.

Stent per noctem parum concuſſa, manè lactens propinetur liquor in cremoris hordei hauſtu.

Sin MORSULI arrideant,

Morſuli. ℞. *gialapii* ℈j, *pulveris polychreſti Rolfinciani, extracti hellebori nigri* a. gr. ij.

ſacch.

sacch. in aq. cichor. & menth. s. q. soluti ℥j.
F. l. a. morsulli. S. Purgier-Morsellen.

Non sine fructu ob humores in ventriculo hærentes *Vomitoria.*
possunt VOMITORIA præscribi.

℞. *mannæ vomitoriorum, elæosacch. anisi* a. ℈ß. 1.
M. D. ad chartam. S. Brech-Saltz.

℞. ♀rii *vitæ* g. vj, *elæosacch. anisi* ℈ß. 2.
In chartâ. S. Brech-Zucker.

A διαφορητοῖς levamen exspectari potest, utpote quæ *Per sudorem purgantia.*
humores peccantes per insensibiles corporis meatus & ἀδηλον διαπνοὴν discutit. Permittit hoc auxilium robur virium & ætas, neque temperamentum planè abnuit. Capiat ergò eô fine hanc emulsionem:

℞. *aquæ cardui benedicti, sambuci* a. ℥ß, *Emulsio.*
♁ *diaph. bezoard.* ☽ *probè edulcati*, a. g. iij,
C. C. philosoph. ppt. mag. perlar. a. g. iv,
manus Christi perlatæ ʒiij. D. in vitro S. Schweiß-Tranck.

Ex his ingredientibus facili negotio fieri possunt *Rotulæ.*
rotulæ.

℞. ♁ii *diaphoretici, bezoardici* ☽ a. g. iij.
C. C. philosoph. ppt. mag. perlar. a. g. iv,
manus Christi perlatæ ℥ß, Fiant in *aqua sambuc.* & *cardui bened.* orbiculi, vel morselli.
D. ad scatulam S. Schweiß-Küchlein.

ΔΙΟΥΡΗΣΙΣ atomos frigidas & siccas, vulgò me- *Per urinam evacuantia.*
lancholicæ quæ dicuntur, in vasis sanguifluis hærentes, per renes & vesicam in exilium proscribere potest.

℞. *spir.* ⊖*is*, ⊖*e juniperi, stipit. fabarum coagulati* ℈ß,
⊖*is genistæ essentialis, magist. oculor.* ♋ a. g. viij,

 elæosacch.

Digitized by Google

elæosacch. anisi, fœniculi, a. ℈j, S. verzuckertes Urintreibendes Saltz auf zweymahl.

Vel si elegantiori modo palato & oculis ægri nostri delicatuli magis velimus abblandiri, commendabimus nitidissimo splendore superbiens medicamentum.

℞. *aq. pluviæ tonitrualis* ℔ß, ⦶ *ppti* ℥j, *sacch. canth.* ℥iij.
Solve in leni calore, filtra, coagula s. a.

Nolumus commendare PARTICULARES CAPITIS EVACUATIONES, quia affectus est sympathicus, sed statim in scenam producemus

Alterantia, interna. ALTERANTIA INTEMPERIEM viscerum, ventriculi, cerebri, hepatis, lienis, pulmonum, ob errores in diæta commissos debilitatorum. Dabimus igitur electuarium alterans & confortans omnia viscera.

℞. *spec. dia castorei, di ambræ, dia moschi dulcis,*
dia rhodon Abbatis, aromatici caryophyll.
dia margarit. calidi, pliris archontici,
dia cinamomi, dia calaminthæ,
pulveris cachectici Rolfinciani, corallor. ppt. a. ℈j,
cons. botryos, hederæ terrestris, hyssopi,
rorellæ, salviæ, veronicæ, majoranæ,
rutæ, ἄνθȣς, cochlear. genistæ, a. ʒj.
croci ♁*tis* *saccharini* a. ℈ij.
cinnabaris ♃*ii* ℈ij, *feculæ pæoniæ, ari* ℈ß
F. electuarium cum *sir. menth. fumar. hyssop. pæon.* a. q. s.
D. in fictili, obductum folio ☉*ri*. S. Stärckende Latwerg.

De hoc sumat æger lectum petiturus magnitudine juglandis, & mane horâ octavâ, & pomeridianâ quartâ.

Externa. Inter externa, commendamus BALSAMA: CEPHALICUM & STOMACHICUM.

Balsamum cephalicum. ℞. *ol. nuc. mosch. expreß. colore & odore per* 🜄 *spol.* ʒß.
succ. caryophyll. cinam. rutæ, lavend. anthou a. gt. vj.
ambræ gryseæ g. v. *balsami peruviani* ʒß,
picis nigræ q. s. ad nigrum colorem.

Hôc tempora & nucha tempore somni illinantur.

Pectorale & stomachicum sit sequens:

℞. *ol.*

Digitized by Google

℞. *Ol. nuc. mosch. expressi, junip. anisi, fœnic. destillat.* a. ℈j, *pectorale & stomachicum.*
balsami panchresti Rolfinciani ʒij,
croc. ♂ *nigr. alcolisat. vel picis Græcæ q. s.* ad nigr. col.

Hôc scrobiculus cordis inungatur, manè & vesperi.

Hisce fontem pharmaceuticum claudentes, DIÆTETICUM *Diæta* recludimus, triplici diætâ, naturali, vitali & animali scatentem.

In NATURALI jubemus ægrum nostrum diætam suam *naturalis.* ancipitem mutare, lentes, lacticinia, aliaque flatulenta & cruditates generantia, ut varietatem ciborum & largi victus indulgentiam, quibus delectatur omnibus, cane & angue pejus fugere, si salus ipsi cordi est.

Vitet carnem leporinam annosam, quia auget melancholiam. Si enim lepus animal melancholicum, melancholicas atomos imprimet massæ nutritivæ.

Eligat potiùs cibum *εὔχυμον καὶ εὔπεπτον*, qualitate incidentem, attenuantem, flatuum expertem, condiatur aromatibus.

Cœna sit parcior prandio, ne tempore somni copia chyli crudi feratur ad officinam sanguinis, & ex hac ad sedem rationis. Ut igitur coctio pensum suum sine ullo vitio absolvat, sumat à cæna orificium ventriculi dextrum adstringentia, quod eo fine non commendamus, quasi vapores immediatè ex ventriculo in cerebrum ascendant, sed ut fortius ventriculus contrahatur, eoque actionem suam exactiùs ad umbilicum perducere possit.

POTUS sit cerevisia tenuis, vel aqua hordei, ad crepaturam cum aniso & coriandro cocta. Vinum sit clarum & limpidum.

IN DIÆTA VITALI agmen ducit AER, sine quo nec *Vitalis.* momentum quidem vitâ frui licet. Æger noster in oris paludosis & turbidi aeris degit, quem potiùs purum & lucidum postulat. Arte igitur naturæ denegatum hoc modo compensaturi sumus.

℞. *granor. succini, styrac. calam.* a. ℥j, *mastich. thur.* a. ʒij,
cum styrace liquidâ in mortario calido.

F. pastilli ad suffiendum conclave.

IN ANI-

Animalis. IN ANIMALI æger somnum longiorem, nec statim à pastu, prout consuevit, amplectatur. Longo interdicimus, quia excretiones sufflaminat; brevi, quia corpus viribus per somnum reficiendis spoliat. Suademus igitur ægro nostro in hoc MODUM, TEMPUS & LOCUM probe observanda, in his enim, nisi moderatio instituatur, exacerbatio mali contingit.

MODUS legitimus consistit in eo, ut tribus horis à cœnâ lectum petens, per horam in latus sinistrum decumbat, quò chylus melius concoquatur; deinde in latus dextrum, quò exitus chyli è ventriculo promoveatur; cum rursus evigilaverit, revolvat se in latus sinistrum, capite nonnihil elevato. A decubitu supino, autore & fautore non minimo incubi, quàm maximè sibi caveat.

TEMPUS, sit nocturnum. Nocte dormiendum esse sanitatis studiosis septem rationibus Marsilius Ficinus, sacerdos animi & corporis, philosophusquè Platonicus in flore latinitatis vivens, ingeniosissimè probat. Quamdiu dormiendum, ex trito illo constat:

Septem horis dormiße satis juvenique senique.

LOCUS ita se habeat, ne aërem frigidum, radios Dæ, qui frigidi & humidi, & nescio quâ virtute autores dicant nocere, admittat.

MOTUM & QUIETEM vitæ sedentariæ adsuetus æger emendet, leniter ambulando; hoc modo enim

EXCRETIONES omnes promoventur, quæ alioquin maximas turbas dare possunt. ALVUS si quotidiè suo non satisfaciat officio, pilulis aloeticis est admonenda, ne cacochymiæ fores aperiantur. VENEREM juveni nostro nolumus commendare, cum absumendo spiritus animales cerebrum debilitet.

ANIMI PATHEMATA moderanda, ne excedant, neque deficiant. Relegandæ igitur tristitiæ melancholicæ, meditationes, lætitiæque profusæ: priores quidem, quatenus spiritus vitales figunt & ignavos reddunt, posteriores, quatenus profundunt.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO XII.

De

Epileptico ægro.

HISTORIA.

Vir 28. annorum, temperamenti biliosi ex prædominio, subdominante sanguineo, ad iram promptus, in actionibus agilis, carnium cum petroselini & pastinacæ radicibus coctarum esui adsuetus, ante 4. annos, post largiorem coturnicum & turdorum, ostrearum & cochlearum, vini etiam generosioris in cœnâ opiparâ, Venerisque, postquam cubitum ivit, concitatioris usum, post mediam noctem sensit sibi omnes functiones animales ita imminui, ut velut extra se positus omnium actionum oblivisceretur. Et cum hic affectus postea aliquoties rediens ipsum nonnunquam interdiu invaderet, hunc alacriore motu & membrorum agitatione, ambulando & sedendo non difficulter superavit. Ast cum morbum negligeret, antiquâ & consuetâ victûs ratione nihil immutatâ, malum ita crevit, ut cum omnium animalium functionum privatione, motu membrorum convulsivo, spumâ circa os & stridore dentium, aliquoties primo vere infestaretur. Et cum ob inordinatam vivendi rationem, huic morbo fomentum perpetuò suppeditarit, ad hoc usque tempus per intervalla, perpetuò eodem affligitur; ita tamen, ut sæpe paroxysmum præsentire soleat, & vel motu alacriori, vel excitato vomitu repellat. Noctu autem si paroxysmus imparatum offendat, vehementiorem experitur. Auxiliis nullis generosioribus usus est, convivationibus etiamnum indulget, iræ affectum temperare nescit, gravia itinera conficit, imò sæpe noctu Lunæ sub radiis. Natus est tempore interlunii, ex matre Venereis exercitiis tempore gestationis & lactationis deditissimâ. Pater in infantiâ eodem morbo laboravit. Æger itidem: sed *Relatio.*

Digitized by Google

ab his insultibus liberi evaserunt, secundum ætatis annum ingressi. Petitur consilium.

RESOLUTIO.

Τὸ δ' ἀ-δ<ος τοῦ πάθους est epilepsia. AFFECTUM, quo præsens æger affligitur, EPILEPSIAM esse, inde liquidò satis constat, quòd per intervalla subitò eum corripiat, cum omnium animalium functionum ablatione, motu membrorum convulsivo, & spumâ circa os apparente: quæ propria epilepsiæ signa à *Galeno* & omnibus medicis habentur.

non magna. Quod autem non semper corruat, sed ambulando & sedendo, quandoque paroxysmum eludat, leviores insultus & Epilepsiam NON MAGNAM, sed PARVAM notat. Atque hoc fieri novum non est: stantem enim *Benivenius*, sedentem *Dodonæus*, cursitantem *Erastus* epilepticum observarunt.

Nullum igitur restat dubium, epilepsiâ illum verâ laborare, affectu à *Galeno de symptomatum differentiis capite tertio*, relato ad symptomata functionis læsæ, & ablatæ facultatis animalis principis & rectricis cum depravatâ motrice.

Τὸ ὑποκείμενον μόριον. PARTEM AFFECTAM non est quod scrupulosè inquiramus; facultates enim animales tàm insigniter læsæ evidenter satis demonstrant, earum habitaculum, CEREBRUM puta, affici, idque non tantùm secundùm partem medullosam, sed præcipuè secundùm membranosam, & secundum vasa. Manifestum hoc reddit concussio in hoc affectu, quæ non nisi à partibus sensibilibus proficisci potest.

Cum EPILEPSIA alia sit PRIMARIA, seu IDIOPATHICA, alia SYMPATHICA, inquirendum omnino, quânam harum patiens hic affligatur.

ἡ κατὰ συμπάθειαν. Per CONSENSUM potiùs cerebrum in præsenti laborare, persuadere posset, tùm antecedens victûs ratio, tum quod à vomitu levamen sentiat, quin imò eo suborto, paroxysmum declinet, & ab eodem planè præservetur. Accedit, quod paroxysmum quandoque præsentiat, quod in primariâ Epilepsiâ fieri non solet.

Verùm

Verùm cum affectus jam sit inveteratus, utpote quo æger jam per aliquot annos fuerit vexatus, credendum omninò, in ipsâ cerebri regione illum sedem sibi fixisse, adeoque IDIOPATHICUM esse, præcipuè cùm in infantiâ ab eodem fuerit tentatus, adeoque à primo ortu, imò ab ipsis parentibus hujus mali radices contraxisse videatur, quibus tamen ventriculus, ob varios victus errores abundè fomitem suppeditavit, ac etiamnum suppeditat, qui ideò à consensu non planè excludendus. *ἀλλ' ἰδιοπάθειαν.*

CAUSA epilepsiæ PROXIMA à *Galeno* & antiquis omnibus statuitur VENTRICULORUM CEREBRI OBSTRUCTIO à crassis frigidis & pituitosis humoribus, non quidem integra, qualis in apoplexiâ, sed partialis. Verùm magis veritati videtur consentaneum, partium cerebri membranosarum IRRITATIONEM & VELLICATIONEM, à vapore vel humore tenui & acri, occultâ ac quasi venenatâ quadam qualitate, cerebro ac nervoso generi inimico, veram ac proximam esse epilepsiæ causam. Quod & ipse *Galenus* agnovisse videtur, dum motum epilepticum motui ventriculi à re quapiam molesta irritati assimilavit, & *Avicenna*, dum sternutationem parvam quandam epilepsiam nominat. *Causa proxima.*

MEDIATÆ CAUSÆ PROXIMIORES etsi omnia illa esse possint, quæcunque specificam talem corruptionem pati, & materiam acrem malignam cerebroque adversam suppeditare possunt, cujusmodi sunt HUMORES quicunque, sanguis, melancholia, bilis, pituita, semen, sanies, quin & corporis partes, sicut ex cranii fracturâ epilepsia excitari solet, item vermes &c. In *præsenti* tamen *ægroto*, utpote temperamento bilioso prædito, id quod ex promptitudine ejus ad actiones, & propensione ad iram constat, biliosum potius succum fomitem huic affectui præbere, rationi omninò consentaneum, qui & ipse in genere loquendo ad malum hoc producendum, cerebrum scilicet vellicandum aptior: nec enim verisimile, crassum, pituitosum & frigidum humores (ut *Galenus* quidem vult, & qui eum sequuntur) tàm subitò paroxysmum producere, & iterum subitò dissipari posse. *Mediatæ proximiores, consideratæ ratione essentiæ,*

 Sic

Sic divinus *senex Apellem Larisseum* temperamento bilioso præditum, hoc affectu tentatum *quinto epidemiorum* narrat.

Hinc recentiores Chimici epilepsiæ causam ad succum mercurialem referunt, & specialiter salibus arsenicalibus & antimonialibus adscribunt.

Ratione modi essendi. Peccant hi humores & mercuriales, arsenicalibus & antimonialibus atomis prægnati succi, ratione *modi essentiæ in determinato genere*, *quantitate*, magno à naturali statu recessu, & *qualitate* occultâ cerebri membranis inimicâ, *indifferenter* verò magnæ activitatis & resistentiæ modo & motu.

Generantur in loco AFFECTO humores hi per *συναθροισμὸν congestionem*, ob læsam facultatem ab intemperie calidâ, cum biliosâ cacochymiâ.

Remota. REMOTIORES CAUSÆ, quæ biliosorum humorum illuviem in corpore produnt, sunt inter

res naturales, RES NATURALES, corporis ac præcipuè hepatis calidior intemperies, ac depravata ventriculi actio: deinde dispositio hæreditaria. Patre enim natus epileptico in infantiâ.

non naturales. RES NON NATURALES dictæ ad materiam epilepsiæ movendam, & illi διάθεσιν epilepticam imprimendam, plurimùm faciunt.

1. Aer Et I. quidem AERIS constitutio VERNALIS, quæ suâ naturâ quidem salubris, ex accidente cùm errores detegat, morborum ferax est; Lunaribus noctu radiis illustrata magnam cerebrum turbandi vim habet, quam & epilepsiam sæpius inducere. testis est *Anthillus* medicus apud *Stobaeum*. Huic autem noctu peregrinando æger se exposuit. Accedit nativitas tempore interlunii, cum Luna est in coitu cum Sole. Hanc enim ad epilepsiam disponere, tam est in confesso, ut exinde lunaticus morbus dicatur, idquè tantò magis attendendum, cum & Pater eidem malo fuerit obnoxius.

2. comessationes. II. COMESSATIONES consuetæ, vinique generosioris potus, ostrearumque & cochlearum nimius usus multum conferunt.

III. Quin

III. Quin & illa ad IRAM propensio ad hunc disponit affectum. *3. iracundia.*

IV. VENEREM, cui immoderatiùs patiens indulsit, non levem huic malo occasionem dedisse suspicandum, utpote quæ cerebro maximè nervosoque generi inimica, illud debilitando ad generandum pravos humores, & promtius excipiendum inimicas exhalationes disponit, atque ad collecta excrementa excludendum aut consumendum impotens reddit. *4. ἡ δ' ἀφροδισιακὴ κλινοπάλη.*

An & epilepticam dispositionem auxerit, quòd mater tempore gestationis & lactationis venereis exercitiis fuerit miris modis delectata, dubitari posset? Multi in eâ fuere sententiâ: qui tamen lac ex sanguine laudabili non generari statuunt, Veneris usum nutricibus non adeò noxium esse asserunt.

Causæ hæ evidentes satis fuêre valentes ad biliosam sentinam & movendam, & ad cerebrum elevandam. *Modus generationis.*

Eadem cum in tenuissimos arteriarum & venarum ductus cum sanguine prorepere non valeat, circa membranosas cerebri partes obhærescit, & tractu temporis certo putredinis gradu, vel occulto ac peculiari μιάσματι concepto, easdem circa nervorum exortum irritat.

Hinc meningum ab expultrice imperata & jussa contractio, & simul nervorum concussio, quam sequitur spirituum confusio & perturbatio, qui inordinatè in nervos extra spinam porrectos influentes, imperium facultatis dum deferunt, motum convulsivum augent.

Dum autem in toto cerebro confunduntur animales functiones, principes planè tolluntur.

Ex his causis enatus affectus secundùm suas radices, non mirum quòd iteratò erumpat in flores & perniciosos fructus. Lento passu generatus, subitò virus suum evomit. *Ratio symptomatum.*

Et PRIMÒ quidem lenis fuit insultus, nondum firmis factis radicibus, naturâ paucam materiam facilè superante. *1.*

II. MOTUS corporis ambulando & membra agitando hùc conferre potuit. *2.*

Digitized by Google

3. III. Succrevit affectus negligentiâ &, vilipendio. functiones omnes fuere abolitæ, spirituum animalium perturbatione increscente.

4. IV. Convulsivus motus secutus fuit intensior, per consensum affectis, & irritatis nervis in musculis, & ad imperium motricis facultatis suum munus obeuntibus.

5. V. spuma circa os apparuit ob vehementem corporis jactationem, motus violentiam, & salivæ in faucibus cum aere colluctationem.

6. VI. stridor dentium exortus fuit ob convulsorium maxillæ inferioris ad superioris dentes attritum.

7. VII. Vomitu sublevatur paroxysmus, quia fomes minuitur.

Prædictio futuri eventus. prognosis. Cum de affectu ejusque subjecto simus certi, causasque à quibus ortus, & quibus foveatur, indagaverimus, considerandum venit, quid de eo prædici possit. Ac quidem de

Salutis. eventu morbi ad salutem ægri nostri certi quicquam prædici ac promitti posse, non præsumendum. Affectus hic consummatus si sit in genere, inter morbos tum propriâ essentiâ, tum affectæ partis præstantiâ, tum causarum resistentiâ, ac concomitantium symptomatum vehementiâ magnus omninò censeri solet, adeoque curatu difficillimus. Talis est hic.

Non levis suspicio, ægrum ab ipso ortu ex peculiari astrorum influxu, imò ab ipsis parentibus dispositionem quandam epilepticam contraxisse. Hæreditariam autem epilepsiam, si non planè incurabilem, curatu saltem difficillimam esse, omnes ferè medici experientiâ edocti consentiunt.

lunæ in hunc affectum dominium in ægro nostro, qui interlunio natus, difficilem curatu fore minatur.

æger vigesimum quintum annum est egressus, in quâ ætate constitutos, ferè ad mortem usque *Hippocratis* edicto *5. aphor. 7.* epilepsia comitari solet.

Difficul-

Digitized by Google

Difficultatem auget, quod affectus inveteratus, ultra 4. enim annum patientem affligit.

E CONTRARIO animum addit & spem non mediocrem facit, eximium, quô ægrotus pollet, VIRIUM ROBUR, omnia enim sani hominis munia perficit, imò laboriosissima itinera absolvit, corpore carnosus, mente hilaris. *Spem ad salutem erigunt* 1.

Accedit, quod rarius paroxysmum experiatur, & quidem sæpius levem, quem & stando & deambulando superat, adeoque verè PARVITATEM habeat affectus, nec etiam ex antea dictis certò concludi possit, affectum ipsi planè esse hæreditarium, præcipuè cum tanto tempore immunis ab eo vixerit, sed exinde solùm colligatur, ipsum dispositionem quandam naturalem ad eum habere, quæ sublatis causis foventibus & excitantibus potest delitescere, imò planè tandem evanescere. 2.

Aphorismus Hippocraticus doctorum virorum testimonio ita explicandus: ætatis mutatione quidem talem epilepsiam non evanescere, medicamentorum tamen beneficio quin possit expugnari, nihil impedit. Multos enim, qui post 25 annum epilepsiâ laborarunt, medicamentorum ope pristinæ sanitati fuisse redditos, medicorum testantur historiæ. 3.

Cum itaque ἐνδοίας@ *dubius* videatur morbus, non omnis spes de ægroti nostri salute recuperandâ expiravit, & anceps remedium, *Celsi* judicio, experiri præstat, quàm nullum: Curatio omninò tentanda.

LONGITUDINIS consideratio etiam necessaria: brevi temporis spatio curatio absolvi nequit, sed continuatam requirit medici industriam, & patientem ægroti obedientiam. Licet enim ratione paroxysmorum epilepsia considerata brevis sit & acutus morbus; ratione tamen totius decursus est chronicus. *longitudinis, &*

Quod ad MODUM EVENTUS, cum non adeò insignis partis affectæ adsit debilitas, nec tantus materiæ morbificæ proventus, quod ex paroxysmorum levitate & brevitate apparet, speramus, affectum terminatum tandem iri per dissipatio- *modi eventus prædictio.*

Digitized by Google

pationem causæ morbificæ, sine desinentia in aliam graviorem melancholiam vel paralysin.

Curatio. CURATIO, spe quâdam conceptâ ægrotum nostrum sanitati restitutum iri, jam sequitur, cum methodo medendi & præsidiis materierum. METHODUS nititur indicationibus. CURATORIA ipsum paroxysmum respicit. PRÆSERVATORIA causas eum excitantem, & VITALIS ægri vires concernit.

in paroxysmo, in procinctu stante. IN PAROXYSMO opera primùm danda, ut is possit declinari, aut saltem mitior reddi.

PRÆSENTIENTE itaque ægro instantis paroxysmi signa ac accessionem timente, statim digito in os immisso; vel assumpto aliquo medicamento, si in promptu sit, VOMITUM cieat, cùm eô antea sæpius paroxysmum eluserit. VOMITORIUM potest esse tale:

℞. *vitri antimonii* ℥. j, *electuarii diasari Fernelii* ʒj.
Misce, fiat Bolus, obvolvatur saccharo, & superbibatur haustus cerevisiæ tepidæ.

ὁ δὲ πταρμός. 2. STERNUTATORIO humores expellere tentet, & quidem tali:

℞. *liliorum convallium minutim pulverisatorum* ʒß,
gummi euphorbii ℥. vj,
M. Attrahatur quantitate ervi in nares.

℞. *radicis hellebori albi* ʒj, *castorei, euphorbii ana* ʒß. Misce, fiat pulvis.

℞. *foliorum majoranæ* ʒij, *seminis nigellæ* ʒj.
rad. helleb. nigri ℈ij, *moschi optimi* ℈ß, *ambræ* ℥. vj.
Misce, fiat pulvis. Sumatur pisi magnitudine.

Inunctio. INUNGATUR vertex, tempora & nucha BALSAMO apoplectico sequenti:

℞. *olei nucis moschatæ expressi* ʒij,
succini destillati ʒj, *majoranæ, fænic. anisi*, a. ℈ß,
balsami de peru ʒß, *moschi optimi*, *ambræ* a. ℥. ij.
Misce, fiat secundùm artem balsamum justæ consistentiæ.

Prode-

Digitized by Google

Proderit etiam assumere *emulsionem seminis papaveris, aut syrupum ejusdem*, ad obtundendum eximium cerebri membranosarum partium sensum. *Emulsio.*

In eundem finem commendatur *oleum buxi*, si ejus guttæ iij sumantur in conservâ pæoniæ, jejuno stomacho. Vel

℞. *aquæ pæoniæ* ℥iij, *olei buxi* g. x.

vel in horum defectu *olei succini guttas aliquot*.

MOTU etiam ac forti DEAMBULATIONE sese exerceat æger, cùm his aliàs paroxysmum declinaverit. *Motus.*

Quod si malum præcaveri nequeat, adstantes, collocato ægro in loco lucido, corpus & membra convulsa, inuncta prius, si ad manus habeatur, pinguedine aliquâ, dolorem leniendi & resolvendi vi præditâ, ut *pinguedine humanâ, oleo laurino, rutaceo* & simili leniter in rectum extendant, elevato tamen pectore & capite: ita enim faciliùs respirabit, & si quid crassæ materiæ ori adhæreat, evacuabitur. Brachiorum tamen & crurum motus non planè cohibeatur, ne materia detineatur & paroxysmus protrahatur. *In paroxysmi principio.*

Os reseretur, dentesque diducantur interjecto aliquo bacillo, ex *glycyrrhizâ*, *pæoniâ* aut *visco quercino*, *succo rutæ* inuncto, tùm ut æger possit respirare, ac spuma effluere, tùm præcipuè, ne linguam morsu lædat. *Os apertum teneatur.*

FOETIDUS naribus FUMUS admoveri potest *lapidis gagatis*, qui tamen cautè est adhibendus. Licet enim potentissimè discutiat, caput tamen replet, ut hinc *Carolus Piso* & *Hochstetterus* conducibilius existiment, levem paroxysmum subire, quàm ejusmodi fumo spiritus animales inficere. Commendantur itidem *suffumigia ex granis juniperi, semine rutæ, asâ fœtidâ, galbano*, & imprimis *succino*, cujus fumus etsi extra paroxysmum lædat, in paroxysmo tamen epilepticos non parum juvare solet. *Fœtidus excitetur fumus.*

LINGUA & PALATUM inungantur *theriacâ, mithridatio, oleo aut succo rutaceo. Sal* tum esculentum, tum ex *rutâ* aliisve plantis antepilepticis paratum ori indatur. Vel *Inunctio oris.*

 ℞. *casto-*

℞. *castorei optimi* ℈ij, *benzoes* ℈j.
Trita misceantur cum oxymelite scillitico ℥iß, & diductis dentibus cochleari in os infundantur.

Extremorum frictiones. Artuum quoque & scapularum validæ FRICTIONES AC LIGATURÆ DOLORIFICÆ hîc valdè utiles, ad materiam revellendam, quem & in usum pedum plantæ sale & aceto fricari possunt.

Si paroxysmus vires sumat, conveniunt clysteres acres, DIUTURNIOR paroxysmus validiora requirit remedia. Præstant autem ad validè humores à parte revellendos CLYSTERES, & quidem fortiores & acriores, ut:

℞. *radicum pæoniæ, ireos* a. ℥j,
foliorum rutæ, betonicæ, majoranæ,
summitatum centaurii minoris a. mj,
florum tiliæ, lavendulæ a. mß,
seminum anisi, fœniculi, pæoniæ a. ʒj,
colocynthidis pulpæ in petiâ ligatæ ʒij, *croci metall.* ʒj.

Coque in sufficienti quantitate aquæ fontanæ. Colaturæ ℞. ℔j. in eâ dissolve

electuarii dia phœnicōn, benedictæ laxativæ a. ℥ß,
hieræ simpl. ʒij, *olei rutacei* ℥ij, *mell. anthosati* ℥j,
salis parum Misce fiat clyster.

pulli columbini dissecti, Divini auxilii loco celebratur à nonnullis probatum auxilium PULLORUM COLUMBINORUM dissectorum, capiti calidè admotum, sed incommodum est, rarò admittitur, & levis emolumenti res videtur.

Inunctiones, INUNCTIONES etiam ad declinandum paroxysmum propositæ hîc locum habent, imprimis si suturæ coronalis locus *oleo cranii humani* inungatur.

Sternutatoria, STERNUTATORIA antea proposita per pennam naribus inflentur. Iisdem illini possunt *oleum, balsamum*, aut *succus rutæ, oleum* aut *balsamum succini* &c.

vomitiva. VOMITUM quoque in ipso excitare paroxysmo, non erit extra oleas vagari, cum aliàs inde levamen senserit. Potest autem

autem id fieri pennâ *oleo*, cui gr. iiij. *florum antimonii* admista sint, intincta.

VENAM in particulari paroxysmo feliciter aperuit *Rhasis*. Idem cum successu facere ausi sunt *Carolus Piso*, *Hochstetterus* & *Zacutus*. Nostro ægroto profuturum verisimile est, cùm venæ ipsi turgeant, & vires constent.

EXTRA PAROXYSMUM curatio, sumptis ex ordinariis fontibus remediis, instituenda. *Extra paroxysmum.*

Et primò quidem, quænam ex chirurgiâ depromi possint præsidia, dispiciendum. Occurrit autem omnium primò VENÆ SECTIO. Licet enim morbus sit inveteratus, robur tamen corporis & sanguinis calidioris redundantia venæsectionem suadent. Et quamvis *autor de curandi ratione per venæ sectionem* comitiali morbo obnoxios, ex cruribus evacuandos esse doceat, illud tamen potius in epilepsiâ per consensum locum habet. Cum autem affectus præsens jam sit essentialis, BRACHII potius VENAM, & quidem CEPHALICAM aperiendam censeo, utpote per quam propiùs è capite materia evacuatur. SALVATELLA etiam non sine fructu aperietur, primis tamen viis, ut moris est, clystere aut medicamento propinato primùm repurgatis. Parcius autem sanguis detrahendus. *τὸ αἵματος ἀφαίρεσις. 1. per venam.*

ARTERIOTOMIA utiliter instituetur, quam cum conferentiâ à se administratam esse *Taxillus* refert. *2. per arteriam.*

FONTICULUM cervici inustum plurimum hic conferre, humores è parte affectâ evacuando, τῶν ἰατρῶν οἱ δεινότατοι sentiunt. Hoc tamdiu apertum servandum, donec nihil amplius talis humoris vitiosi in corpore colligi animadvertatur.

[illegible] cum felicissimo successu suturæ coronali inuri jussit *Riverius*. Id ipsum summopere commendat *Arculanus*, &, ut per duos menses apertum teneatur, præcipit. Idem magni fit ab *Aquapendente* & *Claudino*, nec non à *Carolo Pisone*. *Inustio.*

Suspectum tamen admodum est aliis, qui sine magno periculo ob cerebri viciniam fieri non posse, plurimosque inde esse mortuos, ideoque planè exterminandum asserunt.

 Cautè

Cautè igitur hîc agendum, & ne altiùs quàm par est adigatur ferrum candens, vicinæque cerebro membranæ per consensum lædantur, cavendum.

Setaceum in cervice. SETACEUM multò efficacius humores à cerebro attrahere, *autor est Riverius*, eoque solo, aliis remediis non conferentibus, juvenem quotidie epilepsiâ laborantem, & puellam octodecim annorum ab ipsâ infantiâ epilepticam restituit *Fabricius Hildanus*.

Vesicantia. IN VESICANTIBUS magna spes ponenda. Tale præscribit *Arculanus*.

℞. *thymiamatis ammoniaci dissoluti cum pingued. anatis* ℥ij, *fermenti* ʒß, *cantharidum præparatarum* q. s. Fiat emplastrum.

Imponatur capiti, abrasis primùm capillis, usque dum vesicæ excitentur. Remoto vesicante inungatur pinguedine anatis, & iterum apponatur, totiesque applicetur, donec crustæ inducantur, ut si fieri possit per abscessum liberetur.

Septalius derasis epilepticorum capitibus pluribus in locis vesicantia admovet.

℞. *cantharides absque alis & pedibus* ʒiij, *seminum nasturtii, sinapi* a. ʒj, *euphorbii* ℈j, *seminis ammios* ʒß.

Fiat massa duorum thalerorum magnitudine, applicetur post aures. Ulcusculum betæ foliis apertum servetur.

Trepanatio. Hæc omnia si nihil profuerint, *Riverius* extremum remedium putat TEREBELLO syncipuт perfodere, vitatis suturis, ut hoc veluti spiraculo maligna aura exspirare possit, quod tamen non sine magno fit periculo, & periti chirurgi manum requirit.

Atque hæc quidem remedia, ut ut vehementiora, tamen demum possunt in usum trahi, quando pharmaciæ malum non cedit.

Pharmacia. Ex PHARMACIA varia desumi possunt præsidia, & primò quidem ante venæ sectionem CLYSTER potest injici, vel LENIENS exhiberi.

℞. *mußa*

℞. *massæ pilularum Aquapendentiensium* ℈j. *F. Pilulæ* XXI. Exhibeantur vesperi ante cœnam dimidia horâ, vel cum cibo, inter cœnandum, cum cerevisiâ vel vino.

Post venæ sectionem ad humores PRÆPARANDOS accedendum, propinatis *sirupis rosarum* & *violarum*, qui caput respiciunt: *sirupo de endiviâ*, qui hepar, *papavere*, qui ob narcosin hîc commendatur. Hi permisceri possunt cum aquâ vel decocto refrigerante, ut: *præparans.*

℞. *radicum pæoniæ, taraxaci, graminis, asparagi,*
visci querni a. ℥ß, *fol. endiv. capill. vener.* a. Mß,
seminis pæoniæ, endiviæ a. ʒj.

Coque in sufficienti quantitate aquæ fontanæ puræ. Colaturæ

℞. ℥x. *sirupi endiviæ, violarum, betonicæ, acetosæ* a. ℥iß.
Misce pro quatuor dosibus.

℞. *aquæ fl. lil. convallium, fl. tiliæ* a. ℥ij,
sirupi fl. pæoniæ ʒj, *misturæ antiepilepticæ* ʒj.
In fictili S. Præparir. Tränckleín.

Verùm in hisce, utpote frigidis, non semper persistendum, sed aliquando in usum trahendum DECOCTUM HYSSOPI cum *sirupo de stœchade*, de *betonicâ*, siquidem decoctum hoc *Tralliano, Epiphanio Ferdinando*, aliisque maximum in epilepsiâ specificum judicatur. *Oxymel scilliticum* magnæ censetur efficaciæ.

Fonseca decoctum in usum trahi potest, ad humores præparandos.

℞. *decocti betonicæ, agrimoniæ,*
acetosæ, boraginis, buglossi,
radicum enulæ, pæoniæ, fumariæ a. ℥iv,
oxymelitis scillitici ℥j, Misce.

Inter CHIMICA *cremor tartari* & *Tartarus vitriolatus*, vulgaris, solaris, & lunaris sunt convenientissima, quæ etiam optimè cum purgantibus miscentur.

Purgantia per alvum.

EVACUATIO, humoribus hoc modo præparatis, sequitur.

Eorum agmen ducit *scammonium* & *rhabarbarum* ratione biliosorum, *gialapium* & *chrysopius Peruanus* ratione serosorum humorum.

℞. *gialap. nigri resinosi* ℈j, *resinæ scammonii* ℥. v, *elæosacchari citri* ℥. vj. In chartâ signetur *Confect.* Pulver.

Extractum hellebori prodest, cum specificis exaltatum.

CHIMICORUM commendatione celebris est *Mercurius* longâ circulatione depuratus ac fixus redditus, caloreque perfusus. Exhibetur a. ℥. iiij. ad v. Describitur à *Poterio in pharmacopœa spagiricâ.*

Commendatum sibi habeat æger pulverem *Cornachini* præparatum ex cremore Tartari, antimonio & scammonio. Hic per intervalla potest sumi in vehiculo conveniente ad ℈j, & ultrà.

Si delectetur PILULIS, eligat *pilulas tartareas Quercetani* cum scammonio. Vel

℞. *mercurii dulcis diligenter parati* ℥. vj, *massæ pilularum aloëphanginarum* ℈ß, *cum sir. stœchadis.* q. s. Fiant pilulæ, n. VI. pro una vice.

Commendantur etiam valdè à *Quercetano* OPIATA illa purgatoria minorativa, ab ipso in *tetrade* descripta.

In horum usu observandum, ne continuò purgantium usu vires enerventur, aut humores nimis commoveantur, nam eorum motus epilepticis noxius.

per vomitum.

An VOMITUS provocandus, dubitari posset, cum caput repleat, & *Septalius* neminem vomitu sublevatum, omnes autem gravatos esse, se animadvertisse scribat.

Verùm cum constet, ægrum nostrum ad vomitum esse proclivem, imò exinde non exiguum levamen sensisse, cùm vitiosi in ventriculo humores fomitem malo præbeant, omninò vomitoria cum fructu præscribi possunt, ut *infusum tabaci optimi* à ʒß. ad ʒj. in vini albi cyatho, *vitriolum*

vomitiv.

vomitivum Salæ, coagulum asari ex descriptione *Hartmanni, aqua Æsculapii dicta vomitoria. Aqua benedicta Rulandi.*

Ad SUDORIFERA progrediendum. Præ cæteris commendatur DECOCTUM LIGNI GUAJACI, cujus usu se multos epilepticos sanitati restituisse, *Jachinus* refert. Hujus singulis dosibus aliquot guttas *spiritus* ⊕*li* addi vult *Riverius*. *Ἱδρωτικά.*

℞. *ligni sancti* ℔j. Exaltetur *visci querc.* ℥iij. *rad. paon.* ℥j. *Decoctum.*

Fonseca tamen usum *ligni guajaci* noxium quibusdam fuisse, melancholicis nimirum ac siccis naturis, observavit, & cum æger noster calidiori sit temperamento, ejus potiùs loco decoctum chinæ exhibendum, quod temperatius.

Quercetanus in *pharmacopœa* tale præscribit:

℞. *rasuræ ligni buxi* ℥iiß, *ligni juniperini, radicum pæoniæ, visci querni* a. ℥iß, *ligni rhodii, cornu cervi* a. ʒvj, *eboris, radicis chinæ* a. ℥ß, *seminis cardui benedicti, corticum citri* a. ℥j.

Macerentur horis XXIV. in ▽ tepidæ ℔viij: deinde coquantur ad tertiæ partis consumptionem. Sub finem addantur *florum tiliæ, liliorum convallium* a. ʒij.

Colentur per manicam Hippocratis. Dosis ℥v. vel vj.

Si ex his æger nullum levamen sentiat, à sudoriferis plane abstinendum, ne humores accendendo plus noxæ, quàm juvaminis afferant.

Cogitari potest, in desperatione cum versatur salus, de inunctione ☿curiali. Si eam instituere animus sit, consulatur *ordo & methodus commentatoria.* *Ἱδρωτικά.*

PER NARES & os sanguis arteriosus, antequam ad caput tendit, etiam ab excrementitiis humoribus mundari potest. *Per nares & os evacuantia.*

STERNUTATORIUM hunc in finem parari potest ex *floribus benzoinis, & pulvere tabaci, radice valerianæ, hyssopo, liliis convallium.*

℞. *nucis moschatæ, radicis pæoniæ* a. ʒj, *piperis albi, pyrethri* a. ℈j, *rad. helleb. albi* ʒß, Fiat pulvis.

Hâc

Hâc tamen cautione his utendum, ne oculi iis lædantur, quod quandoque evenire, medicorum observationes testantur.

Masticatoria. Beneficia exspectantur à MASTICATORIIS, quibus semper appropriata addenda.

℞. *rad. galangæ* ʒij. *pæoniæ, pyrethri* ā. ℈j. *nucis moschatæ, cubebarum* ā. ʒj, *sacchari* ʒj, *olei nucis moschatæ destillati* gr. ij.

Cum sirupo de stœchade & albumine ovi fiant trochisci, quorum unum atque alterum teneat in ore manè, jejuno stomacho.

Gargarismi. GARGARISMI in eundem conspirant scopum, ut:

℞. *radicis pyrethri* ℥iß, *fol. rorismarini, salviæ, hyssopi, rutæ,* ā. p. ij.

Coquantur in sufficienti quantitate aquæ fontanæ. Colaturæ ℞. ℔j. Adde

aceti rosacei, mellis anthosati ā. ℥ij. Misce.

Hâc misturâ fauces colluantur.

Specifica. Post universales evacuationes, inter aliorum remediorum usum, SPECIFICIS imprimis morbus oppugnandus. Hæc tanto circumferuntur numero, ut difficilis electio esse videatur.

Simplicia. 1. Inter SIMPLICIA commendantur à *Galeno radix & semen pæoniæ : à Matthiolo radix filipendulæ : à Fabio Columnâ* maximoperè celebratur *radix valerianæ* sylvestris in pulvere à ʒj ad ij. in *aquâ majoranæ* exhibita. Hujus pulveris usu quamplurimos se restituisse, christianam fidem testatur *Hieronymus Locianus Hispanus.*

2. *Viscum quercinum, corylinum, tiliæ,* non ultimum censetur specificum, inter duo Mariæ festa, h. e. 15. Augusti & 8. Septembris collectum.

3. *Cranium humanum* hominis sani, violentâ morte interempti, & imprimis ossiculum triangulare ad suturarum coronalis

nalis & Lambdoideæ finem in quibusdam quod reperitur, à *Paracelso* epilepsiæ peculiariter destinatur.

Animalium quorundam cornua, alcis, cervi, elephanti, conferre creduntur. Horum omnis efficacia sali aperienti volatili adscribitur. 4.

Fel catelli lactentis strangulati cum liquore conveniente exhibitum, in Angliâ pro singulari habitum, fuit secreto, cujus usu filius Ducis Buckenghami sanatus perhibetur. 5.

Caro lupi in pulverem redacta & assumpta, ut & frustulum ejusdem carnis salitum gestatum, mulierem, quæ alia remedia frustra tentaverat, liberavit, *Riverio* autore. 6.

Inter CHIMICA celebratur *spiritus ⊕li philosophici dulcis, à Rhenano: oleum Heraclinum à Rulando*, qui eô epilepticos ad miraculum sanavit. Sunt, *qui oleum ligni sancti* pro heraclino habent. *Oleum buxi* esse putat *Fonseca, corylinum* verò *Riverius, Schrôderus* & *alii*: huic nullo modo cedere, imò præstantius esse *oleum succini albi*, ita destillatum, ut nullum empyreuma redoleat, imò fragrantissimum sit, contendit *Riverius*. *Spiritus acidus gvajaci* magni fit à *Brendelio*: *Magisterium succini à Doringio*. *Hartmannus* maximopere commendat *hepata ranarum viridium*, eorumque usu Fridericum quartum Palatinum restitutum fuisse refert. Præparationem & usum tradit in *praxi chimiatricâ*. Idem celebrat *spiritum cerebri humani*, ut & *aquam hirundinum Rondeletii*. 7.

Inter COMPOSITA *pulvis Marchionis* magni nominis est. *Electuarium Montagnanæ* celebratissimum ægroto nunquam non sit ad manus, ut & *sirupus Nicotianæ Zacuti*. Commendatur à *Fonsecâ* etiam valdè *sirupus antepilepticus Quercetani*, ut & *aqua ad epilepsiam*, nec non *vinum antepilepticum ejusdem*. *Nicol. Florentinus* asseverat, se virum 40. annorum ab epilepsiâ liberasse sequenti electuario: Composita 1. Pulveres.

℞. *herbæ paralyseos dictæ minutim concisæ, quantum vis, caryophyllorum, pæoniæ, pyrethri* ā. *partes æquales.*

Cum melle fiat electuarium. De hoc sumatur quotidiè tuberculum nucem castaneam adæquans. *Fonseca* sequentem pulverem commendat.

 ℞. *rasu-*

℞. *rasuræ cranii humani, ungulæ alcis, cornu cervi* ā ʒij,
visci querni, granorum pæoniæ,
radicis ejusdem masculæ, tormentillæ,
seminis dictamni albi ā. ʒiß *corall. utriusque ppt.*
eboris magisterii, margaritarum præparat. ā. ʒj,
foliorum auri num. 30. sacchari optimi ʒij. Misce.
Terantur omnia in lapide porphyrite. S. pulvis epilepticus. Hujus ℈ß detur cum *aqua cardui benedicti*, vel *liliorum convallium*.

Electuarium. Efficaciâ autem nulli cedit sequens electuarium:

℞. *conservæ rosarum* ⊖*latæ, florum stœchados arabicæ,*
anthos, primulæ veris ā. ℥ß,
condit. cortic. citri, aurantiorum, rad. pimpinell. ā. ʒv,
nucis jugland. in Hispaniâ, mosch. in India conditæ ā. n. j,
pyror. muscatellinor. condit. n. vj, *visci querni ppt.* ℈j,
corall. margarit. ppt. ā. ℈ß, *magist. ungulæ alcis* ℈j,
cum sirupo caryophyllorum quantum s. addito
spir. ⊖*li antepilept. Parac.* ℈j, ⊖*li philos. dulc.* ℈ß,
Misce, fiat electuarium: cooperiatur folio auri duplici S. Stärck-Zucker.

Tinctura. ℞. *Tinctura* D*a antiepilepticæ* ʒj.
In vitro signetur Stärckessens.

℞. *pulveris antiepileptici Marchionis* ʒj,
magisterii perlarum ℈j, *bezoardici* D*ris* ℈ß,
In pyxide ligneâ S. Stärckpulver zum præservativ.

℞. *pulveris florum musci terrestris clavati volatilium* ʒj.

Divide in sex partes æquales in chartis distinctis. S. præservativ Pulver. Assumatur singulis matutinis in jure pulli ℈j.

Crato cinnabarim nativam epilepsiæ magnetem vocat. Illa erat basis panaceæ Anwaldinæ, imò etiam nunc ob atomos Solares à multis magni æstimatur.

℞. *cinnabaris nativæ eleganter splendentis Ungaricæ in pulverem tenuissimum tritæ* ℥ß,

magist-

magist. perlar. corall. a. ℥ß, *foliorum auri* n. xv.
Sacchari refinati q. s. ad saporis gratiam. M. Dosis à gr. vj ad ℈j in aquis appropriatis.

EXTERNA hisce succurrunt. CUCUPHA ex calidis parata ægroto salutaris, talis confici potest: *Externa.*

℞. *flor. liliorum convallium, primulæ veris, pæoniæ* a. mj,
radicum acori, valerianæ, fraxinellæ a. ℥ß,
seminum anisi, fœniculi a. ʒiij, *fol. majoranæ* miiij,
resinæ tacamahacæ, juniperi, hederæ a. ℥ß, *succini* ℥j.
Contusis & concisis adde *ol. anthos, rhodini* a. ℈ß.
Consuantur in Sindone rubrâ.

Non nemo suturæ coronali abrasæ tale jubet imponi CERATUM:

℞. *resinæ tacamahacæ* ʒj, *picis hispanicæ* ʒß,
rorismarini, nucis moschatæ a. ℈j. *ceræ parum.* Fiat ceratum ad ignem.

SACCULUM de collo suspensum continuò gestet, sequente modo paratum:

℞. *radicis pæoniæ, visci querni* a. ℥j,
ungulæ alcis rasæ, nucis mosch. caryophyll. macis a. ʒij,
foliorum rutæ, hyssopi a. ʒi. Pulverisentur & rubrâ sindone excipiantur. Fiat sacculus, quem appensum collo gestet.

ANNULUS, ex *ungue alcis* confectus, & in digito annulari sinistræ manus gestatus, commendatur.

IN DIÆTA NATURALI cibus sit paucorum excrementorum, sed εὔχυμος, εὔπεπτος, εὔοσμος. Vitentur qui crassos succos gignunt, flatuosi sunt, ac caput peculiari vi feriunt. *Diæta. 1.*

Vitet carnem porcinam, anserinam, anatum, passerum, omnia item legumina præter ciceres, fugiat itidem lacticinia, nuces juglandes, fructus horarios, brassicam, lactucam, portulacam, cepas, allia, sinapi, raphanum. Apium ex singulari proprietate epilepticis nocere, multorum suffragio creditur.

Inter PISCES caveat à carpionibus, anguillis, & omnibus iis, qui in paludibus & ſtagnis cœnoſis & fœtidis degunt.

Condiantur cibi, ſed modicè, *majoranâ*, *hyſſopo*, *rutâ*. *Pulvis radicis filipendulæ* pulveris loco cibis aſpergatur.

Specialiter autem epilepticis prodeſſe creduntur carnes turturum, columbarum ſylveſtrium, hirundinum, vulturis. Parcè comedat, jejunia tamen non ferat; ex jejunio enim factum aliquando epilepticum, *Galenus* autor eſt.

In POTU vinum vitandum, quo etiam *Ariſtoteles* in parvis naturalibus epilepticis interdicit. Aliquem epilepticum propter vini abſtinentiam anni ſpatio à morbo liberatum, vinô iterum aſſumpto epilepſiam denuò paſſum eſſe, *Taxillus* refert. Bibat cereviſiam bene defecatam, nec multo lupulo conditam. Poteſt etiam uti pro potu decocto *viſci querni*, *pæoniæ & herbæ paralyſeos*, vel *hydromel ex pæoniâ*, *ſalvia*, *roremarino & viſco querno* coctum, ac *nuce moſchatâ* aromatiſatum.

Potus ſit parcior, in morbis enim à ſeroſâ colluvie dependentibus, parciorem potum divinum planè eſſe auxilium, *Carolus Piſo* demonſtrat.

2. II. IN VITALI DIÆTA, AER non ſit frigidus aut humidus. Unde *Hippocrates de aëre, aquis & locis*, urbes in paludibus ſitas epilepſiæ feraces eſſe dicit. Neque tamen nimis calidus, ſed temperatus. Marinus convenientiſſimus eſt ob penetrationem & ſiccitatem putredini inimicam. Liberum aërem ſibi eligat, fumum omnem fugiat, imprimis carbonum, maximè foſſilium, bitumen fœtidum ſpirantium. Radii lunæ, quos hunc morbum excitandi peculiarem vim habere antea dictum, vitentur, ac imprimis aperto capite ſub radiis lunaribus cubare vel dormire ſummè noxium.

3. III. In ANIMALI diætâ SOMNUS ſit moderatus, capite nonnihil elevato, nocturnus, non diurnus, nec mox à cibo.

Motus ante prandium & cœnam ſit talis, qui calorem quidem excitet, corpus verò non defatiget.

ANIMI pathemata, ira, metus, terror ſubitaneus, proſcriban-

Digitized by Google

ſcribantur, contrà animi hilaritas, ceu alma vitæ nutricula in oculis & animo habenda.

EXCERNENDA non negligantur. Alvus teneatur lubrica. Veneris autem uſus ſumme noxius, cane pejus ac angue fugiendus.

CONSULTATIO XIII
De
Epileptico.
HISTORIA.

ADoleſcens 18. annorum, temperamenti frigidi & humidi, parentibus natus catarrhoſis, & præcipuè patre in adoleſcentiâ eodem morbo tentato, intemeratâ quidem hactenus gaviſus ſanitate, duobus abhinc annis, poſt diutinam moram nudo capite ſub Solaribus radiis, perſentit aſcendere vaporem quendam obſcurum, vertiginoſum, ex hypochondriis, mox cadit in terram, dentibus ſtrepens, cum convulſione maxillæ infernæ, oculis intortis, ſpinâ dorſi incurvatâ, digiti manuum, pollice in volâ compreſſo, contrahuntur, ut & pedes. Tandem etiam ſpuma & ſtertor ingens apparent. Ante duos annos in pravo vixit ſodalitio, comeſſationibus, ut & Veneri petulanter indulſit. Petit conſilium. *Relatio hiſtorica.*

RESOLUTIO.

Reſolutio.

Horrendum eſt & planè portentoſum morbi genus, quô hic noſter afficitur adoleſcens. *Affectus eſt epilepſia.*

Non eſt convulſio, non enim advertitur firma & conſtans contractio, ſed interpolata cum κλόνῳ. NOMINE genuino indigitatur EPILEPSIA.

Adeſſe hunc affectum, teſtantur ſigna propoſita: caſus in terram inopinatus, convulſio maxillæ inferioris, oculorum perverſio, ſpinæ dorſi incurvatio, inordinata pollicis ſub reliquis digitis in volâ manus compresſio, tandemque ſtertor ingens, & ſpuma circa os.

Digitized by Google

MAGNA censenda hæc epilepsia, non solùm partis affectæ ratione, sed etiam dispositionis.

Subjectum. SUBJECTUM principaliter affectum est cerebrum, spirituum animalium genuina officina, & quidem secundùm tenuem membranam admodum sensilem, per totam cerebri amplitudinem, imprimis verò ventriculorum parietes, ut & per basin cerebri, quâ spinalis medulla, ex quatuor suis radicibus conflatur, extensam. Hæc dum ita afficitur, cerebrum concutitur, spiritus animales turbantur, sicut aqua turbulenta: ideoque nec illi phantasmata recipere, nec ordinatè hi in nervos influere valent.

Afficitur autem cerebrum non per πρωτοπάθειαν, sed per δευτεροπάθειαν. Prius patet, quia accessio non est præceps, sed eam præsentit æger, spuma est pauca, non præcedit capitis gravitas, nec sensûs torpor, aut somnia turbulenta.

Δευτεροπάθεια hæc oritur ob consensum partium infernarum, ipsi noxam suam communicantium. Partes hæ sunt HYPOCHONDRIA, & præcipuè ventriculus, lien & hepar.

Causa immediata, & mediata proximior, CAUSA IMMEDIATA est irritatio expultricis facultatis membranarum cerebri.

MEDIATA PROXIMIOR est obscurus & vertiginosus ex hypochondriis sursum delatus ad cerebrum vapor, seu aura.

Non excluduntur eo ipso humores. Neque existimandum, ejusdem invasionis jus non competere iisdem, eorumve atomis tenuioribus, quæ vaporum nomine indigitari queunt.

ESSENTIÆ ratione considerati hi humores sunt PITUITOSI & MELANCHOLICI.

MODI ESSENDI respectu à naturali statu deflectunt humores hi QUANTITATE, cùm multi sint, & magnæ activitatis, QUALITATE non solùm acri & mordaci, ἀκρότητας καὶ δυνάμεις habente, verùm etiam singulari hostilitate nervoso generi infestâ. MOTU etiam peccant hi humores *generationis* in hypochondriis, & in quibus eorumque subjectis

vasis

vasis cacochymia dominatur, & *locali* pulsionis partium mittentium, attractionis partium recipientium. Receptio tantò faciliùs successit, quò caput ab hæreditariâ dispositione infirmius. Locum hic habuit tum naturalis humorum circulatorius motus, tùm præternaturalis fermentationis & segregationis.

remotiores. MEDIATA REMOTIOR CAUSA humores tales generans est varia & diversa.

1. I. NATURALE TEMPERAMENTUM cerebri frigidum & humidum obstaculo est, quò minus calidum innatum, & humidum primigenium humores influentes repellere, & impacxos consumere valeat. Temperamentum hoc frigidum & humidum hæreditarium, & à parentibus catarrhosis ægro est connatum. Parens in eâdem constitutus ætate eundem morbum expertus est. Non verò persensit illud horrendum & detestandum malum ante 16. annum. Causa est, quia ante hoc temporis spatium non multum erroris

2. In rerum NON NATURALIUM usu, & diætâ commiserat. Hisce autem temporibus proximè præterlapsis, duos annos in pravo vixit sodalitio, & *κυπελλομαχίαις* BIBENDO & COMESSATIONIBUS indulgens, scortandoque consumpsit tempus. Compotationes & comessationes istæ in hypochondriis frigidos humores auxerunt, ad quorum quoque commotionem VENERIS usus illicitus, immodicus & intempestivus multum adminiculi contulit, quia nervosum genus valde inde debilitatur. *ἡ συνουσία ἐστὶ μικρὰ ἐπιληψία, coitus est parva epilepsia.*

Symptomatum ratio. Ex hisce causis natus affectus, sequentia habet SYMPTOMATA, quorum hæc est ratio.

1. Ex vaporoso enim sanguine ex hypochondriis adscendente spiritus animalis movetur in gyrum. Hinc oritur VERTIGO & quidem TENEBRICOSA, vapor enim est crassior.

2. Hanc sequitur CASUS IN TERRAM. Loco motus vacillat, propter nervorum condolentiam.

3. STREPUNT & atteruntur dentes ob musculorum maxillæ convulsionem.

INTOR-

Cautè igitur hîc agendum, & ne altiùs quàm par est adigatur ferrum candens, vicinæque cerebro membranæ per consensum lædantur, cavendum.

Setaceum in cervice. SETACEUM multò efficacius humores à cerebro attrahere, *autor est Riverius*, eoque solo, aliis remediis non conferentibus, juvenem quotidie epilepsiâ laborantem, & puellam octodecim annorum ab ipsâ infantiâ epilepticam restituit *Fabricius Hildanus*.

Vesicantia. IN VESICANTIBUS magna spes ponenda. Tale præscribit *Arculanus*.

℞. *thymiamatis ammoniaci dissoluti cum pingued. anatis* ℥ij, *fermenti* ℥ß, *cantharidum præparatarum* q. s. Fiat emplastrum.

Imponatur capiti, abrasis primùm capillis, usque dum vesicæ excitentur. Remoto vesicante inungatur pinguedine anatis, & iterum apponatur, totiesque applicetur, donec crustæ inducantur, ut si fieri possit per abscessum liberetur.

Septalius derasis epilepticorum capitibus pluribus in locis vesicantia admovet.

℞. *cantharides absque alis & pedibus* ʒiij, *seminum nasturtii, sinapi* a. ʒj, *euphorbii* ℈j, *seminis ammios* ʒß.

Fiat massa duorum thalerorum magnitudine, applicetur post aures. Ulcusculum betæ foliis apertum servetur.

Trepanatio. Hæc omnia si nihil profuerint, *Riverius* extremum remedium putat TEREBELLO syncipur perfodere, vitatis suturis, ut hoc veluti spiraculo maligna aura exspirare possit, quod tamen non sine magno fit periculo, & periti chirurgi manum requirit.

Atque hæc quidem remedia, ut ut vehementiora, tamen demum possunt in usum trahi, quando pharmaciæ malum non cedit.

Pharmacia EX PHARMACIA varia desumi possunt præsidia, & primò quidem ante venæ sectionem CLYSTER potest injici, vel LENIENS exhiberi.

℞. *massa*

℞. *massæ pilularum Aquæpendentiensium* ℈j. *F. Pilulæ* XXI. Exhibeantur vesperi ante cœnam dimidia horâ, vel cum cibo, inter cœnandum, cum cerevisiâ vel vino.

Post venæ sectionem ad humores PRÆPARANDOS accedendum, propinatis *sirupis rosarum* & *violarum*, qui caput respiciunt: *sirupo de endiviâ*, qui hepar, *papavere*, qui ob narcosin hîc commendatur. Hi permisceri possunt cum aquâ vel decocto refrigerante, ut: *præparant.*

℞. *radicum pæoniæ, taraxaci, graminis, asparagi, visci querni* ā. ℥ß, *fol. endiv. capill. vener.* ā. Mß, *seminis pæoniæ, endiviæ* ā. ʒj.

Coque in sufficienti quantitate aquæ fontanæ puræ. Colaturæ

℞. ℥x. *sirupi endiviæ, violarum, betonicæ, acetosæ* ā. ℥iß. Misce pro quatuor dosibus.

℞. *aquæ fl. lil. convallium, fl. tiliæ* ā. ℥ij, *sirupi fl. pæoniæ* ℥j, *misturæ antiepilepticæ* ʒj. In fictili S. Præparir-Tränckleın.

Verùm in hisce, utpote frigidis, non semper persistendum, sed aliquando in usum trahendum DECOCTUM HYSSOPI cum *sirupo de stœchade*, de *betonicâ*, siquidem decoctum hoc *Tralliano*, *Epiphanio Ferdinando*, aliisque maximum in epilepsiâ specificum judicatur. *Oxymel scilliticum* magnæ censetur efficaciæ.

Fonseca decoctum in usum trahi potest, ad humores præparandos.

℞. *decocti betonicæ, agrimoniæ, acetosæ, boraginis, buglossi, radicum enulæ, pæoniæ, fumariæ* ā. ℥iv, *oxymelitis scillitici* ℥j, Misce.

Inter CHIMICA *cremor tartari* & *Tartarus vitriolatus*, vulgaris, solaris, & lunaris sunt convenientissima, quæ etiam optimè cum purgantibus miscentur.

Purgantia per album. EVACUATIO, humoribus hoc modo præparatis, sequitur.

Eorum agmen ducit *scammonium* & *rhabarbarum* ratione biliosorum, *gialapium* & *chrysopus Peruanus* ratione serosorum humorum.

℞. *gialap. nigri resinosi* ℈j, *resinæ scammonii* g̃. v, *elæosacchari citri* g̃. vj. In chartâ signetur *Laxier-Pulver.*

Extractum hellebori prodest, cum specificis exaltatum.

CHIMICORUM commendatione celebris est *Mercurius* longâ circulatione depuratus ac fixus redditus, caloreque perfusus. Exhibetur a. g̃. iiij. ad v. Describitur *à Poterio in pharmacopœâ spagiricâ.*

Commendatum sibi habeat æger pulverem *Cornachini* præparatum ex cremore Tartari, antimonio & scammonio. Hic per intervalla potest sumi in vehiculo conveniente ad ℈j, & ultrà.

Si delectetur PILULIS, eligat *pilulas tartareas Quercetani* cum scammonio. Vel

℞. *mercurii dulcis diligenter parati* g̃. vj, *massæ pilularum aloëphanginarum* ℈ß, *cum sir. stœchadis.* q. s. Fiant pilulæ, n. VI. pro una vice.

Commendantur etiam valdè à *Quercetano* OPIATA illa purgatoria minorativa, ab ipso in *tetrade* descripta.

In horum usu observandum, ne continuo purgantium usu vires enerventur, aut humores nimis commoveantur; nam eorum motus epilepticis noxius.

per vomitum. An VOMITUS provocandus, dubitari posset, cum caput repleat, & *Septalius* neminem vomitu sublevatum, omnes autem gravatos esse, se animadvertisse scribat.

Verùm cum constet, ægrum nostrum ad vomitum esse proclivem, imò exinde non exiguum levamen sensisse, cùm vitiosi in ventriculo humores fomitem malo præbeant, omninò vomitoria cum fructu præscribi possunt, ut *infusum tabaci optimi* à ʒß. ad ʒj. in vini albi cyatho, *vitriolum*

vomiti-

vomitivum Salæ, *coagulum asari* ex descriptione *Hartmanni*, *aqua Æsculapii dicta vomitoria*. *Aqua benedicta Rulandi*.

Ad SUDORIFERA progrediendum. Præ cæteris commendatur DECOCTUM LIGNI GVAJACI, cujus usu se multos epilepticos sanitati restituisse, *Jacbinus* refert. Hujus singulis dosibus aliquot guttas *spiritus* ⊕*li* addi vult *Riverius*. *Ἰδρωτικά.*

℞. *ligni sancti* ℔j. Exaltetur *visci quercr.* ℥iij. *rad. paon.* ℥j. *Decoctum.*

Fonseca tamen usum *ligni guajaci* noxium quibusdam fuisse, melancholicis nimirum ac siccis naturis, observavit, & cum æger noster calidiori sit temperamento, ejus potiùs loco decoctum chinæ exhibendum, quod temperatius.

Quercetanus in *pharmacopœâ* tale præscribit:

℞. *rasuræ ligni buxi* ℥iiß, *ligni juniperini*,
radicum pœoniæ, *visci querni* a. ℥iß, *ligni rhodii*,
cornu cervi a. ʒvj, *eboris*, *radicis chinæ* a. ℥ß,
seminis cardui benedicti, *corticum citri* a. ℥j.

Macerentur horis XXIV. in ▽ tepidæ ℔viij: deinde coquantur ad tertiæ partis consumptionem. Sub finem addantur *florum tiliæ*, *liliorum convallium* a. ʒij.

Colentur per manicam Hippocratis. Dosis ℥v. vel vj.

Si ex his æger nullum levamen sentiat, à sudoriferis plane abstinendum, ne humores accendendo plus noxæ, quàm juvaminis afferant.

Cogitari potest, in desperatione cum versatur salus, de inunctione ☿curiali. Si eam instituere animus sit, consulatur *ordo & methodus commentatoria*. *Ὑδραργωγά.*

PER NARES & os sanguis arteriosus, antequam ad caput tendit, etiam ab excrementitiis humoribus mundari potest. *Per nares & os Evacuantia.*

STERNUTATORIUM hunc in finem parari potest ex *floribus benzoinis*, *& pulvere tabaci*, *radice valerianæ*, *hyssopo*, *liliis convallium*.

℞. *nucis moschatæ*, *radicis pœoniæ* a. ʒj,
piperis albi, *pyrethri* a. ℈j, *rad. hellib. albi* ʒß,
Fiat pulvis.

Hâc

Hâc tamen cautione his utendum, ne oculi iis lædantur, quod quandoque evenire, medicorum observationes testantur.

Masticatoria. Beneficia exspectantur à MASTICATORIIS, quibus semper appropriata addenda.

℞. *rad. galangæ* ʒij. *pæoniæ, pyrethri* a. ℈j.
nucis moschatæ, cubebarum a. ʒj,
sacchari ʒj, *olei nucis moschatæ destillati* gt. ij.

Cum sirupo de stœchade & albumine ovi fiant trochisci, quorum unum atque alterum teneat in ore manè, jejuno stomacho.

Gargarismi. GARGARISMI in eundem conspirant scopum, ut:

℞. *radicis pyrethri* ℥iß, *fol. rorismarini,*
salviæ, hyssopi, rutæ, a. p. ij.

Coquantur in sufficienti quantitate aquæ fontanæ. Colaturæ ℞. ℔j. Adde
aceti rosacei, mellis anthosati a. ℥ij. Misce.

Hâc misturâ fauces colluantur.

Specifica. Post universales evacuationes, inter aliorum remediorum usum, SPECIFICIS imprimis morbus oppugnandus. Hæc tanto circumferuntur numero, ut difficilis electio esse videatur.

Simplicia. 1. Inter SIMPLICIA commendantur à *Galeno radix & semen pæoniæ : à Matthiolo radix filipendulæ : à Fabio Columnâ* maximoperè celebratur *radix valerianæ* sylvestris in pulvere à ʒj ad ij. in *aquâ majoranæ* exhibita. Hujus pulveris usu quamplurimos se restituisse, christianam fidem testatur *Hieronymus Locianus Hispanus.*

2. *Viscum quercinum, corylinum, tiliæ,* non ultimum censetur specificum, inter duo Mariæ festa, h. e. 15. Augusti & 8. Septembris collectum.

3. *Cranium humanum* hominis sani, violentâ morte interempti, & imprimis ossiculum triangulare ad suturarum coronalis

nalis & Lambdoideæ finem in quibusdam quod reperitur, à *Paracelso* epilepsiæ peculiariter destinatur.

Animalium quorundam cornua, alcis, cervi, elephanti, conferre creduntur. Horum omnis efficacia sali aperienti volatili adscribitur. 4.

Fel catelli lactentis strangulati cum liquore conveniente exhibitum, in Angliâ pro singulari habitum fuit secreto, cujus usu filius Ducis Buckenghami sanatus perhibetur. 5.

Caro lupi in pulverem redacta & assumpta, ut & frustulum ejusdem carnis salitum gestatum, mulierem, quæ alia remedia frustra tentaverat, liberavit, *Riverio* autore. 6.

Inter CHIMICA celebratur *spiritus* ⊕*li philosophici dulcis*, *à Rhenano: oleum Heraclinum à Rulando*, qui eô epilepticos ad miraculum sanavit. Sunt, *qui oleum ligni sancti* pro heraclino habent. *Oleum buxi* esse putat *Fonseca*, *corylinum* verò *Riverius*, *Schröderus* & *alii*: huic nullo modo cedere, imò præstantius esse *oleum succini albi*, ita destillatum, ut nullum empyreuma redoleat, imò fragrantissimum sit, contendit *Riverius*. *Spiritus acidus gvajaci* magni fit à *Brendelio*: *Magisterium succini à Doringio*. *Hartmannus* maximopere commendat *hepata ranarum viridium*, eorumque usu Fridericum quartum Palatinum restitutum fuisse refert. Præparationem & usum tradit in *praxi chimiatricâ*. Idem celebrat *spiritum cerebri humani*, ut & *aquam hirundinum Rondeletii*. 7.

Inter COMPOSITA *pulvis Marchionis* magni nominis est. *Electuarium Montagnanæ* celebratissimum ægroto nunquam non sit ad manus, ut & *sirupus Nicotianæ Zacuti*. Commendatur à *Fonsecâ* etiam valdè *sirupus antepilepticus Quercetani*, ut & *aqua ad epilepsiam*, nec non *vinum antepilepticum ejusdem*. *Nicol. Florentinus* asseverat, se virum 40. annorum ab epilepsiâ liberasse sequenti electuario: *Composita* 1. *Pulveres.*

℞. *herbæ paralyseos dictæ minutim concisæ, quantum vis, caryophyllorum, pæoniæ, pyrethri* ā. *partes æquales.*

Cum melle fiat electuarium. De hoc sumatur quotidiè tuberculum nucem castaneam adæquans. *Fonseca* sequentem pulverem commendat.

℞. *rasuræ cranii humani, ungulæ alcis, cornu cervi* ā ʒij,
visci querni, granorum pæoniæ,
radicis ejusdem masculæ, tormentillæ,
seminis dictamni albi ā. ʒiß *corall. utriusque ppt.*
eboris magisterii, margaritarum præparat. ā. ʒj,
foliorum auri num. 30. sacchari optimi ʒij. Misce.
Terantur omnia in lapide porphyrite. S. pulvis epilepticus. Hujus ℈ß detur cum *aqua cardui benedicti*, vel *liliorum convallium.*

Electuarium. Efficaciâ autem nulli cedit sequens electuarium:

℞. *conservæ rosarum* 🜕*latæ, florum stœchados arabicæ,*
anthos, primulæ veris ā. ℥ß,
condit. cortic. citri, aurantiorum, rad. pimpinell. ā. ʒv,
nucis jugland. in Hispaniâ, mosch. in India conditæ ā. n. j,
pyror. muscatellinor. condit. n. vj, *visci querni ppt.* ℈j,
corall. margarit. ppt. ā. ℈ß, *magist. ungulæ alcis* ℈j,
cum sirupo caryophyllorum quantum s. addito
spir. 🜕*li antepilept. Parac.* ℈j, 🜕*li philos. dulc.* ℈ß,
Misce, fiat electuarium: cooperiatur folio auri duplici S. Stärck-Zucker.

Tinctura. ℞. *Tincturæ* ☽*æ antiepilepticæ* ʒj.
In vitro signetur Stärckessentz.

℞. *pulveris antiepileptici Marchionis* ʒj,
magisterii perlarum ℈j, *bezoardici* ♃*ris* ℈ß.
In pyxide ligneâ S. Stärckpulver zum præservativ.

℞. *pulveris florum musci terrestris clavati volatilium* ʒj.

Divide in sex partes æquales in chartis distinctis. S. præservativ Pulver. Assumatur singulis matutinis in jure pulli ℈j.

Crato cinnabarim nativam epilepsiæ magnetem vocat. Illa erat basis panaceæ Anwaldinæ, imò etiam nunc ob atomos Solares à multis magni æstimatur.

℞. *cinnabaris nativæ eleganter splendentis Ungaricæ*
in pulverem tenuissimum tritæ ℥ß,

magist-

magist. perlar. corall. a. ʒß, *foliorum auri* n. xv.
Sacchari refinati q. s. ad saporis gratiam. M. Dosis à gr. vj ad ℈j in aquis appropriatis.

EXTERNA hisce succurrunt. CUCUPHA ex calidis parata ægroto salutaris, talis confici potest: *Externa.*

℞. *flor. liliorum convallium, primulæ veris, pæoniæ* a. mj,
radicum acori, valerianæ, fraxinellæ a. ℥ß,
seminum anisi, fœniculi a. ʒiij, *fol. majoranæ* miiij,
resinæ tacamahacæ, juniperi, hederæ a. ℥ß, *succini* ℥j.
Contusis & concisis adde *ol. anthos, rhodini* a. ℈ß.
Consuantur in Sindone rubrâ.

Non nemo suturæ coronali abrasæ tale jubet imponi CERATUM:

℞. *resinæ tacamahacæ* ʒj, *picis hispanicæ* ʒß,
rorismarini, nucis moschatæ a. ℈j. *ceræ parum.* Fiat ceratum ad ignem.

SACCULUM de collo suspensum continuò gestet, sequente modo paratum:

℞. *radicis pæoniæ, visci querni* a. ℥j,
ungulæ alcis rasæ, nucis mosch. caryophyll. macis a. ʒij,
foliorum rutæ, hyssopi a. ʒi. Pulverisentur & rubrâ sindone excipiantur. Fiat sacculus, quem appensum collo gestet.

ANNULUS, ex *ungue alcis* confectus, & in digito annulari sinistræ manus gestatus, commendatur.

IN DIÆTA NATURALI cibus sit paucorum excrementorum, sed εὔχυμος, εὔπεπτος, εὔοσμος. Vitentur qui crassos succos gignunt, flatuosi sunt, ac caput peculiari vi feriunt. *Diæta.* 1.

Vitet carnem porcinam, anserinam, anatum, passerum, omnia item legumina præter ciceres, fugiat itidem lacticinia, nuces juglandes, fructus horarios, brassicam, lactucam, portulacam, cepas, allia, sinapi, raphanum. Apium ex singulari proprietate epilepticis nocere, multorum suffragio creditur.

Digitized by Google

Inter PISCES caveat à carpionibus, anguillis, & omnibus iis, qui in paludibus & ſtagnis cœnoſis & fœtidis degunt.

Condiantur cibi, ſed modicè, *majoranâ*, *hyſſopo*, *rutâ*. *Pulvis radicis filipendulæ* pulveris loco cibis aſpergatur.

Specialiter autem epilepticis prodeſſe creduntur carnes turturum, columbarum ſylveſtrium, hirundinum, vulturis. Parcè comedat, jejunia tamen non ferat; ex jejunio enim factum aliquando epilepticum, *Galenus* autor eſt.

In POTU vinum vitandum, quo etiam *Ariſtoteles* in parvis naturalibus epilepticis interdicit. Aliquem epilepticum propter vini abſtinentiam anni ſpatio à morbo liberatum, vinô iterum aſſumpto epilepſiam denuò paſſum eſſe, *Taxillus* refert. Bibat cereviſiam bene defecatam, nec multo lupulo conditam. Poteſt etiam uti pro potu decocto *viſci querni*, *pæoniæ* & *herbæ paralyſeos*, vel *hydromel ex pæoniâ*, *ſalvia*, *roremarino* & *viſco querno* coctum, ac *nuce moſchatâ* aromatiſatum.

Potus ſit parcior, in morbis enim à ſeroſâ colluvie dependentibus, parciorem potum divinum planè eſſe auxilium, *Carolus Piſo* demonſtrat.

2. II. IN VITALI DIÆTA, AER non ſit frigidus aut humidus. Unde *Hippocrates de aëre, aquis & locis*, urbes in paludibus ſitas epilepſiæ feraces eſſe dicit. Neque tamen nimis calidus, ſed temperatus. Marinus convenientiſſimus eſt ob penetrationem & ſiccitatem putredini inimicam. Liberum aërem ſibi eligat, fumum omnem fugiat, imprimis carbonum, maximè foſſilium, bitumen fœtidum ſpirantium. Radii lunæ, quos hunc morbum excitandi peculiarem vim habere antea dictum, vitentur, ac imprimis aperto capite ſub radiis lunaribus cubare vel dormire ſummè noxium.

3. III. In ANIMALI diætâ SOMNUS ſit moderatus, capite nonnihil elevato, nocturnus, non diurnus, nec mox à cibo.

Motus ante prandium & cœnam ſit talis, qui calorem quidem excitet, corpus verò non defatiget.

ANIMI pathemata, ira, metus, terror ſubitaneus, proſcriban-

ſcribantur, contrà animi hilaritas, ceu alma vitæ nutricula in oculis & animo habenda.

EXCERNENDA non negligantur. Alvus teneatur lubrica. Veneris autem uſus ſumme noxius, cane pejus ac angue fugiendus.

CONSULTATIO XIII

De Epileptico.

HISTORIA.

ADoleſcens 18. annorum, temperamenti frigidi & humidi, parentibus natus catarrhoſis, & præcipuè patre in adoleſcentiâ eodem morbo tentato, intemeratâ quidem hactenus gaviſus ſanitate, duobus abhinc annis, poſt diutinam moram nudo capite ſub Solaribus radiis, perſentit aſcendere vaporem quendam obſcurum, vertiginoſum, ex hypochondriis, mox cadit in terram, dentibus ſtrepens, cum convulſione maxillæ infernæ, oculis intortis, ſpinâ dorſi incurvatâ, digiti manuum, pollice in volâ compreſſo, contrahuntur, ut & pedes. Tandem etiam ſpuma & ſtertor ingens apparent. Ante duos annos in pravo vixit ſodalitio, comeſſationibus, ut & Veneri petulanter indulſit. Petit conſilium. *Relatio historica.*

RESOLUTIO.

Reſolutio.

Horrendum eſt & planè portentoſum morbi genus, quô hic noſter afficitur adoleſcens. *Affectus eſt epilepſia.*

Non eſt convulſio, non enim advertitur firma & conſtans contractio, ſed interpolata cum κλόνῳ. NOMINE genuino indigitatur EPILEPSIA.

Adeſſe hunc affectum, teſtantur ſigna propoſita: caſus in terram inopinatus, convulſio maxillæ inferioris, oculorum perverſio, ſpinæ dorſi incurvatio, inordinata pollicis ſub reliquis digitis in volâ manus compresſio, tandemque ſtertor ingens, & ſpuma circa os.

vasis cacochymia dominatur, & *locali* pulsionis partium mittentium, attractionis partium recipientium. Receptio tantò faciliùs successit, quò caput ab hæreditariâ dispositione infirmius. Locum hic habuit tum naturalis humorum circulatorius motus, tùm præternaturalis fermentationis & segregationis.

MEDIATA REMOTIOR CAUSA humores tales generans est varia & diversa. *remotiores.*

I. NATURALE TEMPERAMENTUM cerebri frigidum & humidum obstaculo est, quò minus calidum innatum, & humidum primigenium humores influentes repellere, & impacos consumere valeat. Temperamentum hoc frigidum & humidum hæreditarium, & à parentibus catarrhosis ægro est connatum. Parens in eâdem constitutus ætate eundem morbum expertus est. Non verò persensit illud horrendum & detestandum malum ante 16. annum. Causa est, quia ante hoc temporis spatium non multum erroris 1.

In rerum NON NATURALIUM usu, & diætâ commiserat. Hisce autem temporibus proximè præterlapsis, duos annos in pravo vixit sodalitio, & κυπελλομαχίαις BIBENDO & COMESSATIONIBUS indulgens, scortandoque consumpsit tempus. Compotationes & comessationes istæ in hypochondriis frigidos humores auxerunt, ad quorum quoque commotionem VENERIS usus illicitus, immodicus & intempestivus multum adminiculi contulit, quia nervosum genus valde inde debilitatur. ἡ συνουσία ἐστὶ μικρὰ ἐπιληψία, *coitus est parva epilepsia.* 2.

Ex hisce causis natus affectus, sequentia habet SYMPTOMATA, quorum hæc est ratio. *Symptomatum ratio.*

Ex vaporoso enim sanguine ex hypochondriis adscendente spiritus animalis movetur in gyrum. Hinc oritur VERTIGO & quidem TENEBRICOSA, vapor enim est crassior. 1.

Hanc sequitur CASUS IN TERRAM. Loco motus vacillat, propter nervorum condolentiam. 2.

STREPUNT & atteruntur dentes ob musculorum maxillæ convulsionem. 3.

INTOR-

Digitized by Google

4. intorquentur oculi, ob nervorum motoriorum in oculi musculos insertorum irritationem.

5. spina dorsi incurvatur, & artus convelluntur, molestiæ sensu affecto nervorum principio.

6. spumam circa os oriri putamus, cum ob jactationem, tùm ob motûs violentiam, non secus ac in mari, vento vehementius ingruente, spumam nasci videmus, ob percussam & in minimas partes divisam aquam: augeri etiam potest, dum inter respirationem aër intrò ac foràs reciprocatur, ob frequentiorem necessariam inspirationem propter usum cordis auctum.

7. stertor sequitur ex impeditâ liberâ aëris & fuliginum, per asperam arteriam pulmonumque bronchia à pituitosis humoribus irrigata, transmissione, vel etiam debilitatos nervos musculorum, thoracis motum adjuvantes.

Hæc de essentiâ affectus, & concomitantium symptomatum causis dicta sufficiant.

Inde quid de eo boni vel mali augurandum sit, facile conjicere licet.

πρόῤῥησις. prognosis salutis & mortis primo est proponenda loco. Curabilem affectum hunc spes est, licet gravissimus appareat, cum adsint vehemens vertigo, stridor

1. dentium, perversio faciei, spuma, corporis agitatio, & potissimùm cùm adsit etiam dispositio hæreditaria. Attamen cum hucusque secundâ gavisus sit valetudine, neque immediatè à dispositione illâ hæreditariâ, sed potiùs à cacochymiâ & inordinatâ victus & vitæ ratione, imprimis Veneris immoderatiore usu originem traxerit, cum etiam sit juvenis 18. annorum, in quibus malum hoc amoveri potest, juxta oraculum *Hipp. 7. sect. 5.* affectus quoque sit sympathicus, & cerebrum non per *ἰδιοπάθειαν* laboret, conceptâ spe salutis curationem felicem non audemus non polliceri.

2. longum quidem tempus requiretur, interim desideratus tandem speratur finis.

3. de modo eventus etiam ut aliquid dicatur, naturam medicamentis adjuvari & *μίασμα* hoc dissipari posse, sine

Digitized by Google

ſine graviori aliquo accidente, ſeu ſymptomate: imò etiam, quæ nonnunquam contingere ſolet, paralyſi, ſperamus.

CURATIO ut ordinatè procedat, judicatur eam INDICATIONIS triplicis filo eſſe pertexendam. *θεραπεία nititur Indicationibus.*

CURATORIA quod eſt præter naturam, auferendum omnino ſuadet. *Curatoria.*

PRÆSERVATORIA reſpicit cauſam morbi, humores ſcilicet lancinantes. Hi corrigendi, evacuandi, intemperies viſcerum alteranda, & ſpecifica ſubjungenda. *præſervatoria,*

VITALIS, cùm partis affectæ cerebri, tùm totiùs corporis naturalem tonum & facultatem in integram reſtituendam, aut conſervandam intendit, illius quidem per convenientia medicamenta, hujus verò per convenientia alimenta. *Vitali.*

Decentes vero & idoneæ præſidiorum horum MATERIÆ ex triplici petendæ ſunt fonte, chirurgico, pharmaceutico & diætetico. *Materia.*

I. Ex CHIRURGICO non ſuademus V. S. cujus nullum adeſt indicans, ſed primum locum tribuimus CUCURBITULIS ſiccis, quæ propè hypochondriorum regionem affigi poſſunt. Faciunt ad reſolutionem & diſcuſſionem materiæ, ex quâ vapores ſurſum tendere ſolent. Quod ſi eventus exſpectationi non ſatis faciat, *chirurgica.*

VESICANTIA in uſum vocanda, quæ artubus appoſita veſicas & puſtulas in cute excitant. 2.

℞. *cantharidum cum alis & pedibus* ʒij, *ſem. ammi q. pl. fermenti acris q. ſ.* M. F. Maſſa.

His ruptis aut forfice apertis humor evacuatur, ſuperponendo poſtea folium braſſicæ aut ficûs interiorem pulpam.

CAUTERIUM ACTUALE in crure, ægroto noſtro non vulgare erit auxilium, ita ut per fontanellam ſive fonticulum peccantes humores revulſi evacuentur. 3.

SETACEUM, cum ægrotus noſter non laboret per ἰδιοπάθειαν cerebri, conſultò ſilentio involvimus. 4.

LIGATURÆ à nonnullis commendatæ fuêre, ad va- 5.

 poris

poris sursum adscendentis interceptionem cingulo laneo, lumbos constringente pro tolerantiâ satis arctè, ut via intercludatur auræ malignæ affectum hunc procuranti. Sed levis inde auxilii spes.

6. LOTIONES & FRICTIONES hypochondriorum cum acri lixivio, cui ♀ admixtum sit, vapores attrahere atque discutere poterunt.

Cum verò hæc pro morbi debellatione non sufficiant, ad medicamenta confugiendum erit, quæ desumuntur ex

Pharmaceuticæ II. PHARMACEUTICO fonte. In prorâ quasi se offerunt

lenientes, LENIENTIA seu leniter purgantia in minori dosi.

1. ℞. *pulpæ tamarindorum exossatæ* ℨij.
Ferveant in s. quantitate aquæ acetosæ.
Exprime. In colaturæ ℥vj. *dissolvatur*
mannæ ℥j. *Cola iterum cum expressione.*
Fiat haustus. S. Lind-Tränclein.

2. ℞. *massæ pilularum aloephanginarum,*
de agarico a. ℈j, *dacrydii* gr. iiij.
M. F. Pilulæ n. xxv.

Eorum loco purgantes in minori dosi.

3. Conveniens est etiam ACETUM SOLUTIVUM, ex *foliis senæ & scammonio* paratum, in cœnâ cum acetario lactucæ assumptum.

4. ℞ *fol. senæ sine stipitibus* ℨij,
fol. borag. primulæ veris, pæon. lilior. convall. a. p. ij,
Coque *in sufficiente q. aquæ betonicæ.* Colaturæ ℥iiij, adde
sir. de polypodio ℥j, *cryſtallor.* ♀ *guttis aliquot spir.* ⊕*li irroratorum* ℈j, M. F. Potio. S. Purgiertränclein.

Præparantia. PRÆPARANTIA, alvo in primâ regione expeditâ, humorem pituitosum & melancholicum proponenda. Commodissimum inter cætera est VINUM MEDICATUM per infusionem paratum.

℞. *fol.*

Digitized by Google

℞. *fol. rorismar. euphrag. beton. chamæpithyos, salviæ, majoran. chamæmel. rom.* a. Mß, *centaur. min.* p. v, 1.
flor. liliorum convallium, stæchados arabicæ, anthos, pæoniæ, tiliæ, rorismar. caryophyll. primulæ veris, centaurii minoris a. p. ij,
baccarum juniperi p. iij, *visci querni* ℥ß,
seminis anisi, fœniculi, pæoniæ, erucæ a. ʒiß,

Infundantur in sufficiente quantitate vini boni. In vase vitreo macerentur, per duos ☌ naturales, postea trajiciantur per manicam Hippocratis. Colatura ad placitum ægri saccharo edulcari potest, de quo singulo manè haustum sumat tribus aut 4. ante pastum meridianum & vespertinum horis.

Magis gratus palato est Julepus præparans: 2.

℞. *sir. pæon. de beton. hyssopi, stæchad. simpl.* a. ℥j,
spir. ⊕li ℈ß, *aquæ liliorum convallium, hyssopi, tiliæ* a. ʒij, *cinamomi* ℥j. M. pro duabus vicibus.

PURGANTIA jam alteratum & evacuationi idoneum humorem sequuntur. *Purgantia.*

I. IN FORMA PULVERIS.

℞. *agarici trochiscati* ℈ß, *gialapii nigri resinosi* ℈j,
°° *cinamomi* gut. v, Misce in chartâ. S. Laxier-Pülverlein.

VOMITORIA non ultimum sibi vindicant locum. Ante & in ipso paroxysmo aliquando exhibita magno sunt adminiculo. *Vomitoria.*

Præ reliquis secretius est, quod paratur ex felle catuli, (si mas laboret, si fœmina, caniculæ) Jugulatur autem catulus instar porcelli, & mox adhuc calens aperitur, eximitur fel & hepar. FEL exprimitur in cochleari, & quando morbus invadit, exhibetur in malvatico, vel *aq. fl. tiliæ*, effracto per vim ore, si sponte non aperit. JECUR verò tostum redigitur in pulverem, eoque suffumigatur æger, ac 1.

Digitized by Google

lecto tegitur, ut sudet. Hoc semel peractum DEI beneficio juvat, nec iteratione opus habet.

2. ℞. *chrysops Pertani* g. xv. ⁂ *cinamomi* gt. ij.
In jusculo pingui porrigitur.

3. ℞. *mannæ vomitoriorum* ℈j,
In cerevisiâ calidâ, in qua butyrum liquatum, detur.

Diaphoretica. 1. DIAPHORETICA inter divinum est decoctum *ligni gvajaci, sarsaparillæ,* cujus usus per aliquot septimanas continuandus, addendo, quæ specificâ virtute morbum pellere solent.

℞. *ligni sancti* ℥viij. *sarsaparillæ* ℥iiij, *visci querni* ℥ij, *radicis pæoniæ* ℥j,
Infundantur per diem naturalem in aq. fontanæ lib. XII. Coquantur ad tertias. Colaturæ dentur ℥vj. His assumptis æger in lecto se benè tegat.

Residuum iterum potest coqui, & usurpari loco potus ordinarii.

2. ℞. *bezoard. mineral. simpl.* g. v. ♃ g. iij, *aquæ cardui benedicti* ℥ij, *cinamomi* ℥j.
M. F. haustus S. Schweiß-Tränckle.

Nobile in hoc affectu sudoriferum censemus ex *cinnabari* ℨii, *magist. corall. cranii humani & perlarum permixtis ad* g. viij. vel x.

3. ℞. *lapidis bezoardici orientalis* g. x.
in vino vel aquâ cardui ben. & fl. tiliæ propinanda.

Diuretica, DIURETICA ad residuos cacochymicos humores expellendos faciunt. Possunt esse talia:

1. ℞. *salis succini* ℈ß, *aq. halicacabi, petroselini* a. ℥iß,
M. F. Haustus. S. Tränckle.

2. ℞. *silices albissimos è flumine collectos.*

Hoc

Digitized by Google

Hos ignitos in vino generoso toties extingue, donec omninò in pulverem redigantur. Vinum filtretur, ejusque haustus offeratur. Promptissimè effectum monstrabit diureticum.

CONFORTANTIA & SPECIFICA his adjungenda veniunt, quæ præsentaneâ virtute huic morbo resistere valent. *Confortantia.*

Hujusmodi pulveres innumeri practicorum in monumentis obvii sunt. Præ multis excellit:

℞. *boli armen. terræ sigill.* a. ʒij, *corall. rubr. alb.* a. ʒj, *smaragdi, saphiri, granati, hyacinthi, rubini, margaritarum ppt.* a. ℈j, *cinamomi* ʒß, *caryoph.* ʒij, *seminis anisi, pæoniæ, ligni santali albi, rubri* a. ʒij, *visci querni, ungulæ alcis pp.* a. ʒij, *rasuræ eboris* ʒiij, *croci, magisterii cornu cervi* a. ʒj, *cornu alcis* ℥ß, *foliorum auri* n. v. M. F. Pulvis s. a. 1.

Pro pueris addi potest ad saporis gratiam sacch. canthii q. placet. S. Freys-Pülverlein.

Excellit PULVIS ANTIEPILEPTICUS MARCHIONIS communiter dictus. Dosis ℈ß, in *sirupo fl. pæoniæ, vel aquâ earundem.* Vel 2.

℞. *spiritus* ⊖*li correcti part.* j, ♀*ri correcti* p. iij. *theriacalis camphorati* p. v.

Hâc proportione jubet uti Paracelsus, & in epilepsiâ vix præstantius excogitari posse medicamentum, autumat. Commendatur specioso suffragio, *in chimiâ in artis formam redactâ, pagina* 151.

Suum quoque hoc in affectu facit officium spiritus epilepticus binæ destillationis in *eodem libro paginâ* 143. propositus. 3.

Vel utatur sequenti aquâ destillatâ: 4.

℞. *florum liliorum convallium recentium* ℔j, *lavendulæ* ℔ß, *tiliæ, pæoniæ* a. ℥ij,

 foliorum

foliorum betonicæ, primulæ veris a. Mj,
radicum pæoniæ ℥ij, *aristolochiæ longæ* ℥j,
visci querni lunâ decrescente collecti ʒij,
castorei, piperis, cubebarum a. ʒj,

Incisis incidendis, & contusis grosso modo contundendis, addantur 6. canthari vini optimi, stent conclusa per mensem ad solem. Postea destillentur.

5. ℞. *salis corylini, fraxini* a. ℈ß,
specierum diamargarit. calidi g. vj, S. Stärckpülverl.

℞. *spec. diambræ, pulv. marchion.* a. ʒj, ℅ *lil. convall. majoranæ, citri, angelicæ* a. gt. ij, *succini* gut. vij, *sacchari albi in aqua majoranæ q. s. soluti* ℥viij,
M. F. rotulæ. In scatulâ S. Küchlein.

6. ℞. *spec. diambræ, diamosch. d.* a. ʒß, *cubeb. nuc. mosch.* a. ʒij,
seminis pæoniæ, lavendulæ, anthos, tiliæ a. ℥ß,
radicum pæoniæ, helenii, citri a. ʒj,
sacchari albissimi ℥vij. *F. morsuli cum aquâ flor. tiliæ, qui dentur pro lubitu, vel* ʒß, pro dosi.

7. Conferunt quoque operam *magisterium alcis*, ut & *magisterium cranii humani decollati aut suspensi.* Dosis g. vj. viij. x. & ultra.

Hoc Electuarium non minorem nobis promittit spem:

℞. *conf. fl. primulæ veris, pæon.* a. ℥j. *summ. major.* ℥ij,
condit. corticum aurantiorum, rad. cichor. citri a. ℥iß,
specierum diamoschi dulcis ʒß, *visci querni*,
coralliorum rubrorum ppt, cranii humani pp. a. ʒß,
smaragdi pp., ung. alc. ppt. a. ℈j. *succ. pp.* ℈ij, *cinnab.* ♁ ℈j,
Cum sirupo coralliorum Quercetani M. F. Electuarium.
S. Stärck-Latwerg.

Externa. EXTERNA confortantia quoque suo non destituuntur usu. Temporibus & naribus, pro cerebri corroboratione, inungendum paretur balsamum.

℞. *olei*

℞. *olei nucis moschatæ per expressionem facti* ℥ij, *ambræ, moschi, zibethi* a. g̃. vij, ꝏ *majoranæ, rorismarini, succini* a. ℈ß. M. F. Balsamum. S. Balsam in die Nasenlöcher zu schmieren. 1.

Hunc in finem paratur etiam pomum.

℞. *ladani puri* ℥j, *styrac. calamit.* ℥ß, *ligni aloes, caryophyllorum, galliæ moschatæ* a. ʒj, *thuris, myrrhæ*, a. ʒß, *ambræ, moschi* a. g̃. iiij, *olei nucis moschatæ expressi* ℈ij *aquæ majoranæ* q. s. Formetur pomum rubro sindone obvolvendum. 2.

NUCHA & SPINA DORSI inungantur h. m: 3.

℞. *olei nardini, rutacei, euphorbii, de lateribus, costini, de castoreo* a. ℥iij, *mithridatii optimi* ʒj, *axungiæ vulpis* ʒvj, M. F. unguentum calidè applicandum. S. Lendensälblein.

CUCUPHÆ possunt imponi capiti. 4.

℞. *fl. lavendulæ, stœchados, betonicæ, anthos* a. ʒij, *foliorum rorismarini, majoranæ*, a. Mß, *seminum pæoniæ, majoranæ, rutæ* a. ʒß, *radicum angelicæ, ireos, cyperi, pæoniæ* a. ʒj, *cinamomi, nuc. moschatæ, macis, caryophyllorum, cardamomi, cubeb.* a. ℈j, *bacc. lauri, juniperi* a. ʒj, *mastichis, styracis liquidæ, thuris, succini* a. ℈iij, *florum benzoes* ℈j, M. pro cucupha in sacculo. S. Kräuter ins Haupt.

Nolumus præterire AMULETUM antepilepticum vulgare, quod ex frutice sambuci in salice inventi paratur, secando scil. surculum teneriorem in taleolos. Eorum 9. redigantur in nodulum ex linteo vel serico confectum, & cum simplici filo lineo. Hic collo appendatur, usque adori- 5.

ad orificium ventriculi, ut rectè eò pertingat. Hic nodulus relinquendus, usque quò, sponte suâ, citra aliquam vehementiam, filum rumpatur, quem deinceps neque patiens neque ullum animal nudis manibus contrectet, aut pedibus tangat, sed forcipe apprehensus, terræ mandetur, ubi neque homines neque animalia pertransire possunt, aliàs insultus epilepticus ægrum de novo invaderet; vel alios qui antea ab hoc malo immunes erant, corriperet.

6. ANNULUS ex ungulâ alcis, annulari digito applicatus gestetur.

Diæta.

1. In DIÆTA NATURALI CIBI adhibeantur boni succi, inprimis verò fruatur modicè carnibus avicularum montanarum, gallinarum: è contrario vitentur pisces, & præsertim anguillæ, carpiones, & omnes, qui in cœnosis stagnis & fœtidis paludibus degunt. Vitentur & lacticinia, flatulenta crassa, vaporosa, legumina, cepæ, allia, eruca, sinapi, excepto decocto ciceris rubri.

Pro POTU ordinario conducet talis:

℞. *radicis pæoniæ, seminis pæoniæ, ligni sassafras, cinamomi, passularum minorum, fol. hyssopi* a. q. pl.

Comminuta singula omnia in vas ligneum ex corylo paratum conjiciantur. In ejus defectu segmenta coryli adjiciantur. Affundatur hydromel, sive aqua cum saccharo cocta.

2. IN VITALI DIÆTA AER procuretur purus & temperatus.

3. IN ANIMALI DIÆTA, MOTUS & QUIES, SOMNUS (qui post prandium reprobus) & VIGILIÆ justis se excipiant vicissitudinibus. VENUS legitima moderata, inprimis consveta in ætate vegetâ & succi plenâ non nocet, sed potiùs caput allevat, aliàs enim cerebrum debilitat, & in hoc affectu summè noxia est.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO XIV
de
ægro convulſo.
HISTORIA.

ADOLESCENS bonæ indolis, XVI. annorum, ſtaturæ mediocris gracilis, temperiei phlegmaticæ, natus parentibus valetudinariis, adſuetus ambulationi vehementiori ac motui corporis immodico, in victu inordinato laureolam quærens, variis cibis, vario potu delectatus, carnes fumo induratas bovinas, ſuillasque in deliciis habens, anno XII. morbillis correptus, quos propediem hæmorrhagia excepit levis, ſine tamen imbecillitate virium perſeverans. Cum fluxum hunc parum æſtimaret, & magis indulgeret moribus vulgi, quàm medicorum conſiliis: ille de die in diem augebatur, & quotidiè ferè biennii ſpacio uncias ſex & ultra ſanguinis excrevit. Tandem neceſſitas coëgit ægrotum remedia nobiliora ſanguinem ſiſtentia in uſum revocare. Sublatâ igitur medicamentis legitimis hæmorrhagiâ, elapſis aliquot hebdomadibus, tempore hyemali tentatur CONVULSIONE, quam per annum inſigni cum moleſtiâ experitur. Spaſmus hic mandibulam patientis inferiorem inſolito occupavit robore, & anxietate fermè inexpugnabili ejus invaſit diaphragma, ut difficulter reſpiret, adeò etiam, ut præ anxietate digitos ſibi ipſi ori infertos quaſi mordeat: noctu itidem valdè opprimitur totum corpus, venter inſtar tympani reſiſtit tangenti manui, tota ejus tremit ſtructura: pulſus deprehenditur debilis, parvus, durus, ſudor tranſpirat mephiticus; poſt aliqualem convulſionis remiſſionem præ laſſitudine loqui nequit, donec per temporis intervallum vires quodammodò fuerint reparatæ: ſæpiſſimè quoque flatus cum fœtore intolerabili ab adſtantibus percipiuntur, quod ſi etiam æger motum inſtituit nimium *Relatio*

Digitized by Google

mium, oppidò succedit hæmorrhagia narium ingens, quæ non facilè sisti potest: Æger pejora mala metuens, accedit medicum, petit auxilium.

RESOLUTIO.

Ἰδέα τοῦ πράγματος, παρὰ φύσιν, Convulsio est vera.

AFFECTUS est convulsio, *σπασμὸς* Græcis dicta, *ἀπὸ τοῦ σπάω contraho.*

Convulsio est VERA legitima, spasmus proportionatus ad materiam ab Avicennæ interpretibus appellatus; Maxilla vitiatam semel semper servat figuram, detortis oculis instar trunci quiescit.

Non est SPURIA, in quâ membrum quidem contrahitur, sed alternatim, motu celeri, frequenti, rursum extenditur, & dicitur spasmus non proportionatus ad materiam.

Adesse hanc patet ex signis essentialibus,

CONVULSIONEM hanc signa infallibilia in historiâ enumerata patefaciunt ac produnt. Illa petuntur *ἀπὸ τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων, ab essentialiter inhærentibus, & postessentialibus, causis & similitudine.*

Motus iste maxillæ & oculorum perversus neminem latet.

RESPIRANDI insignis adest difficultas, tremor dolorque circa cervicem.

causis,

CAUSA antecedens itidem talis fuit, quæ facilè introducere potuit hunc morbum, sanguinis evacuatio satis evidens ac nimia ad hunc disponit affectum. *αἵματος*, inquit *Cous 5. aphor. 3. πολλοῦ ῥυέντος, σπασμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.*

similitudine.

SIMILITUDO eundem non parùm detegit, nam antè annum similem vidi ægrotum, in quo eadem symptomata, eædem causæ aderant, qui medicorum judicio habebatur pro *σπασμώδη.*

Magna est convulsio.

Magnitudo huic affectui adest, tum *κατ' ἀξίωμα τοῦ μορίου πεποιθότος, secundum dignitatem partis* & actionis læsæ, tum *κατὰ διάθεσιν secundum dispositionem.*

Est symptoma.

Hunc spasmum ad SYMPTOMATA referendum esse censeo, & quidem ad MOTUM DEPRAVATUM ab irritatione

ctum

Digitized by Google

factum. Irritatur primò facultas naturalis, deinde ei succedit animalis; depravatur etenim actio musculi tam naturalis, ad quam τῇ φύσει κατὰ τὴν σωματικὴν festinat, quàm etiam animalis, ad quam à facultate κατὰ τὴν διοίκησιν excitatur.

PARTEM AFFECTAM detegere operæ pretium esse duco, nam cognitâ probè illâ, facilè succedet medendi ratio, neglectâ verò eâ, omnis labor suscipitur irritus. CEREBRUM illa est, & potissimum ea pars medullæ spinalis, ex quâ oriuntur nervi. Nervi siquidem facultatem & spiritum ad motum necessarium cerebro deferunt, ipsi verò non proximè movent. *Pars affecta.*

CEREBRUM præsentis ægri non afficitur per πρωτοπάθειαν, cum accessio non sit præceps, sed eam præsentiat æger, & interdiu patiens spasmo, quantum possibile, vigilantiâ suâ resistat, sed per δευτεροπάθειαν, ob consensum partium inferiorum ipsi cerebro noxam suam communicantium. Ascendunt maligni & corrupti humores agmine velut ex infimâ corporis regione, comprimentes diaphragma, postmodum unâ cum rubini vitalis tincturâ beneficio circulationis ad ipsam sapientiæ arcem deducitur.

CAUSÆ convulsionum tres circumferuntur: repletio, inanitio, irritatio. INANITIONEM non nemo hîc accusare posset, ob sanguinis è naribus fluxum copiosum. Ut lyræ chordæ ob immodicam aeris siccitatem tenduntur & breviores fiunt, ita & nervi in musculos maxillæ infernæ inserti breviores fieri queunt, ab exhausto tensi. Sed similitudo non satisfacit. IRRITATIO commodior videtur causa. *Causa immediata irritatio.*

Irritatur namque nervosum genus: facultas animalis in consensum trahitur & ad motum incitatur.

MEDIATA PROXIMIOR sunt humores pituitosi ex prædominio, & serosi ex subdominio. Peccant hi QUANTITATE tum molis, tum virium ratione, QUALITATE manifestâ vel occultâ. *Mediata proximior.*

Non GENERANTUR in cerebro ob læsam facultatem ab aliquâ intemperie, sed extra cerebrum à totius constitutio- *Generatio humorum.*

Digitized by Google

Motus

tutione cacochymicâ pituitosâ, serosâ in visceribus primæ & secundæ coctioni destinatis eò mandantur.

MOVENTUR per *ῥευματισμὸν, ἐπίχυσιν καὶ ῥύσιν, fluxionem* ad cerebrum debile per arterias partim pulmone inferiorum partium robustiorum, & superiorum, narium nimirum, quæ non amplius sanguinem recipiunt, partim etiam attractione. Occasionem fluxioni dedit etiam humorum naturalis propensio & præternaturalis à fermentatione orta inclinatio, quin etiam διαχώρησις & à mixtionis modo secessio, seu cruditas hic suam stationem defendere potest, exorta à plenitudine.

Chimicorum sententia.

CHIMICI accusant Mercurium sale acetoso imprægnatum. Sed de talibus tutius in cathedrâ, quàm ponè grabbatum ægri disputatur, ubi curationis, non scholæ est palæstra.

Causæ remotiores:

MEDIATA causa REMOTIOR humores tales generans est varia atque diversa:

naturales,

I. NATURALIS. Ansam humoribus generandis non levem præbuit TEMPERAMENTUM frigidum, humidum, phlegmaticum, impediens, quò minus calidum innatum & humidum primigenium humores influentes repellere & influxos consumere valeant. Illud immane quantum ac horrendum malum ÆTATE puerili non persensit, de quâ alias *Hippocrates 3. aphor. 25.* loquitur. Ratio est, quia ante hoc temporis spatium non multum erroris in rerum nonnaturalium usu commiserat.

Nonnaturales.

II. NON NATURALES inter causas primum obtinet locum AER HYEMALIS, quia hyems omnium maximè horum vitiorum ferax est. Leges MOTUS & QUIETIS, SOMNI & VIGILIARUM sæpe fuit transgressus. Τῶν προσφερομένων oblatorum inordinatus usus cruditatibus ansam præbuit. Ut amplâ lignorum strue ignis, ita largâ esculentorum solidorum & potulentorum ventriculi calor obruitur. Multiplices & facultate dissimiles cibi magnam ubique excitavere turbationem.

Præternaturales.

III. RES PRÆTER NATURAM, MORBILLI antegressi, ægri vires valdè prostraverunt, nec non nimius FLUXUS

NARIUM

Digitized by Google

NARIUM SANGVINEUS, partim ab *ἀναστομώσει*, partim διαπηδήσει introductus. Singulis enim fermè diebus uncias ſex & ultrà ſanguinis excrevit. A copioſo autem ſanguinis fluxu ſingultum & convulſionem naſci, tradidit *Hippocrates 5. aphorismorum 3.*

Ex his cauſis prognatus affectus, non mirum, quod gravibus his ſit ſtipatus ſymptomatibus, quorum cauſæ reddendæ ſunt, ne fortuitò eveniſſe videantur. *Symptomatum ratio.*

I. MAXILLA INFERIOR ſuperiori adeò arctè adnectitur, ut neque vectibus, neque cuneis facilè deduci poſſint; adeſt involuntaria muſculorum retractio cum immobilitate in contrarium. 1.

Adſcribi hæc convulſio poteſt irritationi facultatis expultricis non circà principium nervorum, quà ſextum par oritur, aliàs omnes partes à nervo illo, qui ſurculos recipiunt, convellerentur, ſed alio in loco, quem nec determinare, neque cauſam particularis hujus convulſionis reddere facile eſt: quemadmodum nec, cur, grandinibus plumbeis minoribus ultrà centum ſclopo immiſſis circà malleolum exploſis transfoſſus, convulſus perierit maxillâ infernâ, ut os aliquot dierum intervallo aperire nequiverit. Natura latere vult multa, ut major ſit eorum ex occulto auctoritas & admiratio.

II. CONVULSUS diſtortis oculis inſtar trunci adſtantes intuetur, ob nervorum motoriorum in oculi muſculos inſertionem. Sanè triſte præſentibus præbet ſpectaculum. 2.

III. RESPIRATIO præſtò eſt difficilis, anhelitusque ſuſpirioſus ob diaphragmatis cum cerebro conſenſum, & quod comprimatur à vaporibus aſcendentibus. 3.

IV. FLATUS cum fœtore ſæpiculè intolerabili tàm ab ægroto, quàm præſentibus percipiuntur, ob corruptionem fecum. 4.

V. PULSUS reperitur debilis, parvus ac durus, ob cordis imbecillitatem, & vitalis flammæ ſuffocationem. 5.

Hæc de eſſentiâ affectus, cauſâ & concomitan-

tium symptomatum origine dicta sufficiant. Ex his quid de hoc affectu boni vel mali augurandum sit, facilè conjicere licet.

Prognosis. PROGNOSIS ob sollicitam parentum sollicitudinem de eventu consideratu digna.

1. I. SALUTIS ac MORTIS. Maximum ac ferè insanabile malum est CONVULSIONIS illa species, quæ tetanus vocatur ab *Hippocrate 5. aphor. 6.* At talis non est affectus ægri nostri, sed particularis ac συμπαθικός. Interim non omni caret periculo, cum à copioso sanguinis fluxu convulsio omnis vocetur à *Coo 7. aphor. 9. & 5. aphor. 3. κακὸν malum.*

2. II. Essentialis BREVISSIME ut suum absolvit terminum tetanus, autore *Hippocrate 5. aphor. 6.* ita per consensum cum offendat, in longum protrahetur. Biennii curriculo jam ægrum nostrum detinet, nec etiamnum spes ulla liberationis, aut convalescentiæ terminus ullus apparet.

3. III. MODUM EVENTUS si quis scire desideret, notamus, ægros tales EPILEPTICIS insultibus & convulsionis specie universali cum suffocatione perire solere.

Curatio. CURATIO nititur duobus fontibus generalissimis: rebus secundùm naturam, quæ sunt tres, sanitas, causa sanitatis, & actiones; & rebus præter naturam, quæ sunt morbus, causa & symptoma. Ex primo fonte promanat indicatio vitalis, ex secundo curatoria & præservatoria.

Indicationes. 1. I. CURATORIA symptoma ipsum, convulsionem auferre jubet.

2. II. PRÆSERVATORIA respicit causam, quâ solâ sublatâ cessat sæpius effectus. Ad hanc etiam pertinent secundaria symptomata.

3. III. VITALIS tùm partis affectæ cerebri, tum totius corporis naturalem tonum & facultates integras restituendas aut conservandas attendit, illius quidem per medicamenta, hujus verò per convenientia alimenta.

Materia Quemadmodum verò nullus artifex sine certis instrumentis finem suum assequi potest, ita his in hujus affectus cura-

curatione opus habemus. Eligenda autem sunt, quæ citò, tutò & jucundè medentur. Instrumenta illa sunt, materiæ præsidiorum, & depromuntur ex usitatis fontibus.

I. CHIRURGICUS primus fons est. 1. VENÆ SECTIO, sanguinem ex venâ proliciens, τὸ ἐκ τῶν βοηθημάτων μέγιστον ἡγεμονικὸν βοήθημα, *maximum auxilium, principem obtinet locum* in ægro nostro, peccat enim hic sanguis, ut causa principalis. Minoratâ ergò plenitudine sanguinis, impeditur in ægro nostro ejus vitium in quantitate & qualitate, καὶ ὀργασμοῦ, ζέσεως, καὶ διαχωρήσεως motu. *chirurgica. 1. Venæsectionis* *Indicatio.*

PERMITTITUR venæ sectio à virium statu mediocri & singulari ἰδιοσυγκρασίᾳ ægri, qui tot hæmorrhagiis non fuit è medio sublatus. *Permissio.*

RECTA administratio respicit 1. QUANTITATEM. Liberalis illa potest esse, intuitu prioris tolerantiæ. Si unâ vice vires largam non ferant, per intervalla est educendus sanguis. *Administratio.*

TEMPUS commodum, quod liberum est à paroxysmo, horis matutinis. Locus eligi potest in brachio. Aperiri potest ἡ δὲ φλὲψ ἐν ἀγκῶνι, *vena cubiti* dextri mediana, post aliquot septimanas etiam cephalica, matutinâ nonâ, adsumpto prius jusculo. *Tempus.*

2. CUCURBITULÆ sanguinem ex venâ & arteriâ simul prolicientes, brachiis & scapulis applicatæ, succedaneæ esse queunt. *2. Scarificatio.*

3. VESICANTIA succum à sanguine diversum educentia in usum veniant, quæ artubus apposita in cutis efflorescentiâ, excitant ampullas. His ruptis humor evacuatur, superponendo folium hederæ aut brassicæ. *3. Vesicatoria*

4. INSENSIBILITER FRICTIONES extremorum discutiunt humores, revellunt etiam materiam à partibus nobilioribus ad ignobiliores, vaporesque hunc morbum producentes eliciunt. *4. frictiones.*

II. Cum verò hæc pro morbi debellatione non sufficiant, alterum materiæ medicæ fontem PHARMACIAM aperiemus, & inde manantes rivos ægro delibandos propinabimus. *Pharmaciæ propinas*

bimus. Sunt autem duo maximi ex illâ scaturientes fluvii, quorum unus medicamenta universalia, alter particularia exhibet. In priore quasi se offerunt

lenientia. LENIENTIA. Videntur verò hic maximè primum obtinere posse locum CLYSTERES, qui corpus à sordidis humoribus probè purgare possunt, in ipso etiam paroxysmo.

Clysteres. ℞. *radicis bryoniæ* ℥ß, *acori veri* ʒij, *fol. paralyseos, melissæ, chamæpithyos, beton.* a. Mß, *seminis lini* ℥ij, Coq. in 🜄 font. q. s.
In colaturæ ℔j solve *mellis rorismarini* ℥iß, *electuarii hieræ picræ Logadii* ℥ß. *bened. laxativæ* ʒij.
M. F. Clyster.

Aliud enema.

℞. *radicum acori veri* ℥ß, *pæoniæ* ℥i, *herb. parietariæ, betæ, mercurial. beton. salv.* a. Mj, *florum primulæ veris, chamæmeli* a. p j, *seminis anisi, rutæ* a. ʒij, Coq in s. q. aq. font. simpl, In Colaturæ ℥xiv solve *electuarii hieræ picræ Logadii, olei rutacei cocti, mellis rorismarini* a. ℥ß, *salis gemmæ* ʒj. M. F. Clysma.
D. in vesicâ & applicetur calidè cum canali.

Glandes. Si clyster debito tempore non reddatur, glande alvus proritetur sequente:

℞. *pulveris hieræ picræ Gal.* ℈ß, ⊖ *gemmæ* g̃. vj, *mellis cocti & despumati q. s.* M. F. l. a. Suppositorium. Instilla huic *olei carvi* gt. iij. Applica.

Pulvis. PER OS etiam exhiberi possunt lenientia, imò etiam, si illa molesta, leniter purgantia.

℞. *crystallorum* ♀*ri, pulv. gialap. resinosi* a. ℈ß, *elæosacchari cinamomi* g̃. vij. M. F. Pulvis.
S. Kindpulver.
Exhibeatur in cochleari juris pulli, inchoato prandio.

PRÆPA-

PRÆPARANTIA sequuntur:

℞. *sirupi de stœchade, mellis rosati* a. ℥ß, *aquæ betonicæ, salviæ* a. ℥j, *cinamomi* ʒj. M. F. Potio pro duabus dosibus. *Potio.*

℞. *sirupi pæoniæ, de betonicâ, hyssopo* a. ℥ß, *spiritus* ⊕li gt. vj, *aquæ stœchados Arabicæ, liliorum convallium, anthos* a. ℥j. M. F. Julebus pro tribus vicibus. *Julepus.*

PURGATIO sequitur valdè necessaria. Ex sequentibus verò formulis aliquam seligere poterit æger. *Purgantia.*

℞. *decocti rad. v. aper.* ℥j, *sirupi de IV. flor. cord.* ℥ß, *extr. rhab.* g̃. vij, *resinæ gial. cum* ♉ *in mort. triti* g̃. XIV, *elæosacchari fœniculi* g̃. iij. M. F. Potiuncula.

℞. *rhabarbari Alexandrini* ℥j, *gialappæ* ʒiß, *agarici albi recenter troch.* ʒiij, *cinam. zing.* a. ℈ß. Concisa contusa consuantur in sacculo. S. Species zum Laxier-Bier.

℞. *pulveris radicis gialappæ* ℈j, *magist. gum. guttæ* g̃. ij, *elæosacchari anisi, citri* a. g̃. iij. M. D. in chartâ. S. Purgier-Pulver. *Pulvis.*

℞. *extracti catholici,* MP. *cochiarum* a. g̃. viij, ☍ *still. succini albi* gut. j. M. F. Pilulæ n. IX. *Pilulæ.*

℞. *extracti M. P. aurearum, arabicarum* a. g̃. vij, *magisterii radicis gialappæ* g̃. iij, ☍ *still. major.* gt. ij. M. F. Pilulæ Num. vj.

℞. *radicis gialappæ pulverisatæ* ℈j, *dacrydii* g̃. ij, *cinamomi acuti* g̃. IV, *sirupi violarum q. s.* M. F. Bolus. D. S. Laxier-Zucker. *Bolus.*

℞. *conservæ violarum, rosarum recentium* a. ℈j, *scammonii* ♀*ati* g̃. x, *fol. senæ alexandr. s. st.* ℈j. *Cum sirupo cydonicorum.* F. l. a. Bolus. S. Purgier-Zucker.

Vomitoria. VOMITORIA legitimè uſurpata non minorem de ſe ſalutis ſpem promittunt, ſummisque extolluntur præconiis, præcipuè in abundantiâ humorum, qui circa ventriculi partem ſuperiorem reſtagnant. Si igitur in ægro noſtro materia versùs ſuperiora vergere animadvertatur, ſequentibus eam educere tentabimus.

Pilulæ. ℞. *extracti aſari* g. vj, *mercurii vitæ* g. ij, ☍ *zedoariæ* gut. j. M. F. Pilulæ n. vij. D. S. Brechpillen auf einmahl.

Bolus. ℞. *conſervæ roſarum* ℈ij, ♀ri *emetici Mynſ.* g. v. M. F. Bolus. S. Brechzucker.

Potio. ℞. *aquæ raphani, nucum viridium* ā. ℥ß, *pulveris radicis aſari* ℈j. M. D. S. Brechwäſſerlein / des Morgens zu gebrauchen.

℞. *aquæ meliſſæ cum vino* ℥ß, *cinamomi* ʒiß, *benedictæ Rulandi* ʒij, *croci metallorum* g. ij. M. D. S. Speywäſſerlein.

Diaphoreſis. DIAPHORETICA hic fortè non erunt ex uſu.

Diureſis ſpem promittit. IN DIURETICIS fiducia major. In crebro uſu ergò ſit *ſpiritus* ⊖*li, eſſentia diuretica Rolfinciana.*

Alterantia. AD ALTERANTIA & CORROBORANTIA his præmiſſis veniendum, atque præcavendum, ne plus materiæ ad fovendum affectum generetur. Siſtimus ergo

1. interna. I. INTERNA OFFICINALIA, *theriacam, mithridatium.* Multi commendant *confectionem Anacardinam* eo nomine, quod febrim excitare valeat, crebriùs exhibita. Febrim autem ſanare convulſiones tradidit *Hippocrates* in genere *2. aphor. 16.* & *4. aphor. 57.* in particulari autem in puerperis *2. epid. ſect. 5. t. 8.* Acutam autem hanc febrim eſſe debere docet *1. porrhet. comm. 2. t. 8.* Vera ſententia eſt, confectionem hanc quidem convenire, ſed non febris excitandæ ſcopo. Ob evacuatum ſanguinem per nares excitata ſiccitas impedit. Deinde facilius eſt excitare febrim, quàm ejus noxas impedire.

℞. con-

Digitized by Google

℞. *conserv. fl. paeon. beton.* a. ℥ij, *rosar. rubr.* ℥ß, *Electuarium.*
confectionis hyacinthi ʒiij, *specierum marchionis* ʒß,
fecula paeonia ℈j, *sirupi berberum, succisae* a. q. s.
M. F. Electuarium, de quo aeger ad lubitum capessat tuberculo nucis castaneae.

℞. *cons. rorism.* ℥ß, *majoran. buglossae, primulae veris* a. ʒv.
caulium lactucae in Italiâ cond. pyror. moscatell. a. ℥iß,
radicis paeoniae pulv. a. ℈ij, *nucis mosch. cond.* ʒj.
M. cum sirupo paeoniae. F. Electuarium.

℞. *confectionis hyacinthi* ʒß, *specierum diatr. sandal.* ʒj, *Rotulae.*
corall. rubr. ppt. ℈j, *sacch. optimi aq. paeon. sol.* ℥ij,
F. l. a. rotulae. Dentur in scatulâ. Dosis vj.

℞. *rad. vincetoxici, helenii, succisae, caryophyll., paeon.* a. ℥ß, *Pulvis.*
baccarum lauri ʒij, *summitatum salviae, serpilli,*
florum rorismarini a. ʒj, *spec. dia moschi dulcis.*
Πλήρης ἀρχοντικός *principale eximium implens*
jungatur ad ℈ij, M. F. Pulvis D. S. Kriebel-Pulver.

℞. *rad. succis. caryophyll. paeon. zedoariae, helenii* a. ʒj,
baccarum lauri, summitatum salviae, serpilli,
betonicae, chamaedryos, chamaepithyos a. ʒß,
florum anthos p. j, *specierum diamoschi dulcis,*
dianthos, laetificantis Galeni a. ℈ß, *sacch.* ℥ij.
M. F. Pulvis subtilissimus. D. ad scatulam S. Pulver gegen den Krampf.

De hoc sumat aeger quotidiè ʒß, matutinis horis, in jure pulli vel *aq. paeoniae aut salviae.*

℞. *specierum dia rhodων abbatis* ʒj, *diamarg. frig.* ʒß,
sacchari rosati tabulati ℥ij. F. s. a. Tragema.

℞. *spec. aromat. rosati* ʒj, *diamoschi, diambrae* a. gr. xv,
 olei

Digitized by Google

olei still. nucistæ, caryophyllorum a. gt. ij, *sacchari rosati tabulati* ℥iiß. M. F. l. a. Tragema, manè & vesperi antè mensam sumendum.

Horum omnium remediorum diligens usus ægro magnum afferet levamen.

2. *Externa.* II. TOPICA non intermittenda sunt, utpotè quæ partibus resolutis ad calorem & spiritus revocandos egregiè conducunt.

Wilhelmus Davissonius Christianissimi Galliarum regis olim, nunc Serenissimarum Poloniæ & Sueciæ Majestatum archiater, in adumbratione prodromi commentarii ad medicin. Severini, oleum terebinthinæ, succini, & de lateribus summis extollit encomiis, ex quibus sequens linimentum fortunato cum successu concinnari poterit:

Unguentum. ℞. *unguenti martiati* ℥j, *aregonis* ʒij, *ol. vulp. terebinth.* a. ʒß, *still. succin.* ℈j, *rorism.* ℈ß. M. F. Linimentum. Hoc inungatur tota spina.

Olea. ℞. *ol. castor.* ʒij, *de laterib. tereb.* a. ʒß, *still. rorism.* ℈j. M. D. ad vitrum augusti orificii. S. Sonderliches Oel gegen den Krampf.

Pòst præeunte levi frictione cum pannis calidis, spinalis medulla, manus, pedes & loca affecta illinantur calidè spiritu sequente:

℞. *elixir vitæ optimè rectificatæ Zwelferi* ʒij, *theriacæ, mithridatii* a. ℈j, *olei gvajaci rectif.* ℈ß. M. diligenter ad vitrum.

Post illitam aquam peragatur frictio cum oleis insequentibus:

℞. *olei lumbricorum terrestrium, nardini, costini* a. ʒj, *rutacei* ℈ß, *destill. salviæ, succini* a. gt. vij, M. D. ad vasculum. S. oleum contra convulsionem.

Digitized by Google

RIVERIUS sequens linimentum *libro primo prax. cap.* VI. *& in observationibus communicatis observ.* 8. *pag.* 262. ceu remedium divinum commendat: *Linimentum.*

℞. *butyri rancidi, lardi veteris* a. quart. j,
bdellii, ammon. a. ℥j, *myrrha, castorei* a. ʒiij.
florum stœchados, anthos a. p. j,
nucis moschatæ, caryophyllorum a. ʒj,
Catum parvum exenteratum, excoriatum & in frusta concisum.

His infarciatur anser & consuatur, torreatur in veru, primus qui defluet succus abjiciatur, secundus colligatur in vase aceto semipleno, eoque illinantur partes convulsæ & tota dorsi spina.

CUCUPHA cerebrum corroborans convenit. *Cucupha.*

℞. *radicis ireos florentinæ, ligni rhodii,*
styracis calamitæ, benzoinæ resinæ a. ʒij,
flor. rosar. rubr. p. j. *caryophyllor. cinamomi,*
ladani a. ʒj. M. F. s. a. Pulvis pro cucupha.

AN AQUÆ FRIGIDÆ AFFUSIO, *ab Hippocrate* 5. *aphor.* 25. commendata, eaque larga, hanc infernæ maxillæ convulsionem sublevare queat, dubitatur. *aqua frigida.*

Ad BALNEA, sin omnibus istis usurpatis felix eventus non respondeat, deveniendum. Commendamus nostro ægroto THERMAS, & quidem præter Badenses, Helvetiorum, Embdenses, Wisbadenses aut Meldingenses. Interim patiens toto morbi decursu diætam observet legitimam, quam paucis delineabimus, quâ neglectâ cætera pleraque frustra assumuntur. *Balnea.* *Thermæ.*

DIÆTA in tres dispescitur classes, vitalem, naturalem & animalem. *Diæta.*

Agmen in fonte diætetico VITALI ducit AER. Si fieri potest, eligatur purus, in caliditate & siccitate moderatus. *Ita Phyllidius comicus:* *Vitalis.*

Μέγιςον ἐςὶν ὑγιείας μέρος,
Τὸ τὸν ἀέρ' ἕλκειν καθαρόν.
Sanitatis pars est hæc potissima,
haurire purum spiritum, non turbidum.

Hinc aër conclavis, in quo commoratur æger, *baccis juniperi, mastiche, thure* &c. alteretur. Contrà quantum fieri poterit, vitet aërem pluviosum, solem torrentem radiosque lunares.

Naturalis, IN NATURALI diætâ VICTUS calefaciendi & attenuandi vim habeat, condiaturque *cinamomo, caryophyllis, nuce moschatâ,* aliisque aromatibus: toto verò morbi decursu cibo sese æger non oneret. CIBI sint boni succi, facilisque digestionis, contrà ab omnibus cibis frigidis & humidis, flatulentis, ut & à lacte omnibusque lacticiniis abstineat æger. POTUS, vinum, quolibet morbi tempore moderatè sumptum ὀλιγοφόρον convenit. Utiliter & sequens decoctum assumere potest:

℞. *radicis acetosæ, fragariæ* a. ℥iij,
glycyrrh. rasæ ℥ij, *C.C. ust.* ℥ß, *sem. anisi* ℨj.

Incisa coquantur in aq. font. pro duabus mensuris potûs ordinarii.

Animalis. IN ANIMALI diætâ MOTUS & QUIES se invicem excipiant moderatè. SOMNUS & VIGILIAE non excedant modum. ALVUS quotidiè respondeat voto, aliàs medicamentis leniter purgantibus irritanda. AFFECTUUM animi maxima habeatur ratio. IRA & TRISTITIA vehemens fugiatur: illa magnam spirituum ebullitionem parit, hæc calorem imminuit nativum, spiritusque animales consumit, undè multi humores proveniunt. VENUS tandem agmen claudit. Est ea cane pejus & angue fugienda. Illam nervis & spiritibus maximè esse infensam, lippis & tonsoribus notum. Nec audiendus Peduanus, de quo non nemo refert jucundam, sed aliquantò impuram historiam. Ille siquidem varia morborum genera avertebat juvenculæ cujusdam nudæ octodecim annorum, bonæ habitudinis amplexu. Verùm qui ad talem accedit ignem, videat juxta *Terentium,* ne incalescat plus satis.

CON-

CONSULTATIO XV,
de
Affectu inter apoplexiam & epilepsiam medio.
HISTORIA.

Vir annorum LXIV, temperamenti calidi & humidi, venis latis turgentibus præditus, curis rei familiaris valdè oppressus, variis in diætâ erroribus indulgens, ab irâ incalescens non rarò correptus fuit impotentiâ loquendi, cum motu cadendi in terram, adeò ut sessum capere cogeretur. Aliquandò vehementer perterrefactus, à suborto incendio, post largiorem cœnam convivalem ebrius, horâ 12. noctis, eâdem molestiâ affligi incipit, cum molesto vomitu vini adhuc crudi, ciborum biliosis excrementis permistorum & obmutescentiâ, clauso ore, nullâ spumâ apparente circa os, nullo stertore exaudito. Refectus idoneis præsidiis intra spatium 12. horarum à paroxysmo liber evasit. Interim non vixit immunis ab omni insultu, sed pavoribus nocturnis sæpè expergefactus ex alto & profundo somno, lassitudines magnas persensit, brevi tamen in somnum relapsus, tranquillè reliquum noctis dormit. Anxius valdè præservationis ergò assumit nonnunquam pilulas capitales, & in quotidiano usu habet rotulas antiepilepticas ex pulvere Marchionis, cum speciebus antapoplecticis confectas, confisus se hoc modo benè habiturum. Verùm occurrentibus quotidiè novis curis, animo valdè dejectus, brevi post elapsum novilunium inopinato casu in terram procidit, inventusque est à servis quodammodò paralyticus dextro latere, sinistrâ manu & capite, oculisque, maxillâque cum stridore dentium, motibus convulsivis hinc indè adhuc per vices distractis. Mox prolatis tribus aut quatuor verbis indistinctis & inarticulatis obmutuit. Tertio die *Historica relatio.*

Digitized by Google

die pòst obiit. Quæritur, quis sit affectus, & quid in simili casu agendum sit?

RESOLUTIO.

Ἐξήγησις. 1. *Species affectus.* AFFECTUM præsentem referendum esse inter morbos facultatis animalis, satis patet ex actionibus læsis, quæ ab animâ dependent, sensu videlicet imminuto, & motu depravato.

Cogitantibus autem de specie ejusdem, quænam sit, idem accidit, quod in trivio constitutis, qui locorum ignari, quam semitam insistere debeant, nesciunt. Ita in diversas sententias distracti sunt viri clarissimi, qui curæ astiterunt.

est ἀφωνία. Tandem tamen placuit, eundem commodissimè appellari posse *ἀφωνίαν*, seu obmutescentiam, sumtâ voce *ἀφωνίας* eô sensu, quô illam accepit *Hippocrates*, dum *τὰς ὁπωσοῦν καρωμένους, quocunque modo caput gravatum & attonitum habentes*, *ἀφώνους mutos* vocat, ut adnotavit *Galenus 5. aph. 5.*

Duplex est obmutescentia, vel ab externâ forti causâ, ebrietate, quam descripsit *Hipp. 5. aphor. 11:* altera sine forti externâ causâ, quam descripsit 4. de *ratione victûs acutorum.*

Adfuit in primâ invasione illa species *ἀφωνίας* seu *obmutescentiæ*, de quâ loquitur *Hipp. 5. aphor. 5.* & *2. de morbis t. 40.* quia repletus cibo & potu derepentè obmutuit, & intrâ tempus, quô solvi solet crapula, vocem recuperavit. In altero paroxysmo adfuit illa species, de quâ loquutus est *Hipp. 4. de rat. vict. acut. text. 32.* quia derepentè obmutuit sanus absque occasione, seu forti aliquâ causâ.

Species ἀφωνίας. Cum autem *Galenus, comment. de rat. vict. acut. 4. text. 23.* moneat, *ἀφωνίας* seu *vocis carentiæ* appellationem communem esse epilepsiæ, apoplexiæ & syncopi cardiacæ, non immeritò dubitari potest, an potiùs sit vocanda epilepsia, an apoplexia, an verò sit affectus mistus ex utroque?

Non est simplex epilepsia: Nunquam assentiri potuimus illis, qui simplicem epilepsiam, qualis nuper natis accedere peculiariter solet, esse

esse voluerunt. Neque vocari potest propriè dicta apoplexia, qualis in paralysin terminari solet, verùm mistus est affectus ex utroque, & similimus illi morbo, cujus meminit *Spigelius lib. 2. de semitertianâ cap. 16.* qui in Pannoniâ frequens oritur, & ab Austriacis & Stiriis Timor appellatur, inter apoplexiam & epilepsiam quodammodò ambigens, in quo cadunt, veluti apoplectici, sine sensu, non tamen motu privantur, neque tamen convelluntur, ut epileptici, aliquandò stertunt; nec tamen discusso morbo paralysin incurrunt. Eodem enim modo noster ægrotus velut apoplecticus sine sensu cecidit, motu tamen convulsivo percitus fuit, non tamen ejus generis, qualis in epilepticis advertitur. Ad apoplexiam tamen propiùs quàm epilepsiam accedit affectus, quemadmodum etiam apoplecticus æger noster interiit. *nec propriè dicta apoplexia, sed affectus mixtus.*

Videtur idem esse affectus, quem graphicè descripsit *Petrus Salius Diversus de aff. part. cap. 2.* & apoplexiam à sanguine vocat. *Apoplexia à sanguine.*

LOCUS AFFECTUS adæquatus est totum corpus, quod erectum stare nequit. Afficitur etiam ventriculus in vomitu. PRINCIPALITER afficitur regia mentis via, cerebrum, actionum animalium πρῶτον δεκτικὸν καὶ αἴτιον. *Locus affectus principalis, cerebrum:*

Afficitur cerebrum totum ratione denominationis, ratione inhæsionis autem secundùm certam aliquam partem, quæ qualis sit, non adeò clarum.

Nostra sententia est, in hoc affectu misto ex apoplexiâ & epilepsiâ non affici ventriculos nec superiores, nec medium, nec postremum. Nec affici primariò SPIRITUS ANIMALES, torpidosve reddi, sed affici vasa, sanguinem arteriosum ad sinus vehentia, & ex iis ad venas revehentia. *non secundum ventriculos, non spiritus, sed vasa.*

CAUSA IMMEDIATA est INTERCEPTIO ἀπόληψις vasorum, quam proposuit *Hippocrates loco citato 4. de rat. vict. acut. text. 23.* ubi ait: Quod autem quis derepentè obmutescat sine causâ manifestâ, id venarum interceptiones occlusionesque faciunt. Estque hæc interceptio circulatio impedita, non perfecta, qualis in apoplexiâ à sanguine, sed imperfecta. *Causa immediata.*

Digitized by Google

Mediata proximior. MEDIATA PROXIMIOR causa, quæ interceptionem inducit, & circulationem impedit, est SANGUIS QUANTITATE, & copiosâ suâ MOLE cavitates vasorum intercipiens & occludens, & QUALITATE irritans.

GENERATUR copiosus sanguis hic à plethoricâ constitutione.

MOTU circulari præternaturali nimio, peccans sanguis, subortâ quâdam ζέσει καὶ διαχωρήσει *fermentatione* & *segregatione*, ῥύσει καὶ συναθροισμῷ ad cerebrum delatus, per arteriolas, neque per sinus exitum inveniens in venas jugulares, στάσιν & *quietam* fixit *sedem*.

Mediata remotiores, REMOTIORES mediatæ sunt variæ. Hæ partim ad generationem, partim ad transmissionem sanguinis ad caput faciunt plurimum.

1. NATURALES sunt TEMPERAMENTUM totius corporis calidum & humidum, sanguinis feracissimum. Venæ latæ & tumentes, & de temperamento tali, & de sanguinis abundantiâ faciunt fidem.

AETAS FLORENS sanguinis proventum adjuvat.

2. NON NATURALIUM prima est INORDINATA victus ratio: altera AFFECTUUM ANIMI vicissitudo. CURAE exedunt corpus & viscera principalia, cor præcipuè. IRAE crebra exacerbatio humoribus accensis lapsum vitiosum communicare potuit.

Res p. n. RES P. N. ut paroxysmi toties prægressi disponere potuerunt cerebrum ad morbosam hanc impressionem.

Symptomatum ratio. Ex his causis natus affectus, non mirum, quod sequentia comitatum præbentia habuerit SYMPTOMATA.

1. I. LAPSUS subitaneus in terram, compressis medullâ & nervorum principio, quod spiritui animali viam concedit, oritur à distensione vasorum, quæ fit à copioso sanguine.

2. II. OBMUTESCENTIA succedit, nervis linguæ motoriis imprimis compressis.

3. III. CONVULSIONES accedunt, concutiente sese nervorum principio. Cum enim sanguis copiosus ad superiores partes irruit, vasaque replere aliquo modo incipit, natura timens exstinctionem & oppletionem totalem, fortè etiam

Digitized by Google

etiam à qualitate acri sanguinis irritata, insurgit ad ejus propulsionem & discussionem, sicuti in singultu à repletione fieri solet, & eò magis natura ad hoc insurgit, quò magis à repletione vasorum sentit se gravari.

Hoc modo autem concusso & convulso primo principio convelluntur nervi & extrema, hinc oculorum constantia, maxillarum stridor. 4.

Vocem tamen recuperavit excussâ materiâ ex principio nervorum, rursus amisit, sanguine in majori copiâ affluente. Sequitur 5.

PROGNOSIS. Quid in tam gravi affectu sit sperandum, SALUTIS & MORTIS ratione, ipsa morbi forma & species ostendit. Prædictio. 1.

PERICULOSUS est affectus, tum ratione sui, tum partis affectæ. *Λύειν ἀποπληξίην ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δ' οὐ ῥηΐδιον, solvere apoplexiam fortem impossibile, debilem non facilè*, ait *Hippocrates 2. aphorism. 42.* Hic affectus meritò inter *ἰσχυρὰς* FORTES APOPLEXIAS referendus, in quo omnis animalitas collapsa & depravata, nullaque vitæ salus sperabilis. Animalitatis officinam ab utroque affectu, apoplectico & epileptico mistis concuti gravissimum est.

DE LONGITUDINE ex hisce facilè est ferre judicium. Nulla illa erit. Brevi æger vitam cum morte commutabit, Quod & eventus comprobavit, & 2.

MODUS EVENTUS. Quamvis enim natura ultimo quodam conatu tentârit extra pomœria regiæ sedis noxium quod erat, propellere in spinalem medullam, absolvere tamen rem non potuit, sed paralyticum INOPINA MORS è viventium cœtu abstulit. Mortuus autem est non simpliciter apoplexiâ, sed in ultimo agone convulsivis motibus adhuc fuit distractus. 3.

Hic funestus fuit exitus.

Quamvis autem de mortuis inanis sit consultatio, cùm tamen similis casus aliàs occurrere queat, breviter dispiciemus, quomodo vel hic vel alius tractari queat.

Digitized by Google

Curatio. CURATIO duplex est, una in paroxysmo, altera extra paroxysmum.

In paroxysmo. IN PAROXYSMO instituitur, habito respectu ad res secundùm & præter naturam.

Indicationes observandæ. RES SECUNDUM NATURAM, ut SANITATIS parum id, quod superest, causa & accidentia ejusdem, conservari desiderant: PRÆTER NATURAM, ut morbus, causa & symptomata auferri debent.

CURATORIA indicatio affectum p. n. respicit: PRÆSERVATORIA causam, utramque tum per se talem, tum per accidens talem, ut symptomata. Videndum ante omnia, ut sanguinis ad supernas partes motus impediatur: si verò vomitus spontaneus immineat, promoveatur.

VITALIS indicatio respicit naturalem constitutionem cerebri & aliorum viscerum, causamque & accidentia nimirum operationes læsas eorundem.

Materiæ MATERIAE PRAESIDIORUM, quæ his indicationibus satisfaciunt, desumuntur ex communibus fontibus, &

chirurgicæ. 1. I. χειρουργικῶ. VENAE SECTIO omninò videtur necessaria. Hanc insinuavit *Hippocrates 2. epidem. sect. 5. text. 14. cum ait:* Qui derepentè voce privantur, si sine febri sint, sanguinem mittere. Noster hic ægrotus derepentè voce privatus est, & sine febri est. Ergò tutò sanguis mitti debet. Eandem insinuavit *4. de rat. vict. acut. text. 24.*, quo similiter in repentè obmutescentibus ob venarum interceptionem venam brachii dextri internam secare jubet. Additque *Galenus in commentario* rationem, quod velocissimè hæc vena vacuet ex iis, quæ principes sunt, partibus.

Venæ sectioni tantum tribuit *Cornelius Celsus*, ut scribat: Post sanguinis missionem si non redit motus & mens, nihil spei superest; si redit, sanitatis ampla spes est.

JUGULARES venas felicissimè nonnulli aperiunt. Fit apertio, injectô collo ad claviculas vinculo: post operationem vulnus non deligandum, sed emplastro imposito occludendum est.

Hujus

Digitized by Google

Hujus auxilii vi ac potestate interceptiones vasorum seu oppletiones sanguinis copiâ pronatæ, virtutem gravantes, & innatum calorem suffocantes & exstinguentes promtissimè sanantur, & princeps pars caput à sarcinâ humoris lædentis liberatur. Sed difficilis res plena aleæ.

Venæ sectione levatus fuit ANDROPHANES passione apoplecticâ correptus. VII. *epidem. text.* 4. Iterata venæ sectio prodest.

Secari itaque potest, &, *ut monet idem Hippocrates*, sanguis auferendus habitâ ratione habitûs & ætatis, *text.* 15. Et quia noster æger plethoricus valdè est, educi potest sanguis in satis magnâ quantitate ad ℥vj, vel vij. & ultrà.

SCARIFICATAE CUCURBITULAE dubium non est, quin auxilio sint futuræ, quæ & particularem capitis repletionem demere, & quod molestum est, discutere felicissimè possunt. Hoc securo experimento *Rhases* notavit 9. *ad Regem Mansorem*, positâ in posticâ colli parte cucurbitulâ, plurimos se à mortis fauce liberasse. Siccæ sine dubio etiam conveniunt. 2.

CUCURBITULA, cum vel sine scarificatione commissuræ suturæ coronalis & sagittalis applicata, magnum solatium promittit. 3.

FRICTIONES insensibiliter vacuantes, & LIGATURAE extremis applicari possunt fortes. Non tamen diu in his insistendum. 4.

II. φαρμακευτικὸς fons sequitur. VACUETUR idoneis medicamentis corpus cacochymicum. *Pharmaceutica*

CLYSTER injiciatur primò lenis, deindè fortis, primam, secundam & tertiam evacuans regionem. *Clyster.*

℞. *foliorum malvæ, althææ* a. Mß,
centaur. min. origani a. m $\frac{1}{4}$ *primulæ veris* mß,
radicis cichorii, seminum anisi, fœniculi, a. ℥j.
Decoq. in suffic. quant. aquæ. In colaturæ ℔j solve
electuarii dia catholici, dia phœnicῶν a. ℥j,
olei rutæ cocti & expressi ℥ij, *salis gemmæ* ʒij.
Misce. F. Clyster, qui ante venæ sectionem injici potest, nisi alvus suâ sponte dejiciatur.

Digitized by Google

CLYSTER hic ita variari potest, ut sopita & oppressa facultas eò potentius à desidiâ excitetur, ordinariique officii memoria eò promtiùs revocetur.

℞. *radicum angelicæ, ireos* a. ʒiij, *fol. rutæ. calamenthi, puleg. hyssop. cent. min. lauri,* a. mj, *capitum stœch. arabicæ* n. x, *summit. lavendulæ*, miß, *agarici altissimi, pulpæ colocynth. in petiâ ligatæ* a. ʒiij. *gialapii nigri resinosi* ℥ß, *senæ alexandrinæ* ℥ß, *seminis cnici* ʒiij, *croci metallorum in petiâ lig.* ʒj, *florum chamæmeli Romani, summitatum verbenæ.* a. mj, *seminis anisi, pæoniæ, fœniculi, dauci* a. ʒj.
Coq. in suffic. quant. aquæ font. Colaturæ ℔iß. adde *elect. bened. laxativi* ʒij, *dia phœnic.* ℥ß. *dia cathol.* ʒv, *olei rutacei* ℥ij, *salis gemmæ* ʒiij. M. F. Clyster.
In vesicâ cum siphone portetur, & statim sine morâ applicetur.

Si diutiùs debito restiterit, vel extra hunc etiam casum, si usus postulaverit, applicari potest

Suppositorium. SUPPOSITORIUM acre.

℞. *electuarii diacolocynthidos* ʒij, *sem. carvi, rutæ* a. ʒß, *castorei, salis gem.* a. ℈ſ.
Cum melle cocto q. s. F. Suppositorium acre.
Detur in scatulâ oleo inunctum.

Particularis vacuatio. PARTICULARITER CAPUT potenter evacuatur ptarmico in nares sufflato, vel attracto, qui ex solis, conficitur floribus liliorum convallium, pulvere.

℞. *flor. lilior. convall. in umbrâ exsiccator.* q. v.

Arefieri fine in leni fornacis calore, & in pulverem conteri jube minutissimum farinaceum. Hic quantitate ervi majoris in nares inflatus, irritando excitat expultricem potentissimè, præsentaneo juvamento.

CASTOREI pulvere in nares sufflato non pauci ad se revocati.

Neque

Digitized by Google

Neque incongruum est pennæ & plumæ apice oleo succini inuncto nares internas stimulare. Hoc adminiculo sopitos profundissimo caro sæpè excitari observatum.

Quæ medicamenta naribus indita in apoplexiâ non forti, in quâ respiratio integra, feliciter quidem à soporosis affectibus excitant, in fortissimâ tamen apoplexiâ locum nullum habent. Si enim verum est, quod scripsit *Aristoteles libr. de sensu & sensili cap. 5.* animalia respiratione utentia citra respirationem olfacere non posse, hominem tantùm inspirando odorem sentire, frustrà certè hæc sternutatoria adhibebuntur, si vis eorum spiritu attracto ad olfactûs sensorium deferri non potest. Hoc itaque in casu in nares ægroti per canalem sufflando, medicus spiritu suo medicamenta ad membranam narium, verum odoratus organum, propellat, & feliciter excitabit ægrum.

ROBORARI desiderat in hoc naturæ cum morbo conflictu facultas animalis, in consortium adscitis remediis ex *triplici* regno, animali, vegetabili & minerali depromtis, partim internis, partim externis. *Roborantia* 1.

Agmen ducere queunt AQUAE CEPHALICAE, quæ specificâ ingredientium potestate APOPLECTICAE vel EPILEPTICAE dicuntur. 2.

Hoc nomen merentur AQUA CARFUNCULI communiter appellata, quam Imperatorem Maximilianum crebrò in usu habuisse, & magnifecisse dicitur.

AQUA apoplectica AMARA cum vel sine castoreo, Aqua PICARUM.

Hæ quamvis calidæ sint, spiritusque animales conculcatos inordinatè movere, adeoquè interceptionem hanc augere posse nonnullis videantur, in hoc tamen casu cum fructu propinari queunt iteratis vicibus, ori violenter diducto, & cochleari linteo obducto aperto servato, infuso.

LUNA POTABILIS locum habet, ut & TINCTURA LUNAE. 3.

BEZOAR-

4. BEZOARDICUM Dare ad ℈. vj, in aquis appropriatis exhiberi potest.

5. PULVERES alii cephalici, qualis est *Marchionis antiepilepticus*, anchoræ vicem in defectu priorum supplere possent.

6. Vel TALIS nobilior ordinetur:

℞. *magisterii C. C. cum spiritu nitri parati* ℈j,
perlarum, coralliorum, oculorum ♋ a. ℈ß,
ungulæ alcis, cranii humani a. ℈. x,
salis succini volatilis, cinamomi, caryophyll. a. ℈. ij.

Misce, & in vase mundo exhibe pro tribus dosibus in jusculo exhibendis.

7. CORNU CERVI suppeditat medicamenta, quæ cerebrum irritando & roborando paroxysmum abbreviant, videlicet, SPIRITUM & OLEUM C. C.

℞. *spiritûs cornu cervi* ℈. x. Detur in aq. flor. tiliæ.

℞. *olei cornu cervi sale volatili adhuc impregnati* ℈j,
spiritûs liliorum convallium, rosarum ā. ʒß,

Digerantur leni calore fornacis per octiduum, vase hermeticè sigillato. Dosis ℈j cum vehiculo.

Neque horum medicamentorum ullo modo est metuenda caliditas, vi cujus raptum sanguinis ad caput augere queant. Magnificum præstabunt officium, absque eo, quod noxam generosam inferant.

Externa apoplectica acida. EXTERIUS FACIEI inspergi poterunt AQUÆ, apoplectica, contra stuporem, ✝ liliorum convallium.

VERTICI & TEMPORIBUS illini queunt BALSAMUM apoplecticum vulgare vel succini.

LINGUA & PALATUM fricentur theriacâ vulgari Andromachianâ.

NARIBUS admoveri poterit *sal volatile* cornu cervi, vel alcis, adservatum in benè vitro clauso, desubitò aperto.

CIBIS idoneis reficiatur æger.

Hæc sunt potissima capita, quæ in paroxysmo observari potuissent.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO XVI
de
Viro levi apoplexiâ laborante.
HISTORIA.

Species facti.

VIR quidam quinquaginta duorum annorum, temperamenti calidi, & hactenus bonæ valetudinis aurâ fruens, ſedentariæ vitæ, poſtquàm aliquamdiu animum multis curis & vigiliis cruciaviſſet, triſtitiamque quandam tacitè præ ſe ferens, profundis & aſſiduis cogitationibus detentus eſſet, obſtructione inſuper alvi ſæpiùs laboraviſſet, imminente vere ſuggeſtum, nihil mali metuens, ſcandit, habitâque concione jam per horæ ferè ſpatium ad populum, ſubitò in dolorem capitis incidit: objecta ipſi videntur in gyrum verti. Mox ſupervênit abolitio ſenſus, & inprimis memoriæ, quæ adeò in momento imminuebatur, ut ipſius textûs verba ſibi in memoriam revocare non poſſet. Reſpiratio videbatur langveſcere, inæqualis, modò humilis, modò alta, modò crebra, modò rara, non tamen omninò omnis ordinis expers, & lingua ſuum facere officium recuſabat. Domum repetens ſubitò ſudore corripiebatur, & graviori capitis dolore. Rigor & laſſitudo ſumma aderant, unà cum dormiendi cupiditate, & quæ hanc comitabatur, oſcitatione frequenti. Pulſus adeò erat debilis, ut vix notari poſſet. Petit conſilium.

RESOLUTIO.

Affectus apoplexia levis.

PRÆSENTEM, qui nobis hic ſiſtitur, ægrum, apoplexiâ debili excruciari, διαγνωστικὰ παθογνωμονικὰ ab ipſius affectus formâ, eſſentiâ, ut & actionibus læſis petita, tum συνεδρεύοντα ſigna luculenter oſtendunt. Et

1. DOLOR CAPITIS ille inſperatus aliquid mali gravioris imminere oſtendit.

2. vertigo subitanea, prodromus apoplexiæ, dominam hanc subsecuturam minata fuit.

3. sensus abolitio speciem affectus hanc etiam confirmat. Docet senex in cois prænotionibus: Νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι παρὰ τὸ ἔθος γινόμεναι, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον. *Sensus hebetudo & ejus vacuitas si forte inciderit, futura denunciant apoplectica.*

4. memoriæ lapsus subitus, principalis functionis cessatio, ἀποπληκτικόν τι secum fert.

5. Ἀναυδία, animi sensa voce vivâ exprimendi impotentia argumentum præbet validissimum. Non minùs evidens

6. Δυσφορία τοῦ πνεύματος, respiratio difficilis, quæ omnibus apoplecticis bellum indicit.

Parva est apoplexia. Ἀσθενία δὲ, οὐκ ἰσχυρὴν, *debilem* eam esse, *non fortem*, ostendit læsionis modus. Mitiùs enim tractat ægrum nostrum, non planè prosternens victimæ instar mox jugulandæ, nec pulsum omnino pervertens, nec respirationem stertorosam inducens.

Pars affecta. pars affecta seu subjectum adæquatum, quod denominationis nomine venit, est totum corpus.

principale cor non designamus. Nec adstipulamur *Paracelso*, qui jecur & pulmones, nec *Helmontio*, qui Archæum suum circa stomachum nempe, illud constituunt, sed cerebrum dicimus principale subjectum. Afficitur autem hoc non secundum ventriculos, neque duos anteriores, nec medium, nec postremum, neque secundùm torcular Herophilianum vel Galenicum, sed secundùm medullam cerebri oblongatam, quæ principium spinalis medullæ appellatur: eam autem non totam, sed secundùm partem.

Causa. Ad causas ut nos accingamus, quibus apoplexia hæc debilis suas debet natales & originem, εὐμάθεια concinnaque ordinis postulare videtur ratio.

Immediata. immediata agnoscit influxum spirituum animalium per certos nervos in quædam organa sensûs & motûs prohibitum.

mediata

MEDIATA PROXIMIOR est vitalium spirituum defectus. Excitatur ab angustiâ spinalis medullæ oblongatæ. Hæc excitatur ab obstructione, cum scilicet per meatus internos materia aliqua defluit, & à compressione, quæ fit, cum exteriùs accumbit. *Mediata proximior.*

REMOTIORES MEDIATÆ hujus angustiæ causæ sunt HUMORES BILIOSI & SEROSI, qui ex arteriis carotidibus, & sinubus crassæ meningis in substantiam medullarem delati, eam irrigant, ut magna illius moles mollior, laxiorque facta subitò subsidat, nervorum principium premat, & spiritibus transitum præcludat. Inde *Remotiores mediata.* *1.*

ALTERA MEDIATA CAUSA, INORDINATUS MOTUS SPIRITUOSARUM SANGUINIS PARTIUM nascitur, cum illæ ingressæ plexum choroidem & cerebrum per sinus crassæ meningis exitum non inveniunt, in se ipsos velut irati agentes, vagabundo motu actiones interturbant principes. Indè subsidit principium spinalis medullæ spiritibus destitutum, sicque meatus angustantur. *2.*

Accusari hîc posset spirituum animalium circulatio prohibita, per vasa lymphatica in cerebrum delatis lymphis, & in spirituum formâ in nervos resumtis, modò doctrina hæc certis niteretur fundamentis.

Ἀφορμὴν præbentes RES NATURALES sunt: TEMPERAMENTUM calidum & humidum, fluxionum ferax. ÆTAS senilis disponit, *auctore Hippocr. 3. aphor. 31.* Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι ἀποπληξίαι. *Senibus attoniti morbi.* *naturales.*

NON NATURALES. AERIS constitutio VERNALIS non levem huic paroxysmo ansam porrexit. Per se ver quidem satis benignum, sed per accidens magnas turbas dare potest, quatenus humores in corpore commovet. Verè οὐ γίνονται αἱ δὲ νοῦσοι, ἀλλὰ παρεξυσμοῦνται. *Non generantur morbi hyeme, sed erumpunt subitò.* *non naturales.*

VIGILIÆ, quibus noster æger fuit afflictus, cumulantes cruditates, suum adjiciunt calculum.

QUIES immoderata huc plurimum confert.

ANIMI AFFECTUS non temperati, & intentiones nimiæ,

miæ, tristitia & mœror ob plurimas adversitates humores commovent, & in cerebrum præcipitant.

præter naturales. INTER PRÆTERNATURALES in ægro nostro primum locum obtinet MELANCHOLIA, quam ita nonnunquam cerebrum debilitare, ut apoplexia sequatur, testis est *Hippocr. aphor. 56. l. 6.* & propria experientiâ præsens æger confirmat.

Symptomatum ratio. Ex his causis natus præsens affectus non mirum est, quod recensita superius habeat symptomata. Ad horum CAUSAM indagandam nunc pergendum. Et quidem

1\. I. CAPITIS DOLOR & GRAVITAS extra omne dubium ab humoribus & vaporibus crassis sursum elevatis, ac meninges calore suo vel acrimoniâ vellicantibus, aut suâ copiâ ἀδήλως distendentibus, inducitur. Hinc

2\. 2. cum fumi & vapores hi per arterias copiosè in cerebrum effusi fuerint, fieri aliter non potuit, quin spiritus animales, calore diaphano prædit, officia sua ritè non obierint, verùm hinc inde in se agitati motu suo circulari phantasmata seu falsam speciem phantasiæ impresserint, ac VERTIGINEM induxerint, in quâ totum corpus reverâ circumrotari, certò certiùs imaginatus fuerit.

3\. 3. LINGVÆ BALBUTIEI causa venit adscribenda læsioni nervorum lingualium, cum animali spiritui exitus ad illos non patuit. Adjuncta fuit

4\. 4. RESPIRATIO INORDINATA. Cum enim hæc à motu musculorum thoracis, & præcipuè diaphragmatis dependeat, in hoc autem affectu p. n. musculis pectoris spiritus animalis ab obstructis cerebri meatibus non suppeditetur, non potuit non esse talis.

5\. 5. PULSUS OBSCURUS est ob spirituum defectum, & prohibitum per nervos in diaphragma, musculos thoracis, & cor ipsum, influxum.

6\. 6. CUPIDITAS DORMIENDI adfuit & lassitudo, propter torporem spirituum animalium, & vaporum copiam cerebrum onerantem.

7\. 7. MEMORIÆ VALDE IMMINUTÆ causa in cerebri & spirituum animalium præternaturalem dispositionem rejicienda est.

PROGNO-

PROGNOSIS I. SALUTIS ET MORTIS. Quamvis apoplexia in genere sit magnus & curatu difficilis morbus, effatu *Hippocratis 2. aphor. 42.* solvere, *dicentis*, apoplexiam fortem impossibile, debilem verò non facile, cùm tamen in ægro nostro non ἰσχυρὴ, ἀλλὰ ἀσθενὴς, *non fortis, sed debilis sit*, curabilem fore speramus. Etenim aliqualis respirationis ordo in ægro nostro observatus, tanquam optimum signum nos bono jubet esse animo. Intereà cum omnis à melancholiâ ortum trahens apoplexia à quadragesimo anno usque ad sexagesimum maximè infestet, uti id testatur *Hippocr. 6. aph. 57.* & debilis in fortem apoplexiam transmutatio facilè fieri possit, benè quidem sperare, non verò temerè salutem polliceri possumus. *Prædictio.* *1.*

2. LONGITUDINIS ET BREVITATIS ratione affectus hic brevi suum percurret stadium, & more acutorum intra diem septimum terminabitur. *2.*

3. MODUM EVENTUS SALUTAREM spondet debilis hæc apoplexia, terminatione in alium morbum leviorem. Et jam apparet transmutatio in memoriam imminutam, cujus causam dicimus materiæ translationem, & caloris innati defectum, & ipsius cerebri frigidam intemperiem, quæ omnes omninò actiones animales torpidas & segniores reddere solet, atque imprimis memoriam. *3.*

CURATIO superest. Opus est, ut ægroti nostri saluti convenientibus prospiciatur remediis. Duplex ea est, in paroxysmo, & extra paroxysmum. *Curatio.*

IN PAROXYSMO ea nititur ordinariis ac consuetis INDICATIONIBUS. Earum prima ratione ipsius morbi CURATIVA, excitantia: altera, respectu causæ PRÆSERVATIVA, avertentia & evacuantia: & tertia in ordine ad vires VITALIS, cerebrum roborantia, & vires debiles confortantia adhibenda præscribit tum alimentis, tum medicamentis. *in paroxysmo.*

OMNIBUS hisce scopis atque indicationibus ex triplici chirurgiæ, pharmaciæ & diætæ satisfiet fonte.

CHIRURGIA suppeditabit materias EVACUANTES *chirurgica auxilia.*

Digitized by Google

SENSIBILITER SANGUINEM ex venâ solùm, per apertionem ejus: deinde 2. INSENSIBILITER SUCCUM à SANGUINE DIVERSUM per frictiones extremorum, inprimis plantæ pedis, & volæ cum linteis calidis, cum sale apoplectico *Mynf.* & aceto.

Pharmacia VENÆ SECTIO locum habet, ita tamen, ut prius ex pharmaceutico fonte, enemate eductivo materiarum communium, alvus soluta fuerit. Hoc tale esse potest:

℞. *rad. polypodii querni, althææ* a. ℥j,
herb. fumar. primulæ veris beton. a. mj, *branc. ursin.* Mß,
fibr. elleb. nigri fl. albo ℥ß, *senæ alexandr.* ʒvj.
Coq. in s. q. ▽ fontanæ Colaturæ ℔j adde
electuarii dia catholici, mellis anthosati a. ℥iß,
ol. chamæmeli, fl. verbasci a. ℥j, *salis* ♀ri ℈j.
M. F. Clyster.

Purgantia. PURGANTIA per alvum per Os exhibenda sequuntur. Ea in liquidâ formâ sunt tutiora.

℞. *extracti pilul. cochiar.* ℈j, *trochis. alhand.* g̃. iij,
castor. g̃. ij. *oxymel.* q. s. F. Potio. D. S. Laxier-Tranck.

℞. *extracti cathol.* ʒj. *Dissolve in* ▽ *salviæ* ℥ij.
Adde *extracti castorei liquidi* g̃. iij.
M. F. l. a. potiuncula. D. in fictili. S. Laxier-Tränck-lein auf einmahl.

Sternutatoria. STERNUTATORIA evacuato corpore adhibita, multum promittunt auxilii.

℞. *nucis moschatæ* ʒj, *rad. ellebori albi, pyrethri, castorei* a. ℈ß, *nigellæ, piperis albi* a. ʒj.
F. pulvis sternutatorius. Inflетur in nares pauxillum ejus, calamo.

℞. *spec. dia major. Mynf.* ʒij, *pulv. fl. lilior. convall.* ʒj, *essentiæ ambræ* g̃. vj. M. D. S. Niesspulver.

Confortantia. CONFORTANTIA, ac facultatum tenorem resarcientia, nullatenus deficiant.

INTERNE

INTERNE præter alia specifica & sequentia adhiberi *interna.* possunt.

℞. ▽ *meliß. cum vino* ℥ij, *cinam.* ℥j, *acet. fl. til. Zedoar.* a. ℥ß, *julepi rosar.* ℥ij. *succi citri, granatorum* a. ʒvj, *confectionis alkermes* ʒj. M. F. Potio S. Stärck-Tränckleín. De eâ per intervalla æger sumat cochl. j. ij. iij. *r.*

℞. ▽ *ceras. nigr. lil. convallium, melissæ cum vino* a. ℥j, *apoplect.* ʒvj, *essent. fl. anthos, lil. convall.* a. ʒj, *salv.* ℈ij. *sirupi de beton.* ℥j, *salv.* ℈ij, *quint. essent. Matthioli* ʒj. S. Kräfftiges Stärck-Wasser. D. 1. l. ij. cochl.

℞. ▽ *melissæ cum vino, lil. convall. cum vino, apoplect.* a. ℥iß, *specif. cephalici cinnabarini* ʒß, *sirupi fl. tunicæ, betonicæ* a. ʒvj. S. Sonderlicher Stärcktranck wohl umbzurütteln auf etliche mahl.

Hujus aquæ usus magno erit emolumento. *Aqua apoplectica singularis.*

℞. *fol. salviæ cum summitatibus & fl. major. lil. convall. melissæ, hyssopi, lavendulæ* a. mij, *rorismarini, verbenæ* a. mß, *rad. doronici* ℥j, *nucis moschatæ, galangæ, cinamomi* a. ℥j, *baccarum lauri, juniperi* ℥iij, *herbæ Paridis* ℥j, *seminis carvi, cubebarum, cardamomi* a. ℥ß, *vini albi optimi* q. s.

Contusa optimè omnia infundantur per dies aliquot, aut stent in fimo equino per dies 14. Post destilla in B. M. D. S. Aqua Antapoplectica.

Miræ virtutis hæc est in confortando cerebro & nervis. Memoriam potenter juvat, ingenium acuit, judicium confirmat. Sive intrinsecus assumatur, sive membrum affectum foveat, maximè confert. Exaltari potest quodlibet præbium magisterii perlarum, vel specifici antidinici granis aliquot.

Extractum Castorei efficacissimum est remedium in convenienti vehiculo datum. *s.*

THERIACA

Digitized by Google

3. THERIACA cum liquore conveniente exhibita egregiè confert. Mixtura ſimplex communi & generali poteſtate excellit : ſpeciali, laudem prærogativæ meretur MISTURA ANTIAPOPLECTICA ROLFINCIANA, deſcripta *chim. in art. form. redactâ pag. 254.* Oleum ſuccini, bezoardicum minerale, & ſimilia, magnarum ſunt virium, ut & conſerva *anthos lil. convallium.*

4. Inter chimicos pulveres eminet ELÆOSACCHARUM *cinamomi, ſuccini, majoranæ ſimplex. Compoſitum* majoribus pollet viribus.

℞. ☍ *ſuccini,* *cinamomi,*
caryophyll. *roſarum* a. ℈ß,
aq. apoplect. *aq. carfunc.* a. g. x.
ſacchari canarienſis reſinati ℥iij.
Miſce in mortario vitreo. Adſerventur in vitro benè clauſo.
S. Hauptſtärckend eſſenz.
Exaltari poteſt hic pulvis additione
magiſt. perl. farinacei corall. lapid. ♋, *cornu alcis* a. ℈ß.
In ſcatulâ S. Hauptſtärckendes Triſeneth.

Externa. EXTERNA odoramenta naribus, vertici ac temporibus illita multum conferunt ad ægri ſalutem. Talia ſunt:

℞. ▽ *meliſſæ cum vino, liliorum convall. cum vino* a. ℥ij,
apoplecticæ cum ambrâ & moſcho ʒvj, *ſpir. lil. convall.* ʒj,
rutacei ℥j. S. Anſtreichwaſſer euſſerlich.

℞. *fl. anthos, ſalviæ, meliſſæ* a. p. iij,
cubebar. cinamom. a. ʒß, *rad. iridis flor.* ℥ß.
F. l. a. Nodulus. S. Riech-Püſchlein zum Waſſer cum ſtylo.

Caſtoreum nodulo alligatum, aceto intinctum naribus admoveri poteſt.

℞. *balſami majoranæ, rutæ, ſuccini* a. ʒß,
apoplectici Crollij ℈j. S. Schlag-Balſam.

BALSAMUM APOPLECTICUM quod ſequente modo paratur, magnarum eſt virium:

℞. ☍ ci-

℞. ⚇ *cinamomi, caryophyllorum* a. ʒiij,
ligni rhodii, ℈ij, *balsami peruv.* ℥ß, *moschi ambræ* a. ʒß,
corporis pro balsamo ex nuce moschatâ q. s.
M. Tingatur asphalto. S. Hauptbalsam.

BALSAMUM APOPLECTICUM NIGRUM Rolfincianum delineatum *chimiâ in art. form. redactâ p. 272.* inter generosa præsidia numerari meretur.

SACCULI etiam capiti & vertici applicari queunt.

SMARAGDUS collo ægri amuleti loco appendi potest.

PRÆSERVATIO extra paroxysmum locum habet.

EX CHIRURGICO FONTE Venæ sectio, vere ac autumno administrata, & cucurbitulæ scarificatæ. Clysteres primum locum obtinent ex pharmaceutico fonte. Nostro ægro talem præscribimus: *Extra paroxysmum. Chirurgia.*

℞. *herb. rutæ, origani, chamædr. chamæpith.* a. mj,
fl. primulæ veris, lavendulæ a. m ß,
rad. imperatoriæ, pyrethri, ireos nostratis a. ℥j.
Coque in s. q. aq. simpl. Colaturæ adde
electuar. diaphœnicum ℥j, *benedictæ laxativæ* ℥iß,
⚇ *rutacei* ℥j, *salis* ♀*ri* ʒj. M. F. Clysma.

Possunt etiam PURGANTIA PER OS, digerentibus præmissis, usurpari, quale hoc: *Pharmacia.*

℞. *fol. senæ s. st.* ʒiij, *agarici trochiscati* ʒij,
fl. prim. veris, anthos a. p. j, *lilior. convall.* p. ij,
cinamomi, cubebarum a. ʒß.
Infundantur in s. q. ▽ salviæ, cerasorum nigrorum. Stent in infuso per noctem. Colaturæ
℞. ℥vj. adde *sir. de betonicâ* ʒiij, *scammonii* ♀*rati* g. iiij.
D. S. Purgiertränckleín auf einmahl.

SUDORIFERA magnam vim habent decente modo adhibita.

STERNUTATORIA, inter quæ fol. helleb. alb. Helmontius pro arcanissimo habet.

Digitized by Google

Specifica. His jam CORROBORANTIA specifica subjungenda, quæ cerebrum roborant, & ægrum præservant.

℞. *spir. ceras. nigr. flor. primulæ veris, lil. convall.* a. ʒj, *essentiæ flor. salviæ, anthos, lil. convall.* a. ʒß.
S. Sonderliche mixtur auf etlich mahl. Dos. 30. gutt.

℞. *spir. apoplectici* ʒß, *tincturæ flor. tunicæ, paeon.* a. ʒj.
S. Tinctur. Dos. 30. oder 40. Tropfen auf einmahl.

℞. *conservæ fl. anthos, primulæ veris, salv. betonicæ* a. ʒj, *spec. diambræ, diamoschi dulcis* a. ʒj, *cum s. q. sacch. alb. in aq. apoplect. major. q. s. soluti* ℥v.
M. F. Morsuli. D. in scatulâ. S. Hauptstärckende Morsellen.

℞. *spec. diambræ, diamoschi dulcis* a. ʒj, *extracti salviæ* ℈ß. *c. s. q.* ▽ *apoplect. optimæ*
F. Rotulæ. S. Sonderliche Hauptküchlein.

℞. *conservæ fl. anthos, primulæ veris, betonicæ, salviæ, tunicæ, lavendulæ* a. ℥ß, *succini præparati, spec. diambræ, diamoschi* a. ʒj, *spir. lil. convallium c. s. q. sirupi fl. tunicæ, cerasorum nigrorum* a. ʒj. F. l. a. electuarium liquidum. S. Sonderlich Lattwerg.

EXTERNA esse possunt balsamum rutæ per odorem attractum, & balsamum apoplecticum naribus inunctum.

CUCUPHÆ capitales gestari possunt.

Diætandi ratio. DIÆTA hisce respondeat omnibus.

1. I. NATURALIS. CIBUS sit coctu facilis, nullis succis excrementitiis refertus. Tales sunt columbæ sylvestres, turtures, hirundines, leporis junioris cerebellum, caro pullorum cum jusculis eorundem. CONDIATUR calidis cephalicis & talibus aromatibus, nuce moschatâ, majoranâ, salviâ, caryophyllo, cinamomo, roremarino & similibus. POTUS sit *cerevisia* tenuis, seu medicata. *Vinum* parciùs sumen-

sumendum. Illud verò, in quo plantæ cephalicæ, salvia, melissa, rosmarinus, hyssopus, pulegium & similes maduerint, optimo jure porrigi potest. Post prandium vel cœnam assumantur pulveres peptici dicti, seu tabulæ & morsuli ex iis parati. Hi enim claudunt ventriculum, & roborant, ejus coctionem juvant, atque, ne vapores ad caput ascendant, impediunt. Fiunt hi ex pulvere nucis moschatæ, mastichis, cinamomi, macis, coralliorum rubror. præparator. euphrasiæ, majoranæ, melissæ, sem. coriandri præparati, carvi, cumini, fœniculi, corticibus citri, aurantiorum speciebus, diagalangæ, saccharo rosato tabulato, pane albo tosto, & similibus. Ut

℞. *specierum aromatici rosati, διὰ ῥόδων* a. ʒj,
sem. coriand. præp. & sacch. cooperti a. ℥ß, *anisi* ʒß,
corticum citri ʒj, *nucis moschatæ* ʒiij,
corall. rubr. præparat. mastichis a. ʒj,
macis ʒj, *sacchari rosati tabulati ad pondus omnium.*
F. pulvis.

Vel ℞. *sem. fœniculi, coriandri præparati, carvi* a. ʒj,
nuc. mosch. ℈ij, *cinam. majoranæ, euphrasiæ* a. ℈j,
coralliorum rubrorum præparatorum ʒß.

M. F. pulvis. Cum saccharo in 🜄 conveniente dissoluto, parentur morsuli aut tabulæ, de quibus alternis diebus vel etiam singulis una vel altera in fine mensæ sumi potest.

2. VITALIS diæta respicit *aërem*, quo exteriùs ambimur, & qui intùs hauritur. Temperatus sit, si naturâ talis non sit, arte paretur suffumigiis cephalicis.

℞. *candelarum pro fumo usualium* ℔ $\frac{1}{4}$
Dentur in scatulâ. S. Rauchkerzlein.

℞. *succini flavi, albi, resinæ benzoinæ selectæ* a. ℥j,
fl. anthos, primulæ veris, majoranæ, stœch. arab. a. p. iij,
rosarum rubr. p. ij, *cinamom. caryophyll.* a. ʒj.

Concis. contus. misce s. a. S. Rauchpulver.

ANIMI PATHEMATA moderata sint omnia. Ira cane pejus & angue fugienda. Tristitia exulet, ac lætitia seriis

interponatur negotiis. Non crucietur curis animus, nec perturbationes depascant spiritus.

5. animalis diæta agmen claudit. vigiliae plùs prosunt, quàm somnus, præsertim meridianus. Hic fugiendus planè, nisi consuetudo aliud suadeat. motus salubrior quiete. alvus teneatur aperta.

His si obsequentem sese gesserit æger, Deumque simul medicum adhibuerit, de optatâ salute & sanitatis constantiâ propediem sibi gratulari, studiisque sacris citra remoram vacare poterit.

CONSULTATIO XVII
de præservatione ægri à novo paroxysmo apoplectico.
HISTORIA.

VIr in limine anni ætatis sexagesimi tertii, cujus infelicem ingressum, progressum & egressum semper metuebat, temperamenti calidi & humidi, sanguinei, roseis genis, habitu carnoso conspicuus, suggestum adscensurus horâ matutinâ octavâ, concionator ordinarius, sentit se malè habere, sensuumque hebetudinem quandam, non vult tamen concionis alii imponere onus, exorsus dicendi munus, excusat non satis paratum ad dicendum animum: sed mox in mediô sermone deficiens, sensu & motu privatus concidit in terram, respirans stertorosè & sudore diffluens. Latus dextrum insensile & immobile. Domum deportato per medianam brachii dextri justa sanguinis quantitas emissa est, secundô die rediit quidem ad se, vidit, audivit, linguâ tamen uti aut verbum eloqui non potuit, aut quicquam deglutire. Tertiô die in soporem relapsus, etiamnum decumbit. Petitur consilium, ut præcaveatur novus paroxysmus apoplecticus.

ANAAT-

Digitized by Google

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Quatuor sunt affectus in historiâ propositi: apoplexia, eaque vera: paralysis: sopor, novi apoplectici paroxysmi prænuncius, aut ad minimùm ejus incutiens metum, & novus apoplecticus paroxysmus. *Affectus sunt quatuor:*

Primus jam præteriit, alter adhuc adest, tertius sensim surrepit, quartus metuitur.

APOPLEXIAM, autorem omnium malorum, adfuisse verùm, probant signa tàm imminentis, quàm præsentis apoplexiæ. *1. Apoplexia. Id patet ex signis imminentis,*

IMMINENTIS apoplexiæ signa erant, quod æger sentiebat se malè habere, sensuumque hebetudinem præviam.

PRÆSENTIS signa manifesta fuere ACTIONES LÆSAE animales omnes. Neque enim loqui, neque audire, neque ullo sensu externo uti, nec corpus movere poterat. MODUS etiam LAESIONIS affectum veram fuisse apoplexiam satis probat. Victimæ enim instar cæsæ in terram cecidit æger, respirans stertorosè, & sudore diffluens. *præsentis.*

FORTEM fuisse apoplexiam, nullum dubium est.

LOCUS AFFECTUS fuit CEREBRUM, non secundùm *ventriculos*, nequè secundùm *torcular*, sed secundùm *medullam cerebri oblongatam*, quæ principium spinalis medullæ appellatur. *τὸ μόριον πάσχον.*

CAUSA hujus gravissimi affectus in ægrô nostrô duplex occurrit: *ἄμεσος καὶ ἔμμεσος.*

IMMEDIATA est spirituum animalium in organa sensûs & motûs influxus prohibitus. Undè toti corpori τῆς *αἰσθητικῆς καὶ κινητικῆς δυνάμεως ἐνέργεια* adimitur. *Immediata causa.*

MEDIATA PROXIMA duplex esse potest: *una* circulatio sanguinis ad cerebrum ex corde fluentis & ex cerebro ad cor refluentis impedita, *altera* inordinatus spirituum animalium motus, influxum ordinatum eorum in cerebrum oblongatum, seu principium nervorum impediens. *Mediata 1.*

Inter NATURALES *ἀφορμὴν* præbentes, primum locum tuetur TEMPERIES, humida & calida; plethorica etiam constitutio, quæ elucebat ex facie, & totius corporis habitu.

Digitized by Google

Hanc excipit ÆTAS SENILIS, ferax hujus ægritudinis à *Coë* habita *3. aph. 31. & 6. aph. 57.* In tali ætate æger noster est constitutus.

Non est vilipendenda anni climacterici magni, sexagesimi tertii, fatalis virulentia, nata ex magnâ mutatione, vel fixâ imaginatione. Eam æger semper in ore habebat. Ab eâ semper sibi metuebat. Si ingressus hujus anni, *sapè dicebat*, mihi faustus erit & fortunatus, inoffenso pede ad altius senium adscendere potero.

7. NON NATURALIUM causarum prima est AER. Non parum hùc contulit aquilonius, judicio *Hippocratis* cerebro inimicus *3. aph. 23.*

CIBI & POTÛS magnâ quidem æger utebatur moderatione, sed tamen non semper sibi temperare poterat.

In VIGILIIS & lucubrationibus modum excedebat, somno debitas horas detrahens, sedentariamque agens vitam.

Neque ab ANIMI AFFECTIBUS immunis erat. Omnibus beneficus, nulli injurius, variis persecutionum & simultatum injuriis expositus, mœrore interdùm conficiebatur.

Ratio symptomatum. Ex his causis ortus affectus gravia habuit SYMPTOMATA.

1. SENSUS HEBETUDO sequuta est, quia jam moveri incipiebant vapores & humores pravi, sensim atquè sensim, spiritibusque animalibus vim inferebant.

2. Subsecuta SENSUS & MOTUS PRIVATIO, ortum traxit à defectu affluxus sanguinis arteriosi ob circulationem impeditam.

3. LATUS dextrum insensile & immobile redditum est ob subsequentem paralysin, quæ ab influxu spirituum animalium per nervos prohibito dependet. Idem sentiendum de

4. LINGUA, quâ neque uti, neque verbum eloqui potuit, quia nervi septimæ conjugationis obstructi fuere à materiâ è cerebrô expulsâ in spinalis medullæ principium.

5. STERTOR & RESPIRATIO IMPEDITA consectaria, est à dilatatione thoracis impeditâ exorta.

SUDOR

Digitized by Google

SUDOR contingit διὰ λύσιν, tonus enim partium dissolvitur. 6.

TERMINATA AD MORTEM certò certiùs in instanti fuisset hæc apoplexia, tenore *aphorismi Hippocratici 42. libri 2.* ἰσχυρὴν ἀποπληξίαν λύειν, ἀδύνατον, *fortem apoplexiam solvere impossibile* pronunciantis, nisi supervenisset paralysis dextri lateris. *Eventus.*

PARALYSIS ergò alter affectus, qui excepit apoplexiam ad salutem, orta fuit expulsâ causâ morbificâ, in spinalem medullam extra calvariam spinam dorsi intrantem. *Secundus affectus paralysis.*

SOPOR TERTIUS est affectus, ortus à paulatinâ irruptione humorum per arterias carotidas & retiformem plexum in capillares ductus, & cerebri medullarem substantiam. *Tertius affectus sopor.*

QUARTUS affectus, cujus fit mentio, est novus paroxysmus apoplecticus, qui quidem nondum adest, sed jam in suis causis latet: nondum perfectus, sed in fieri adest. *Quartus affectus paroxysmus novus.*

NOMINARI non potest ὑποστροφὴ ἐπιγενομένη τοῦ νοσήματος ὑποστρέφω, ἐπιστροφώδης, ὑποστροφιάζειν. καὶ παλινδρομεῖν ἐθέλων, *recidiva rediens iterum, rursus reverti, redire, recurrere, regredi volens.* *Nomen hujus.*

Inter eam & primam invasionem interest aliquid: non unus est cum priori affectus. Non remissio solùm adest, sed omnimoda intermissio. Denuò de novo, alia non ex novis in cerebri medullam affluentibus humoribus, οὐκ ἐκ τῶν καταλιμπανομένων *relictis*, non ex radice prioris paroxysmi subnata fuit invasio.

HUMORES, QUOAD ESSENTIAM considerati nomine sanguinis indigitari queunt. *Causa.* 1.

MODI ESSENDI ratione peccat hic *quantitate & qualitate.* Magnæ activitatis crebraque est, ita ut dominetur suprà captum, & naturæ resistentiam. MOTU etiam peccat sanguis generationis & locali. GENERANTUR in totius corporis constitutione plethoricâ à viscerum calidâ & humidâ temperie, cum subdominio biliosæ inclinationis. Ad cerebrum deferuntur motu fermentationis & segregationis conciti. 2.

PROGNOSIS. Speramus quidem, mitiorem fore paroxysmum *Prædictio.*

roxysmum, & salutarem, sed cum vigilantibus jura & morborum curationes competant, nihil cunctandum, & quomodo præcaveri queat novum malum, meditandum censemus.

Præservatio. PRÆCAUTIO consistit ἐν προφυλακῇ *præservatione*, & *præcustodiâ* quâdam, non *simplici*, quæ consistit in ablatione causæ nondum facientis morbum, & ad ὑγιεινὴν conservatricem medicinæ partem accedit, sed μεμιγμένῃ τῶν ἰαμάτων τῇ *mistâ curatione*, quæ dirigitur ad causam actu novum paroxysmum minitantem, ejusque incrementum prohibet.

Causa illa ἀφαίρεσιν ablationem sui indicat: *quantitas* evacuationem, *qualitas* contemperationem. *Motu* si discedant ab invicem, dissentaneum & incommodum locum occupantes, intestinam seditionem concitantes, & incompositè accedendo & decedendo evagantes, cruditatem inducant, ad congregationem & in centro collectionem reducendi per πεπασμόν: calor naturalis ut inposterum ea, quæ ad disgregationem humores solicitant, debellet & discutiat, roborandus: incrassantibus fermentatione humores concitati compescendi.

Vitalis indicatio. VITALIS indicatio ut observetur, necessarium est.

Materia. MATERIÆ præsidiorum, his quæ satisfaciunt indicationibus, petuntur ex tribus fontibus.

chirurgica. I. Ex CHIRURGICO FONTE omninò prodesse videntur concussiones moderatæ, ut spiritibus via adaperiatur.

FRICTIONES plantæ pedis & volæ cum linteis calidis multum aliàs conferre, probatum est.

CUCURBITULA capitis vertici imponi potest, quæ nobis magnum pollicetur levamen & remedium.

De VENAE SECTIONE adhibendâ nos informat dilucidè *Hippocrates, scribens*: in obtumescentiis à venarum ἀπολήψει exortis, venam brachii internam secari oportet. Vix enim aliud curationis genus unquàm sanitatem restituit. Est itaque V. S. magni æstimanda, præcipuè in plethoricô nostri ægri corpore.

Quam-

Digitized by Google

Quamvis autem jam tùm in dextrô brachiô ægri nostri vena mediana secta fuerit, unde etiam benè habuit non vulgari cum spe salutis, videtur tamen consultum, secundâ vice repetere illam in brachio sinistrô. Difficultas & periculum à jugularibus aperiendis abstinere jubent.

Ex FONTE PHARMACEUTICO in hôc novi paroxysmi metu conveniunt universaliter clysteres, purgantia per os exhibita, &c. particulariter, sternutatoria, errhina. *Pharmaceutica.*

Ad evocationem & ablationem materiæ obstruentis sequens præscribi potest clyster:

℞. *herb. betonicæ, rutæ, salviæ, origani,*
chamædryos, centaurii minor. a. Mj,
fl. chamameli, lavendulæ, primulæ veris a. M℔,
salviæ pratensis seu hormini Mj,
sem. carvi, pæoniæ a. ʒij,
rad. bryoniæ, pæoniæ a. ℥℔, *fol. sen. Alex.* s. st. ℥j.
Coque in s. q. aq. fontan. Coletur. Colaturæ ℔j adde
ol. chamamel. ℥ß, *rutacei* ʒij, ⊖ *gemmæ* ʒi℔.
M. F. Clyster. S. Clystier laulicht zu appliciren.

℞. *fol. centaurii minoris cum totô* M℔, *betonicæ,* *Clysma.*
salviæ, melissæ, ♀rialis, malvæ a. Mj.
fl. lavendulæ, lil. convall. a. Mß, *primulæ veris* Mj,
seminis anisi, fœniculi, rutæ a. ʒij,
prunorum damasc. nostratium n. x.
Coq. in s. q. aq. fontan. Colaturæ ℔j. adde
ol. rutacei, chamam. a. ℥℔. M. F. Clysma.

Si diutiùs retineatur, suppositorio sollicitetur; si rejiciatur & effluat, reiterari potest injectio, & quidem majori in copiâ. Sin exeat sine fructu, denuò injiciendus, acrioribusque est stimulandus, v. g. croco metallor. &c.

SUPPOSITORIUM tale sit:

℞. *spec. hieræ* ʒiij, ⊕ *gemmæ* ℈ß, *pingued. anserinæ q. s.* Βάλανος.
F. l. a. suppositorium. D. in chartâ. S. Zäpflein.

Purgans. PURGANTIA per alvum in formâ liquidâ si assumi queant, commoda sunt:

℞. *aq. salviæ* ℥j, *cinamomi* ℥ß, *tincturæ gialapii* ʒj, *crystallorum* ♀ri g̃. viij. vel ℈ß, *ol. cinamom.* gt. ij.
F. l. a. Potiuncula. D. S. Laxiertränckleín uf einmahl.

Evacuatô corpore *errhina* possunt adhiberi:

Errhinum. ℞. *pulv. majoranæ* p. iij, *fl. liliorum convallium* p. ij, *sem. nigellæ* ℈j, *ol. succini, rutæ, anisi* a. gt. ij.
M. F. Pulvis subtilis. S. Niesepulver. D. ad chartam.

vel:

℞. *fl. liliorum convallium exsiccatorum* p. vj, *ol. anisi, majoranæ* a. gt. iij.

NARES oblini interius possunt oleo succini, rorismarini, rutæ, lavendulæ, quæ naturam irritant, & ad excretionem materiæ morbificæ excitant.

Confortantia. CONFORTANTIA quæ cerebrum, imò totam naturam roborant, non ultimô sunt ponenda locô.

interna. INTERIUS excellunt præ aliis *aqua apoplectica, epileptica Langii, aq. apoplect.* Rolfincii, *elixir cephalicum*, & *mistura antiapoplectica ejusdem, sp. cerasor. nigrorum, aqua apoplectica Matthioli*, quam *elixir vitæ* nominare solet.

POTIONES præscribi possunt sequentes:

℞. *aq. cinamomi, cerasor. nigr.* a. ℥ij, ⊖ *rorismarini, succini volatilis* a. g̃. vj, *sir. de beton.* ʒij, *stœchad. arab. anthos* a. ʒj.
M. F. Potio. S. Stärcktränckleín ein Löffel voll uf einmahl.

℞. *misturæ antiapoplecticæ Rolfincii* ℈ij, *aquæ epilepticæ ejusdem* ʒiij, *salviæ* ℥j, *extr. fl. pæon.* ℈j, *confectionis alkermes* ʒj, *ἀ̃λθες sirupi fl. stœch. arabicæ*, a. ℥j,
M. D. Potio, ad plures doses.

℞. *essentiæ castorei* ʒij.
S. Kräfftige essenz. Dos. g̃. xxx. in haustu cerevisiæ calidæ.

Magi-

Magisteria coralliorum, perlarum, C. C. c. sp. ☽ parata, tinctura ☉, hôc in affectu conveniunt.

EXTERIUS ODORAMENTA multùm conducent ad ægri nostri salutem: *Externa.*

℞. *fl. anthos, lavendulæ, salviæ, liliorum convallium, rosarum rubrarum* a. p. j, *seminis nigellæ, cubebarum* a. ℈j, *rad. ireos Fl. pulverisat.* ℈ij.
F. Nodulus. S. Riechbüschlein.

℞. *fl. anthos, stœchados arabicæ* a. p. iij, *succini* ℈ij, *seminis nigellæ* ʒj.
Concisa contusa f. a. ligentur in sindone rubra. D. S. Säcklein uf den Wirbel zulegen.

Hic sacculus imponi potest capiti & interdùm aliquot guttis de oleô succini aspergi.

BALSAMA apoplectica Rolfinciana, & alia ex *ol. succini, lavendulæ, externè naribus*, temporibusque illini commodè possunt.

℞. *aq. cerasor. nigr.* ℥ß, *fl. lil. convall.* ʒj, *cinam.* ʒij, *aceti rutacei, liliorum convallium, lavendulæ,* a. ʒj.
M. D. in vitrô. S. Eusserliches Anstreichwasser.

DIÆTÆ in tantis angustiis observatio necessaria. *Diæta.*

I. NATURALIS. Omnimoda inedia, lentum aliàs remedium, in gravia mala valere potens est. Hìc tamen periculum est moræ. Ne evanescant spiritus, tenuiores sanguinis partes, & crassiores, deficiente pabulo, cibi aliquid per intervalla porrigendum. *1.*

II. VITALIS diæta aerem requirit liberum. *2.*

III. ANIMALIS commendat quidem somnum, eâ tamen lege, ne profundus excedat modum. Admoneatur ergò æger nonnunquam officii, & excitetur. *3.*

Digitized by Google

CONSULTATIO XVIII

de

viro, post apoplexiam levem memoriæ infirmitate laborante.

HISTORIA.

Continuatio historicæ relationis.

DIvinâ adnuente gratiâ æger ab apoplectico levi paroxysmo liberatus meliùs habuit, ut consueta concionandi munia obire potuerit, sed non sine magnâ molestiâ, cùm insignem memoriæ sentiat lapsum, ita ut quæ bihorii spacio memoriæ infigere potuerit antè, illis quinque vel sex horas tribuere cogatur. Petit consilium & auxilium.

RESOLUTIO.

Affectus præsens est memoria imminutio.

Duo sunt præcipui affectus in ægro nostro, qui veniunt in considerationem: præteriit unus, alter præsens est.

PRÆTERITUS est levis apoplexia: PRÆSENS est MEMORIA IMMINUTA, actionis animalis læsæ symptoma, levis apoplexiæ consectarium.

A Græcis *μνήμη βλαπτομένη* appellatur. *Ἄγνοια* est ignoratio phantasiæ: *ἄνοια* judicii: *λήθη* rerum gestarum recordationis abolitio, vel imminutio.

Duplex hæc est: una senilis ætatis, altera externarum causarum soboles. In ægro nostro ultima locum habet.

Officia memoriæ in ægro nostro cessant. Inde imagines rerum sensibilium, quæ priùs animum movebant, in mentem non veniunt, imaginatione & ratiocinatione salvâ.

Æger conqueritur ipse sentire se, quod vacillet ἡ δὲ *δύναμις τὰ παροιχόμενα μνημονεύειν, facultas, quâ præteritorum meminisse* solebat satis expeditè. Imminuta est comprehensio præteriti, quod dum præsens erat, sensu percipiebatur.

ADESSE hunc affectum ex pathognomonico læsarum actionum signo, facilè cognoscitur. Memoriæ officia sunt, facilè

facilè arripere, fideliter retinere, expeditè expromere & reddere. Hæc antea, quin parùm, tardè, difficulter & quodammodò dimidiatè meminit, & textus sacri verba sæpè in memoriam sibi revocare non potest. Inde memoriam adesse imminutam, omninò evidens est.

SUBJECTUM ut QUO est anima illa, quâ sentimus: denominationis, ut QUOD, cerebrum est. Læditur hoc per essentiam, quoniam nulla alia pars in corpore apparet læsa. Læditur autem nec secundùm posticam sui partem, seu cerebellum tantùm, sed & reliquas partes. Licet enim judicium & phantasia seu ratiocinatio & imaginatio in nostro ægro sint salva, solaque memoria patiatur, id tamen non fit tàm ob diversitatem organorum & partium cerebri, à quibus illæ actiones obeuntur, quàm mutationem dispositionum propriarum, atque eorum, quæ ad actiones illas obeundas requiruntur. Et sic cum memoriâ imminutâ illam cerebri constitutionem læsam dicimus in præsente ægro, quæ ad memoriam magis necessaria est, non læsâ imaginatione vel ratiocinatione. *Subjectum.*

CAUSA PROXIMA & continens est spirituum animalium διάθεσις vitiata 1. in quantitate, 2. qualitate. 3. motu. Cum enim cerebrum spiritibus animalibus generandis, atque functionibus animalibus retinendis destinatum instrumentum, ab ἰδιοσυγκρασία & substantiæ suæ modo recedens nimis crassum & materiâ excrementitiâ plus justo obrutum existit, intemperie frigidâ prætereà accedente, vaporibus & humoribus repletur. Inde sanguis vitalis alteratur, à mistionis modo secessionem facit, & generantur spiritus substantiâ crassi, intemperie frigidi, turbulenti & fuliginosi, quantitate deficientes, coarctati & coangustati, non decente ordine moveri apti nati. *Causa proxima.*

MEDIATA PROXIMIOR est intemperies frigida. FRIGIDITAS positiva, quæ in frigoris sensibilitate consistit, hic quidem locum non habet, sed privativa, quæ in caloris nativi defectu locum habet. Fovetur hæc ab humore melancholico. *Mediata proximior.*

Digitized by Google

Remotiores REMOTIORES MEDIATÆ causæ sunt naturales, non-naturales & præternaturales.

1. Inter NATURALES eminet AETAS SENILIS. Etenim senes ob caloris nativi defectum, & cerebri intemperiem facilè memoriæ lapsu laborant.

2. NON NATURALES suut vigiliæ nimiæ, alvi obstructio, & animi perturbationes suum adjecerunt calculum.

3. PRAETERNATURALIS causa est apoplexia debilis, quæ præcessit, & per introductam cerebri intemperiem frigidam, & spirituum animalium præternaturalem dispositionem ferè unica hujus mali extitit causa. Spirituum positus & forma est perturbata ab apoplexiâ.

Ratio symptomatum. Hæc si ad examinis incudem revocentur, non difficile est symptomatis hujus rationem reddere.

Ad memoriæ actum celebrandum necessaria est διάθεσις τῶν ἐνορμώντων, ἡ μὲν ὅτι τάξις τοῦ ἔχοντος μέρη, *dispositio spirituum, quæ est ordo habentis partes.* Ut aciem bonam reddit non sola multitudo, sed ordo, ita & memorandi opus non sola multitudo, sed etiam ordo spirituum decens & concinnus absolvit. In ægro nostro cùm sanguinis vitalis & animalium spirituum positus post apoplecticum insultum à τρόπῳ τῆς μίξεως, *à mistionis modo* διαχώρησιν *segregationem* fecerit, non mirum.

Hic cùm in ægro vacillet, non est mirum, ἡγεμονικὴν τὴν δὲ δύναμιν, *principem hanc facultatem* periclitari, ut aqua perturbata nullas imagines, vel si non ultimè perturbata, obscuras recipit, & facilè perituras, ita & spiritus in ægro nostro qualitatibus secundis & positu motuque excedentes facilè evanescentes recipiunt imagines.

Prognosis. DE EVENTU hujus afflictionis jam est subjungendum judicium, quod solicitè æger desiderat, &

1. I. SALUTIS & MORTIS. Grave quantumvis sit malum, (periclitatur enim in eo unicum adversus ignorationem remedium, ex quo omnes scientiæ generantur & artes) in genere tamen per se lethale hoc symptoma non est. Minùs periculosa illa memoriæ imminutio, quæ ab apoplexiâ debili,

Digitized by Google

bili & nondum confirmatâ est, sed adhuc ἐν ἀρχῇ. Benè igitur speret æger.

BREVI, Deo cooperante, ab isto symptomate ægrum liberatum iri confido. 2.

EVENTUS MODUS. Si se obsequentem præceptis præstiterit, intemperiei frigidæ, omnisque dispositionis spirituum p. n. discussione, cerebri confortatione & caloris nativi refocillatione. Sin minus, neque legibus præscriptis sese accommodârit, aut fortè symptoma hoc ob vilitatem neglexerit, facilè habebit, quod metuat. Prædici etiam potest, eum facili negotio apoplexiæ recidivam posse pati, aut si confirmatus fuerit in ideâ suâ morbus, omnimodam memoriæ abolitionem adaucta intemperie & calore nativo suffocato, sequi, posse. 3.

Duo hîc occurrunt communissima indicantia; secundum naturam & præter naturam. PRÆTER NATURAM est ipsum SYMPTOMA memoriæ imminutio, quæ ablationem sui eum unicum indicatum expostulat. CAUSA etiam ablationem sui indicat. SECUNDUM NATURAM occurrit; naturalis constitutionis paucum illud, quod superest, ejusque causa & accidentia. Hæc indicant sui CONSERVATIONEM. Indicationes. 1. 2.

IN CURATIONE justâ procedendum cynosurâ. Hæc est METHODUS MEDENDI. Ea juxta indicationes debitas instituatur. Methodus medendi.

CURATORIA symptoma auferendum indicans, prima indicatio indigitatur.

PRAESERVATORIA causas, melancholiæ scilicet portionem abundantem evacuare, intemperiem omnem eradicare jubens, secunda est.

VITALIS cerebrum roborantia, & calorem nativum restaurantia, vires debiles confortantia, & spiritus animales ad alacritatem excitantia, tum medicamentorum, tum alimentorum ope præscribens, tertia vocatur.

MATERIAE præsidiorum, quibus singulis hisce indicationibus satisfieri solet, desumendæ ex triplici CHIRURGIAE, PHARMACIAE ET DIAETAE fonte. Materiæ.

Ex CHIRURGIA parum quidem hic spei est. V. S. non Phlebotomia.

potest

Digitized by Google

poteſt in uſum trahi, quia adeſt magna cruditas, inopia calidi innati in cerebro, & æger in ætate ſenili eſt conſtitutus.

Scarificatio. Revulſiones fieri poſſunt affixis CUCURBITULIS ſiccis, ſpatulis, ut etiam partibus infernis validæ frictiones.

Fonticulus. Per FONTICULOS utiliter revulſiones inſtituuntur, ſi in brachiis vel cruribus excitentur.

Therapeutica remedia. Cum in evacuantibus & confortantibus optima ſpes ſit, ad PHARMACIAM illicò deveniendum eſt, & primo loco ſtatim alterans tale, ſeu humores vitioſos præparans præſcribimus:

℞. *radicum pæoniæ* ℥ß, *acori veri* ʒj,
foliorum betonicæ, majoranæ, ſerpilli, hyſſopi,
ſtœchados arabicæ, roriſmarini a. mß,
ſeminis carvi, fœniculi, ſileris montani a. ℥ß,
cinamomi, nucis moſchatæ, macis, a. ʒij,

Conciſa & contuſa indantur in vas vitreum, & affund. hydromelit. ℔iij. & vaſe clauſo in MB. horis 2. coq. Poſteà colentur. Colaturæ, ſi libet, addantur oxymelit. ſquillit. ℥iij. Dentur ſingulis diebus manè & veſperi ℥iv.

Vel ℞. *aquæ betonicæ, ſalviæ* a. ℥iß,
eſſentiæ ſalviæ, meliſſæ a. ℈ß,
ſirupi de ſtœchade ℥j, *aquæ cinamomi* ʒii,
Miſce pro hauſtu, cubitum ituro exhibendo.

Purgantia. Præparatis humoribus PURGATIO inſtitui poteſt phlegmagogis, agarico, turbedon, trochiſc. alhand. pilulis cochiis, aureis, & aliis. Caſtoreum cochiis, vel aureis additum pilulis peculiariter confert. Ex his pilulæ ſequentes poſſunt parari:

℞. *pilularum aurearum, arabicarum* a. ℈ß,
trochiſcor. alhand. g. x. *extr. caſtorei* g. ij, F. pilulæ xxv.
Vel ℞. *aq. betonicæ* ℥iß, *ſalviæ, lavendulæ* a. ℥ß,
extr. panchymag. ʒß, *turbith.* g. iij. *belleb. nigri* g. v.
dacrydii g. iij, *ſir. roſar. ſolutiv.* ʒiij, *eſſent. cinam.* ℈ß,
M. F. Hauſtus.

PARTICU-

Digitized by Google

PARTICULARES evacuationes per errhina, masticatoria, gargarismos & apophlegmatismos fieri possunt. Loco ERRHINORUM commendamus sequentem succum: *Particularia evacuantia.*

℞. *succi majoranæ, betæ, anagallidis* a. ℥j,
essentiæ florum liliorum convallium ʒij.
M. D. S. Safft in die Nase zu ziehen.

Vel pulverem sequentem:

℞. *spec. diamajor.* ʒij, *sem. nigellæ, fl. lil. convall.* a. ʒj,
olei destillati anthos, majoranæ a. g. ij,
M. D. S. Niespulver. Attrahatur naribus, lentis æquans quantitatem.

MASTICATORIUM seu apophlegmatismum præscribimus aliquot experimentis probatum. *Masticatoria.*

℞. *succi nicotianæ recenter parati & depurati*, ℥ß.
rad. pyrethri, mastich. zingib. cubeb. cardam. a. ʒß,
Mellis anthosati F. l. a. globuli vel pilulæ majores.
D. S. Küchlein im Munde zu halten.

GARGARISMI vicem optimè sustinet sequens: *Gargarismi*

℞. *foliorum origani, pulegii, majoranæ, rutæ,*
stœchados Arabicæ a. ℥j *zingiberis*,
piperis a. ℈ß, *mastichis, staphidis agriæ*,
nucis moschatæ a. ʒiß, *sem. sinap.* ʒvj,
Contusa coquantur in s. q. vini ad tertiæ partis consumptionem. Colatura usurpetur pro gargarismo.

His ita peractis, & materiâ præparatâ, evacuatâque, possumus confugere ad ROBORANTIA, à quibus multa commoda sibi promittere potest æger.

INTERNE inter herbas excellunt *melissa*, *nux moschata*, *thuris grana*, *mastiche*, *Chia* dicta ab insulâ, in quâ solâ nascitur. Insula autem nomen habet à nymphâ quâdam, quæ ob insignem candorem vocata est *χιώνη*, à vocabulo Græco *χιὼν nix*. Ita etiam dealbat & nitorem conciliat gummi hoc spiritibus ad memoriam necessariis. Composita varia commendantur. *Interna simplicia.* *Composita.*

Digitized by Google

℞. ▽ *sophorum Dorncreilii* ℥iiij, *cerebri humani* ℥j, *sir. de betonica, de conservâ nucis indicæ* ā. ℥j.
S. Köstlicher Hauptstärckender Tranck.

℞. ▽ *sophorum Dorncreilii, essentiæ melissæ, anthos* ā. ʒij, *sirupi de betonica* ℥j,
S. Hauptstärckendes Wasser auf etliche mahl / zwey Löffel voll manè & vesperi.

℞. *conservæ florum anthos, betonicæ, melissæ, liliorum convallium, lavendulæ* ā. ℥ß, *specierum diambræ, diamoschi dulcis* ā. ʒij, *nucis mosch. in India condit.* ℥ß, *myrobalan. condit.* ʒij, *spirit. lil. convall.* ʒj, *sirupi de beton.* q. s.
S. Hauptstärckende Lattwerg uf etliche mahl. Sumatur manè & vesperi nucis juglandis quantitate.

℞. *radicis acori veri conditæ* ℥j, *conserv. fl. beton. rorismar.* ā. ℥j, *fl. herbæ paralys.* ℥ß, *cubeb. nucis moschatæ, cinamomi pulverisat.* ā. ℥j, *cum sirupo de stæchade* Fiat Electuarium.

Hoc feliciter usus est *Forestus* in muliere, quæ post apoplexiam, memoriam ferè amiserat. Sumebat autem de eô singulis diebus manè castaneæ quantitate, & nucham, occiput, & frontem aq. hederæ arboreæ ter vel quater in alembico destillatæ inungebat.

Marsilii Ficini arcanum.

Marsilius Ficinus è tribus illis muneribus, quæ magi Christo obtulerunt, in auro regem, in thure sacerdotem, in myrrhâ incorruptibilem, quamvis passibilem, profitentes, confectionem auream parat memoriæ conservandæ, ingenio acuendo, sensibus vegetandis, spiritibusque fovendis & roborandis utilem.

℞. *thuris* ℥ij, *myrrhæ* ℥j, *auri foliati* ʒß,
Cum vino & aliis adminiculis specificis fiant pilulæ, quarum aliquot sub auroram sumantur.

℞. *succini*

Digitized by Google

℞. *succini odorati* ʒj, *cubebarum, thuris, myrrhæ* ā. ʒß, *ligni aloes* ℈j,

Cum vino fiant pilulæ mediocres, quarum duæ vel tres alternis ante decubitum dentur diebus.

PULVIS TRITHEMII etiam multum prodest, præsertim apud senes, in memoriâ instaurandâ, qui ita paratur:

℞. *radicis acori veri, gentianæ,*
sem. cumini, sileris montani, anisi, petroselini,
spicæ Indicæ, spicæ nardi ā. ℥ß, *macis,*
cubebarum, caryophyllorum ā. ʒvj,
fol. sennæ electorum, chamæpithyos, zingiberis albi,
crystallor. ♀*ri* ā. ʒv. *magist. corall. perlar.* ā. ʒij,
Redigantur l. a. in pulverem. Dosis est ʒj.

Hunc accipiat per primum mensem manè & vesperi ante cibum horis tribus in vino vel etiam brodio: secundo mense tantùm manè: tertio mense manè ter in septimanâ: quarto mense bis in septimanâ, & sic deinceps per aliquot menses.

CONFECTIO ANACARDINA, confectio sapientum *Specifica.* dicta Mesue, quòd bonam faciat memoriam.

ALCHERMES ad roborandum caput & confortandam memoriam cum fructu adhibetur.

DECOCTO ligni sassafras cum majoranâ, beton. stœchade & aliis cephalicis peculiaris in hoc morbo vis attribuitur.

THERIACAM & mithridatium in hoc affectu usurpare quibusdam placet: aliis verò propter opium, quod sensus stupidos faciat, & languidiores, improbantur.

Rhases thus albissimum in pollinem attritum, & cum vino, si frigus erit, vel aquâ decoct. passular. si æstus, epotum in Lunæ augmento oriente ☉le, nec non in meridie, & occasu mirum in modum augere & instaurare dicit.

Hercules Saxon. in usu habuit rotulas ex nuc. moschat. n. ij. caryophyll n. vj. ligni aloes ʒj, sacch. dissol. in aquæ majoranæ q. s. factas.

Claudinus sequentes tabulas commendat.

℞. *ligni aloes* ℈j, *cardamomi*, *galangæ* a. ʒj,
cinamomi ʒß, *galliæ moschatæ* ℈j, *sacchari* ℥vj.

in aq. fl. citr. solut. F. Rotulæ, de quibus 3. vel 4. manè sumantur.

MORSULI etiam hîc adhiberi possunt. Inter eos eminent seq. modo parati:

℞. *conserv. fl. anthos*, *betonicæ*, *prim. veris*, *salv.* a. ℥ij,
myrobalanorum conditorum, *nucis Indicæ condit.* a. ʒiij,
specierum diamoschi, *diambræ* a. ʒiß,
C. s. q. sacchari in 🜄 sophorum,

F. l. a. Morsuli. S. Kräfftige Hauptstärckende Morsellen.

Chimica. INTER CHIMICA medicamenta commendantur *elixir proprietatis Paracelsi*, *magisterium perlar.* & *coralliorum farinaceum*, *essentia melissæ*, medicamenta *ex Dnâ* parata.

His paria faciunt elæosaccharum compositum moscardinum, *ambratum*, *elæosaccharum succini*, *oleum caryophyllorum*, *cinamomi*, *succini*, quorum omnium descriptiones, præparandi & utendi modi habentur in *chimiâ in art. form. redactâ.*

Externa. INTER EXTERNA laudem meretur *aqua sequens* præstantissima ad roborandam memoriam, ideoque dicta Donum gratiæ.

℞. *aq. betonicæ*, *buglossæ*, *florum tiliæ* a. ℔j,
florum anthos, *ros. rubr. major. fl. bugloß.* a. mß,
specierum confectionis alkermes ℥j.

Infunde flores aliquantum contusos in aquis prædictis eo tempore, quô colliguntur. Insolentur per mensem, pòst destillentur per B. M. Sumat omni manè cochlearia ij. eâdemque ungat nucham, & tempora.

Vel ℞. *spir. vini opt.* ℔ß, *caryophyll. nuc. moschatæ*,
acori veri, *majoranæ fl. stœchad. Arab.* a. ʒij,

Stent in vase clauso, & ubi opus, caput isto liquore illinatur.

Lotiones. Sunt, qui LOTIONES capitis in nostro affectu magni faciunt. Nos etiam eas, modò non adhibeantur crebrò, memoriæ

Digitized by Google

memoriæ prodesse dicimus: crebrius autem adhibitæ catarrhos excitant, & caput debilitant. Aliàs lotio maximè roborat & instaurat memoriam, quæ sequenti peragitur lixivio:

℞. *herbarum majoranæ, melissæ, rorismarini* a. mj, *Lixivium.*
fl. betonicæ, lauri a. mß, *chamæmeli rom. betonicæ, anthos, lavend. prim. veris, stœchad. arab.* a. p. iij,
Infunde in s. q. lixivii, stent in infuso in vase clauso. Filtrentur. S. Sonderliche Lauge zum Haupt.

ODORAMENTA naribus, vertici ac temporibus illita, *Odoramenta.* multum conferunt ad ægri salutem. Talia sunt:

℞. *balsami majoranæ, rutæ* a. ʒß., *succini* ℈j,
extr. radicis valerianæ, acori a. ℈j,
confect. anacard. ʒj, *galliæ mosch.* g. v. M. pro balsamo.

BALSAMUM apoplecticum nigrum ROLFINCIANUM delineatum *in chimiâ in art. form. redact.* inter generosa præsidia annumerari meretur.

POMA odorifera præscribi possunt. Inter ea sequens excellit:

℞. *radicis ireos* Fl. ʒiß, *folior. menthæ, calamentæ* a. p. ij.
capit. stœchados ʒij, *nucis moschatæ* ʒj, *thuris, styracis calamitæ, ligni aloes* a. ʒß, *ambræ* ℈j, *ladani* q. s. ad formandum pomum.

LINIMENTA suum faciunt officium.

CUCUPHÆ etiam gestari possunt, ut & sacculi: *Cucupha.*

℞. *florum lavendulæ, anthos, salviæ, primulæ veris, stœchados arabicæ* a. p. iij,
fol. majoran. rorismar. melissæ, basilicæ a. mß,
Incisa contusa grosso modo. D. S. Possunt eligi & adspergi pro ditioribus ambra ac mosch. in sp. rosar. vel lil. convall. solut. a. g. IV. vel pro majori corroboratione addantur quoque species diambr. diamosch. dulcis.

℞. *florum lavendulæ, rorismarini, salviæ* a. p. v,
foliorum majoranæ, melissæ,

Digitized by Google

summitatum stœchados arabicæ, serpilli a. m ß,
nucis moschatæ n. ij, *macis, caryophyllor.* a. ʒj,
styrac. calam. benzoes, a. ʒß, *sem. carvi* ʒij, F. sacculus.

Amuleta. AMULETA quædam ab autoribus hîc commendantur. *Amethystus* lapis gestatus sensus omnes acuere, *Beryllus* intellectum memoriamque roborare scribitur. Rhases linguam upupæ appensam oblivionem tollere dicit.

Diæta. DIÆTA. Cùm ut contraria contrariis curantur, ita quoque similibus similia conservari constet: memoriam, quæ cerebrum temperatè calidum & siccum, spiritus quoque lucidos ac claros requirit, debitâ sex rerum non naturalium administratione in vigore suo conservari posse, nobis persuademus.

I. *Naturalis.* I. IN NATURALI diætâ CIBUS itidem fit εὔχυμος, εὔπεπτος ac tenuis substantiæ. Condiatur caryophyllis, nuce moschatâ, cinamomo, galangâ, pipere, zingib. croco, majoranâ, salviâ. Gallinarum cerebrum hic valdè commendatur, & id adeò juvare scribit Cardanus, ut aliquos, qui delirare cœperint, resipiscere fecerit. A carne suillâ, anatibus, anseribus, & piscibus, præsertim mollioribus, lacte, caseo, leguminibus, brassicâ, lactucâ, papav. fructibus horariis & omnibus, quæ vaporosa sunt, crassæ substantiæ, & coctu difficilia, abstinendum.

VINUM moderatè sumptum spiritus exhilarat & coctionem adjuvat: copiosius autem sumptum multos vapores ad cerebrum mittit, qui caput replent, spiritus turbant & calorem extinguunt. Inprimis vitentur crapula & ebrietas, maximæ ingenii & memoriæ pestes. At si incommodum aliquod ex usu vini percipiatur, ejus loco substituatur vinum medicatum.

℞. *ligni aloes, zingiberis, piperis longi, galangæ* a. ℥j,
caryophyllorum, cubebar. a. ℥ß, *nuc. moschat.* ℥ij,

In sacculum includantur, & affund. vini ℔. xij. vel etiam plures.

II. In

Digitized by Google

II. IN DIÆTA VITALI AER ſit liberior, purus & lucidus, non craſſus, nec denſus, nec nebuloſus, ſed omnibus qualitatibus temperatus, vel ſi non naturâ talis, arte paretur ſuffitibus adhibitis ſiccis, ex ſuccino, thure granato. Capur quoque ab aëris externis injuriis & frigore muniatur. 2. *Vitalis.*

III. IN ANIMALI SOMNUS ET VIGILIÆ ſint moderatæ. Somnus non mox à cibo inchoetur, diuturnus vitetur. 3. *Animalis.*

EXERCITIA corporis vehementiora ſeponantur. Moderatis corpus exerceatur laboribus, extrema ſæpè fricentur, caput manè diligenter pectinetur, ut pori cutis aperiantur. Memoria acuatur crebro exercitio. Tempeſtivè tamen id fiat, non ſtatim à cœnâ vel prandio, ſed præcipuè tempore matutino, quo ſpiritus inſtaurati & refecti ſunt, & organa coctionis in ſuis functionibus non ita occupantur. Contrà nocturnæ lucubrationes ingenio obſunt.

ALVUS ſit aperta, atque cæterarum coctionum excrementis exitus liber pateat. Venus ſit caſta & modica.

ANIMI affectus, lætitia & hilaritas, quia ſpiritus excitant, concedantur moderatæ. Ira & Triſtitia ſpiritus effundentes & ſuffocantes, maximoperè vitentur.

His omnibus ritè adminiſtratis remediis, nullum dubium, quin Deo feliciter adjuvante priſtinæ ſanitatis compos fieri queat æger. Hæc voti ſumma eſt noſtri.

CONSULTATIO XIX

de paralytico poſt apoplexiam.

HISTORIA.

QUinquagenarius ſenex, habitu corporis pallido atque molli, temperamento frigido atque humido, poſtquàm omnem vitam otio ferè tranſegiſſet, & inordinatè vixiſſet, ſæpèque ſoporoſis affectibus tentatus fuiſſet, quùm aliquandò iter *Caſus.*

dò iter

Digitized by Google

dò iter faceret pluvioso & humido cœlo, tempore novilunii, domum rediit, antequam cubitum iret, APOPLEXIA correptus. Die alterô cùm ad se rediisset, animadvertit, dextrum latus universum, manus & pedes solâ facie exceptâ, resolutum esse, seque nec movere, nec etiam sentire benè posse. Cùm pes vel brachium ab adstantibus elevatur, pondere suo decidit. Friget totum latus, macie consumitur. Pulsus est debilis. Duos menses vitam hoc in statu trahit. Petit consilium.

RESOLUTIO.

Ανάλυσις

Si propositam affectus historiam, πρὸς λύχνον *ad lucernam* revolvamus, constat, quod adsit παράλυσις, ἀπὸ τῦ παραλύεσθαι dicta: ægerque commodè referri possit inter eos, qui παραλυόμενοι appellantur, quasi *ex parte soluti*, ad distinctionem apoplecticorum, qui λυόμενοι dicuntur, quasi *perfectè soluti*. Hôc ægrotus noster domum rediens fuit correptus affectu, qui deinde robore naturæ in paralysin terminatus, hucusque crudeli suo dominio, dextro lateri universo negotium facessens, animalem lateris nobilioris actionem, motum scilicet & sensum, depravatâ suâ qualitate incarceravit. Per κίνησιν *motum* hîc intelligimus non naturalem, qui homine vitali aurâ gaudente non cessat, sed voluntarium. Uterque dependet ab animâ, licet Renatus des Cartes (quem Vopiscus Fortunatus Plempius in epistolâ suâ de philosophiâ Cartesianâ *Renatum Democritum* appellat,) *in suis passionibus animæ art. 5. part. 1.* inficias ire videatur, animam dare motum.

Species affectus.

ADESSE paralysin res ipsa loquitur. FORMALIS enim paralyseos adest ratio, cum essentialiter inhærentibus & symptomatibus, insensibilitas nempè & immobilitas; membrorum gravitas, pulsus debilitas, ἀτροφία, partium frigiditas. CAUSÆ & SIMILITUDO eundem affectum confirmant. Ante annum similem vidimus ægrum, qui & à medicis habebatur pro paralytico.

PARTEM

Digitized by Google

PARTEM AFFECTAM & adæquatum *principale* παρα-λύσεως SUBJECTUM non esse vivifici nectaris & spirituum vitalium scaturiginem cor, quod περιείληπται τοῖς λοβοῖς τοῦ πνεύμονος, *comprehenditur intrà lobos pulmonis*, & ab artifice Deo in medio totius alvei pectoralis collocatum, ὅπως ἰσοῤῥόπως ἕλκῃ ἅπασαν τὴν ἐκ τοῦ πνεύμονος κατάψυξιν, ἅμα δὲ καὶ τῶν τῷ θώρακι περιπιπτόντων βλαβερῶν ἀπέχθῃ πορρωτέρω, *quo æqualiter ducat omne è pulmone refrigerium, simulque ab offensis, quæ thoraci eveniunt, absit longius.* Pars læsa principalis.

Nec τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος μητρόπολιν, καὶ πηγὴν τοῦ φλέγματος, *frigidi & glutinosi arcem, & pituitæ fontem affici*, arguunt principes, quæ in eo excitantur, operationes integræ, argumento evidenti, salvam esse cerebri medullam globosam, ἀγγεῖον τοῦ θείου σπέρματος, *vasculum seminis divini.*

Sed verum, proprium & adæquatum subjectum seu *pars affecta* est δεύτερος ὁ ἐγκέφαλος *alterum* in vertebris *dorsi contentum cerebrum*, seu spinalis medulla. Non adficitur autem tota, sed ejus *dimidia, dextra pars*, & *nervi*, instrumenta & canales spiritum animalem ferentes, inde oriundi. Hæc spinalis medulla eminenti excellens διχοτομίᾳ, singulari naturæ miraculo, in dextrâ medietate damnum & læsionem patitur.

Minus PRINCIPALE SUBJECTUM est Μῦς *musculus*, σῶμα ἔχων ναστὸν καὶ πεπυκνωμένον, *ut ait Ruffus l. 11. cap. 17.* μετέχων καὶ νεύρων, καὶ φλεβῶν, καὶ ἀρτηριῶν, οὐκ ἄμοιρον αἰσθήσεως, ἐνέργειαν ἔχον προαιρετικῆς κινήσεως, *corpus habens densum compactumque, præditum nervis, venis & arteriis, non expers sensationis, functionem habens voluntarii motus.* Hic afficitur secundùm tendines & fibras carneas. Minus principalis.

Rivulos quoque amœnissimos, VENAS & ARTERIAS διὰ τοῦ σώματος κεχυμένας, *per corpus diffusas* alimentariô suô succô, mirabilem naturæ campum irrigantes, à crudeli hâc hostilitate haud esse immunes, exemplo est *Pulsus debilis, & totius dextri lateris frigiditas*, argumentô evidenti: sanguinis nutrititii, (circulatione Harveanâ

nimis lentè, & juſtô non tempore abſoluta) & ſpirituum vitalium influxum (conformatione partium corruptâ) in vigore ſuo deficere. Nam è corde, velut è caſtello aquarum rivi ducuntur, omnes animæ facultates, cum ſpiritu & ſanguine non *μεταβατικῶς tranſitu locali* de parte in partem, ſed *μεταδοτικῶς communicativè* effluunt, & ſuis quæque locis ſe produnt, uſibusque ſerviunt, ad quos membrorum ſingula ſunt aptata.

Franciſcus Gliſſonius nervis ſingulare attribuit officium, quòd non ſolùm ſenſui ac motui inſerviant, ſed humorem quoque aliquem fluidum deferant, quem in partes omnes, in quas diſſeminantur, ſuo tempore infundant; hinc in paralyſi *venas* & *arterias* morbi hujus planè eſſe immunes, nervosque ſolos malè ſuo officio fungi, dictô locô *ſtatuit*.

Cauſa immediata. CAUSA *ἄμεσος, τὸ μὲν συνεχὸν αἴτιον ἀσθενείας* ſeu *impotentiæ hujus* ad motum & ſenſum proxima eſt, quæ *à Galeno 1. de ſympt. cauſis cap. 5.* dilucide proponitur, *τοιαύτη τις ἐν τῷ νωτιαίῳ ἡ διάθεσις, ὡς ἐμποδίζεσθαι τὴν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιπεμπομένην αὐτῷ δύναμιν, eſt talis quidam in dextrâ ſpinalis medullæ parte, & illinc lateris in nervis affectus, cujus occaſione à principio ad ipſum virtus transmitti prohibetur.* Inde animali hoc nectare & balſamo vitæ privata dextri lateris membra, nobiliſſima naturæ opera actionesque optabiles edere non poſſunt, ſed torpida pendent, ſimili modo, ut navis cœcis ſuis equis deſtituta immobilis fixo loco adhæret, ſive animalium inſtar in terris degentium, quæ à craſsâ nebulâ ſolis radiis privata, immota, humique proſtrata decumbunt.

Proximior. MEDIATA CAUSA PROXIMIOR, ESSENTIÆ ratione conſiderata eſt materia pituitoſa, ſpinalis medullæ oblongatæ dextræ parti impacta, robore naturæ à principio ſpinalis medullæ in calvariâ contenta propulſa. ESSENDI MODI reſpectu conſiderata peccat

Eſſendi modus peccat in 1. quantitate,

1. QUANTITATE. Copioſa eſt enim, & ſimul magnæ activitatis & inſolentiæ.

2. QUALI-

Digitized by Google

2. QUALITATE, eâque intensâ & naturæ molestâ etiam peccante *intemperie*, nimirum frigidâ & humidâ. *2. qualitate.*

Talem *Hippocrates 5. aphorism. 18.* innuit, dum τὸ ψυχρὸν ait, πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, *frigidum ossibus adversum, dentibus, nervis, cerebro, dorsali medullæ.* Id illustrat exemplum piscatoris, qui cum *Galenô 4. de loc. affect. cap. 4. teste*, in fluvio pisces venaretur, circa sedem & vesicam ita refrigeratus est, ut ipsô invitô effluerent alvi excrementa & urina. Alius iisdem accidentibus turbatus fuit, læsis circà os sacrum nervis. Obserservationes practicæ testantur, quendam sub multâ pluviâ & impetuosô ventô ambulantem, palliô madefactô, circa cervicem vehementi frigore fuisse affectum, indeque in diuturnam incidisse paralysin.

Præter *intemperiem manifestam* à singulari *malâ qualitate* & ἰδιοσυγκρασίᾳ *narcoticâ* παράλυσιν originem ducere, adnuente *Platero*, historiis atque exemplis confirmat *Sennertus lib. 1. praxeos part. 2. cap. 27. p. 525.* existimans, talem narcoticam vim habere non rarò humorem illum, qui apoplexiæ atque paralysis causa existit. Talem confirmat *Fernelius lib. 5. de part. morb. & sympt. cap. 8.* qui, se vidisse aliquando universam corporis cutem ex crapulâ & vinolentiâ stupore fuisse affectam, refert.

Nos non inficias imus, occultam hanc narcoticam qualitatem suô etiam venenô, materiæ huic pituitosæ in corpore nostri ægrotantis bellum indixisse, & lubenter, soporosis his qualitatibus, album addimus calculum.

Materia eadem pituitosa peperit etiam morbum conformationis in ægro nostro, nempè *obstructionem. Platerus* quidem hanc eliminare conatur sententiam, hâc ductus ratione, quòd humor crassus in nervorum solidorum substantiam tam subitò, ut sæpè apoplexia in paralysin terminatur, se insinuare non possit. Possibile tamen esse statuimus, ut humor aliquis in substantiâ cerebri collectus, in nervorum substantiam sese insinuet. Neque opus est, ut humor ille *meatuum læsione.*

 planè

Digitized by Google

planè sit crassus. Potest serositatibus permixtus, *& dilutus* eundem præstare effectum. Imò, quò copiosiori serô diluitur, eò promtiùs penetrare filamentosam & medullarem nervorum potest partem.

3. *Motu.*

3. MOTU etiam peccat humor frigidus generationis & localis. In TOTO CORPORE CACOCHYMICA dominante colluvie, per arterias pituitosus sanguis in cerebri medullam, exinde in principium medullæ oblongatæ irruens, turbas has dedit.

Irruit humor hic partim pulsus, partim receptus, ob imbecillitatem visceris hujus, eô fluxionis modô, qui affinis est fermentationi, & cuidam segregationi.

Paracelsicorum sententia.

Chimici accusant ☿um, qui in apoplexiâ ♎tus, & ab astro suo depulsus in nervorum irrruit principium, postquam dicam scripsit confœderationi cum ⊖ & 🜍 initæ.

Remotiores 1.

REMOTIORES *mediatæ causæ* sunt naturales, nonnaturales, & præter naturam.

NATURALES inter REMOTIORES in scenam prodit ÆTAS SENILIS, præcipuè hanc ad ægritudinem disposita, ob temperamentum frigidum. Γέρουσιν enim *Cous 1. aphor. 14.* dicit: ὀλίγον τὸ θερμὸν, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα, *senibus parùm calidi inest, frigidum enim eorum corpus.*

2.

Inter CAUSAS NON NATURALES ægrum nostrum præcipuè hunc ad affectum disposuit AER, quô carere *juxta autorem lib. de flatibus*, vita humana non potest, cujus alteratione assiduè afficimur, adeò ut nubilô & pluvio jove tristiores, sudo serenoque cœlo lætiores reddamur. Humida & pluviosa constitutio prægressa, etiam huc confert, quòd mater putredinis & hujus consectariæ corruptionis sit.

VENTUS AUSTRINUS malè audit apud autores. Hunc plumbeum vocat *Horatius lib. 2. Serm. satyr. 6. v. 18.*

nec plumbeus auster

Autumnusq; gravis, Libitinæ quæstus acerbæ, quod plumbeos homines efficiat, gravans caput & membra. Indè *Cous 3. aphor. 5.* Νότοι, *inquit*, βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοὶ, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥω-

ἀῤῥωςίημα. *Auster auditum hebetat, caliginem inducit, caput gravat, pigros & languidos reddit. Cùm hic dominatum tenuerit, talia in morbis patiuntur.*

ASTRORUM in affectu hoc excitando maxima fuit vis. Neque enim tot illustria sidera quis fatua dicet, illisquè omnem vim demere velit. Lucem dant sublunaribus, & potente suâ in inferiora operatione morbos mortemque nonnunquam inducunt. Certum est, quòd Lunâ silente vitiosi abundent & dominentur humores, plenilunio laudabiles. Hæc igitur apoplectica infirmitas magis detecta eo tempore, quô facultas imbecilla.

MOTUM itineris ad recipiendum corpus hoc disposuisse verosimile est, dum reseratis poris, in ambitu corporis μιάσματα quoquoversum disposita promptius distribuntur. QUIES ægroti nostri per omnem vitam intempestiva maximam noxiorum humorum colluviem intus coacervavit.

Consimilis SOMNI VIGILIARUMQUE ratio est, quorum utrumque, si modum excesserit, malum. *Coo 2. aphor. 3. teste*, ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν: *ille* copiam humorum colligendo, *hæ* spiritus dissipando.

CIBUS & POTUS: mali succi CIBI, aut qui facilè corrumpuntur, hùc suum contulerunt ἐπιβάλλον μέρος.

PRÆTER NATURAM causæ etiam occurrunt. Maximè ad hunc affectum suum adjecit calculum APOPLEXIA, materiâ ex principio spinalis medullæ in alterutram medietatem expulsâ. 3.

Ex his causis natus affectus, non mirum est, quòd sequentia habuerit symptomata. *Symptomatum ratio.*

I. Ἀπώλεια τῆς κινήσεως προαιρετικῆς, καὶ ἀναισθησία τῶν πεπονθότων τόπων, *abolitio motus voluntarii & sensus partium affectarum* adest, ob influxum animalium spirituum inhibitum.

II. GRAVIA sunt membra resoluta, quia spiritibus destituuntur.

III. PULSUS ADEST DEBILITAS ab denegatum spirituum animalium in nervos cordis affecti lateris influxum.

Digitized by Google

IV. ΑΤΡΟΦΙΑ & extenuatio adest, ob nervorum, qui alimentum adferunt ad partes, *autoribus Wharthono & aliis, obstructionem*, ob sanguinis alimentarii, per arterias à motu membrorum deficiente, influxum deficientem exorto, *ex sententiâ aliorum*. Pulsûs motu deficiente, alimentarius sanguis partibus non communicatur.

V. FRIGIDITAS partium eodem nascitur ex fonte.

Prædictio. ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ sequitur, consideratu dignissima.

Qui ægri saluti consulere vult, præteritorum meminisse, præsentia considerare, atque futura prospicere debet. Illa enim, ut ad morbi ejusque causæ amotionem apprimè conferunt, si probè cognita fuerint, ita hoc ægro maximè utile, & medico scitu necessarium, ei maximam nominis parat famam, medicumque apud alios θαυμάσιον reddit, eximitque sorte vulgarium medicorum, ac cœlestibus mentibus propiorem reddit. Sic *Eudemus* Philosophus *Galenum* ob felicem sibi factam prognosin, his Romæ extollit verbis: *Vaticinari Pythium Apollinem ægrotantibus voluisse per os Galeni, & quibus remediis ad sanitatem revocari possint, & quâ die perfectè liberari debeant.*

Nos boni navis gubernatoris ad exemplum, qui, *Claudiani in laud. Stiliconis paneg. 1.* ut utamur verbis:

exiguo clavi flexu declinat aquarum
verbera, nunc rectâ, nunc obliquante carinâ,
callidus, & pelagi cœlique obnititur iræ.

1. ratione generis. SALUTIS nostri ægroti prædictionem RATIONE GENERIS, damus difficilem & periculosam, quia animalium & naturalium torpent instrumenta; viscosa enim & tartarea materia incarcerata non facilè suum relinquit locum, sed hostis instar victoriam reportantis, adversariique clade superbientis, firmô & immotô stat talô, animosiorque existit. Eadem clades ἀτροφίαν habet comitem. Hæc autem languentis naturæ indicium, nec non malum & infidum signum est.

Difficul-

Digitized by Google

Difficulter curabilem esse hunc affectum, confirmamus etiam SUBJECTI habito respectu, testimonio *Celsi lib. 3. cap. 28.* cum inquit: Solent, qui per omnia membra resoluti sunt vehementer, celeriter rapi, & si correcti non sunt, diutiùs quidem vivunt, sed rarò ad sanitatem perveniunt, & plerumque miserum spiritum, memoriâ quoque amissâ, trahunt. In partibus verò nunquam acutus, sæpè longus, ferè sanabilis est morbus.

CAUSARUM ratione in nostri ægroti ferè perniciem jurat ex apoplexiâ originem trahens paralysis. Difficilis est curationis, & periculis non vacat, ob causæ vehementiam, confirmatam partium imbecillitatem, & metum recidivæ, propter novam congestionem similis materiæ. In senibus difficulter curatur ob caloris nativi imbecillitatem. Noster æger est senex. *3. Causarum.*

Speramus tamen meliora, licet curatio sine maximâ difficultate & trium mensium spatio optatam non facilè consequi didicerit metam. Morbi diuturnitatem si spectemus, prorsus esset desperandum. Dabimus tamen operam, ne atrox malum Archæi microcosmi ultimum vitæ imponat terminum. Hâc spe freti ad

CURATIONEM in indicationibus & præsidiorum materiis consistentem, deveniemus.

INDICATIONES sunt tres: CURATORIA, PRÆSERVATORIA, & VITALIS. *θεραπεία*

Causæ influxum prohibentes è medio tollendæ. Humores QUANTITATE peccantes evacuandi *universaliter* per alvum, vomitum, urinam, sudores, salivationem: *particulariter* per nares, os, palatum. Terminus evacuationis est status naturalis QUALITATE, ut excedunt, indicant alterantia contraria, calida nempe, ut frigidi, incidentia, ut viscidi: attenuantia, ut crassi. *Ai δὲ ἀκρότητες eminentiæ* & potentiæ, & ♀riales atomi non negligendæ. Occultum quid si adsit, id etiam observandum.

Τῷ κτῦ SECUNDUM ubi excedentes κινήσει καὶ στάσει humores respiciendi. Ne novus apoplecticus ingruat paroxysmus, AFFLUXUS circulationis minuendus.

per

per revellentia, fermentatio & separatio per præcipitantia. Qui INFLUXERUNT resolvendi. Partes per διὰ περιπέθειαν materiam suppeditantes, purgandæ. Sanguis, humanæ vitæ καὶ τοῦ θερμοῦ balsamum, multis scatens impuritatibus, purgandus.

RECIPIENTES partes, cerebrum & spinalis medulla, confortandæ. VIRES conservationem desiderant, imò efflagitant. Totum corpus virium sustentamine, calore scilicet nativo depauperatum, corroborandum.

Ad MATERIAS PRÆSIDIORUM progressum faciemus. Et ex fonte

τὰ βοηθήματα χειρουργικά. V. S. I. Χειρουργικῶν, VENÆSECTIONEM ad uncias sex, ne illud vivificum nectar satis exhaustum, majus detrimentum sumat, commendamus, licet non adsit præsentia principaliter indicantis; attamen quia ægrotus noster mistæ cacochymiæ quædam præbet indicia, non inconveniens esset, si in brachio lateris sinistri locus venæ secandæ eligeretur, vulnere paulò ampliori inflictô, pro expeditiori crassi pituitosique humoris effluxu.

Ne autem virium jacturam inducat VENÆ SECTIO, unâ horâ vel dimidiâ antè

℞. *cryst all.* ♀*ri* ℈j, *mag. corall.* g. vj, *perlar.* g. iij. M. ad chartam. S. Pulver eine Stunde vor dem Aderlassen im ersten Löffel Süpplein zu geben.

urticatio. URTICATIONEM summis laudum encomiis cum *Celso* extollit *Lazarus Riverius*. Urticis viridibus membra resoluta frigida cædi possunt, ut calor evocetur, præcipuè, cum ἀτροφία conjuncta, donec rubescere incipiant.

frictio. FRICTIONES cum aquâ formicarum & salviæ cum *foliis tabaci* in vino malvatico infusis, hîc quoque locum habent.

Rubificatio. RUBIFICANTIA suum præstant officium, altiùs enim delitescentem calorem ad cutim evocant, ut sunt: *rad. thapsiæ, sem. nasturt. fol. urticæ, sinapi* &c.

Pharmacia PHARMACIA primas vias lenioribus expurgat, deindè præparat humores in primâ, secundâ & tertiâ corporis regione,

Digitized by Google

gione, partesque debiles, ne similem generent humorem, aut eundem recipiant, alterat & consumat.

Leniter educentia. 1.

LENIENTIA, seu lenia purgantia excrementitiam exturbant saburram, ut *clysteres, potiones, pulveres, bolique lenientes.*

℞. *rad. angelicæ, althææ* a. ʒiij,
herb. malvæ, althææ, mercurialis, salviæ,
hyssopi, betonicæ, origani, a. Mß,
fl. chamæmeli, summit. centaurii min. a. Mß,
seminis rutæ, fœniculi, anisi, a. ʒij,
fimi ℥j, *hord. mundi* Mij, *carth. conquass.* ℥j, *sen. al.* a, ʒij,
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔j,
Adde *elect. lenitivi* ℥ij, *benedictæ laxativæ* ℥j,
ol. irini ℥ß, *rutæ* ʒvj,
mellis anthosati, rosati colati ℥j, *salis* ʒß.
M. F. Clyster.

Alio quoque modo primæ viæ possunt evacuari. 2.

IN FORMA PULVERIS.

℞. *tremor.* ♀*ri* ℈ß, ♀ ⊕*lati* g. viij, *dacryd. correct.* g. iiij,
D. ad chartam. S. Lindpulver.

Vel:

℞. ♀ ⊕*lati* ℈ß, *resinæ scammonii* g. vij,
sacchari canariensis g. vj. M. F. Pulvis.

Si æger IN FORMA POTIONIS medicamenta expetat.

℞. *sir. de scolopendrio, epithymo, capill.* ♀ a. ℥ß,
aq. boraginis, origani, hyssopi a. ℥j,
electuarii diacarthami ʒiij, *diasenæ* ʒj.
Exactè misceantur. S. Lindtranck auf einmahl.

℞. *elect. lenitivi, rosati* Mesue a. ℥ß, *mannæ electæ* ℥ij,
aq. fumariæ, buglossi, boraginis a. ℥ij,
Solvatur in leni calore.
Colatura D. in fictili. S. Lindträncklein.

Mm IN FOR-

Digitized by Google

IN FORMA PILULARUM commodè alvus leniri poteſt.

℞. MP. *angelicæ francofurt.* ʒj, *cum ſir. cich. rhabarb.* F. Pilulæ ervi inſtar. S. Ordinar-Pillen. Dos. ℈ß.

℞. *rhabarb. electi pulveriſati* ʒß, *cinam. electi ol. aniſi* g. ij. *Incorporentur cum ſirupo de eupatorio* Meſue. F. Bolus. S. Laxierzucker.

Emetica. VOMITORIA benigniora pituitoſos in capacitate ventriculi reſidentes humores felici ſucceſſu educunt, ut ſunt *oleum ſimplex cum aquâ ſimplici, vel rad. atriplicis* q. s.

Cum verò talia lenia ſine irritamento vix faciant officium, *veterum more*, vel lorum vomitorium, vel duo anteriores digiti in fauces immittantur.

℞. *electuarii dia ἀσύζου Fernelii* ʒij, *aq. mulſæ* ʒj. S. Bruſtſafft.

Vel:

℞. *oxymelitis ſcillitici* ℥j, *aq. hordei ſimpl.* ℥v. M. F. Hauſtus.

Præparantia. Succedit humorum PRÆPARATIO, quæ eſt alteratio & emendatio qualitatis humorum excedentis primæ vel ſecundæ.

I. ℞. *ſir. ivæ arthetica* ʒiij, *de ſtœchade arab. beton.* a. ℥ß, *aq. fl. pæoniæ, lil. convall. cum vino deſtillata* a. ℥j, *ſpiritus roſarum* ʒj. M. F. Hauſtus.

Vel:

℞. *ſir. chamædryos, granor. juniperi, primulæ veris* a. ℥iij, *aq. betonicæ, roriſmarini, hyſſopi* a. ℥iij. M. F. Hauſtus pro ij. doſibus. S. Præparier Tranck.

II. ℞. *cryſtallorum* ♀*ri, ſec. radic. ari* a. ℈ß, *mag. coralliorum* g. iij, *perlar. ocul.* ♋. a. g. ij. M. S. Digeſtiv Pulver.

Vel:

℞. *cremoris* ♀*ri* ℈j, ♀ ⊕*lati* g. vj. M. S. Digeſtiv Pulver auf zwey mahl.

℞ con-

℞. *conserva fl. cichorii* ʒj, *cochlearia* ʒj, *spec. diarhodon abbatis* ℈ß. *sacchari parum.*
M. F. Bolus.
Vel:
℞. *conf. boraginis* ʒß, *fl. tunica, paonia, rad. eringii* a. ʒij, ⊖ *absinthii* g. vij, *limitat. chalybis* g. v. *cremoris* ♀ ʒß. *cum sir. de 5. radic.*
F. electuar. S. Digestiv Lattwerg.

PURGANTIA VALIDIORA, humoribus per aliquot dies dictô modô fusis, liquatis & digestis ordine succedunt. *Purgantia Validiora.*

VOMITORIA saburram ventriculi partiumque adjacentium feliciter exturbant, humoresque contumaces vitiosô miasmate inquinatos, ex imis microcosmi climatibus ac plagis trahunt, & morborum radices, quæ vulgaribus remediis loco moveri nequeunt, extirpant. *Vomitoria.*

IN FORMA PULVERIS.

℞. ☿ *vitæ* g. vj, *pulv. laxativi vegetab.* ℈ß, *sacchari parum.* M. S. Brechpulver.

℞. *rosa mineralis* g. iij, *mag. coralliorum, CC.* a. g. iiij, *vitri* ♁*ii* g. j, M. S. Köstlich Brechpulver.

Si placeant PILULAE,

℞. ☿ *vitæ* g. v, MP. *aloëphang.* g. x, *cum sir. cich. q. s.*
F. Pilulæ n. vij. S. Brechpillen.

Sin arrideat BOLUS,

℞. *pulv. gialapii* ℈ß, ☿ *vitæ* g. vij, *mag. corall.* g. v, *conf. fum. q. s. elix. citri par.* M. F. Bolus. S. Brechzucker.

IN FORMA HAUSTUS.

℞. *di asari Fernelii* ʒß, *aquæ mulsæ, oxymelitis scillitici* a. ʒiß, *aq. hordei* ʒj,
M. F. Haustus.

IN FORMA SIRUPI.

℞. *vitri* ♁*ii* g. v, Infunde in vini optumi ʒij per noctem. Pòst misceatur & filtretur.

Digitized by Google

Cum sacchari albiß. ℥iij *solut. in aq. rosar.* ℥ij, *cinamomi optimi* ℥ß. M. F. Sirupus.

Purgantia. PURGANTIA per alvum ordine succedunt.

℞. *rhabarb. el.* ʒij, *agaric. albiß. turbedon gummosi* a. ʒj, *fol. senæ orient. s. st.* ʒv, *cinam. fl. cordial.* p. ij, *spicæ, sem. fœniculi, anisi* a. ℈iij,
Infunde per noctem in cerevisiâ q. s. Manè coque.
Colaturæ expressæ ℥ij adde *oxymel. scillit.* ʒiij, *sir. diasari* ℥ß, M. F. Potio. S. Laxiertranck auf einmahl.

VINUM hoc MEDICATUM pro potione mensali maximè convenit.

℞. *rad. scorzoneræ, cichorii, fœniculi* a. ℥j, *cort. cappar. tamarisci* a. ʒij, *rad. pimpinellæ* ʒiiß, *herb. veronicæ, cochlear. nasturtii, fumariæ, eupatorii, ceterach,* a. Mj, *seminis cuscutæ, è lupulis, fœniculi, carvi,* a. ʒij, *fl. epaticæ albæ, anthos, stœchados arab.* a. p. ij, *passul. corinth. exac.* ℥ß, *senæ Alexandrinæ* ℥j, *rad. hellebori nigri ppt.* ʒij, *epithymi* a. ʒij, *gial.* ʒiij, *cort. citri, aurant. summ. schœnanthus* g. viij. *cinam.* ℈j.
Concisa contusa. Dentur ad chartam. S. Kräuter zu vier Kannen Weins.

PULVIS PURGANS.

℞. *gialapii resinosi nigri* ℈j, *mag. coralliorum* g. iij.
Vel:
℞. *cremoris* ♀ri ℈ß, ♀ ⊕lati g. iiij, *scammon. cum* 🜍 *vel cum sand. par.* g. x, *chrysopu ppt. magist. perlarum* a. g. ij, M. F. Pulvis.

MORSULI PURGANTES.

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ʒiß, *polychresti* ℈ß, *sacch. albi sol. in aq. sambuc.* ℥iiß, M. F. Morsuli.
detur unus vel dimidius pro vice.

Vel

Digitized by Google

Vel:

℞. *spir. diaturb. cum rhabarb.* ℥ß. *facch. albissimi q. s.*
M. F. Tabellæ. S. Purgier Morsellen.

PILULÆ.

℞. MP. *cochiarum* ℈ß, ☿ *cum scamm. Quercet.* ℈ß, *extr. scamm. cum* 🜄 *parat.* g. v, *cum aq. hyssopi q. s.*
M. F. Pilulæ n. xx. S. Hauptpillen pro unâ dosi.

BOLI.

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ℈j. *polychresti* g. iij, *conf. fumar.* ʒij, *sacchari parum.*
M. F. Bolus. S. Purgier Zucker.

Microcosmô per alvum purgatô, supersunt quæ materiam peccantem, nervisque impactam per ambitum corporis sensibiliter pellunt, & per insensiles corporis meatus educunt. Dicuntur HIDROTICA sive DIAPHORETICA. Magnarum censentur esse virium, susque deque habitis, quæ Septalius objicit. *Sudorifera.*

SI PLACEAT DECOCTUM,

℞. *ligni guajaci raspati, juniperini, sassafras, rad. sarsaparillæ, passular. min.* a. ℥ß, 1.
Coq. in f. q. aq. ad ℔ij. leniter tamen, ne sapore fiat ingratum. Colato adde tincturæ rof. ⊕latæ q. s. ad gratum saporem. S. Schwitztranck ad 3. dos.

Residentiæ colati adde *passular. min. mundat.* ℔ß.
Coq. in f. q. aq. Colat. canth. iij, adde
Tinct. rof. ⊕*latæ canth.* ß. *facchar. albiss. q. s. ad opt. sap.*
S. Tischtranck.

SIN PLACEAT POTIO VEL PULVIS,

℞. *aq. absinthii, cardui bened.* a. ʒj, *cent. min.* ℥ß, *spir.* ⊕*li* g. vj, *extr. ligni guajaci* ℈ß, 2.
M. F. Haustus. S. Schwitz-Wässerlein. D. in haustu vini calidi.

℞. *bezoardici mineralis* g. viij, ♂ *diaphoretici* ℈ß, *salis volat. C. C.* g. v, *mag. pæoniæ* g. vj,
M. S. Schweißpulver.

BOLUS vel PILULÆ si sint gratæ.

℞. *conservæ rosarum* ʒj, *C.C. usti* ℈j, *sacchari parum*. M. F. Bolus. S. Schweißzucker.

℞. *extracti ligni gvajaci* ℈j, *salis absinthii* a. ℈ß, ♁ *diaphoretici* g. v, *cum aq. cardui ben.* F. Pilulæ n. xv. S. Schwitzpillen.

Διουρητικά DIURETICA sequuntur, quæ urinam cient, perque eam materiam evacuant peccantem.

℞. *sem. dauci cretici* ℈ij, *cinamomi*, *spicæ* a. ℈j.
M. F. Pulvis ad doses ij. Exhibeatur in haustu decocti cicerum rubrorum.
In chartâ detur. S. Urin-Pulver.

℞. *rad. glycyrrhizæ rasæ*, *apii* a. ʒß, *fol. asparagi*, *aspleni*, *saxifragiæ* a. M. ß, *sem. hyperici* ʒj, *cicerum rubr.* n. x.
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℥vj. adde *succi limonum* ℥ij, M.

Particulares evacuationes. PARTICULARIS CAPITIS EVACUATIO haud est negligenda, per ERRHINA & STERNUTATORIA.

ERRHINUM.

℞. *hellebori albi* ʒß, *sem. staphidis agriæ*, *piperis albi* a. ℈j, *zingiberis*, *sem. nigell.* a. ℈ß, F. errhinum, caryophyllis pauló majus.

STERNUTATORIUM.

℞. *fl. liliorum convallium* Mj.
Exsiccentur lentè & pulverisentur minutim, addendo *ol. rorismarini*, *succini*, *cinamomi* a. g. iij.
M. S. Hauptstärckendes Niesepulver.

Pulverem nicotianæ siccæ manè, in parvâ quantitate ter aut quater per nares attractum, laudo. *Fonseca consiliorum libris* nullum remedium majus censet pro expurgandâ pituitâ

tuitâ ex capite & pulmonibus, quàm fumum tabaci. Verùm modicè convenit, aliàs mala inducit. *Caci Virgiliani lib. 8. Æneidos* more, quisquis ferè in cauponis

faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
evomit, involvitque domum caligine caca,
prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
fumiferam noctem, commistis igne tenebris.

Unde rivos catarrhi manare adstantibus ac prætereuntibus videre licet: cum aliàs, si rectè ejus usus ineatur, deplendo frigidis catarrhis capite, præsentissimum sit auxilium.

Noxiis humoribus evacuatis, sine morâ ad ROBORANTIA & ALTERANTIA, tanquam ad sacram anchoram confugiendum: in his enim tàm præservationis, quàm curationis vertitur cardo. Sunt vel interna, vel externa. *Confortantia.*

INTERNA. PULVIS.

℞. *pulv. analept. Mindereri* ℈j, *sp. dia paonia* a. ʒj,
cornu alcis praparati, ungula alcis, C. C. philos. ppti a. ℈j,
succini albi ppti, lap. bezoard. occident. a. ℈ß.
cranii humani ppti ℈ß, *ambra gryseа* g. x,
confect. perlata ʒiij. *sacchari ad pondus omnium.*

Pulverisata dentur. S. Edles und kostbares Hauptpulver.

℞. *antidinici & epileptici Rolfinciani tragematis* ℥iij.
In scatulâ. S. Trisenet.

TRAGEMA.

℞. *ol. anisi, fænic. cinam. caryoph. ligni rhodii* a. g. vij,
sacchari albiss. canariens. ℥ß,

Super igne, leni calore, in mortario vitreo mistis, adde
ocul. ♋ *ppt. perlarum ppt, coralliorum ppt.* a. ℈j,
cinnabaris ungarica eleganter splendentis ℈ij.

M. in scatulâ dentur. S. Hauptstärckendes Trisenet. Dos. g. iiij. seu Messerspitz voll.

ROTULÆ.

℞. *pulv. analept. cephalici* ʒj, *spec. dianthus, diambra* a. ʒß,
extr. rad. paonia, liliorum convallium a. g. x,
ol. cina-

ol. rosarum genuini, cinamomi, lil. convall. a. g. iij,
sacchari albi soluti in aq. majoranæ & succo citri. a. q. s. ℥iiij.
M. F. Rotulæ. S. Kräfftige Hauptstärckende Küchlein.

MORSULI.

℞. *spec. pro morf. imperat.* ℥ß, *pulv. analept. rubri* ʒij,
sem. pæoniæ ʒß, *cranii humani præparati* ℈j,
conf. fl. tunicæ, anthos a. ℥ß,
sacchari albi sol. in aq. fl. tiliæ q. s. adde
ol. cinamomi g. iij, *corticum citri* g. iiij.
M. F. Morsuli. S. Besondere Stärckmorsellen.

AQUÆ. POTIONES.

℞. *aq. epilept. Langii, carfunculi Rolfincii,*
apoplect. ejusdem a. ℥iß, *tincturæ rosar.* ⊖*latæ* ʒß,
sirupi fl. pæoniæ, tunicarum a. ℥ß, *sp. lil. convall.* ʒij,
In vitro. S. Hauptwasser.

℞. *unguenti nervini zwelferiani* ℥iij.
In pyxide terreâ detur.

℞. *ungventi paralytici Mynsichti* ℥ij.
M. S. Sälblein damit der Rückgrad / auch erstarrete Glieder Morgens und Abends werden geschmieret.

Emplastra. EMPLASTRUM de Tacamahacâ excellit.

℞. *resinæ tacamahacæ* q. s. Extendatur supra sericum nigrum ad imperialis formam, & temporibus applicetur n. ij.
S. Pflästerlein auff dem Schlaff.

SPINAE DORSI applicari potest emplastrum excellens *Rolfincianum.*

Sacculus ex cephalicis calidis paratus, mirè regiam planetarum sedem radiis suis illustrat.

℞. *herb. salviæ, rorismarini,*
fl. rosarum rubr. primulæ veris a. Mß,
stœchados arabicæ, pæoniæ, balaustiorum a. p. iij,
masticbis, succini, nucis moschatæ, cinamomi a. ʒj.

caryo-

Digitized by Google

caryophyll. rad. acori veri, ireos ℔ 1, a. ℈j

Concisa contusa aspergantur

ol. majoranæ, cinamomi, a. ℥. iiij.

In charta D. S. Species pro cucuphâ, & sindone rubrâ excipiantur.

THERMÆ, his non juvantibus, vernô tempore imperari possunt sulphureæ, bituminosæ, nitrosæ, Carolinæ, Teplicenses in Bohemiâ pro potu & insessu. *Rodericus à Fonsecâ* laudat balneum Aponense in agrô Patavino. Utuntur eô pro insessu per aliquot dies, & in stillicidio ad occiput & sinciput. A Balneo in usum vocari potest unguentum aliquod spleneticum. *Thermæ.*

ARTIFICIALES THERMAE ET BALNEA hisce ex speciebus parari queúnt.

℞. *fol. chamæmeli Romani, rutæ, serpilli* a. M. ij,
origani, salviæ, melissæ, majoranæ a. M. iij,
fl. sambuci, centaurii minoris, pæoniæ, betonicæ, primulæ veris, lavendulæ a. p. iiij,
rad. caryophyllatæ, visci querni a. ℥iij,
sem. nigellæ, rutæ, carvi, anethi a. ʒij, *castorei* ℥j.
scoriarum ferri q. pl. Sæpè hæc calefaciant. S. Species zum Bade.

Fonseca magnam adscribit virtutem luto S. Bartholomæi in agro Patavino, si membra paralytica eô foveantur.

DIAETA his omnibus respondeat. *Fons diætetic. 1.*

I. IN NATURALI DIAETA & CIBO summâ temperantiâ opus est, adeò efficaci, ut ejus paucitate, & emissione superfluitatum, omni die, regimen paralysis compleri scripserit vir admirabilis doctrinæ *Mesue.* Sit εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, calefaciendi, exsiccandi & attenuandi vi præditus.

POTUS sit exiguus & moderatus, corpus humectans, spiritus fovens, sit vel vinum tenue fragrans, vel mulsa, vel cerevisia rore marinô & hyssopo fermentata.

Digitized by Google

CONSULTATIO XX
pro
eodem ægro paralytico.

AFFECTUM præſentem PARALYSIN eſſe, adeoque *ἐκ λυομένου παραλυόμενον*, ex *apoplectico paralyticum* factum eſſe ægrum noſtrum, facilè res ipſa & recenſita hiſtoria manifeſtum faciunt. Quùm enim paulo antè, toto ſub initium corpore, ſenſum & motum perdidiſſet, nunc unius tantùm lateris reſolutionem patitur, ut à totius paralyſi, ut *Galenus* apoplexiam appellat 2. *de cauſ. ſympt. cap.* 2. ad particularem unius ſolùm lateris reſolutionem affectus tranſierit, quæ paralyſis dicitur. Sumimus autem paralyſeos vocabulum non in latâ ſignificatione, quâ nonnunquam veteribus quamlibet *τῆς κινήσεως ἀσθένειαν* ſignificat, ſed propriâ atque ſtrictâ vocis acceptione, quâ ſenſus & motûs abolitionem notat. *Avicennæ* mollificatio dicitur, non quòd revera nervi ad ſenſum & motum facientes emolliantur, ſed quòd relaxatis muſculorum tendinibus ventres eorum carnoſi molliores atque laxiores eſſe videantur. *Affectus idea.*

Hujus affectus quùm tres ſpecies agnoſcant autores 1. unam perfectam, cùm ſenſus & motus partium ex æquo perit & aboletur, 2. alteram imperfectam, cùm motus interit, ſenſu ſuperſtite manente. 3. Tertiam imperfectiſſimam, cùm ſenſus tollitur illæsô motu, quas ſpecies duas *Hippocrates παραλυτικὴν τρόπον, alii ἀναισθησίαν* vocant. Ad perfectam paralyſin eſt referenda præſens, quoniam non alteruter, motus nimirum vel ſenſus integer eſt, ſed utroque æger eſt deſtitutus.

PARS AFFECTA ut indagetur, notandum, triplici ratione evenire, ut motus atque ſenſus partium tollantur. 1. ſi ipſum particulare motus organum afficiatur. Ita partium motus tollitur, ſi moventes eas muſculi per medium ſint *Subjectum.*

 diviſi

Digitized by Google

divisi. 2. si ipsa spiritus animalis officinâ, sine quâ neque motus neque sensus perfici possunt, laboret: id quod in apoplexiâ videre est. 3. si nervi, animalis spiritûs deductioni ad partes movendas inservientes, sint læsi.

In præsente ægro motûs immediatum organum *musculus* integer est, neque accusari potest, quùm nullam planè læsionem incurrerint dextri lateris musculi. *Spiritûs* etiam animalis officina cerebrum, accusari nequit: caput enim affectum non esse, neque ullam cerebro accidisse noxam, principes quæ in illo ritè peragùntur operationes, ratiocinatio, memoria, testantur. Imò verò loquitur illud ipsa facies, quæ secundùm naturam se habet, utroque enim oculo videt, utrâque aure audit æger, unde facili conjecturâ assequi possumus, cerebrum globosum læsum non esse. Apparet igitur, nervum spiritûs animalis delatorem esse id, quod in hoc affectu patitur.

Quoniam autem nervi triplici ferè in regione affici possunt, in exortu suo, in medio, & in fine seu insertione: in ægroto nostro, verisimile est eosdem in initio & exortu suo esse affectos. Non autem videntur affici illi, qui à cerebro in calvariâ contento originem suam trahunt, & ad artus manus & pedes non deducuntur, sed illi potissimùm hic incusandi veniunt, qui à medullâ cerebri oblongatâ in spinâ dorsi contentâ ad artus deducuntur, qui affecti sunt, tùm ut partes similares, quatenus frigore sunt tentati, tùm ut dissimilares, quatenus pituitosis humoribus illorum meatus sunt occlusi. Juxta hunc exortum suum & spinalem medullam igitur hærentes pituitosi humores non quidem totam spinæ medullam occuparunt, sed alteram solùm ejus partem. Quùm enim à naturâ studiosâ individui conservatrice, in duas partes, dextram & sinistram, sit distincta, & unâ affectâ altera integra esset & illæsâ, in hoc ægroto ad dextrum latus frigidi humores resident. Dimidia ergò spinalis medulla cum suis nervis afficitur & quidem per essentiam.

Causa 1. CAUSA IMMEDIATA aboliti in dextro latere sensûs & motûs, est negatus spirituum animalium per nervos influxus.

Digitized by Google

MEDIATA PROXIMA obstructio est, orta ab humoribus frigidis, alteram medullæ spinalis partem, dextram nimirum replentibus. Hi, quùm paulò antè in basi calvariæ juxta principium, & medullæ cerebralis in spinam prolongationem & delapsum, hærentes, ex æquo nervorum exortui incidissent, apoplexiam & totius resolutionem passus est æger: nunc verò, quùm victrix natura eosdem in alterutram, dextram nimirùm partem, propulsaverit, in paralysin dextri lateris illa est terminata. 2.

MEDIATÆ REMOTIORES NATURALES primo occurrunt loco. 3.

FRIGIDORUM HUMORUM generatio quidem à frigido viscerum *temperamento*, totiusque corporis habitu humido dependet; in capite tamen iidem sine dubio, sunt collecti. Unde factum, ut soporosis antea affectibus apoplecticis similibus tentaretur. Quùm verò spinalis medulla nihil sit aliud, quàm cerebrum prolongatum, mirum nemini esse debet, si quicquid vitiosi humoris in capite collectum est, è cerebro propulsum pronâ viâ in spinalem medullam descenderit, & nervos affecerit.

Occasionem verò huic malo gravissimo iter, quod PLUVIOSO COELO fecit, dedisse absque omni dubio est. Quantam enim externum frigus cum nervoso genere gerat inimicitiam, notavit jam pridem *Galenus lib. de causis morborum cap. 9.* cùm moderatam frigiditatem stuporem inducere, immodicam verò sensum & motum auferre ait, ut planè videre est, *inquit*, in his, qui in hyeme per frigora proficiscuntur, & in refrigerantibus medicamentis: Nam si extrinsecus immodicè adhibeantur, particula ipsa stupida evadit, quæ deinde sensum omninò amittit. Videturque idem ferè huic accidisse, quod illi, qui apud *Galenum 4. de locis affect. cap. 5.* cùm sub multâ pluviâ ac vento impetuoso ambulasset, pallium circa cervicem madefactum animadvertit, vehementi à frigore paralysin passus est.

Ex RERUM P. N. censu PRÆGRESSA apoplexia omne absolvit punctum. 4.

SYMPTOMATUM jam ratio eſt reddenda.

EXPULSA dum fuit peccans materia, naturæ robore, ex ſpinalis medullæ capite in calvariâ hærente, in dextram ſpinalis medullæ partem, æger apparuit TOTO DEXTRO LATERE reſolutus quandoquidem ejus lateris medullam ſpinalem humores hi occuparunt, faciei partibus exceptis, quoniam nervi illi, qui à cerebro initium & exortum capiunt, liberi ſunt, & hujuſmodi humoribus non gravati: omnes enim nervi, qui ad ſenſus & motus organa faciei decurrunt, à cerebro originem ſumunt, duobus ſolùm exceptis qui ad ſecundam colli vertebram egredientes, in muſculos faciei diſtribuuntur.

PULSUS in affecto latere debilis vix veſtigium ſui relinquit, quod libera, in parte, quæ motu planè deſtituitur, ſanguinis diſtributio fieri non poſſit. Eadem cauſa eſt, quare frigore latus hoc totum tentetur, cum influentis caloris diſtributio in membra lateris dextri fieri non poſſit.

PONDUS in membris iisdem ſolùm dominatur, nullumque locum hîc habet voluntatis imperium, proinde ſublata in altum membra, quaſi emortua eſſent, decidunt.

Signa prognoſtica. 1.

PROGNOSIS SALUTIS. Non eſſe ex facilè curabilibus hanc paralyſin, ex eô apparet, quòd non tantùm illa perfecta eſt, & cum motu ſenſus ſimul partium interiit; ſed quod vitalis etiam facultas non parùm languere in latere dextro videtur, unde debilis etiam pulſus vix animadvertitur, præterquam quòd ab apoplexiâ orta ſit, quæ paralyſis difficillima eſt curatu.

2. Longum morbum eſſe paralyſin & nequaquam acutum, Celſus docuit lib. III. cap. 27.

LONGITUDINIS. Quamvis ab externâ & procatarcticâ cauſâ orta paralyſis facilem curationem admittat, ut ſuo exemplo *Avenzoar teſtatur, lib. 1. theiſir. tract. 10. c. 7.* ubi ſemetipſum, quùm à frigore vehementi pede reſolutus eſſet, calidis inunctionibus, exterius adhibitis, haud difficulter reſtitutum eſſe ait, hæc autem paralyſis ab externâ cauſâ orta eſſe videatur: nihilominus internam cerebri debilitatem & nervorum, huic malo originem dediſſe, antegreſſæ affectiones infallibili argumento eſſe poſſunt, adeò ut periculum ſit, ne longo tempore affectus ægroto noſtro adhæreat.

MODUS

Digitized by Google

MODUS EVENTUS. Sæpè notatum est, paralysin, quæ apoplexiam sequuta est, non rarò in priorem affectum apoplexiam recidisse, vel quòd per epigenesin novæ materiæ apoplexia ipsi supervenerit, vel quòd factâ metaptosi materia, quæ unum solùm latus affligebat, ad utrumque reciderit, & totius resolutionem induxerit. Eò majori diligentiâ providendum erit, ut si forsitan planè è medio tolli morbus non possit, ad minimum opera detur, ne in pejus malum ruat æger. 8.

CURATIO igitur erit summo studio aggredienda, quæ ut rectè instituatur, attendendæ primò omnium INDICATIONES. CURATORIA morbum tollendum esse significat, id quod fiet *Curatio instituitur indicationibus.* 1.

PRÆSERVATORIA, causarum remotione, crassâ, spinalem medullam quæ obsidet, materia, humoresque, qui in cerebrum lati inde in spinam delapsi sunt, erunt evacuandi, discutiendi, & generantibus frigidum sanguinem visceribus occurrendum. 2.

VITALIS. Neque causæ solùm remotioni, sed principalium quoque partium robori erit studendum; cerebrum & nervi debilitati erunt roborandi. 3.

MATERIA PRÆSIDIORUM è suis fontibus erit petenda: & quidem in

I. Χειρουργικῷ, primo se loco offert V.Sectio, quam commendat *Aëtius ex Archigene* & *Hercule Saxonia* non ad uncias, sed ad libram etiam emisso sanguine, maximi usûs futuram esse extstimat. *Valleriola* autem in sene septuagenario profuisse commemorat. Eam tamen, quùm neque ulla plethoræ adsint signa, neque ætas quæ ad adultam vergit, permittere videatur, mallem in hoc ægroto omittere, quàm suadere.

CUCURBITULARUM major usus esse videtur. Illæ sive cum, sive sine scarificatione partibus resolutis applicentur: non quidem, ut causæ morbificæ evacuatio fiat, sed ut attracto sanguine & calore, vitalis & naturalis facultates, quæ in resoluto latere languere videntur, excitentur.

VESICA-

VESICATORIUM non improbo, evacuandis serosis & frigidis humoribus convenientissimum, ejus tamen loco conducibilius videtur

SETACEUM ceu duplex fonticulus, ut affluentes sine intermissione crudi humores continuè evacuentur. Hoc emissarium non crudo ferro, sed candente potiùs acu pararem, ut vicinarum capitis & reliquarum partium robori consulatur, quibus maxima à frigore debilitas accessit.

Illorum consilium improbare non possum, qui calido ferro, non tamen ita candente ut cutem lædere possit, sæpius ad capitis suturas & cervicem circumducto, collectæ frigidæ materiæ discussioni student. Id fortè felicius perfici posset

SARTAGINE candente capiti admotâ, quam Itali Capello dal Avicenna vocant, quòd figurâ suâ pileum ferè referat, cujus apud illos frequens in deligatione vulnerum capitis est usus. Ea autem ita capiti admovetur, ut pilos quidem, non tamen cutim capitis adurere possit. Hujus frequenti adhibitione caput frigidâ intemperie laborans, non parùm roborari solet.

IN LIGATURIS parum spei. Quod si tamen ægroto aliqua etiam in illis fuerit fiducia, nolim refragari.

Mallem PICATIONES vel percussiones URTICIS urentibus & frictiones linteis asperis ad ruborem in resolutis membris administrari, quibus tàm influens, quàm nativus calor, partium excitari potest.

Pharmacia suppeditat

Quoniam autem inducias dat affectus, ex

II. Φαρμακευτικῶ debitâ methodo omnis generis medicamenta adhiberi & possunt & debent: lenientia, præparantia, purgantia, roborantia & confortantia.

Lenientia.

LENIENTIUM loco, non clysteres tantùm, sed alia quoque ore sumta, quæ tamen primas tantùm vias respiciant, esse possunt. *Avicennæ* consilium est, in paralysi in principio non esse purgandum. Id à *Paulo* etiam observatum videmus. *Septalius* tamen, vel primo die inva-

invasionis valido alvum purgante subduci debere monet, ut materia, quæ nondum nervoso generi impacta, sed adhuc in motu est, statim subtrahatur & evacuetur. Malo tamen in mitioribus persistere.

Clyster sit talis.

℞. *herb. salviæ, hyssopi, origani, betonicæ, malvæ, althææ, mercurialis* a. Mj,
flor. chamæmeli Rom. summ. cent. min. a. Mß,
sem. rutæ, anisi, fœniculi a. ʒiij.
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℥ix adde
elect. lenitivi, diacatholici a. ℥j, *hier. picræ cum aloe*,
ol. rutacei, liliorum alborum a. ʒvj,
mellis anthosati ℥j, *salis gemmæ* ʒj.
Vel, si stimulanda magis & irritanda videatur facultas expultrix, ejusdem ʒij. M. F. Clyster.

Portetur in vesicâ cum siphone, applicetur horâ viij. matutinâ.

Si, ut ferè fit, à clystere abhorreat,

℞. *cremoris* ♀ri ʒß, *dacrydii* g. vij.
S. Lindpulver.

Vel:

℞. *electuarii diacarthami, castorei* g. v,
aquæ betonicæ, majoranæ ℥iiij.
Stent in infusione per noctem, manè incalescant & colentur cum expressione. Colaturæ adde
mannæ Alexandrinæ ʒiij. *Iterum colatis* adde
sirupi de cichorio cum rhabarb. de spinâ cervinâ a. ℥ß.
M. F. Haustus pro 1. dosi.

PRÆPARANTIA ut secundo loco exhibeantur, res atque methodus postulat, quæ vel decoctione plantarum cephalicarum, vel sine decocto ex aquis calefacientibus cephalicis, cum sirupis parari possunt. His tria illa celebratissima chimicorum digestiva: ♀rus ⊖latus, cremor ♀ri, mistura simplex, addi possunt. *Præparantia.*

Digitized by Google

℞. *herb. salviæ, beton. veron. chamæpit.* a. p. vj,
rad. fœniculi, ireos florentinæ a. ʒj,
seminis anisi, pæoniæ a. ʒij,
fl. stæch. arabicæ, primulæ veris a. p. ij,
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colat. ℥iiij, adde
sir. beton. meliß. anthosati a. ℥ß. *misturæ simpl.* ℈j,
spir. ⊕*li veri* g. x. M. F. Haustus.

℞. *aq. betonicæ, hyssopi, apoplect. amaræ* a. ℥ß,
sirupi pæoniæ, primulæ veris a. ℥ß,
spir. rosarum, liliorum convallium a. ʒj, *salis* ℈ß,
extracti castorei g. ij, ♀ ⊕*lat.* ℈ß,
M. pro Haustu.

Præparatis per complures dies, iiij. vel etiam ultrà humoribus, cùm satis tenaciter medullæ spinali impacti videantur, vix vectibus elevandi,

Purgantia. PURGANTIA validiora in usum erunt vocanda, quæ vel seorsim exhiberi, vel cum præparantibus etiam misceri nonnunquam queunt. Et quùm capiti evacuando pilularum usus imprimis conveniat, illæ quoque hîc potissimùm eligendæ, poterunt esse tales:

℞. *massæ pilularum cochiarum maj.* ʒß, *de agarico* ℈j,
trochisc. albandal, dacrydii, castorei a. g. iij,
cum aq. salviæ q. s. F. pilulæ n. XXI. deaur. d. in pyxide.

Deprædicat miris modis in hoc affectu usum pilularum chamæpityos, non solùm Matthiolus in Dioscoridem, sed Platerus etiam in observationibus. Facilis compositionis pulvis, sed non inutilis futurus est, qui sequitur:

℞. *sp. diacarth.* ʒß, *resinæ scammonii* g. vj,
In chartâ. S. Purgierpülverlein.

cujus ℈j ante noctem horâ somni exhibitum Benedictus Victor Faventinus generosum vocat medicamentum in empiricâ medicinâ.

Purgan-

Digitized by Google

Purgantibus validioribus non omnem ſpem implentibus, haut erit inutile ad VOMITORIA chimica accedere.

℞. ☿rii *vitæ*. ℥. viij,

massæ pil. cochiarum q. s. ad incorporationem. Cum ſirupo de ivâ arthetícâ. M. F. Pilulæ v.

Exhibeantur manè horâ ymâ. Benè munito ventriculo in lecto expectetur operatio. Neque ab hoc ☿ii uſu utpotè nervoſo generi infeſti ullum periculum erit metuendum: habet enim in centro ſuo balſamicam quandam vim & multas ♂les partes innoxias cerebro futuras. Vel vocetur in uſum gilla Theophraſti, medicamentum ex ⊕lo, cerebro amico paratum.

Utroque ſi juſto modo evacuetur, non tantùm nulla accedet ægroto noxa, ſed humores etiam contumaces ex alto trahent, & morbi, qui nullis aliis remediis cedit, curationem haud infeliciter abſolvent.

IN DIURETICIS non parum ſpei ponimus, quæ in hoc affectu ab *Hippocrate* tacitè commendantur *librâ Coarum prænotionum*, cum reſolutiones partium urinis repente multis ſaneſcere, conceptis verbis ſignificat. Inſervient autem huic indicationi ſpiritus ſalis, ⊕li, ♀ri, ⊖ geniſtæ, cum aquâ petroſelini aut ononidis exhibita. *Diuretikà.*

Ad SUDORIFERA utrum ſit accedendum, ſi *Hippocrates* conſulatur, hæret animus. Hic *loco citato* ſudoribus confeſtim manantibus, malum in pejus ruere inſinuat. *Ludodovicus Duretus* valere jubet, qui paralyticos diaphoreticis faciunt deſperatos. *Septalius lib. 6. anim.* ſudoriferorum uſum improbat, non tantùm *Hippocratis* autoritate niſus; ſed eo etiam argumento, quòd ſudoribus craſſa non evacuentur, ſed tenues tantùm humores ad ambitum protrudantur. Mavult igitur diuretica exhibere, quoniam per urinarias vias craſſa profluunt. Non *videmus* tamen, quomodò ægroto noſtro obeſſe ſudorem moventia poſſint, cùm & tenuia & craſſa evacuari deſiderent. *Διαφορητικά.*

Sudor itaque diebus octo ordinatim ſequentibus manè horâ nonâ in Laconico inſtituatur, ſumto prius cyatho ſequentis decocti:

 ℞. *ligni*

℞. *ligni gvajaci raspati, sassafras* a. ℥vj, *rad. chinæ, sarsaparillæ, scorzoneræ, cichorii* a. ℥ij, *fol. primulæ veris, stœchados arabicæ, chamædryos, cardui benedicti, chamæpityos* a. p. vj, *seminum anisi, dauci cretici* a. ʒij.
F. infus. per noct. in s. q. aq. font. Colat. *canth.* ij. adde *sir. de pæon.* ℥ij, *spir. ligni gvajaci* ʒj, ⊕li ℈j.
M. F. Potio.

Dilutiore secundo decocto utatur in prandio & cœnâ pro potu ordinario.

℞. *residentiam* colati. Adde *passular. minor.* ℥j,
Coq. in s. q. aq. fontanæ, Colaturæ *canthar.* iij. adde *tinct. rosar.* ⊕*latæ dilutioris canth.* ß. *sir. corall.* ℥iiij.
M. S. Tischtranck.

Particularia. CAPITIS EVACUATIO fieri masticatoriis, errhinis & sternutatoriis potest: non eo fine, ut humores in medullâ cerebri globosâ & oblongatâ hærentes per os cribrosum, & cuneiformes meatus evacuentur, sed ut impuræ sanguinis ad cerebrum tendentes atomi per meatus tunicæ narium & faucium minuantur, antequam ad cerebrum perveniant.

℞. *aquæ majoran. betonicæ* a. ℥iij, *succi betæ depurati* ℥ß.
Coletur per linteum. Modicum ejus volâ manûs naribus admoveatur & attrahatur.

Sternutatorium esse posset *pulvis fl. liliorum convallium* per se, vel exaltatus cum aliis ingredientibus, *semine cumini, caryophyllis, tabaco Indico, bermodactylis, vel gialapio* ut phlegmatici humoris eò major ratio habeatur.

Specifica. Hæc dum aguntur, CORROBORANTIA cerebro & nervoso generi dicata non erunt negligenda, sed subindè illis intermiscenda, ex triplici vegetabilium, mineralium & animalium censu. Præter apoplecticas & cœlestes aquas convenient elixir vitæ Matthioli, spiritus & aquæ cephalicæ.

℞. *succini*

℞. *succini albiss. mastichis* a. ʒß, *ladani depurati* ℈j, *Interna.*
extr. acori ℈ß, *castorei* g. viij,
ambræ gryseæ, moschi orientalis a. g. iij.
M. pro massa pilularum. Ejus dosis ℈j.

℞. *conservæ fl. salviæ, primulæ veris,* *s.*
lavendulæ a. ʒß, *citri, anthos,*
conditi cortic. citri, aurantiorum a. ʒiij,
nuc. jugl. in Hisp. cond. n. ij, *nuc. mosch. in Ind. cond.* n. j,
spec. diambræ, diamoschi a. ℈j,
pulv. analeptici rubri ʒß, *cum sir. stæchad.* q. s.
F. elect. justæ consistentiæ, quod auri folio duplici obtegatur.

Ex *Hermeticorum* foro varia ex succino, coralliis, omni plantarum genere in auxilium vocari possunt.

Elæosaccharorum usus prodest, rorismarini, salviæ.

Essentia ambræ ad guttas iij, iiij, in vino, nobile præbet auxilium.

Mistura hæc capiti confortando apprimè conveniens erit.

℞. *aq. salviæ, primulæ veris* a. ℥ij. *spir. C.C.* ℈ß,
extr. juniperi ℈ß, *castorei* ij,
sir. cinamomi ℥ß. *ambræ gryseæ* g. ℈iij,
M. Dosis cochlear unum vel dimidium.

EXTERNA non sunt omittenda: & initio quidem odoramenta varia naribus frequenter admovenda, & toto morbi decursu resolutum latus pellibus, imprimis vulpinis, leporinis, agninisque muniendum. *Externa.*

Sudores subinde in resolutâ parte provocare non erit inutile, evaporationibus decocti plantarum artheticarum, & nevriticarum.

℞. *rad. imperatoriæ, eryngii* a. ℥ß, *visci querni* ʒij,
fol. chamædryos, majoran. primulæ veris, serpilli a. Mß.
F. Decoctio in vino, cujus vapore dextrum latus foveatur.

Digitized by Google

In ſicco balneo decocti hujus lateribus candentibus infuſi vapor excipiatur.

Non inconveniens erit membris paralyticis ſinapiſmos inſpergere, donec rubere incipiant, vel urticis eadem percutere, poſtmodum verò vel antegreſsâ etiam frictione cum linteis aſperis, unguentis convenientibus eadem inungere.

℞. *bdellii* ʒvj, *euphorbii*, *ſagapeni* a. ℥ß, *caſtor.* ʒiij, *cerae* ℥iß, *ol. leucoii* ℥j. F. Unguentum.

℞. *ol. vulpini*, *lumbricorum*, *caſtorei* a. ℥j, *balſami Guidonis* ℥ij, *ol. rutacei* ʒij.

Leni ſuper ignem factâ exſpiratione. F. Linimentum.

Quibus non partes ſolùm reſolutae, ſed praeprimis etiam ſpina dorſi inungatur.

Poſt inunctiones lintea ſuperponantur, quae incaleſcant ſequenti ſuffitu:

℞. *ſuccini*, *maſtichis*, *myrrhae* a. ʒj, *thuris* ℈ij, *caryophyll. nuc. moſch. cinamomi*, *macis* a. ʒß,

Pulveriſata & inciſa irrorentur ſpiritu vini. Poſteà exſiccentur. F. Pulvis, prunis injiciendus pro ſuffumigiis. Non verò membris paralyticis tantùm, ſed capiti etiam & cervici topica applicare convenit.

Emplaſtrum hoc de ſuccino nuchae h. e. affecto loco imponatur cum ſpe magni juvaminis.

℞. *ſuccini pellucidi* ℥ß, *maſtichis*, *thuris* a. ʒj, *galbani*, *opopanacis* a. ℈j, *ol. irin.* q. s. F. Emplaſtrum.

Solent delicatioribus emplaſtra ſubminiſtrari ex *tacamahacâ*, holoſerico ad imperialis formam illitâ. Haec temporibus applicata, exſiccandi pituitoſos humores vim obtinent. Firmiter temporum cuti adhaerent, ut nullâ vi auferri poſſint; donec tandem gummi tacamahacae planè abſumatur, & ſponte decidat.

Diaeta. DIAETA ſalutarem operam his jungere poteſt.

NATURALIS temperantiam ſuadet. Victus *ſecundùm ſpeciem* ſit tenuis, *ſecundùm ſubſtantiae modum* σχῆμα, στερεόν,

πῆ⊙, ἐξώδης, ἐκκοίλι⊙, *secundùm præparationem* naturæ gratus, *secundùm quantitatem* medium teneat, *qualitate* debet vires custodire & intemperiem propulsare. Calefaciendi & exsiccandi vim habeant cibi, aromatibusque condiantur.

POTUS maxima sit frugalitas. CEREVISIA condiatur hyssopo, vel cum hyssopo aut salviâ fermentata, vel sine fermentatione, simplici infusione, in usum trahatur.

VINUM modicè sumptum est asylum infirmitatum, præcipuè medicatum rore marino, salviâ, cort. citri, aurant. flor. primulæ veris, liliorum convallium.

Non sit è numero crassorum, sed tenuium.

Species non excipiantur sacculo, sed nudæ infundantur dolio, crasso modo concisæ. Ἐπιστόμιον sit perforatum, sic purum vinum effluit.

VITALIS diæta aeris rationem habeat. Medicatricem vim habebit splendidam, si suffitibus siccis & evaporationibus humidis alteretur. Culcitræ etiam & linteamina imbui possunt accenso succino in arâ igniariâ. II.

Loci mutationem medicam æger magnifaciat.

ANIMALIS diæta magnarum virium est. Membrum paralyticum invitetur ad motum, ut musculi adsuescant officio, si non analogum magnitudini morbi, saltem similem conatu. III.

VIGILIIS multum tribuimus. Excitant spiritus in ineptâ pigritiâ sepultos. Somnus nimius, ad quem inclinare solet, reddit ἐκτεθηλυσμένα τὰ μόρια, *partes effœminatas.*

ALVUS officii admoneatur. VENUS moderata non omninò excludenda in adsuetis.

Non solùm corporis, sed etiam animi cura geratur. Affectus temperentur τῇ τῶν λόγων θεραπείᾳ. Hâc medicatione animus ægri mœrore turbatus, erigatur in spem brevis restitutionis. Si tamen quis terrore aut ad iram commotione salubre quid præstitum iri confidat, age faciat, me tamen nec suasore, nec spectatore. Heroicum, sed periculosæ plenum aleæ remedium.

CON-

CONSULTATIO XXI
de
carotico.
HISTORIA.

Relatio historica.

VIr temperamenti frigidi & humidi ratione totius & capitis, annorum L. sub aëre frigido, humido, crasso, nebuloso & pluvioso iter faciens per quatriduum, victu etiam conformi frigido humido, jusculis carnium, aquarum, cerevisiarum variarum crebrius usus, domum redux cum amicis cœnavit largiùs, opiparis se reficiens ferculis, & Francico & Hispano se invitans vino, poculis indulgens sanitatis, quæ sibi invicem admetiebantur, & ἀμυστίζοντες tuburcinantesve ebibebant. Ipse autem, ut videretur magnus potator, vinum aquâ dilutum sibi clam afferri jubebat. Ipsi autem pergebant, tabacini fumi solennitatem simul celebrabant, musti novitii uno aut altero haustu se delectabant, uti etiam circa noctem, ne quid deesset luxui, haustu aquæ vitæ. Lecto se concredens, quantumvis in ♀rem non adeò generosus, nihilominus libidinis satiandæ desiderio turgidus, calefactis lumbis cum uxore rem habet furioso similis. Pòst somnum meditatur. Horæ intervallo ipsum præter morem se habere uxor advertens, ideò ipsum excitare conatur. Ille verò sopore oppressus immotus jacet, ut Marpesia cautes, oculos habens clausos, & licet inclamato auribus nomine eos aperiat, statim tamen eos iterùm claudit. Interrogatus non respondet, sensu tactus privatus est, non tamen omninò, sed certo tantùm modo. Manibus corpus leniter tactum non sentit. At si dolorifica accedit punctio insignis, tum contrahit brachium punctum antè immobile. Respiratio est libera.

RESOLUTIO.

Affectus species.

AFFECTUM CARUM esse judico, natalitium nomen suum haud carotidibus seu soporariis arteriis, quarum affectio-

Digitized by Google

fectionem esse soporem à non paucis antehàc fuit creditum, debentem, sed notissimo vocabulo κάρη, quod idem notat, quod κεφαλή, quia est affectio capitis, utpote quod gravitatem, & inexpugnabilem hanc dormiendi necessitatem patitur. Romanis affectus hic *veternus* nuncupatur.

Adesse CARUM testantur sequentia symptomata, ceu infallibilia signa. *Symptomata cari.*

SOPOR GRAVIS AC PROFUNDUS ET IMMOBILITAS, quibus ægrotus tenetur oppressus, argumento sunt, affectum huncce soporosorum censui jure merito venire accensendum.

Profundiorum verò, quàm ferre natura valet, soporum, seu affectionum somniculosarum species sunt plures: lethargus, coma, catalepsis & carus.

LETHARGI nomine præsens haut insigniendus videtur affectus, quoniam ille, quùm habeat suam hyparxin in œdemate phlegmonoso, ut phrenitis in bilioso, febriculam symptomaticam semper habet conjunctam, cujus præsentia tamen hîc desideratur. Lethargici prætereà respondent interrogati quantumvis confusè, quod ipsum de hoc lectulario negatur ac pernegatur.

Neque COMATIS nomine dignum omninò censeo, quia coma tùm somnolentum, tùm vigilans omnigeno symptomatum sodalitio privatum existit, hunc autem affectum è contrario longa eorum series ac congeries confertim & velut agmine facto comitatur.

Neque CATALEPSIN pronunciandum existimo, quoniam hâc abrepti, rigidi in eo statu & gradu, in quo prehensi fuerunt, hiantibus ac immotis oculorum sinubus permanent.

APOPLEXIAM non adesse ostendit respiratio illæsa.

Apparet igitur satis superque, CARUM optimo jure dici præsentem affectum.

Cognito jam morbo progrediendum, & ulteriori mentis indagine, quodnam τὸ πρῶτον πάσχον seu SUBJECTUM primariò affectum sit, pervestigandum. *Pars affecta.*

Illud haut esse anteriorem, in quâ nonnulli perperam

locant imaginationem, cerebri partem: neque cerebellum, sed oblongatam seu spinalem medullam asserimus.

Causa: continens. CAUSA IMMEDIATA est prohibitus spirituum animalium in organa sensui, motuique dicata transitus.

Mediata proximior. MEDIATA PROXIMIOR, à quâ malum hoc suam habet hyparxin, est obstructio nervorum, primordia sumens ab humoribus & vaporibus algidis, crassis & viscidis in cerebro forsan collectis, vel, quod in ægroto nostro verisimilius, aliunde, nimirum ab inferiori corporis sentinâ ad sacram Palladis arcem elevatis seu transmissis, quorum copia & crassitie nervorum principium ita fuit oppletum, obstipatum & obstructum, ut animalem spiritum, non in ventriculis (utpote qui falsò pro ejusdem officinâ venditantur à quibusdam) sed in tota cerebri substantia elaboratum, motuque ejus ad spinalem medullam deductum, haurire, & ad partes pro motu ac sensu vehere minùs valuerint.

Ex *Paracelsicorum* sententiâ accusari hîc possunt vapores seu spiritus ♀ cujusdam narcotici seu stupefactivi, qui viscositate sua spiritus animales ligare, vel aciditate ⊖latâ figere queunt.

Remotiores naturales. REMOTIORES NATURALES sunt temperamentum, quô vir iste præditus asseritur, frigidum & humidum, ut & ætas ad decrepitam vergens senectutem.

Non naturales. NON NATURALES accusantur sequentes:

I. AER frigidus, humidus, crassus, nebulosus ac pluviosus, sub quo per quatriduum iter fecisse perhibetur. Aerem enim dicto modo constitutum humores densare, incrassare, & spiritus animales pariter ac vitales obfuscare, obscurare, nec non tenebricosos reddere, tota medicorum cohors unanimiter affirmat.

II. MOTUS corporis in itinere, humoribus motum & raptum quendam conciliavit.

III. VICTUM conformem, stricto scilicet frigore algentem & madentem, largam opiparamque cœnam, ut & compotationem cum amicis institutam, suum quoque addidisse ἐπιβάλλον μέρος, noxamque peperisse insignem, ex historiâ

ftoria liquidum evadit. Ventriculus enim nimiâ copiâ obrutus, demandatum coquendi munus ritè obire minimè potuit, unde per primæ coctionis crimen, & imperfectam digestionem facti ac cumulati sunt cruditatum impuritatumque, ut sic loquar, montes, è quibus ingens postmodum halituum & vaporum copia fuit procreata.

Nimium VINORUM generosorum usum, nervis & cerebro parùm conducibilem, noxam intulisse notabilem, in propatulo est.

Sanitatis pocula crebra, quæ sibi invicem admetiebantur, & *ἀπνευστὶ* tuburcinandoque nullo reciprocato spiritu ebibebant convivæ, ipsi viam monstrarunt ad invaletudinem.

Dum vinum miscuit aquæ, incidit in censuram *Philosophi*, qui docuit: magis crapulam sentire, qui dilutiusculum bibunt, quàm qui merum ex toto.

TABACINI fumi usus hæc inter pocula mirè ipsi nocuit, & regiam mentis sedem debilitavit. Hic sursum ad mentis domicilium elatus, animales isthic loci stabulantes spiritus vi suâ narcoticâ turbatos, langvidos, imò planè stupidos torpidosque h. e. motu atque sensu privatos reddidit.

Neque protervïæ finis hic. Musto etiam se proluit, & humorum fermentationi operam dedit.

III. Furiosus in VENEREM impetus ad concitandam hanc calamitatem fecit plurimùm. Inebriatus mollia lecti stramina petiit, & avidissimè in uxorem debacchatus, veneris sacra cum illâ libidinosè concelebravit. Hinc factum, ut spiritibus ab officinâ stomachali per istud exercitium aliò revocatis, coctio fuerit impedita, atque ita arcis microcosmicæ coquo non benè coquente, immensa vaporum nubes ad microcosmi conscenderit horizontem.

Ex his causis natus affectus non mirum est, quòd sequentia habuerit symptomata. *Ratio symptomatum.*

1. *Δυσδιέγερτος* alto sopore oppressus & inexcitabilis jacet, ligato nervorum principio, nullumque animalium transmittente commeatum.

OCULOS habet CLAUSOS, occupatis motoriis oculorum, & quasi torpedine tactis musculis. 2.

3. AUDITUS feriatur, quinto nervorum pari non faciente officium completum. Altâ voce tamen nomine auribus inclamato oculos aperit, obstructio enim non est completa. Rursùm in soporem relapso eo, & illi concidunt.

4. AD INTERROGATA non respondet, lingua enim soporis compedibus ligata, officii est immemor.

5. TACTUS est sopitus: vi tamen punctionis accedente, se erigit, more soporatorum in ebrietate.

6. RESPIRATIO est libera. Reguntur enim ob summam necessitatem adhuc musculi, nervique se expediunt, in eos inserti.

Signa prognostica. 1. PROGNOSIS I SALUTIS ET MORTIS jam sequitur. Circa eam tradendum 1. quòd affectus hic, quô magis alienus & remotus ab apoplexiâ, eò magis periculo vacet. 2. Salutis spes inde crescit, quia non per ἰδιοπάθειαν seu per essentiam; sed per συμπάθειαν à vaporibus elevatis consensu partiùm inferiorum est ortus.

2. II. LONGITUDINIS ET BREVITATIS respectu, morbus hic longus esse nequit, quia cerebrum, tanquam viscus nobile, ac sensoriorum sensorium truculentiam hanc diu sustinere non potest. Brevis erit terminationis.

3. III. MODUM EVENTUS salutarem fore speramus, profligationem nempè insultuum, robore naturæ confortatæ.

Therapia. CURATIO maturanda, ne malum per longas invalescat moras. Nititur autem illa methodo ritè medendi, & præsidiorum materiis.

Indicationes. INDICATIONES duæ adsunt, nimirum præter naturam, una res secundùm naturam.

1. CURATORIA respicit morbum, qui properatam sui ablationem indicat. Tolli verò poterit, si alteretur prægrandis frigida cerebri intemperies, & contumaces reserentur obstructiones.

2. PRÆSERVATORIA extra paroxysmum locum habet, quæ incremento humorum, vehementis illius obstructionis ansam causamque luculenter suggerentium, occurrit. Ita humores, quà peccant QUANTITATE, evacuandi: quà QUALITATE, alterandi & àttenuandi: MOTU, si scilicet infe-

Digitized by Google

inferior corporis regio vaporum copiam ad supremam transmittit, illi, quatenus in VIA sunt, revellendi: quatenus in FOMITE, eradicandi.

VITALIS INDICATIO à viribus haurienda. Semper enim bono medico de refectione aut conservatione virium sollicitè est cogitandum, quò causa materialis potentiùs propulsari ac evinci queat. Conservantur autem per similia, 3.

IN TOTO CORPORE quidem per convenientem diætam, & victum ἔυχυμον ϗ ἔυπεπ]ον.

IN VENTRICULO essentialiter affecto per stomachica calorifica.

IN CEREBRO per consensum affecto, per medicamina cephalica spiritum in capite dominantem roborandi, illustrandi, limpidumque reddendi, virtutem obtinentia.

MATERIÆ PRÆSIDIORUM sumantur ex triplici fonte. *Materia auxiliorum chirurgicorum.*

I. EX FONTE CHIRURGICO. VENÆSECTIO locum hîc habebit, præsertim quòd nebulosa vaporum ad caput effumatio hâc ipsâ impediatur. Circa rectam administrationem sequentia sunt observanda.

LOCUS, unde sanguis sit educendus, est vena brachii cephalica.

QUANTITAS sanguinis emissi sit mediocris, ne balsamum ac thesaurus vitæ seu vires naturæ, quæ in sanguine seu spiritu isto rubeo consistunt, nimis imminuantur, adeoque sic refrigerato corpore, cruditatum genesi subinde mirum præbeatur fomentum augmentumque.

MODUS secandi probè quoque observetur, quùm enim sanguis sit crassior, venæ plaga referatur ampla.

TEMPUS, quo sanguis mittendus, in actu curationis sit initium invasionis, nisi quid prohibeat.

CUCURBITULÆ SCARIFICATÆ commendari possunt, ut revellentes & venæ sectionis vicariæ, quippe quæ sanguinem tàm ex arteriis, quàm venis simul evacuant.

NON SCARIFICATAM CUCURBITULAM humeris applicare solet *Rhases*, in hunc forte finem, ut ob dolorem, quem inferunt illæ, æger à somnò resuscitetur. Huc spectant etiam

Digitized by Google

vesicatoria, vertici admota idem efficiunt.

℞. *pulv. cantharid.* ℈j, *euphorbii* g. xij, *castor.* ℈ß, *fermenti acerrimi* ʒß. F. l. a. Emplastrum. D. S. Blasenziehendes Pflaster. De hoc magnitudine thaleri applicetur cervici, excitentur vesicæ:

vellicationes et punctiones narium, aurium & pilorum, in excitando lectulario multùm quoque faciunt

frictiones in dorso, pedibusque asperæ ac dolorificæ hic non insuper habendæ.

Pharmaceutica, Vomitoria

II. e fonte pharmaceutico,

vomitoria à quibusdam summis & exquisitissimis extolluntur laudibus. Nempe viscidissimum & quasi glaciale, adeoque contumacissimum excrementum, non nisi vehementissimâ commotione resolvi & protrudi potest. Id nullâ meliùs ratione, quàm generoso remedio vomitum ocyssimè provocante impetrabitur: per hunc enim vehementissima seditio quædam ac veluti tumultus in totô corpore, & omnibus ejus partibus propediem concitatur, natura alto ac funesto quasi sopore sepulta suscitatur, eaque ad arma sic cogitur, & hostile hoc excrementum, valdè commotis concussisque partibus visceribusque, pariter commovetur, atque ex toto tandem exturbatur, ut sic natura ab infestissimâ & glaciali hâc humorum visciditate hactenus gravissimè oppressa, unà cum viscerum meatibus pertinaciter obstructis, rursum sui juris fieri queat. Quod verò vehementer commoto ventriculo confestim quoque in consensum trahatur, & consimili vehementiâ vellicetur ipsum cerebrum, ex communitate nervorum recurrentium, qui à cerebro oriundi, orificio ventriculi implantantur, satis conspicuum est.

Porrigantur itaque cum cerevisiâ calidâ ex cochleari, tanquam vehiculo, ☿ii *vitæ* g. vj, qui ita nominari meretur, quòd sæpè vitam jam abeuntem potentissimè valeat revocare.

℞. *rosæ vitæ mineralis* g. viij, *gialapii pulverisati* g. v, *elæosacchari citri* g. iij. In chartâ D. S. Brech-Pulver auf einmahl.

℞. ▽

℞. ▽ *benedicta Ruland.* ℥vj, *sir. flor. tunic.* ℥ij.
M. F. Potiuncula. D. S. Brechwasser auf einmahl.

ENEMATA sæpiùs iterata fructuosè admittuntur; hâc enim ratione tàm fomes mali, quàm id, quod de suspectissimâ excrementorum viscididitate aut materiâ peccante circa vias primas residuum est, penitus penitusque eliminari potest. Ideo *Clystres.*

℞. *flor. centaur. minor. lil. convall. stœchad. arab.* a. Mß, *fol. salviæ, rutæ, majoranæ,* a. Mj, *rad. pyrethri* ℥j, *pulpæ colocynth. in petia ligatæ* ʒiß, *sem. rutæ* ʒj.
Coq. in s. q. ▽ comm. Colat. ℞. ℥viij.
In iis dissolve *electuarii hieræ picræ c. agarico* ℥j, *fell. tauri inspissati,* ⊖ *rutæ* a. ʒj, *vitell. ovor.* n. ij.
F. l. a. Clysma.
Detur, & infundatur, ut est artis, tepidè.

Vel:

℞. *herb. origani, salviæ, rorismarini, rutæ* a. mj, *fol. asari, agrimoniæ* a. mj, *flor. centaur. min. lil. convall. stœchad. arab.* a. p. v, *rad. aristoloch. rotundæ* ℥j, *imperatoriæ, pyrethri* a. ℥ß, *sem. cartham. contusi* ℥ß, *croci metall. in petia ligati* ʒj.
Coq. in s. q. ▽ communis. Colaturæ ℞. ℥viij.
In his dissolve elect. *hier. picr. c. agaric. bened. laxat.* a. ℥ß, *succi rutæ inspissati* ʒß, *extracti castorei* g. vj, *vitell. ovorum* n. ij. D. S. Clystier.

PURGANTIA per os propinata etiam in oculis habenda. Hâc methodo brevi manu seu viâ, à narcoticâ & frigida illâ humorum excrementitiorum tyrannide cerebrum pleniùs liberari, ac pristinæ alacritati restitui potest. *Purgantia.*

℞. *pulv. rad. galapii* ℈j, *scammon.* ♁*rati.* g. v, *ol. stillat. majoranæ* gutt. ij. D. S. Purgierend Hauptpulver auf einmahl. *Pulvis.*

℞. MP. *de succino Cratonis, cochiarrum* a. ℈ß, *extr. trochisc. alband.* g. ij, *c. s. q. ol. still. rut.* f. l. a. pilulæ. *Pilulæ.*
D. S. Sonderliche Hauptpillen auf einmahl.

℞. *conservæ*

Digitized by Google

℞. *conservæ flor. anthos, primulæ veris* a. ʒß, *resinæ galapii* gr. viij, *scammonii* ♁*rati* gr. iv, *spir. rutæ gutt.* vj. F. l. a. bolus.
D. S. Purgier-Zucker auf einmahl.

℞. *fol. sen. s. s.* ʒiij, *agarici albissimi troch.* ʒij, *flor. primulæ veris, anthos* a. p. j, *cardamomi, cubebarum* a. ℈ß.
Infunde in s. q. ▽ salv. & ceras. nigr. Stent in infusione per ♇. Colat. ℥iiij. Adde *sir. de betonicâ* ʒiij, *scammon.* ♁*rati* gr. vj. F. l. a. potio.
D. S. Laxiertränklein auf einmahl.

Διαφορητικά. His ita decenter præmissis, & corpore ritè rectèque expurgato, ad SUDORIFERA properandum, ut omnia ac singula hujus characteris recrementa, quæ in vasis aut corporis habitu adhuc delitescunt, radicitùs extirpentur, commoveanturque. In hunc finem *bezoardica, minerale,* ☉*re,* ☽*nare &* ♃*iale* conducunt plurimum. Vel

℞. *magisterii castorei* ℈ß, *ZZ.* ♃*ii ritè præparati* gr. viij, *bezoardici* ☉*ris* gr. v, *elæosacchari angelicæ* ℈ß.
D. S. Schweißtreibendes Pulver auf zwey mahl.
Vel:
℞. ▽ *prim. veris* ℥iß, *sir. de beton.* ʒvj. ⊖ *sang. cervi* ʒj.
M. D. S. Schweißtranck auf einmahl.

Sternutatoria. CAPUTPURGIUM sequens, ut verè efficax, locum hîc etiam potest habere.

℞. *pulv. fol. nicotianæ, majoranæ, flor. lil. convall.* a. ʒj, *rad. hellebori albi* ℈j, *ol. stillat. majoranæ* gutt. iv, *pulv. castorei* ℈j. M.

Pulvere hoc per nares attracto sternutamenta excitantur, motuque illo per narium membranam glandulosam excrementa excutiuntur, quæ cum sanguine cerebro communicari possent.

Omnia

Digitized by Google

Omnia ſimul reducantur in alcool tenuiſſimum ac ſubtiliſſimum, de quo in parvâ quantitate bis in die, & circà noctem, duabus â paſtu horis, aliquid ſumatur.

Poſt hæc ritè adhibita alteretur caput CONFORTANTIBUS INTERNIS, quæ tincturas ſeminales ſeu impuritates morbificas conſumunt, & balſamum vitale ſpiritusque mechanicos reficiunt.

Inter hæc ſpecifica cephalica ARGENTUM principem regiumque locum obtinet, & proinde hoc ipſum metallum ab iis, qui analogias microcoſmi cum macrocoſmo diligentiùs exprimere ſtudent, verum unicumque cerebrum microcoſmicum vel ☽na microcoſmi ſalutatur, non ſecus ac cordis naturam & uſum ☉ ſeu aurum referre docetur. Hinc concludunt Hermetici, adhibitâ ☽ni, ſeu ex argento ritè præparatâ medicinâ, cerebrum quaſi cerebro jungi, atque cerebrum ſic conſtitui fortiſſimum, ut fortiter omnibus poſteà morbis id reſiſtere queat. Ideo eſſentia ſeu tinctura ☽næ in *caro* tanquam certiſſimum arcanum tutò porrigi cenſeo, quòd cerebrum præſtanter roboret, & ſpiritus animales ita multiplicet, ut humores excrementitios in capite tunc ſtagnantes, potenter evincere atque expugnare valeant. *Specifica virtute pollet* ☽.

Cinnabaris nativa ungarica, matricem Solarem in ſinu ſuo fovens, admiranda promittit auxilia. *κιννάβαρι.*

Medicamenta ex *prim. ver. lil. convall. floribus anthys: ut eſſentia flor. anthos, eſſent. lil. convall. eſſ. ſalv.* item *eſſentia caſtorei* tanquam ſpecifica ſummis hic elogiis deprædicanda. Item *magiſterium caſtorei, ſpir.* ⊕*li cephalicus* &c.

℞. *ſpec. dialunæ Mynſichti* ℥iij, *magiſterii caſtorei* ℈ij,
℅ *ſtillat. rutæ* gutt. vj. Miſc. Divide in 6. part. æqual.
D. S. Stärckpulver.

℞. *conſerva flor. pæoniæ, lavendulæ, roſarum* a. ℥ß,
confect. alkermes ʒij, *ſmaragdi præparati,*
eſſent. caſtor. a. ℈ß, *cinnabaris ungaricæ nativæ* ℈ß,
℅ *cinamomi, rutæ, anthos* a. gtt. iij,
liliorum convallium, aq. apoplectica, a. ℥. ij,

Digitized by Google

ſirupi de betonicâ q. ſ. pro mixturâ.
M. D. in fictili S. Stärckender Hauptzucker.

De hoc manè ſumatur ad magnitudinem nucis avellanæ, & aſſumantur de brodio carnis cochl. ij. iij.

Potio. ℞. ▽ *rutæ* ℥iv, *oxymell. ſcillitici* ℥ij, ✠*ti benedicti* ⊖*lati* ʒiij, *eſſent. caſtorei* ʒij.
S. Stärcktranck zwey Löffel voll pro doſi.

Externa. externa hic minimè ſunt prætereunda, quippe quæ ex uſu maxumè ſunt. Inter hæc autem primæ debentur *balſamo apoplectico Crollii*, vertici, nuchæ, nec non temporibus illinendo. Vel.

Balſamum. ℞. ol. *nuc. moſch. expreſſ.* ʒj, *balſami peruviani* ℈ß, ol. *rutæ, ſuccini, cinamomi* a. gutt. vj. M. F. balſam. Detur in pyxide. S. Hauptſtärckender Balſam. Inungatur pulſibus, nuchæ, temporibus & vertici.

Nodulus. nodulus:

℞. *herb. apii* p. iij, *ſeminis nigellæ, rutæ* a. ʒj. *caſtorei* ʒß, F. l. a. Nodulus. D. S. Püſchlein vor die Naſe.

Cucupha. Sacculus roborans caput.

℞. *fol. majoranæ, roriſmarini, meliſſæ, flor. lavendulæ* a. p. iij. *anthos, ſalviæ, prim. ver. ſtœch. arab.* a. p. ij. *ſtyrac. calamit.* ʒj.
Inciſa & contuſa D. S. Species zum Häublein.

Si æger nummis dives, poſſunt hæ ſpecies adſpergi *ambrâ & moſcho in ſpir. lil. convall. diſſolutis* vel addi poſſunt *ſpecies diambræ & diamoſchi.*

Naturalis. III. diæta triplex ex aſſe obſervetur, naturalis, vitalis, animalis.

1. in naturali victus εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, ad caliditatem & ſiccitatem vergens, eligatur: vaporoſus autem & humo-

Digitized by Google

& humores pituitosos generans sedulò caveatur, qualia sunt *lactuca*, *brassica*, *fungi*, *pisces* &c. Cibi condiantur *majoranâ*, *salv. satureiâ*, *rorismar. sem. fœnic. cumin. rad. petrosel. pastinac. aromatibus: zinzibere, pipere, cinamomo, caryophyllis, mace*, &c. Assatis potiùs, quàm elixis utatur. Cerevisiæ generosiores, quæ quùm caput visitent ac tentent, à visitando cerebrum rectè videntur nuncupatæ, ut & vina fortia non sunt usurpanda.

IN VITALI AERE utatur puro & sicco: ventosum, nebulosum ac pluviosum sanguine viperino cautiùs devitet, & à nocuis noctilucæ lunæ radiis cameram curiosissimè custodiat. 2.

IN ANIMALI, 1. SOMNUS justos ac legitimos mediocritatis cancellos excedens, ac præprimis MERIDIANUS, pestis ad instar vitetur. 3.

2. ante pastum EXERCITIA summoperè conducunt, uti sunt jucundæ prodeambulationes, cursus, saltationes.

3. VENUS, quùm caput debilitet, in extremam releganda Japoniam. Quòd si verò posthac serio naturæ litandi desiderio flagraverit, auream curiosè observet mediocritatem, juxta illud:

Vina sitim sedent: natis Venus alma creandis
serviat: hos fines transiliisse, nocet.

CONSULTATIO XXII

de

catarrho ad nares,

ex

veterum, qui cerebrum fontem pituitæ agnoscebant, sententiâ.

HISTORIA.

ÆGer, vir nobilis I. annorum, temperamenti frigidi & humidi, magno capite, capillis passis, naribus humidis

midis præditus, post itinera autumno, noctu, tempore novilunii facta, somnos ob itinerum continuationem interruptos, postque aliquot in diætâ commissos errores, usum carnium fumo induratarum, & sale conditarum, farciminum avenaceorum, & sanguine refertorum, sine temporis & ordinis observantiâ, cerevisiarum etiam variarum, ejicit muscositates plurimas, albas, per nares & os, quæ nonnunquam etiam tussim excitant. Petit consilium.

RESOLUTIO.

Symptomatum parens est

SYMPTOMATA, de quibus conqueritur æger, varia quidem sunt, ab unâ tamen omnia propullulant radice & scaturigine, nempe à

Catarrhus.

CATARRHO. Hic imbribus continuis, non sine molestiâ, dum ægrum nostrum intempestivè Oceani instar occupat, & naturales sibi dicatas vias infestat: imò impudenter metâ suâ haud contentus, narium spongiosas carnes, undè CORYZA, infestat, faucium latera, undè RAUCEDO, nobilesque respirationis cameras, undè TUSSIS, intrat.

Hic CATARRHUS nobilem præsentem infestans, est symptoma actionis læsæ, motricis facultatis depravatæ, ut ex *Galeno 3. de sympt. caus. cap. 4.* patet.

Pars affecta, cerebrum. Hippocrates.

PARTES AFFECTÆ, ex *veterum* sententiâ, sunt ἡ κεφαλὴ πηγὴ τοῦ φλέγματι, καὶ τοῦ ψυχροῦ καὶ κολλώδεος ταμεῖον· ὁ ἐγκέφαλος, ψυχρότατον τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων, *caput pituitæ fons, & frigidi & glutinosi promptuarium, frigidissimum item omnium corporis partium cerebrum.*

Philosophus.

Cerebrum esse scaturiginem defluxionum, docuit etiam *Philosophus 2. de part. animal. c. 7.* ὁ μὲν ἐγκέφαλος, inquit, τῶν ἐν τῷ σώματι μορίων ψυχρότατον. διὸ καὶ τὰ ῥεύματα τοῖς σώμασιν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔχει τὴν ἀρχήν, ὅσοις ἂν ᾖ τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον ψυχρότερα τῆς ἐμμέτρου κράσεως. *Cerebrum omnium corporis partium frigidissimum, ideò fluxiones fiunt ex capite in illis corporibus, quibus cerebrum frigidius est, quàm temperamentum modicum postulat exhalat.* Ἀναθυμίασις μὲν τῆς

τῶ

τὸ διὰ τῶν φλεβῶν ἄνω τῆς τροφῆς, *alimentum per venas sursùm*, excrementum ob ejus loci vim, refrigeratum, fluxiones pituitæ saniesque movet.

ASSERVANTES in cerebro PITUITAM partes statuuntur ab ipsis ventriculi, processus mammillares, χοάνη, καὶ ὁ πύελος, *infundibulum & glandula pituitaria.* *Adservantes.*

TRANSMITTENTES statuuntur foramina ossis cribrosi, ossis cuneiformis, ossis petrosi, & canales quatuor laterales membranosi circa sellam equinam. *transmittentes.*

Affici autem cerebrum censent per πρωτοπάθειαν, partim per δευτεροπάθειαν. *Afficitur πρωτοπαθικῶς.*

Per πρωτοπάθειαν, ob labefactatam & depravatam facultatem concoctricem, ut fluentis materiæ principium effectivum; quia suâ intemperie alimenta non ritè coquit, & idcircò crabronis instar irritatum, monarchicum sibi affectans dominatum & tyrannidem, in partes inferiores imperium exercet crudele, perque ordinarios meatus cum impetu expellit acceptam excrementitiam saburram ad os, nares, fauces & pulmones.

Per δευτεροπάθειαν ob consensum totius corporis, in quô sanguis universus vitiosus continetur, & partium determinatarum ac potissimùm ventriculi, jecoris, uteri, ex quibus frequenter plurimi humores in caput feruntur. *δευτεροπαθικῶς*

RECIPIENTES partes sunt OS, NARES, FAUCES, secundùm spongiosam carneam membranam, & PULMONES, dùm pituita ex faucibus in asperam arteriam delabitur. *Recipientes partes.*

CAUSA IMMEDIATA est expultrix membranæ læsa & vitiata, tùm per se, tùm per accidens. *Causa ἄμεσος.*

PER ACCIDENS vitiatur, læsâ retentrice, cùm humores spontè per amplas vias descendunt. PER SE læditur, cùm irritatur & insurgit ad expulsionem rei molestæ.

MEDIATÆ CAUSÆ PROXIMIORES sunt HUMORES EXCREMENTITII, pituitosi, nonnunquam insipidi, interdum salsi. *ἔμμεσος naturalis.*

Præter naturalis. PRÆTERNATURALES fiunt QUANTITATE; cùm vires gravant mole, QUALITATE, cùm eam naturæ animalis convenientem non servant, & utrâque magnam ἀκρέτητα ἢ δυνάμιν acquirunt & exercent.

Motus generationis. MOTU etiam peccant generationis & locali.

GENERANTUR in cerebro, ob δυνάμιν πεπονθυίαν *facultatem læsam* à frigidâ & humidâ intemperie, per συναθροισμὸν ἢ ἐπίχυσιν συνισάμενοι.

Localis. LOCALI motu aliunde etiam ex toto corpore per ῥευματισμὸν, ἀφορμὴν præbente cacochymicâ pituitosâ colluvie, ad cerebrum contendunt hi humores pituitosi, & rursum in nares & palatum faucesque delabuntur, à cerebri frigiditate compressi & condensati, eo modo, quo ex vaporibus ex infernâ tellure ad mediam aeris regionem adscendentibus generantur, & rursùm decidunt pluviæ.

Viæ. VIAE à vetustate adsignatæ pro genuinis habitæ, variæ sunt. Facilis habetur delapsus per processus mammillares, per foramina cribriformis ossis descendentes crassæ meningis fibras, in anfractuosam cavitatem narium, & totam oris membranam fauciumque.

ὁ δὲ τρόπος τῆς ῥύσεως. MODUS FLUXIONIS est potissimùm PULSIO, quam molitur irritata facultas. PRESSIO etiam locum habet. Ut manus spongiam madidam, ita frigus cerebri exprimit madorem. Admittenda etiam est TRACTIO quædam, orta à partium harum excretioni dicatarum imbecillitate. Raræ, fungosæ, glandulosæ hæ sunt partes, ad recipiendum faciles, imò ad hunc scopum conditæ.

Mediata remota 1. naturales, 1. MEDIATA REMOTA NATURALIS est 1. *Temperamentum* totius frigidum & humidum, quod fluxionum ferax.

Intelligitur temperamentum à naturali declinans statu, non κατὰ σταθμὸν *pondus*, ἀλλὰ δικαιοσύνην *justitiam*, cerebri actionibus competentem. Indigitavit tale temperamentum περὶ τὸν ἐγκέφαλον ψυχρότερον τῆς ἐμμέτρου κράσεως, *circà cerebrum frigidius modico & debito, Philosophus 2. de part. animal. cap. 7.* Tale etiam est in ægro nostro temperamentum totius corporis & cerebri. HUMIDUM confert πρὸς τὰς ἀναθυμιάσεις

τῆς τρο-

τῆς τροφῆς διὰ τῶν φλεβῶν, *ad evaporationes alimenti per venas & arterias,* FRIGIDUM ad condensationem. Non intelligitur frigiditas ἁπλῶς, *absolutè*, sed κατά τι comparativè.

NARIUM humiditas naturalis propensionem adauxit. Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, *autore Hippocrate, 6. aphor. 2.* ὑγιαίνουσι νοσερώτερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον. *Quibus nares natura sunt humidiores, & genitura humidior, ii minus prosperâ valetudine fruuntur, & contra.*

II. MAGNITUDO capitis & cerebri multo indigentis alimento, in causâ est, quòd plurima in nostro ægroto coacervata sint excrementa. 2.

III. Accedit AETAS senilis destillationibus obnoxia; *teste* enim *Hippocrate 3. aph. ultimo,* τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι δύσπνοιαι, κατάρροοι βηχώδεες. *Senibus asthmata, destillationes tussim adferentes.* 3.

Noctu itinera instituta, & sub novilunio, dominatum frigidis humoribus in manus dedêre, corpusque constringendo & densando, transpirationem impedivêre. *Non naturales.* 1.

SOMNI interrupti subtraxerunt balsamo vitali debitam refectionem magno malo, ut innuit *Hipp. 2. aph. 3.*

VICTUS quo usus est, prava ratio multùm contulit. Quamvis enim cibus ad corporis nutritionem, atque instaurationem sit comparatus, tamen cùm qualitate frigidus, quantitate nimis copiosus, varius, & præter consuetudinem intempestivus, & inordinatus, noxas adferre paratus fuit. 2.

Ut amplâ lignorum strues ignem, ita multâ ciborum congeries naturalem ventriculi obruit, imò ferè suffocavit calorem.

VARIETATE ciborum, alii citiùs, alii tardiùs dum coctionem experiebantur, cruditates cumulatæ acidæ.

INTEMPESTIVITAS, dùm modò hâc, modò illâ horâ se replevit, & SINE ORDINE, nullô discrimine, molesta fuit coctioni, præcipuè cùm CONSVETUDINEM priorem non observârit, altera quæ haberi debet in veneratione, ceu naturâ, omnia in pejus ruêre.

CARO conditanea muriatica, difficilis coctionis, farcimina

cimina suillo sanguine & avenâ, lardo vel sevo turgentia, cruditates flatuosas non cumulare non potuerunt.

Inde magna humorum pituitosorum & vaporum saburra ad regiam mentalium functionum sedem amandatur. Inde cerebrum catarrhorum infestatur diluviis, molestæ pituitæ sustinet impetus, & largas cum noxâ ventriculorum accipit inundationes, quæ hostilis gladii cuspidem undique extendunt, ut nobiles facultates penè dimotæ ac convulsæ sedibus suis in cæde suorum subditorum ac sanguine natent, & ruinam cæteris inducant. Verissimum hîc notatur illud vulgatum: *plures crapulâ interfici, quàm gladio.*

Ratio symptomatum. Non est mirum inde plurimas ejici mucositates.

1. A narium & oris membranâ per singularem alterationem concrescunt in hanc FORMAM.

2. MULTAE sunt; quia affluxus liberalis.

3. SALSAE quòd sint, *autore Galeno 2. de diff. febrium cap. 6.* adscribi potest putredini, sive majori putredinis ustioni, quæ citrà magnam humidi dissipationem mucum torret, & salsæ serosæ humiditatis cum pituitâ mistioni.

4. RAUCEDO ab eâdem salsedine oritur, moleculis humorum inæqualibus fauces, & asperæ arteriæ latera contingentibus.

5. Tussis oritur, & sufflatio vehemens ab irritatione & vellicatione membranæ, asperam incingentis arteriam.

Eventûs præscientia. DE EVENTU soliciti esse debemus, cùm astantes urgeant categoricam responsionem, quid de eo sit sperandum, & imprimis, an phthisica immineat dispositio.

1. SALUTIS & MORTIS ratione non reponimus catarrhum hunc inter morbos incurabiles. Evadet æger sine vitæ discrimine: non tamen sine labore. Destillat humor ex capite, *verba sunt Celsi lib. 4. cap. 2.* interdum in nares, quod leve est: interdùm in fauces, quod pejus est: interdum in pulmones, quod pessimum. Triga hæc ægrum infestans molesta est narium fluore, faucium asperitate, pulmonum tussi, & labore & obedientiâ superari gestit. Ex destillationibus nulla curatu gravior, quàm illa, quæ ad

pectus

Digitized by Google

pectus & pulmones delabitur, atque inter has, quæ pituitam salsam agnoscit matrem, parenchymati pulmonum & bronchiis inimicam, & febrili accensioni faventem. Confidimus hanc non fore talem.

BREVI temporis spatio tamen negotium hoc expediri non poterit. Vix mensis intervallum ad restitutionem sufficiet. 2.

IN MODO EVENTUS non consentimus cum malè ominantibus, & PHTHISIN prædicentibus. 3.

Quamvis per πεπασμὸν seu maturationem curari nequeat, argumento *aphoris. 40. lib. 2.* speramus curatum iri per διάλυσιν, *dissolutionem*, ægrumque solamur exemplo Leoniceni, medici celeberrimi, qui nonagesimo ætatis anno catarrho contumaci correptus, à pertinaci raucedine & gravedine simul afflictus evasit.

CURATIO consistit in methodo medendi, & auxiliorum materiis. *Ἡ θεραπεία.*

METHODUS nititur INDICATIONE triplici. CURATORIA auferendos omnes hîc occurrentes affectus innuit. Frumentator hostis in microcosmi culinâ & regiâ Planetarum sede dominatum exercens, abigendus. *Methodus. Indicatio curatoria.*

PRÆSERVATORIA causas removere jubet. Frigidi humores in cerebro generati, & ab infernis suppeditati, cacochymiâ scatentibus, quà peccant *copiâ*, evacuandi; quà *qualitate frigidi*, calefaciendi, quà *crassi*, attenuandi, quà peccant *motu*, revellendi, quà διαχωρήσει, *segregatione*, & è centro deviatione simulque archei irritatione molestiam creant, pacandi & placandi. VISCERA expurgatoria, & sanguinem ab excrementis liberantia, ut officium faciant, admonenda, & attractrix eorum firmanda, ne promiscuè humores licentiosi hinc & inde vagantes pro arbitratu dominentur. *Præservatoria.*

VITALIS ἔνδειξις, virium quæ consulit vigori, attendenda. *Vitalis.*

MATERIÆ hisce scopis commodæ sunt proponendæ. *Materia*

Digitized by Google

Desumuntur autem illæ ex usitatis fontibus: 1. χειρεργικῷ, 2. pharmaceutico, & 3. diætetico.

Chirurgica. Et 1. CHIRURGICUM fontem quod attinet, SENSIBILIS evacuatio per SCARIFICATAS CUCURBITULAS necessaria est.

VESICANTIA ex *cantharidibus* cum *semine ammeos* correctis, mirificè prosunt, tùm ratione alterationis, quâ intemperiem frigidam cerebri corrigunt, tùm ratione revulsionis, & applicari queunt sub vertice, circa coronalis suturæ cum sagittali concursum, tùm post aures.

FONTICULUS in brachio sinistro, *inter musculum deltoidem, & alterum, qui cubitum flectit*, excitetur, ut materia, quæ ad pectus descendere consuevit, ad brachium avocetur.

Pharmaceutica. In PHARMACIA initium faciemus à materiis, quæ tùm leniendo, tùm præparando, tùm purgando humores educunt.

Lenientia. Pro LENIENTE sufficit usus *aloës, mannæ*, cassiæ fistularis, tamarindorum.

Commendari potest ægroto nostro usus pilularum, quarum basis ALOE, nempè *pilularum de tribus, pestilentialium Ruffi*, imprimis autem *angelicarum Francofurtensium*, ad ℈ß, horâ unâ ante prandium. Possunt sumi etiam ante cœnam dimidiâ horâ.

Si placeat forma DECOCTI,

℞. *mannæ calabrinæ* ℥ij, *decocti fl. & fruct. pectoral. q. s.*
Colaturæ ℥v adde *sirupi rosar. solutivi* ℥j.
M. F. Potio. S. Tränckstein.

Si placeat forma Boli,

℞. *cassiæ recenter extractæ* ℥ß,
pulpæ tamarindorum depuratæ ab ossibus ℥j,
crystallorum ♀ ℈j, *sacchari q. s.*
M. F. Bolus. S. Lind-Zucker.

Lenitis hoc modo, & leniter evacuatis primis viis, ad PRÆPARANTIA accedendum. Manè itaque 9. & horâ 4. pomeridianâ sumatur haustus decocti,

℞. *rad.*

Digitized by Google

℞. *rad. fœnic.* ℥ß, *fol. betonicæ, hyssopi, euphrasiæ* a. p. iij,
seminis pæoniæ, fœniculi a. ʒij,
fl. lil. convall. anthos, lavendulæ, stœch. Arab. a. p. iij,
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥viij adde
sirupi de stœchade simplici, betonicâ a. ℥ij.
M. F. Potio. S. Digestiv-Träncklein auf zweymahl.

Repetatur hujus decocti usus per tres dies.

PURGATIONES per alvum, sudorem, & urinam sequuntur; factâ præparatione.

Si placeat DECOCTUM purgans per alvum,

℞. *rad. mechoacannæ albæ* ʒij, *fol. senæ Alexandrinæ* ℥ß,
sem. carthami contusi ʒij, *anisi, fœniculi* a. ʒj,
rad. turbedon, hellebori nigri præparati a. ʒiß,
fl. violarum, rosarum albarum a. p. ij, *spicæ indicæ* ℈ij.
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥iiij adde
sirupi rosar. solutivi ℥ij. *cichor. cum rhabarb.* ℥ß.
M. F. Potio. Sumatur manè horâ 6.

Sin expetat PILULAS æger noster,

℞. *pil. cochiar. aurear.* a. ℈j. *trochisc. alhandal.* g. iij.
Cum aquâ rorismarini F. pilulæ XXII deauratæ.
Dentur in pyxide.
Sumantur manè horâ 6. Prandium instituatur horâ ximâ.

Sin placeat BOLUS,

℞. *electuarii dia phœnicῶν* ʒv,
pulpæ cassiæ solutivæ extr. super vapore decocti malvæ ℥ß,
rad. pæoniæ ʒß. *cum sacchare q. s.* M.

Si placeat PULVIS,

℞. *pulv. senæ præparatæ Montagnanæ* g. x, *gialapii,*
spec. diaturbith cum rhabarb. a. ℈ß, *cremor.* ♀ g. iij,
diacrydii g. ij, *rad. ireos florentin.* g. iij, *ambræ* g. j.
M. F. Pulvis. S. Lindpulver.

Digitized by Google

Sumatur manè horâ 7 in jure pulli. In lecto autem se contineat usque ad 8, deindè in hypocausto expectet operationem. Horâ XI. instituatur prandium.

ἀνωπε-ρικά. Neque à VOMITORIIS omninò abstinere expedit. Convenit *Manna vomitoriorum, Sal* ⊕ appellatum, in jure pulli aut carnis pingui.

Felici successu exhiberi potest Mercurius vitæ vomitivus à gr. v. ad vj, in juris sorbilis cochleari. Observetur diligenter, ut post ejus exhibitionem haustum ejusdem juris sumat, & in museo lentè obambulet ægrotus. Ita minori molestiâ vomet. Reiteretur haustus jusculi bis, ter, ut facilitetur operatio.

Sudorifera. ἹΔΡΩΤΙΚΆ ad expellendos & funditùs extirpandos totius corporis humores, magno sunt usui.

1. Si forma decocti arrideat.

℞. *rad. angelicæ, fœniculi* a. ℥j,
fol. cardui benedicti, capill. veneris, veronicæ a. p. iij,
fl. chamæmeli romani, sambuci, a. p. iiij,
sem. aquilegiæ, bacc. juniperi ʒij, *citri excoriati* ℈j,
ligni sassafras, gvajaci a. ℥iij,
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔j adde
sir. de scordio, cardui benedicti a. ℥ij.
M. F. Potio. ad 4. doses.

℞. *spir. cardui benedicti, baccar. sambuci* a. ℥j,
magist. ⊕ ♀ *risati* ℈j, *sir. acetos. citri* ℥j, *aq. veron.* ℥iij.
M. F. Potio ad duas doses, manè horâ VII.

Contineat se ægrotus sudorem provocando, in lecto per horam.

Sin placeat pulvis,

2. ℞. *pulv. bezoardici albi Rolfincii* gr. vj,
antimonii diaphoret. gr. iiij, *unicornu solaris Minsich.* gr. ij,
M. S. Köstlich Schweißpulver.

Urinam cientia. DIURETICA etiam conveniunt.

℞. *rad.*

Digitized by Google

℞. *rad. asparagi, pimpinellæ, cichorii, apii* a. ʒij,
fol. adianti, apii, calaminthæ, endiviæ a. p. ij,
fl. chamæmeli, stœchadis arabicæ a. p. iij,
sem. cucurbitæ majoris ʒj, *fruct. amomi* n. ij,
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥iiij adde
sirup. capill. Veneris, de eupatorio a. ℥j.
M. F. Potio ad duas doses. Sumatur horis duabus ante cœnam & prandium.

EVACUATIONIBUS UNIVERSALIBUS præmissis, restant PARTICULARES, observatô illô *Galeni* & *Avicennæ* præceptô, ne per membra læsa, sed vicina membro læso materia evacuetur. *Particulares dictæ evacuationes.*

℞. *aq. majoranæ* ℥iij, *succi beton.* ʒj, *anagall. betæ* a. ʒij. *Errbina.*
In nares trahitur.

Sin placeat pulvis, *Sternutatoria.*

℞. *euphorbii pulverisati* gr. vj, *fl. lil. convall. contus.* ℈ß,
sacchari rubri ʒß, *seminis nigellæ* ℈j,
M. F. Pulvis. Pro vice attrahitur in nares lento inspiratu, quantum cuspide cultelli teneri potest.

SEMEN NIGELLÆ s. q. aceto maceratum & odoratum, inter errhina facilè locum suum tuetur.

APOPHLEGMATIZON tale in formâ decocti usurpetur pro lubitu: *Ἀποφλεγματισμός.*

℞. *rad. valerianæ* ℥ß, *zingiberis* ʒij, *turbedon* ʒß,
fol. hyssopi, nasturtii hortensis, pulegii a. p. ij,
sem. anethi, nigellæ, baccæ lauri a. ʒiij.
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥iiij adde
sacchari q. s. M. S. apophlegmatizon.

FUMUS TABACI INDICI prius *olei anisi guttis* aliquot irrorati, per tubulum duplicem aquæ immersum bis vel ter curriculô septimanæ attractus, sanguinem liberat à serositatibus, flatusque discutiendo molestiam sedare in adsuetis solet. *καπνοποσία.*

Digitized by Google

Alterantia & roborantia. Interna. Evacuatâ microcoſmi ſtructurâ, accedendum ad ALTERANTIA & ROBORANTIA. Horum aliqua catarrhi promovent exſiccationem, alia intemperiem corrigunt viſcerum, & partes roborant affectas: *alia ſunt interna*, quæ ſumuntur paulò ante cibum, ut cum chylo per lacteos ductos ductus ad cor delata, ad cerebrum etiam vires ſuas trajiciant: *alia externa*, quorum virtus circulationis beneficio internis viſceribus communicari potest;

Decoctum alterans. Si placeat decoctum alterans & confortans,

℞. *fol. primulæ veris, euphraſiæ, roriſmarini, majoranæ, hyſſopi, centaurii minoris* a. p. ij,
fl. lavendulæ, lil. convall. ſtœchados arabicæ a. p. iij,
ſem. amomi, cubebarum, caryophyll. a. ʒj,
rad. angelicæ, acori veri, ariſtolochiæ longæ a. ʒj.
Coq. in ſ. q. aq. font. Colaturæ ℥iiiij adde
ſirupi de ſtœchade arabicâ, ſucco betonicæ, calaminthâ a. ℥j, *miſtur. ſimplicis* ʒj.

τράγημα Sin abhorreat à decocto, & placeat pulvis, exhiberi poteſt in formâ tragematis.

℞. *rad. ireos florentinæ, zingiberis, galangæ, acori veri* a. ʒß, *piperis longi albi* ℥j,
fol. majoranæ, roriſmarini a. p. iij,
fl. liliorum convallium, prim. veris, pæoniæ a. p. iij,
ambari, moſchi a. gr. ij,
ſacchari albi ad pondus omnium.
Pulveriſatis & contuſis omnibus. F. Tragema.

Electuarium. Si placeat electuarium,

℞. *conſervæ beton. ſalv. majoranæ chamæpithyos* a. ℥ij,
conditi nucis moſchatæ, zingiberis Tſinenſis, galangæ, corticum citri a. ʒij,
confectionis alkermes ʒj, *ſpecierum diambræ* ʒj,
ſirupi de ſtœchade Arabicâ. F. Electuarium.

Præbium caſtaneæ tuberculum æquat. *Cubebæ, cardamomum, cinamomum, nux moſchata, maſtiche in granis*, ſæpè mandi poſſunt.

Sin

Digitized by Google

Sin placeant rotulæ, *Rotula*

℞. *spec. diambræ, diamoschi dulcis* a. ʒß, *sacch. albi, soluti in aquâ majoranæ* q. s. ℥iiij.

Sub finem adde

oo *succini, rorismarini, citri* a. g. ij.

M. F. Rotulæ. Dentur in scatulâ.

EXTERIUS laudatur Balsamum, quod sequitur:

℞. oo *nucis myristicæ expressi* ʒiij, *succini, ligni rhodii, cinamomi, caryophyllorum* a. ℈ß. M. F. Balsamum ad verticem.

Convenit etiam LOTIO capitis. *Lotio capitis.*

℞. *fol. betonicæ, serpilli, majoranæ, origani, lauri, hyssopi,* a. Miiij, *fl. lavendulæ* Mß, *chamæmeli romani, vulgaris* a. Mvj,

S. Species pro lotione capitis.

Coronidis loco, in fonte pharmaceutico, addam lotionem pedum. *Pedum.*

℞. *flor. cham. vulgaris* M vj, *Romani flore pleno*, Mij, *serpilli, salviæ, verbenæ,* a. Mij, *majoranæ, rorismarini,* a. Mij, *summit. anethi cum toto* Mij, *capit. papav.* n. x.

Coq. cum aq. fontanâ pro pedum lotione.

IN DIÆTA NATURALI CIBI sint εὔχυμοι, εὔπεπτοι *Diæta.* ϰ̀ εὐώδεις. Tenuis cibus usque ad tertium diem mirabilem ægroto confert utilitatem, ubi verò in longius tempus protrahitur hæc victus ratio, non confert. Hinc rectè *Hippocrates 1. aphorism. 4.* αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες διαιταὶ, καὶ ἐν τοῖσι μακρῇσιν, ἀεὶ πάθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξέσιν, ὃ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. *Victus tenuis & exquisitus, cum in morbis longis semper, tùm in acutis, ubi non convenit, periculosus.*

VINUM concedimus in parvâ quantitate, maximèque dilutum & tenuissimum.

AEI-

Digitized by Google

ΑΣΙΤΙ'Α ΣΥ'ΜΜΕΤΡΟΣ, *mediocris inedia*, inter species τῆς ἐπικεράσεως, ἢ κατὰ βραχὺ κενώσεως admitti potest. Sæpius sola abstinentia absque periculo medetur. Quantum detrahet æger de cibo, tantum detrahet de catarrhi fomite: Ad moderatam ergò magis inclinet temperantiam, quàm omnimodam abstinentiam. *Σιτία, ποτὰ, πάντα μέτρια. Cibi, potus, moderata omnia.*

Parcior cibus sumatur vesperi, liberalior in prandio.

Post sumtum cibum saccharum rosaceum ore continere, & deglutire magno poterit æger commodo.

2. IN VITALI diæta AER sit temperatus in primis qualitatibus. Caveat itaque ægrotus aërem calidiorem & humidiorem, VENTOSQUE, præsertim austrinos & septentrionales. Aërem verò nimis frigidum accensô alteret focô; calidum aquâ gelidâ è vase in vas transfusâ, vel per pavimentum sparsâ.

RADII LUNARES impensè vitentur.

3. IN ANIMALI diætâ EXERCITIUM laudatur deambulatorium leve ante cibum, post alvi inanitionem.

SOMNUS sit moderatus, non elato, sed humili fiat capite, quandoquidem ita minùs vapores, qui naturâ sursum feruntur, caput petere *à multis* censentur.

DIURNUM fugiat somnum, nisi fortè vigiliis nocturnis fuerit vexatus.

Consuetudo naturali fundata jure dormiendi de nocte non mutetur ab ægro, sic naturam conservabit benè moratam, ipsamque recreabit.

Decubitus ita temperetur, ut corpus inclinetur in latera.

ALVUM conservet mollem, clysteribus, passulis, vel prunis, aut prunellis laxativis.

A VENERE abstineat turbi cerebriâ, & peverticordiâ.

Animo vivat pacato, suâ sorte, rerumque cum virtute junctarum conscientiâ contentus. Talis in animo ejus sit status, qualis supra Lunam. IBI SEMPER SERENUM.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ,
ὡς ἐν ἀτόμῳ,
LIBER III,
De
affectibus quibusdam ſupremi ventris, qui turbant faciem & collum.

CONSULTATIO I,
de
catarrhoſo ad nares,
ad normam recentiorum dogmatum adornata.

HISTORIA.

VIr XL. annorum, temperamenti frigidi & ſicci, magno capite, poſt aliquot in diætâ commiſſos errores, itineri hyeme decembri menſe ſe commiſit

 longin-

longinquo, ejicit mucositates plurimas, albas, per nares & os, quæ nonnunquam sunt salsæ & raucedinem minantur, nonnunquam etiam tussim excitant; olfactus ferè totus est ablatus, oculorum album circa canthum majorem rubet. Consilium efflagitat, metuens sibi de phthisi.

RESOLUTIO.

Rei p. n. τὸ τί εἶναι. AFFECTUS est catarrhus communiter dictus.

Dignotio per signa. Adesse hunc affectum produnt SIGNA DIAGNOSTICA, quæ sunt mucositates plurimæ, albæ, per nares & os ejectæ, quæ nonnunquam sunt salsæ & raucedinem minantur, nonnunquam etiam tussim excitant. Signa hæc in lucidissimo quasi speculo catarrhum adesse demonstrant. Alia quamvis adsint symptomata, ab uno tamen fonte & scaturigine, nempè à catarrho propullulant. Hic enim continuis diluviis cum maximâ ægri molestiâ cerebrum reliquasque sibi dicatas vias inundat, narium spongiosas carnes, unde CORYZA, faucium latera, unde RAUCEDO, nobilesque respirationis cameras, unde TUSSIS, intrat.

MAGNUS est hic affectus, vehementiam habens ratione διαθέσεως.

Pars affecta. PARS AFFECTA ADÆQUATA est NASUS, FAUCES, PALATUM: PRINCIPALIS MEMBRANA narium, palati, faucium glandulosa, fungosa, porosaque, recipiendis humoribus, iisque excernendis aptissima.

ὁ δ' ἐγκέφαλος οὐκ ἔστι πηγὴ τοῦ φλέγματος. Cerebrum non est fons catarrhorum horum. Expers est culpæ in omnibus destillationibus.

1. *Primò* paucissima in cerebro generantur excrementa, à nutrimenti coctione residua, quæ pituitæ nomen non merentur, & magnâ ex parte in venas readsumuntur.

2. *Deinde* nulla in eôdem idonea excrementorum deprehenduntur receptacula. Ventriculi extra medullam, ex accubitu partium medullæ per accidens nati, quamvis ob capacitatem & humorem accusari possent, tamen si quis accuratiori eos inspiciat oculo, videbit horum foramina ad expellendam in tantâ copiâ pituitosam hanc crassam materiam non sufficere. Processus papilliformes, glandula pinealis & pitui-

Digitized by Google

& pituitaria vulgò excrementorum cerebri judicantur receptacula, verùm & hæ catarrhorum inundationibus recipiendis vel transmittendis sunt impares.

Nullæ viæ excrementis ex cerebro evacuandis dicatæ inveniuntur. Veteres licet vias excogitaverint, illæ tamen à recentioribus pro genuinis non habentur. Nec os cribrosum, nec canales ephippii laterales huic inserviunt officio. 3.

Nec cerebri omenta & membranæ evehentium ductuum vicem sustinere possunt. 4.

Et quis cerebrum divinæ mentis sedem, omniumque humanarum actionum totiusque corporis nobilissimam partem talibus proscinderet injuriis? ut hisce impuritatibus sive generandis, sive recipiendis destinatum diceret.

Totum potiùs CORPUS & COR, motus catarrhi PRINCIPIUM *à quò* dicendum. Sanguis enim pluribus humoribus permistus, per arterias carotidas summa petens, ad SPONGIOSAS NARIUM CARNES impuritates defert, ut ibidem emungantur.

CAUSA PROXIMA sunt humores excrementitii, salsi, melancholici, biliosi, serosi, quocunque demum nomine appellari gaudeant, facultatem expultricem ad expellendum stimulantes, qui communiter uno pituitæ verbo insigniuntur. *Causa proxima, peccans ratione essentiæ, & essendi modo*

QUANTITATIS ratione humores isti in fluvios quasi excrescunt, nimiâque copiâ per venas irrumpendo, expultrici facultati molestias præbent, & ad expulsionem irritant. 1. *quantitatis.*

QUALITATIS ratione alienam & naturæ inimicam acquirunt dispositionem. 2. *qualitatis.*

SUBSTANTIÆ ratione, crassiores dùm existunt mole suâ impediti, in arteriis narium stabulantur, & viciniâ, justo tempore excernendi. 3. *substantiæ.*

GENERANTUR hi humores non per essentiam, ob *δύναμιν πεπονθυῖαν facultatem læsam* à nativâ membranæ hujus debilitate, quæ impedit, quò minus alimentum ritè coquatur, & sic multa excrementa producantur, sed *διὰ συμπάθειαν per consensum*, è toto corpore CACOCHYMICO fomes membra- 4. *motu generationis, localis.*

Digitized by Google

membranæ glandulosæ pituitariæ κτ̓ ῥευματισμὸν communicatur.

Viæ, per quas fit fluxio, sunt duplices. VIÆ, PER QUAS materia hæc AD MEMBRANAM DEFERTUR, sunt illæ, per quas sanitatis tempore eadem fluit.

1. Quadam aliunde veniunt. Inter illas, QUÆ ALIUNDE VENIUNT, PRIMA est EXCREMENTITIUS meatus osseus, pòst cartilagineus redditus, è conchâ auris tendens in palatum, per quem nonnunquam clauso ore retentus spiritus irruit in concham, & sibilum excitat. Sed parum hic conferre poterit.

1.

2. ALTERA via est meatus inter utramque palpebræ membranam, ad orbitæ angulum excurrens, non tamen ibidem desinens, sed ulterius extensus, & in nares per amplum foramen lachrymalis glandulæ, cujus punctis est continuus, tendens, eò humiditates serosas deponit. Quamvis autem angusta sit hæc via, & vix verisimile videatur, tantam copiam, quæ emungitur, inde suppeditari, possibilitatem tamen persuadet continuatio transmissionis.

2. Quadam in tunicâ nasi adsunt. IN IPSA NARIUM TUNICA exorta vasa, catarrhi hujus materiam deferentia duo sunt: *breviora* alia, exilia, & non nisi per expressum humorem conspicua, alia *longiora*.

Ἀθρόως confertim & magnis portionibus non fit affluxus, sed κατ' ὀλίγον sensim. Implet nares, naturali in statu non vi, sed sæpè & continuo tractu cadendo.

Fontes fomitem suppeditantes, sunt vasa. Rivi fomitem perennem suppeditantes sunt arteriæ, & lymphatica vasa.

Excernentes viæ etiam sunt duæ. VIAE & VASA, quæ in glandulosâ membranâ affluentem humorem, non ut nonnulli loqui amant PITUITAM, inde etiam PITUITARIAM ipsam vocant membranam, sed εἰς βλέννας, *in mucum* conversam, cum munere humectationis naturali persuncta, vel in majori præternaturali copiâ collecta est, excipiunt & excernunt, sunt binæ, in utrâvis parte una.

Remotiores causæ REMOTIORES causæ ad naturales, non naturales, & præternaturales referri queunt.

Inter

Inter NATURALES, TEMPERAMENTUM FRIGIDUM & HUMIDUM totius corporis, ad catarrhum maximè proclive, agmen ducit. Quò enim frigidior sanguis, eò magis corruptionibus obnoxius, & levi oblatâ occasione quasvis incurrit debilitates, quemadmodùm omnia ea, quæ tali prædita sunt temperamento. Hinc vix ex sexcentis unum tali præditum temperamento reperies, à quo nulla unquam de quodam capitis affectu & præsertim catarrhoso querela audita fuerit. *Naturales.* 1.

MAGNITUDO CAPITIS in nostro ægroto ob nimiam alimenti indigentiam accusanda, quam facilè excrementorum insequitur coacervatio, cum quicquid attrahatur obvium. 2.

AETAS suam confert symbolam, æger enim in primo jam senectutis limine constitutus, ab hoc morbo immunis esse nequit, *affirmante Hippocrate 3. aphor. ultimo.* 3.

NARES putei instar etiam in naturali constitutione humentes, crabrones irritare videntur. 4.

NON NATURALES CAUSAE nostrum etiam ægrotum ad catarrhum disponunt. *Non naturales.*

IN NATURALI diæta assumptorum ratione, si respiciantur errores in eâdem commissi, à quibus tamen ægrum aliquâ ex parte absolvere, & invitum eos commisisse arbitrari possumus, præsertim cùm continuis expositus itineribus, diætæ rationem habere non potuerit, quam domi absque dubio observasset. Peregrinantibus enim in diversorio cibi interdum crassi, concoctu difficiles, frigidi, humidi & excrementitii, ob temporis angustiam satis adhuc crudi, carnes annosæ & duræ, pisces palustres, lacticinia, ova dura, & similia apponuntur, quæ ab his avido stomacho sine ratione ingeruntur, & à ventriculo assumpti non rectè concoquuntur, nec in chylum, sed maximâ ex parte in humores noxios convertuntur. 1.

Cum hisce conspirant POTUS singulis horis diversi, jam enim cerevisia recens, jam antiqua nimis, jam acida, mox vaporosa, & modò pauco, modò multo lupulo con-

Digitized by Google

dita propinata, quæ omnes aliquid monſtri alunt, & inteſtinum quaſi bellum ventriculo indicunt, præſertim ſi cum hiſce vina mox indigena, mox aliena, mox aduſta commiſceantur, à quibus innumeræ exhalationes cœlum microcoſmi petunt, & condenſatæ catarrhum progenerant.

2. IN VITALI diætâ, AER in itineribus maximè fuit inconveniens, qui in autumno ſatis frigidus, nebuloſus & pluvioſus colluviem humorum inducit, & conſtringendo cutim corporisque exhalationibus dicatos poros, frigiditate ſuâ corpus ambiens, vapores exitum quærentes repellit. Inde pluviæ illæ catarrhales oriri ſolent. Quotidiana inſuper hoc atteſtatur experientia, nam videmus homines magis hyeme, quàm quovis anni tempore catarrhorum inundationibus divexari.

AUTUMNALE tempus ob aëris inconſtantiam, quem modò calidiorem, modò frigidiorem habet, quæ viciſſitudines, *ſecundum Celſum* maximè generant defluxiones coryzas, potiſſimum hìc in causâ fuit.

Nec ſilentii ſipario involvendum, quod NOCTU & quidem tempore NOVILUNII iter confecerit, quæ omnia catarrhi fomitem maximè provocârunt.

3. IN ANIMALI diætâ etiam fuit peccatum.

SOMNOS ob itinerum continuationem interruptos, calculum ſuum addidiſſe, nemo fortean negabit.

VIGILIAE modum excedentes, ob itinera noctu peracta, optimos ſpiritus humidumque radicale abſumpsêre, in cujus locum maximam partem humores vitioſi atque crudi generati, nihil aliud quàm catarrhi ſaburra dicendi ſunt.

Symptomata. Ex his cauſis natus affectus non mirum, quòd enarrata habuerit ſymptomata.

1. Cùm enim ſereſcentes humores ex arteriolarum & lymphaticorum vaſorum apicibus, per invehentes aliunde narium vias in membranam deponuntur, & ſub eâ conſpicuas valvulas, parum ibidem commorati, levemque alterationem in mucum nacti, per meatus evehentes, & ceu aqua per

per ollas fictiles crudas, nondum in furno excoctas, nec lithargyro incrustatas, exeunt & exsudant, copiosa illa catarrhosa subnascitur excretio.

SALSEDO oritur ob atomos serosas salsas, earumque adustionem. 2.

RAUCEDO ab irrigatione interioris tracheæ membranæ. 3.

TUSSIS nascitur ab irritatione ejusdem. 4.

OLFACTUS aufertur à nimiâ irrigatione membranæ. 5.
Ut in naturalibus cancellis humiditas narium organi odoratus, quod est membrana narium, siccitatem nimiam emendat, ita *ὁκόταν ὑγρανθέωσιν αἱ ῥῖνες, οὐ δύνανται ὀσφραίνεσθαι*, *cùm* in ægro nostro *nares nimis humectatæ* sint, *non potest odoratus beneficio frui*, species eorum odorabiles ceu in aqua natantes, nullam faciunt impressionem.

ALBUM OCULORUM rubet, & oculi sæpè illachrymant, memoratas ante ob causas. 6.

PROGNOSIS meritò ponderanda, in viâ SALUTIS ET πρόλεξις
MORTIS. 1.

Non levis ponderis hunc autumo catarrhum, ætatem τῆς ὑγιεί-
senilem respiciens. De eâ medicorum decus & princeps ας καὶ
Hippocrates sinistrum satis *3. aphorism. 12.* fert judicium, *τοῖσι*, θανάτου.
scribens, *δὲ πρεσβυτέροισι κατάρροι συντόμως ἀπολλύντες*. *Senibus catarrhi perniciem brevi allaturi.* Præsertim si naribus naturâ stillantibus, ut æger noster, præditi sint. De his *idem 6. aphor. 2. ὅισι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον. Quibus nares naturâ humidiores, ii minus prosperâ valetudine fruuntur.* Accedit, quòd ejectæ mucositates aliquam præ se ferant salsedinem, unde pulmonibus longâ temporis intercapedine phthisis imminere solet. *Nec* contemnendum, quòd per os & fauces cum tussis molestiâ ejiciantur, unde varia symptomata ob præternaturalem corporis motum, & anxietatem à continuis ructibus provenientem reliquis partibus inducere queat. Hinc *Celsus lib. 4. cap. 2.* Destillat humor ex capite interdùm in pulmones, quod pessimum est.

Saluta-

Digitized by Google

Salutarem censeo hunc fore catarrhum, ita ut nec de phthisi, multò minus de naulo charonti persolvendo cogitandum sit.

2. τῆς μακρότητος. DE LONGITUDINE si quæstio sit, videtur hic catarrhus vix duarum vel trium septimanarum spatio curabilis.

3. τρόπου τοῦ τέλους. MODUM EVENTUS salutarem fore judico per πέπανσιν coctionem & incrassationem affluxu inhibito, debitaque insequente ejectione.

Curatio. CURATIO methodica nititur triplici indicatione.

CURATORIA morbum ipsum ejusque ablationem respicit.

PRAESERVATORIA causas substantiâ, quantitate, & qualitate peccantes aufert, humores in toto corpore excrementitios præcavet, dispositionem, si quæ alicujus partis pravam animadvertit, corrigit, caput & cerebrum roborat, vitiosos humores interceptos à nobili parte avertit, & peccantis materiæ qualitates emendat, frigidos calefacit, nimio calore abundantes corrigit & alterat, omnemque impendit operam, ut omnia justo stent talo, nec in hanc, nec in illam declinent partem.

VITALIS virium tuetur custodiam.

Hisce singulis, prout necessitas requirit, medicamentis, ex tribus armamentariis, chirurgico scilicet, pharmaceutico & diætetico petitis succurrendum.

Chirurgia In CHIRURGICO VENAE SECTIONEM in catarrhoso affectu multi ut inutilem rejiciunt. Sit cuique liberum arbitrium. Videtur tamen BASILICAE apertionem non planè rejiciendam esse, cùm à toto corpore materia fluat, hoc quidem monitu ne, inconsideratus & temerarius chirurgus justos mediocritatis excedat limites, ne inde vires, quæ huic hosti resistere debent, debilitentur.

CUCURBITULAE reliquis fere palmam disputant, si siccæ dorso ita imponantur, & humores à capite revocent, revocatos deinde in brachiis præmissâ scarificatione exsugant.

VESICAN-

Digitized by Google

VESICANTIA non minorem promerentur laudem, in hoc potissimum frigido catarrho, tàm revellendi, quàm alterandi gratiâ applicata.

FONTICULIS suus etiam debetur honos, cùm eorum usus in curando & præservando, revulsionis & evacuationis gratiâ, non sit exiguus. Possunt itaque ferro ignito excitari, & vel cervici, brachiis, vel cruribus applicari. In principio sufficit unus, in brachio dextro inurendus, vel cauterio actuali, vel potentiali.

Ex PHARMACEUTICO fonte se offerunt LENIENTIA. *Pharmaceuticus fons.*

℞. *pilularum angelic. Francofurtens.* ℈ß,

In cochleari cerevisiæ assumantur horis vespertinis ante cœnam. Sequente manè lenis sequetur alvi solutio, sin minus, eadem dosis reiteretur circa meridiem, dimidia horâ ante prandium.

Vel:

℞. *cryſtall.* ♀ ℈ß, *gialapii resinosi pulver.* g. xij, ☍ *anisi* g. v. M. F. pulvis. S. Lindpulver.

Lenitâ hoc modo primâ corporis regione, accedendum ad *Lenientia.*

PRÆPARANTIA in secundâ corporis hærentes humores regione. *Præparantia.*

℞. *aq. fumariæ, endiviæ* a. ℥j, *scorb. compos.* ℥iij,
sir. de betonica, stæchade arabicâ a. ℥ij,
tincturæ ♀ri ℈j, *spir.* ♀ris ℈ß.
M. F. potio. S. Alterir-Träncklein auf 6. mahl / früe umb 9. und nachmittag umb 4. zu gebrauchen.

PURGATIO humorum præparatorum sequitur: *Purgantia.*

℞. *gialapii pulver.* ℈j, ♀ ⊖lati g. iij,
M. F. pulvis. S. Laxier-Pulver.

℞. *extracti panchymagogi* ℈j, *trocbisc. albandal.* g. v,
elix. propriet. Paracelsi q. s. Formentur pilulæ xxv.
In pyxide. S. Pillen auf einmahl.

Tt VOMITO-

VOMITORIA suspecta sunt, ob evaporationem humorum ad caput, & quia raucedinem inducere possunt. Hæc si non metuantur, exhiberi posset sequens emeticum:

℞. ☿ *vitæ* gr. v, *conservæ rosarum albarum* ʒj.
M. F. bolus. S. Brechzucker.

Sacchoro involutus deglutiatur integer.

Diaphoretica. DIAPHORESIS excitari, sudorque provocari potest sequenti pulvere:

℞. ♁ *diaphoretici* gr. vj, *magisterii CC.* ℈ß.
M. F. pulvis. S. Schweisspulver.

℞. *misturæ simplicis diaphoreticæ* ℈j.

Exhibeatur in haustu vini tepidi, & in lecto sudet æger per horam.

Diuretica. PER URINAM corpus evacuari potest spiritus ⊕ vel ⊖ guttis x exhibitis per vices in haustu cerevisiæ.

Solicitus æger de citâ restitutione, audiens TABACI FUMUM catarrhosis quibusdam prodesse, quærit, an sibi etiam conveniat de die ternâ vel quaternâ vice per duplicem tubulum aquæ immersum, haustus?

Respondetur quòd non: commoveri posset materia ad fluxum liberaliorem. Solet sic fumus etiam sanos reddere raucos.

Regerit æger, se nolle haurire fumum tabaci Indici solius, sed cum corrigentibus & confortantibus, *foliis majoranæ, rorismarini, floribus lil. convallium, seminibus anisi, fœniculi*, aut eorum *oleis* permisti, indeque magna sibi promittit commoda. *Respondetur*, mitiorem hunc admitti posse, in modicâ quantitate: imprimis si hauriatur per duos tubulos, vitro aquæ rosarum pleno immersos, impermixtibiliter aquam transiens. Τοῖσι κάμνουσι χάριτες, *ægrotantibus gratiæ*.

Alterantia interna. ALTERANTIA & ROBORANTIA sequuntur.

INTER INTERNA non sine fructu adhiberi potest sequens:

℞. *conservæ anthos, majoranæ, stœchados Arabicæ, lil. convallium, rosarum, fl. prim. veris* a. ℥j,

cond.

Digitized by Google

cond. cortic. aurantiorum, citri a. ℥j,
spec. diambræ, diamoschi dulcis a. ʒß,
cum sirupo rubi idæi q. s. M. F. Electuarium.
Folio auri bracteati coopertum detur in pyxide terreâ latâ. S. Stärckzucker.

Detur eo scopo, ut cerebrum roboretur, ut, si quæ impuræ atomi cum sanguine per arterias in cerebrum irrepant, nec maturè satis deponantur in membranam narium, illas repellere possit.

℞. ☍ *succ.* ℈ß, *sacchari albi soluti in aq. major. q. s.* ℥iij,
sub finem addendo confectionis alkermes ʒj,
M. F. rotulæ. S. Stärckende Küchlein.

Ventriculus, jecur, lien, primæ & secundæ coctioni inservientes, fomitem subministrantes partes, alterandæ & roborandæ internis & externis. Εὐστόμαχα nobilem præstabunt operam, ἠπατικὰ, σπληνικὰ complementum si addiderint, omnia feliciter evenient.

℞. *rotularum dia tragacanthæ frigidæ* ℥iij.
S. Flußküchlein.
sumatur per vices una aut altera.

℞. *aq. majoran.* ℥vj, *sirupi de hyssopo, stœch. arab.* a. ℥j.
D. in fictili. S. Stärcktränck lein.

Si FLUXUS fit CONTUMAX, circa noctem magni facti spe solatii exhibeatur pilula una aut altera.

℞. *laudani opiati* g. iij.
F. pilulæ duæ. Dentur instante horâ nonâ vespertinâ, in cochleari cerevisiæ vel vini.

Sistent impetum defluxionum, & blando somno ægrum reficient.

EXTERNA topica etiam conveniunt. *Externa.*

℞. ☍ *nucis moschatæ expressi* ʒij, *succini* ℈ß,
juniperii ʒß, *majoranæ* g. x, *balsami peruviani* ℈j.
M. F. balsamum. S. Balsam in die Schläffe und auff den Nacken zu streichen.

PEDILUVIUM præparetur ex *flor. chamameli, sambuci* a. M. ij. *betonicæ* M. iiij. *origani* Mj. *cap. papav. semine* refertis n. xx. coctis in aquâ. Eo utatur circa vesperam vel noctem.

Diæta. DIÆTA, & moderata vitæ lex necessaria est quàm maximè, tantique sæpè momenti, ut & sola tàm molesti morbi vindex esse possit & liberatrix, alioqui licet salus ipsa ægram servare cupiat, ea non possit.

1. IN NATURALI VICTUS habeatur ratio, ne in qualitate & quantitate peccetur.

CIBOS fugiat concoctu difficiles, vaporosos, excrementitios, acres. Monitum non negligatur AETII, in universum pauco cibo & quiete utendum asserentis: cibi assumantur tenues: cœna prandio sit parcior. Post cibum monet *Celsus* neque scribendum, neque legendum, neque quicquam aliud moliendum, quod mentem exagitet.

POTUS sit paucus & talis, qui conveniat, hoc est, qui caput vehementer replere nesciat.

VINUM planè exulet, nisi forsan catarrhus jam decrescat. Loco vini substituatur aq. hord. cum glyzyrrhiza, item aq. mulsa vel aq. cinamomi.

IN VITALI DIÆTA AERIS justa observetur temperies, vel si non possit, calidior magis eligatur.

VENTI vitentur septentrionales, nocturnæque obambulationes, hæ enim gravedines concitant & destillationes.

IN ANIMALI diætâ SOMNUS & quidem nocturnus conducit parcus.

VIGILIÆ modum excedentes nocent. Somnus μεσημβρινὸς *meridianus* fugiendus, nisi fortean nocturni vacatio id jubeat. Tum diem in subsidium vocare cogimur, à viribus quæ tyranni sunt omnium indicationum, coacti.

MOTUS seu exercitium aliquod ante cibum docente Hippocrate, institui potest. Labores, *scribit*, cibum præcedant. QUIETE etiam utendum, quoniam maturat catarrhum.

ALVUS SUBSISTENS lenientibus vel clysteribus sui admonenda officii.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO II
de
hæmorrhagiâ narium.

HISTORIA.

VIr XL. annorum, temperamenti calidi & ficci, in actionibus suis agilis & promptus, capillis nigris prædítus, ἐπίφλεβος καὶ μεγαλόφλεβος, macilentus, à teneris ad narium hæmorrhagias, nunc à biennio immunis, pronus, æstate mediâ post motum corporis immodicum, cum choreis saltando interesset in multam noctem, generosique vini usui indulgeret, & ut misceri tristia lætis solent, ad iram se commoveri pateretur, de improvisò observat sanguinem è naribus, inprimis sinistrô, fluere ἀθρόως, confertim & copiosè cum saltu quasi floridum & spumosum. Durat hic fluxus per horas tres, ita ut ad trium cantharorum mensuram adscendat excretus sanguis, nequè domesticis cedat mediis. Conqueritur de virium imbecillitate, & petit consilium. *Casus.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quô æger noster conqueritur, est HÆMORRHAGIA NARIUM, sanguinis præternaturalis per nares effluxus. *Affectus species.*

SYMPTOMA FACULTATIS RETENTRICIS esse patet ex eô, quòd sanguis, aliàs pabulum & receptaculum calidi nostri nativi, retineri qui debebat, præternaturaliter excernatur, retentrice facultate turbatâ & irritatâ.

Symptoma autem hoc referimus ad morbos conformationis, quatenùs vasa aperiuntur ἀναστομώσει, & p. n. extra corpus sanguis per nares effunditur.

SUBJECTUM duplex hujus symptomatis constitui potest: unum mediatum, alterum immediatum. *τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

1. IMMEDIATUM sunt vasa sanguinem continentia, & hîc præ venis eligimus arterias, carotidum propagines. Arterias potissimùm adfici docet *ratio*, deducta à sanguinis exeuntis conditione. Floridus ille est & spumosus: talis autem est arteriosus. Idem confirmat *modus exeundi*: non enim rivulosè, sed magis saltuosè, ἀθρόως, καὶ ταχέως magnis portionibus & cum impetu, confertim & subitò exsilit. Talis autem est sanguinis arteriosi motus, pulsu enim cordis pellitur. *Consequens*, virium imbecillitas etiam arterias læsas testatur. Spirituosus cùm sit, jactura roboris major succedit.

Nolumus tamen contentiosè negare ex venarum apicibus aliquid sanguinis etiam emanasse. Venæ non sunt simpliciter reduces, sed & educes.

2. MEDIATUM subjectum sunt NARES, prædestinatione ordinariâ olfactûs, odoratûs, respirationis & evacuationis mucositatum instrumenta, & quidem in sinistrô latere. Iisdem nunc natura abutitur ad sanguinis expurgationem.

Ex crassæ meningis tertio sinu evacuari ad nares nihil potest.

CAUSA hujus mali duplex statui potest: ἔμμεσος καὶ ἄμεσος.

ἄμεσος Causa. IMMEDIATA est sanguinis biliosi, salinis atomis permisti, & archæum irritantis abundantia & acrimonia, generata, & per συναθροισμὸν in corde & toto corpore congregata, adeoque mista cacochymia calida, cum subdominio sicca, ῥύσει MOTU præcipiti pulsionis ex arteriis minoribus in majores & in spongiosas narium carnes delata.

Fieri hoc non potuit sine singulari διαχωρήσει καὶ ἀποκρίσει, καὶ ὀργασμῷ ζέσει, *segregatione & turgente fermentatione* inconsuetâ, quæ ebulliendo arteriarum orificia aperit, sanguinisque fluxui ansam præbet.

Ἔμμεσος proximior. MEDIATA PROXIMIOR non est διαπήδησις *transsudatio*, non enim est paucus sanguis, nec cum dolore excernitur, nec διαίρεσις *divisio*, disruptio, quia non excernitur paucus & per intervalla, sed ἀναστόμωσις *apertio osculorum*, in magnâ enim copiâ excernitur.

MEDIA-

MEDIATAE REMOTIORES causæ hîc locum habent. *Remotior.*

Inter NATURALES causas eminet ægroti TEMPERAMENTUM calidum & siccum. Hoc cum intra terminos mediocritatis consistit, benè habet, cum secus, accendere potest sanguinem. Huc etiam referendum, quòd sit ἐπίφλεβ© ϰ μεγαλόφλεβ© *amplis & conspicuis venis*, quibus arteriæ correspondere solent, & à teneris ad narium hæmorrhagiam PROCLIVIS. Gravissimum imperium consuetudinis. 1.

Ex NON-NATURALIBUS accusatur AER & ANNI TEMPUS. Tempore æstivali ῥύσιες αἵματ© *fluxiones sanguinis* frequentiores fieri docet *Hippocr. 3. aph. 20.* Solo aeris motu anomalo inopinato insultu hæmorrhagiæ oriri queunt. 2.

Generosioris VINI potus largior sanguinem calidiorem reddidit, quem deindè mobiliorem effecit SALTATIO solemnis in multam noctem.

Tandem etiam hujus mali principem autorem producimus IRAM. Hæc enim citissimè excitat hæmorrhagiam; sanguinem enim à saltatione factum mobiliorem, hæc calidiorem & fervidiorem reddidit, undè irrequietô motu sanguis tandem, antehàc sæpiùs læsa, iterum repetit vasa.

RES PRÆTER NATURAM. Suppressio totalis consuetæ hujus evacuationis copiæ ansam præbuit. Collectus enim sanguis, nec per succedanea venæ sectionis præsidia subtractus, nunc majori peccat copiâ. 3.

Ex hisce prægnantibus causis non mirum est, quòd hujuscemodi periculosum sit ortum malum, copiosusque secutus sanguinis spumosi & biliosi effluxus. *Ratio symptomatum.*

Excepit hunc ἄῤῥωϛ© δύναμις, virium IMBECILLITAS & virium defectus. Arteriâ enim læsâ & apertâ, spirituosus sanguis nutritioni partium destinatus aufertur, undè necessariò absumto pabulo partium sequitur LANGUOR.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ. Periculosus omninò videtur hic adfectus, mortem magis, quàm vitam prænuntians, cùm brevi trium horarum spatio, ad trium cantharorum mensuram sanguis fuerit excretus, nequè domesticis etiamnùm cedat mediis. Confertim factus effluxus omninò aliquid portendit periculi- *πρόλεξις 1.*

culi. Majus etiam periculum imminet ex arteriâ læsâ, in quâ spirituosior continetur sanguis juxta doctrinam recentiorum, continuusque earum motus impedit, quo minùs celeriter conglutinari possint oscula aperta.

2. Inveterata quia est, difficilior curatio, & longitudinem minatur.

Non tamen omnis abjicienda spes est. Hæmorrhagia narium quamvis larga, non tam debilitat, quàm sanguis emissus ex brachio: & tamen hic venosus magis, ille arteriosus.

3. MODUS EVENTUS. Verendum est, ne per longas invalescente moras hôc fluxu, sequantur CACHEXIA, quod nonnunquam usu venit, & lenta febricula. Interim tamen optima quæque speramus, ægrotoque nostro pristinam sanitatem pollicemur. Sequitur ergò

ἡ ἴασις. CURATIO, quâ currenti huic malo obviam imus, duplex: una in paroxysmô, altera extra paroxysmum.

in paroxysmo. IN IPSO PAROXYSMO, à quô adhuc maceratur æger, curatio instituenda est secundum indicationes.

Indicationes. Et quidem CURATORIA hæmorrhagiam ipsam respicit, ulterioremque influxum prohibere jubet. PRAESERVATORIA causas respicit, & sanguinem motu peccantem, acrem & irritatum retrahendum, mitigandum, & imminuendum, apertamque venam claudendam esse, docet. VITALIS vires respicit, earumque languorem corrigendum suadet.

Materia MATERIAE præsidiorum, quibus indicationibus his satisfit, petuntur ex tribus fontibus.

chirurgica. CHIRURGIA suppeditat decantatissimum illud ac nobilissimum remedium VENAE SECTIONEM, tanquàm ad sanguinem sistendum, tùm revellendo, tùm evacuando efficacissimam. Hæc in principio cùm sit neglecta, illam in ἀκμῇ hujus commendare & ad ℥ IV. vel V. sanguinem sine noxâ detrahere non verebimur. An autem unâ vice, an verò partitis vicibus emittendus, dubitare quis posset? Nos putamus, si unâ vice emittatur, conducibilius fore ægroto.

Con-

Digitized by Google

Confertim enim per venam sectam dùm effluit, citiùs revellitur è naribus effluxurus sanguis. Hoc etiam testatur experientia quotidiana. Repeti eadem potest, aliquot diebus exactis, si refractariam se exhibuerit.

Aperiendam autem censemus MEDIANAM in sinistrô latere pro meliori revulsione, quia è sinistrâ nare sanguis largior emanat.

Venæsectionem verò si recuset æger & vires langueant, locô ejus CUCURBITULÆ cum & sine scarificatione applicari poterunt: hæ revulsionis, illæ revulsionis & evacuationis gratia. Adplicari poterunt circa scapulas, brachia, cervicem, dorsum, genua & plantas pedum, cùm totius corporis motus præternaturalis hic in culpâ esse videatur.

Ad epatis regionem commendari solent cucurbitulæ siccæ, & sub mammillâ dextrâ applicitæ ad circulationis impetum eludendum.

FRICTIONES, cùm ad revulsionem aliquid facere videantur, etiam non negligendæ.

PHARMACIA porrigit remedia evacuantia & alterantia tùm interna, tùm externa, quæ sint prædita adstringendi viribus. *Pharmaceutica.*

ALVUS ante omnia subducenda. In hâc palæstrâ notandum, ab aloeticorum usu esse abstinendum, vasorum enim ora aperire creduntur. *Lenientes.*

Digestivô leni sequenti uti poterit pulvere ad præparationem cacochymiæ biliosæ: *Præparantes.*

℞. *cryßall. ♀ri rubr.* ℈ß, *magister. corall. rubr.* gr. vj.
F. Pulvis D. S. Digestiv-Pulver.
exhibeatur matutinis horis in cochleari juris gallinæ.

Alterô die pòst lenem hanc potionem evacuantem imbibere potest. *Purgantes.*

℞. *fl. cichorii, epaticæ nobilis, hyperici* a. p. ij.
rhabarbari alexandrini ℨij. *gialapii resinosi* ℨiij.
ebulliant in serô lactis caprilli q. s. ollâ clausa.
Colaturæ ℞. ℥vj. Adde

Digitized by Google

sirupi de cichorio cum rhabarbaro ℥ij.
M. F. Haustus pro 2. dosibus. S. gelinder Laxiertranck.
Media pars alterô, media tertiô sumatur die. Vel:

℞. *pulv. laxativi vegetabilis Rolfinciani* ℈j,
crystallorum ♀*ri* g. x, ⚯ *cinamomi* gt. iij.
M. F. Pulvis. D. S. Kindpulver uff einmahl.

alterantes, interna. ALTERANTIA INTERNA præ aliis commendanda nunc veniunt, quæ intemperiem sanguinis & viscerum alterandi & corrigendi vim habent, fluxumque sanguinis sistunt & inhibent. Exhiberi poterunt cum fructu sequentia:

℞. *fol. plantaginis, bursæ pastoris* a. mj,
fl. hyperici p. vj, *rosar. rubr.* p. iij, *rad. tormentillæ* ℥j,
nucleorum, mespilor. contus. ℥ß, *croci* ♂ *adstr.* ʒij.
Incisa contusa s. a. D. ad chartam. S. Species zum Kräutertranck.

Infundantur aq. fontan. vel cerevisiæ calidæ canthari iij. Stent in cellâ. Refrigerata bibantur pro lubitu.

℞. *hordei* mij, *fol. pilosellæ, bursæ pastoris* a. p. vj.
rad. tormentillæ ℥ß, *passular. minor. aq. font. canth.* iiij.
Coq. in ollâ cum operculo, juncturis clausis massâ frumentaceâ, ad consumptionem canthari unius. In cellâ ponantur, donec frigescant. Adsumatur haustus per vices.

Proderit etiam hæc aqua nitrata:

℞. *aq. fontanæ limpidæ canth.* ß.
⊖ *prunellæ c.* ♀. *parati pulverisati* ʒij.
Misce. De eâ detur haustus per vices.

Vel:

℞. *croci* ♂ *adstr.* ʒj, *magist. corallor. plumosi* ℈j,
terræ sigillatæ ʒß, *C.C. sine* ▽ *ppti* ʒij, *lap. hæmat.* ʒj,
sacchari candi ʒiij. M. F. Pulvis. S. Stärck-Pulver. Datur ℈j.

Vel:

Digitized by Google

Vel:

℞. *tinctura coralliorum Rolfinciana* ℥ß,
D. in vitrô. S. Corallen-Tinctur. Dosis ʒß.

℞. *sirupi coralliorum Quercetani* ʒij,
aq. plantaginis ℥iij. M. S. Blutstillendes Wässerlein zur Tinctur.

SPECIFICA INTERNA commendantur varia ab autoribus. Inter alia laudatur sanguis, qui effluxit per nares torrefactus & ægro inscio propinatus in liquore conveniente pondere ℈j, per vices. Magnetica ipsi adscribitur virtus. *Specifica 1.*

Muscum cranio humano innatum & in subtilissimum pulverem redactum, in desperatissimâ hæmorrhagiâ narium cum felicis successus admiratione exhibitum notant practici. *2.*

℞. *aq. cinamomi cydoniata* ℥ij, *tinctura corall. vera* ʒß, *tinctura lapidis hamatitis* ℈ij, *rosar. rubrarum* ʒiij, *usnea cranii humani praparati* g̃. xv. vel ℈j. *3.*
M. pro potione ad 3. doses.

His specificis si non cedat malum, necessitas postulat, ut ad NARCOTICA confugiamus. Inter ea excellit laudanum opiatum, pondere g̃. ij. iij. in formâ pilulari, & ex eô præparata medicamenta. Inprimis MAGISTERIUM ANODYNUM ROLFINCIANUM mira hic præstabit, in pulveris formâ ad g̃. iij. vel 4. pro re natâ exhibitum. *narcotica.*

His succenturianda veniunt & annectenda CORROBORANTIA, ob ægroti constitutionem infirmam. Possunt ea adhiberi mixta cum narcoticis, vel sine iisdem. *corroborantes.*

℞. *magisterii anodyni rubri Rolfinciani* g̃. iij,
pulv. bezoardici albi Rolfinciani ʒj.
M. F. pulvis. Dosis ℈j. in haustu vini rubri adstringentis.

℞. *pulv. bezoard. albi ejusdem* ʒi, *lapidis hamatitis* ʒj.
M. F. Pulvis. S. Krafftpulver.

Dos. ℈j. *in aq. burs. pastoris.*

♀ri ⊕li anodyno non multum tribuimus.

SPERNIOLA Crollii interiùs & exteriùs usurpata prodest.

PULVIS SYMPATHICUS Paracelsi, ex ⊕lo viridi ad albedinem calcinato aliquoties opem tulit.

Externa. Subnectimus nunc TOPICA, quorum usum hic ut commendemus, operæ pretium putamus. Parari poterunt tùm ex revellentibus, tùm adstringentibus, & cum judiciô adplicari.

1. ℞. *boli armenæ ppta* ℥ß, *cretæ albissimæ* ℥j, *camphoræ* ʒß, *sandali rubri* ℥ß, *lapidis mespilor. ppt.* miß.

Concisa contusa, cum suffic. q. succi plantaginis vel aquæ ejusdem, fronti ac temporibus applicetur per vices, cum linteis duplicatis.

2. Nonnulli mirè commendant linteum vel spongiam 🜕 rosaceo & ▽ frigidâ madidam. Applicari potest naribus cervici & testibus.

3. ℞. *herbarum plantaginis, bursæ pastoris* mj, *boli armenæ* ʒij, *fl. rosar. rubr. spicæ nardi* ā. p. IV.

cum aquâ plantaginis, in quâ camphora ad ʒij, soluta, madefiant lintea & in sacculô testibus & membro virili adplicentur. Repetendum hoc per vices.

4. Ægroto nostro stercus asininum commendare cum Riveriô *prax. tom. 2. s. 3. c. 7.* nullô modô erubescimus. In pulverem enim redactum vel contusum cum semine urticæ narium hæmorrhagiam, quæ nullis aliis cedere voluit remediis, mirabiliter sistit.

Rodericus à Castrô lib. 3. de morbis mulierum cap. 5. refert de medicô quodam, qui scybala hæc semper in capsulâ secum gestaverat ob hæmorrhagiam narium sibi creberrimè insultantem.

5. Inprimis turunda ex fungô ἰχαίμῳ lato, plano, vulgari para-

parata, narium cavitati usquè ad locum vulneris immissa, incantamenti instar sistit in momentô omnes hæmorrhagias.

Ἐγχείρησις singularis hîc observanda. Formatur inde turundula, hâc observatione, ut glabra pars interiùs vertatur, exteriùs spongiosa; pulverulenta. Inferior pars filo lineo, quod inferiùs extrâ propendeat, leniter constringatur. Inspergatur pulvis *singularis* coctorum laterum. Intrudatur sensim in nares.

Contingere potest, ut à turundâ impediatur respiratio; tùm pennulæ anserinæ frustulum in turundæ medium indi & recondi potest. Sic utrique satisfit, respirationi liber relinquitur commeatus, & constrictionis membranæ obtinetur scopus.

Tandem ad AMULETA deveniendum, quæ si sine superstitione adhibeantur, non omninò negligenda. Putamus ægro nostro aliquo modo proficuum fore, si in manibus teneat frustum *lapidis hæmatitidis*; vel *cretæ albissimæ*; quam commendat *Forestus observ. 10. lib. 13.* *Amuleta.*

CHARACTERES verò, inter quos eminet crux straminea, supra quam sanguinem stillare jubent mulierculæ, & alia, ceu anilia & nullius momenti rejicimus.

EXTRA PAROXYSMUM, ne recidiva fiat, probè observandum, ut evacuationes justô tempore repetantur, per alvum; urinam & sudores: viscerumque temperies servetur immutata. *Extrà paroxysmum.*

Medicamentis semper ADSTRINGENTIA misceantur. Potest præscribi sequens electuarium: *1. Electuarium.*

℞. *conservæ rof. rubr.* ⊕*latæ* ℥j, *anthos, fl. cichorii* a. ℥ß, *magisterii coralliorum butyracei Rolf.* ʒj, *lapid. hæmatitis* ℈iv, *terræ sigillatæ* ʒj, *C. alcis f.* △ *usti* ʒj, *condit. rad. cichor. berber. enucl.* a. ℥ij, *cum sirupo coralliorum Quercetani, acetos. citri* a. q. s.
F. Electuarium. S. Præservativ-Lattwerge.
Dosis tuberculum nucis castaneæ.

2\. Vel, si magis arrideat pulvis, sequens esto:

Pulvis. ℞. *pulv. cachectici Quercetani* ℥ß, *epatici rubri Dresd.* ʒij, *crystalli ppti, smaragdi ppti* ā. ℈j, *corall. ppt.* ʒj, *boli armen. ppta* ʒij, *lap. hæmat.* ʒß, *eboris s.* △ *calc.* ℈iv, *sacchari canariensis ad pondus omnium.*

F. Tragema. Pfaffenfutter nach der Mahlzeit täglich zu gebrauchen.

Dosis, quantum cuspis cultri bis continet,

Commendamus etiam trochiscos de terrâ sigillatâ, de spodiô &c.

Diæta. Restat nunc DIÆTA, quam triplicem præscribimus ægroto nostro.

1\. NATURALIS præcipit VICTUM tenuem & incrassantem, qualis *cremor ptisanæ, oryza & alia hordeacea.* E FRUCTIBUS eligat, quæ simul adstringunt, *mespila, mala cydonia*, &c. Ex HERBIS refrigerantes & alterantes. Abstineat omninò à cibis acrioribus & nimiùm sale & pipere conditis. POTUS sit cerevisia tenuis. VINUM relegare jubet temperies ægri calida & sicca, hujus mali non infima mater. Si tamen ob consuetudinem concedendum vel ob vires languentes, ὀλιγοφόρον illud sit & rubrum, parcaque imbibatur manu.

2\. VITALIS, aërem calidum respuit, *monente Coô 5. aph. 16.* ad frigiditatem inclinantem commendat. Ab ANIMI AFFECTIBUS sibi temperet ut æger, omninò vult recta curandi methodus. Caveat ab IRA; sin minùs, anguis sub herbâ latitans citò prosiliet, majusque afferet malum, magnô ægri incommodô. Sæpe tamen subito terrore turbatus sanguis refugit in viscera, extrema relinquens.

3\. ANIMALIS diæta SOMNUM, quia humores contemperare, motumque eorum compescere videtur, largiorem suadet; vigilias autem crebriores, nam sanguinem mobiliorem reddunt, dissuadet. MOTUS & SALTATIO exire debent ab aulâ: Quies verò microcosmico palatio concilianda. ALVUS fideliter susceptâ fungatur spartâ; sin minùs, admo-

admonenda debiti & fidelitatis. VENEREIS exercitiis, si æger à malis velit esse immunis, constante animo dicat: VALETE.

CONSULTATIO III

de ophthalmia humida,

HISTORIA.

JUvenis annorum 24. temperamenti calidi & humidi, cum subdominio biliosi, in actionibus moderatiùs studiis continuatæque lectioni deditus, de nocte ad lucernam etiam lucubrationes instituens, sensit lucem oculos ferre non posse, nonnunquam adsunt lachrymæ involuntariæ, leni cum dolore prurituque palpebrarum, capillares oculorum venæ turgent in albo, imò quædam pars sanguine suffusa & sugillata apparet. Dolores tertio die ingravescunt. Petit consilium. *Relatio.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo conqueritur ægrotus, est ὀφθαλμία, quæ refertur à *Galeno 2. methodi med. cap. 2.* inter morbos, qui à læsâ particulâ nomen acceperunt, nihilque aliud est in ratione suâ formali, quàm INFLAMMATIO, adeòque non morbus simplex, sed compositus ex triplici morborum genere, intemperie cum materiâ, auctâ magnitudine, solutâ unitate. Docuit enim *Galenus de diff. morb. cap. 12.* inflammationem esse, morbum complicatum ex tribus rebus præter naturam, intemperie, aucta magnitudine, soluta unitate. *Species affectus, est ophthalmia.*

INFLAMMATIO in genere duplex constituitur à *Gal. 2. de arte curativa ad Glauconem cap. 1.* sicca & humida. SICCAM appellat, in quâ nullo humore fluente calor naturalis ignescit. HUMIDAM vocat, quæ ex calidâ fluxione membra occupante contingit. Inflammatio ophthalmica hæc in nostro ægroto, non est sicca, quæ ξηροφθαλμία dicitur, *Inflammatio duplex est.*

& , ut

&, ut ait *Hippocrates 3. aph. 14.* aquilonio flante & sicco autumno, à quo exsiccantur humores, generari solet; sed HUMIDA, orta ab humore aliquo in oculo accenso, & congregato: cujus rei argumentum evidens tumor & rubor, & hæc ut plurimum nomine generis appellari solet ophthalmia.

HUMIDA OPHTHALMIA rursum constituitur duplex; vera & spuria.

VERA & propria duplex est: I. Inflammatio adnatæ cum rubore & tumore, nomen generis retinens, & *lippitudo* à *Celso* dicitur. II. *χήμωσις* dicitur, cum inflammatio adeò vehemens est, ut non possint claudi palpebræ.

SPURIA *τάραξις* sive *conturbatio* est, quam interpretes *Avicennæ vacillationem* vocant, quæ sine discrimine partes omnes æqualiter invadit, cum rubore exiguo, levi dolore, & lachrymarum fluxu. In nostro ægroto *mistus* est affectus ex *ὀφθαλμία* verâ & spuriâ sive *ταράξει*: magis tamen inclinat ad *τάραξιν*.

Subjectum. PARS AFFECTA adæquata, ratione denominationis est OCULUS, admirandum visionis instrumentum. Principaliter affecta est *adnata*, quæ ἐπιπεφυκὼς dicitur à Græcis, ut habet *Galenus 4. comp. med. sec. loca cap. 4.* quod reliquis tunicis adnascatur. Hanc intelligit *Galenus de comp. med. sec. loca cap. proprio* dum dicit: Ophthalmiam esse inflammationem tunicæ os capitis & calvam ambientis.

Affici adnatam hanc tunicam patet ex rubore & tumore, quæ ante non apparebant: naturaliter enim tota alba est, unde & *alba* vocatur.

Quamvis autem adnata hæc possit affici tàm per essentiam quàm per consensum, in nostro tamen ægroto potissimùm afficitur *per consensum.* Vix credibile est, per aggregationem nutrimenti oculorum colligi posse illam copiam humorum excrementitiorum, qui talem inflammationem excitare possint; in paucâ enim quantitate generantur, & facilè resolvuntur ob motum continuum oculorum.

Verisimiliùs itaque est, per consensum infernarum partium ortum traxisse.

Sed

Digitized by Google

Sed non afficiuntur solùm illæ partes, quæ oculum constituunt, verùm etiam illæ, quæ oculum circumstant, inprimis *glandula in majori oculi cantho*, foramen ex orbitâ in nares pervium obturans; hæc enim exprimit lacrymosum hunc fluxum ταραξεί familiarem.

CAUSA IMMEDIATA ea est, quam in apparentibus fluxionibus satis manifestam esse dixit *Galenus 2 de arte curativâ ad Glauconem cap. 2. ῥεῦμα συνιστάμενον, fluxio seu influxus* sanguinis. Hic cùm varius esse possit, sanguineus, biliosus, pituitosus, melancholicus, statuendum est in nostro ægroto esse ex sanguine & bile, cum utriusque sero, adeoque cacochymiam esse ex prædominiò quidem sanguineam, ex subdominio biliosam. Causa

SANGVINEAM esse patet ex temperamento totius calido humido.

BILIOSA elucescit ex exacerbatione die impari, videlicet tertiâ. Fluxiones autem die impari exacerbari solitas biliosas esse testatur *Gal. 1. aph. 12.*

SEROSAM autem simul esse patet ex copiosis lachrymis exstillantibus.

Sanguis hic biliosus & serosus GENITUS fuit à corde & jecore præcalido, & FLUXIT ad oculum per ῥευματισμὸν partim attractus, partim transmissus.

ATTRACTUS fuit à calore eorundem oculorum excitato à continuis studiis, præcipuè post cœnam.

TRANSMISSUS est potissimùm à robore cordis.

SUSCEPTUS ob imbecillitatem eorundem 1. NATIVAM, quæ consistit in eorundem laxitate & humiditate naturali. 2. ASCITITIAM, introductam à nimiis lucubrationibus ad candelam.

Ρεῦμα ὁρμώμενον excitarunt causæ naturalis & præter naturam.

Inter NATURALES excellit TEMPERAMENTUM *calidum & humidum*. In eo quamvis vitæ fons, idem tamen cumulat excrementa: subbiliosam fluxionem præcipitat.

NON NATURALIUM causarum agmen ducit

AER HYEMALIS, qui serositates à sanguine separat humores oculis impingit, & meatus obstruit.

STUDIA concatenata oculos etiam debilitarunt.

Ratio symptomatum. Ex his causis concitatus sanguinis biliosi & serosi fluxus, autor fuit omnium symptomatum, quæ in ægroto nostro occurrunt.

Dum enim copiosè fluens primùm arterias majores occupavit, deinde minores, & minimas, tandemque non omnis in venas assumptus, ad inania spatia pervenit, excitavit aliquam SOLUTIONEM CONTINUI & DOLOREM cum rubore vasorum turgentium, & Lacrymarum affluxum, quia multo sero erat permistus. Dolor hic secundùm Galenum potest fieri ex vehementi confluentis humoris morsu, aut quod vasorum tunicæ plenitudine distendantur, aut propter crassorum humorum flatuosorum extensionem.

NOCTES INSOMNES traduxit, dolore quietem animi interrumpente. Impares autem noctes habuit molestiores, quia à bile fluxio fovetur.

Prædictio. PROGNOSIS SALUTIS dependet ab ESSENTIALI-
1. TER INHÆRENTIBUS & specie morbi.

Ophthalmia per se non est morbus lethalis. VEHEMENTIA non est magna, viresque satis validæ, ut possint ad exitum durare.

SYMPTOMATA gravia absunt. DOLOR capitis, quo præsente inflammationes oculorum augentur, mediocris est.

2. LONGITUDO non metuenda.

BREVI terminatum iri spero affectum, quia satis celeriter augetur. Qui autem morbi celerem habent motum, statui sunt vicini & declinationi. Ægrotus noster lachrymas profundit. Abundantia autem lachrymarum fidem facit, morbum non fore diuturnum.

3. MODUS terminationis erit dissipatio materiæ.

Curatio constat methodo medendi, innixa indicationibus. CURATIONEM dirigit METHODUS medendi, quæ suggerit easdem INDICATIONES, quæ in inflammationibus & cæteris morbis à fluxione humorum oriundis observatū neces-

necessariæ: unam autem propriam & particularem, quam natura oculi laborantis suggerit. Utrique satisfiat:

I. CURATIVÆ, & inflammatio tollatur dolorifica. 1.

II. PRÆSERVATORIA, intentione secunda, prima exsequutione, suadet fluxionem esse inhibendam. Humor abundans τῷ πόσῳ peccans minorandus ad tollendum impedimentum curationis, per sanguinis missionem, & succi à sanguine diversi evacuationem, & alvi, urinæ, sudorumque subtractionem. Influens repellatur, revellatur: qui influxit, digeratur. 2.

III. VITALIS roborare jubet oculos, ne prono affectu suscipiant humorem fluentem. 3.

Materia præsidiorum. MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex communibus fontibus.

Chirurgicæ ὕλαι. I. ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΚΑ. Sunt illæ omnes evacuatoriæ, id est, dementes sanguinem, vel succum à sanguine diversum sensibiliter, vel insensibiliter.

EVACUANS sanguinem SENSIBILITER seorsim materia est VENÆ SECTIO. Administrari potest præmisso blando clystere vel leniente medicamento per os exhibito. Admodum necessaria est, cùm æger sit plethoricus: omnibus enim intentionibus satisfacit, vacuat, revellit, sanguinem contemperat & dolorem sedat, & sic incantamenti instar juvat. *Summus dictator 6. aphor. 31.* inter τὰ ἀγωνιστικὰ βοηθήματα refert venæ sectionem. Et *Galenus de curandi ratione per sanguinis miss. cap. 17.* refert, se œconomum divitis cujusdam Romani ab inflammatione oculorum & imminente cœcitate liberasse per sanguinis missionem.

LOCUS consideratu dignus. Exemplo *Galeni de curandi rat. per sang. miss.* commendamus apertionem venæ in parte secundùm rectitudinem respondente.

Quidam secuti monitum *Galeni de curand. rat. per sangu. miss. cap. 19.* commendant apertionem venæ in oculi angulo majore, ut reliquiæ inflammationis dissipentur, in declinatione. Sed periculosæ res plena aleæ.

Digitized by Google

Cupidus festinatæ salutis *Galenus* in œconomo primâ vice extraxit ℔ iij, horis quatuor pòst adhuc ℔j. Sufficit in nostro ægroto extrahere ad ℔j ex brachio.

EX VENA ET ARTERIA SIMUL evacuans sanguinem materia sunt CUCURBITULÆ, in progressu curationis scapulis & coxis applicitæ, cum vel fine scarificatione.

SUCCUM à sanguine diversum sensibiliter evacuant VESICANTIA cervici applicita. Parantur ex cantharidibus.

> ℞ *cantharid. integrarum* ʒij, *semin. ammeos* ʒj, *sinapi* ʒij, *fermenti acerrimi q. s.* F. Massa.

FONTICULUS si instet affectus, excitari potest in brachio lateris utriusque.

SETACEUM cervici applicari potest, si morem gerere renuat affectus.

FRICTIONES pedum & brachiorum panno aspero ad revulsionem humorum fluentium conveniunt.

Pharmaceutica. ΦΑΡΜΑΚΕΙ͂Α. Opera danda, ut humor abundans in toto corpore minuatur, qui influit, revellatur, qui influxit, digeratur, oculusque ipse roboretur.

Ante omnia ergò ad totius corporis expurgationem VACUANS medicamentum exhibeatur. Dolores oculorum, scribit *Hippocrates 6. aphor. 31.* solvuntur epoto pharmaco, & *6. aphor. 17.* lippientem alvi profluvio corripi, bonum. *Galenus in commento* monet, hoc exemplum esse unum eorum, quæ sponte & utiliter vacuantur, & quæ medicum imitari convenit. Nimirum in lippientibus, clysteribus, & medicamentis alvum movent. Movetur autem

1. Lenientes. 1. LENIORIBUS, quæ bilem ejusque serum purgant, sanguinemque mundant. Inter

SIMPLICIA nihil præstantius *tamarindis & cassiâ.* Inter COMPOSITA

OFFICINALIA ex usu esse possunt: *sirupus ros. solut. diasebesten sine scammonio.* Ex his varia confici possunt composita.

MAGISTRALIA more Italorum in potione facilè parabili talia sunt: ℞. *sirupi*

Digitized by Google

℞. *firupi rof. folutivi* ℥ij, *mannæ electæ* ℥iß, *aq. cichor. q. f.*
M. F. Hauftus.

℞. *caffiæ extr. pulpæ tamarind.* a. ℥ß, *fir. viol. folutivi* ℥ij,
Cum aq. endiv. q. f. M. F. Hauftus.

More Germanorum, purgans hoc lene exhiberi poteft:

℞. *flor. capitalium* a. p. ij, *rhabarbari, gialapii* a. ʒj,
fpicæ, cinamomi a. ʒß, *falis* ♀. ℈ß
Infund. in q. f. aq. In colaturæ ℥ij, folve
firupi rofarum folut. ℥j M. F. Potio. D. S. Lind-Tränckleín.

II. PRÆPARANTIA fubjungantur, quæ vim habent acrimoniam fanguinis contemperandi, fluxibilitatem incraffandi, ex decoctis vel aquis deftillatis, quibus pòft adduntur firupi parata. *Præparantes.*

℞. *aquæ endiviæ, cichorii* a. ℥iij,
fir. acetof. citri, de betonica. a. ℥j, M. F. Hauftus.

℞. *rad. glycyrrhizæ* ℥j, *apii, napi* a ℥ß,
fol. euphrafiæ Mß,
Decoq. in f. q. aq. font. In colat. ℥vj diffolve
firupi de fumariâ, de betonicâ a. ℥j.
M. F. Apozema. D. S. Blutreinigung.

III. præparantibus his cum cuftodiâ & regimine artis affumptis, ad PURGANTIA tranfeundum. Inter *Purgantes.*
SIMPLICIA BENIGNA excellit *rhabarbarum.*
COMPOSITA funt: *pilulæ de tribus, de rhabarb. dia prun. folutivi, dia febeft. cum fcammonio, fp. epifcopi, elect. de pfyllio: elect. de fucco rofarum.*
Ex his varia componi poffunt MAGISTRALIA.

℞. *fpec dia turbed. cum rhabarb. gialapii pulverifati* a. ℈j,
refinæ fcammonii g. vj, *elæofacchari fœniculi* g. vij.
M. F. Pulvis. D. S. Pulver.

PILULAE insignem habent prærogativam vacuandi totum, & caput præcipuè, quod diutiùs manent in ventriculo, unde creduntur etiam majorem vim habere purgandi. Inter has præcipuè duæ species sunt usitatæ:

Pilulæ sine quibus, quæ referuntur ad autorem *Nicolaum*, & prosunt ad calidiores & tenuiores humores, &

Pilulæ lucis à Mesue propositæ, quæ prosunt ad crassiores.

℞ *maß. pilul. aurearum, lucis,* a. ʒß.
Cum ▽ *fœnic f. q.* M. F. Pilulæ n. XXVII. In pyxide
S. Haupt-Pillen.

Exhibeantur horâ nonâ matutinâ duabus horis ante prandium.

Vim habent non solùm serum biliosum lixiviosum, verùm etiam succum pancreaticum acidum educendi. Id nisi maturè fiat, hic sensim fiet acidior, & liberalius chylo, & sanguini permiscebitur magnô cum oculorum nocumento.

Caput evacuantia. Universalibus his præmissis, ad PARTICULAREM VACUATIONEM CAPITIS est accedendum. Diutinas, *inquit Galenus 13. meth. medendi cap. 22.* oculorum fluxiones curamus, oculis ipsis dimissis, ad curationem capitis conversi.

Vacuandum itaque caput est in ægroto nostro, præcipuè per

MASTICATORIA, materiam divertunt ab oculis ad palatum, per quod commodè excerni potest.

℞. *cinamomi, cubebarum* a. ʒj,
sem. anisi, fœniculi a. ʒß,
macis ℈i, *fol. majoranæ* ℈ij,
Concidantur crassiusculè & commisceantur.

Masticet pro unâ vice, quantum tribus digitis potest comprehendi.

Claudat os dum masticat, ut vapor ad nasi & palati membra-

Digitized by Google

membranam glandulosam pertingat, ejus poros aperiat, evocatoque ex arteriis sero bilioso, salso, & acido pancreatico, impediat, quò minus ad oculi membranam perveniat.

ERRHINUM ex *euphorbio* & *ireos radice* etiam ad gr ij vel iij. in nares leni inspiratu attrahi potest. Ore, bacillô intromisso, servato aperto copiosum, glutinosum serum cum memoratis succis prolicietur.

ALTERANTIA totum & oculum ipsum attendenda. *Alterantia Interna.*

INTERNA habeant vim sanguinem depurandi.

INTER SIMPLICIA excellunt euphrasia, fœniculum, fumaria. &c.

COMPOSITA OFFICINALIA varia sunt, ut & MAGISTRALIA ὀξυδορκικά.

℞. *spec. rosatæ novellæ*, Διὰ ῥόδων a. ʒj, ♁ *fœnic.* ℈ß, *sacchari in aquâ fœniculi q. s. soluti* ℥v.
M. F. Rotulæ. Earum unam & alteram, vel plures masticet, & deglutiat, quoties voluerit.

Ad gravissimi symptomatis, nimirum doloris, mitigationem in auxilium vocanda

NARCOTICA.

℞. *laudani opiati de tribus*, gr. iiij.
Formatæ pilulæ iiij Dentur in pyxide. S. Ruhe-Pillen.

℞. *magisterii anodyni* gr. vij.
In chartâ S. Anhaltendes Pulver.

℞. *emuls. amygdalorum dulc.* ℥ß, *magist. anodyni* gr. vj.
In pyxide. S. Nacht-Träncklein.

Hæc medicamenta cacochymiæ biliosæ, sulphureæ, acidæ. Helmontianæ stomachicæ, & Sylvianæ pancreaticæ frenum injicere possunt, ut stent instar Marpesiæ cautis, nec oculo sint novo influxu molestæ.

EXTER-

τὰ τοπικὰ applicanda vicinis partibus.

EXTERNA TOPICA dicta, quædam partibus vicinis, quædam ipsi affecto oculo applicantur.

VICINIS partibus applicantur DEFENSIVA seu INTERCIPIENTIA.

DEFENSIVA fronti applicanda, ne per vias externas humor acris in oculos accensos & vicinas partes defluat, malumque augeat.

℞. *aq. fœniculi* ℥iiij, *boli armenæ*, *fl. balaustiorum* a. ʒj, *albuminis ovorum* n. ß. M.

INTERCIPIENTIA applicentur arteriis jugularibus.

℞. *albi ovorum*, *boli armenæ*, *pilorum leporinorum* a. q. s. Misce, applicetur cum linteo.

oculo ipsi

OCULO ipsi quæ applicantur, duas ultimas indicationes repellendi & discutiendi complent. Varia sunt pro vario statu inflammationis.

Repellentia in principio.

IN PRINCIPIO quidem REPELLENTIBUS utendum est, non iis, quæ magnam habent vim adstringendi, aut exasperant, sed quæ substantiâ sunt moderatâ vel lenis humoris mitissimâ minimeque mordentis naturæ mistione talia fieri possunt. Hæc quæ in oculum infundantur superiori palpebrâ blandè elevatâ.

Ovi albumen.

Inter omnia excellit OVI ALBUMEN, quod *Galenus 13. meth. med. cap. 22.* maximè commendat eo nomine, quod mordens minimè sit & glutinosum 1. dum minimè mordet, repellit sine acrimoniâ & irritatione, eoque indicationem complet. 2. dum glutinosum est, lentore suo ad indolentiam confert. 3. Accedit, quod crassus & lentus humor constantiùs, quàm tenuis & aquosus permaneat in loco.

Modus applicandi.

MODUS admovendi cum aquis destillatis optimus est, si crudum benè conquassetur, vel coctum.

℞. albumen ovi unius cocti ad duritiem. Conquassetur in mortario cum

aqua rosarum, calendulæ, lavendulæ, majoranæ a. ℥iij.

Expri-

Digitized by Google

Exprimatur per lintea & reservetur in vase vitreo, applicetur cum fungis sambuci in eâdem maceratis. Aquis destillatis foliis, *rosarum*, *euphrasiæ*, admisto modico phlegmatis ⊕li, imbui possunt linteamina & palpebris superimponi. Salsum lixiviosum serum σωιςώμθμον adorietur, illique præcidet nervum.

ANTIMONIUM est medicamentum ὀξυδορκικὸν non solùm à *Martino Rulando Flissigense* propositum, sed & antiquis. *Prosper Alpinus* scribit, mulieres Ægyptias linimentum habere ex Lycio & Antimonio, quo quotidiè oculos inungunt, ut eos defendant ab humorum influxu. ♁.

Martinus Rulandus, ut referunt *Quercetanus pharmacop. dogmaticâ restituta*, *Fonseca lib. 1. consult. 19. Libavius magist. formal. p. 28.* confecit aquam suam benedictam hoc modo: *Crocus metallorum.*

℞. *croci metallorum* ♁*niati* ʒj, *aq. fœniculi* ℥v.

Macera per noctem, instilla guttatim in oculum. Citra doloris sensum abstergit, fluxiones sistit, si lintea eo madefacta applicentur.

Ex *vitro* ♁*nii* quod paratur melioris notæ. *♁ Vitrum.*

IN AUGMENTO DIGERENTIBUS repellentia misceantur. *Digerentia repellentia in augmento.*

Fœni græci benè loti, ut pulverem deponat, decoctum in aquâ simplici cum albumine ovi & lacte, inter lenientia dolorem in oculorum inflammatione proponit *Galenus 13. meth. med. cap. 22.* Hoc intelligendum non est de *semine fœni græci*, quod calidum in secundo gradu & siccum in primo, sed de decocto totius plantæ, ut monet *Septalius in animadversionibus medicis, lib. 6. th. 97.*

Hoc nisi observabitur, inflammatio augebitur.

℞. *aquæ rosarum, euphrasiæ, fœniculi* a. ℥ij.
pompholygis lotæ ʒß, M. F. Collyrium.

℞. *phlegm.* ⊕*li mitis*, ℈j. *aq. euphrasiæ, chelidonii* a. ℥j.
tutiæ novies candefactæ & in lacte extinctæ ℥j.
M. F. Collyrium.

Digitized by Google

Digerentia sola in statu.

IN STATU digerentibus solis utendum. Inter hæc LAC primum obtinet locum. *Rhases* commendat muliebre recenter ex uberibus mulctum. 1. Leniendo enim dolorem remittit. 2. Emplasticâ vi partes laborantes ab acribus fluxionibus defendit. 3. Serosâ portione mordaces humores oculis adhærentes detergit.

Caveatur tamen, ne diutiùs parti adhærens ab æstu corrumpatur, & à vehementi calore acrimoniam concipiat. Sæpè blandè abstergendum erit, aut novo lacte asperso abluendum.

Vel:

℞. *tutiæ præparatæ* ʒj, *coralliorum rubr. præparatorum* ℈j, *ossis sepiæ* ℈ij, *camphoræ* g̃. v, *butyri majalis non saliti* q. s. M. F. Unguentum.

Vel:

℞. *unguenti rosacei, micæ panis* a. ℥ß, *ovi* n. j, *lactis muliebris* q. f. Misce.

Resolventia in declinatione.

IN DECLINATIONE RESOLVENTIA adhibeantur, mista cum discutientibus.

℞. *florum rosarum* Mß, *sem. fœni græci* ʒij.
Decoque in f. q. aquæ. In Colaturæ ℥iij dissolve *pompholygis lotæ, tutiæ præparatæ* a. ʒj.
M. F. collyrium.

Anodyna.

Externis hisce nonnunquam anodyna & narcotica doloribus indicantibus jungi queunt.

℞. *trochiscorum sief albi cum opio pulverif.* n. iij, *aq. rosarum, verbenæ, oculis verè bonæ* a. ℥ij.
In fictili stent. Applicentur linteaminibus imbutis fronti, & palpebræ superimponantur.

Post cœnam neque scribat, neque legat, neque voce contendat, siquidem nec cogitatio ulla tuta.

Justo tempore vesperi molli concredat membra grabato, & cum tribus planetis, qui contemplationi & eloquentiæ maximè favent, noctu nos deserunt, manèque cum Gratiis nostros resalutant lares, ☉, ♀, ☿, jam horizontem supergressis, surgat. Nullæ hic locum habent lucubrationes diurnæ

diurnæ, nullæ ad Cleanthis lucernam nocturnæ continuatæ. Cum nulla alternæ quietis vicissitudo, neque oculorum vires novo spirituum instaurantur proventu, nec relaxatio, facultati indulgetur visivæ, omnia in pejus ruunt.

DIÆTA hisce proportione respondeat. *Diæta.*

I. NATURALIS. Cibus laudabilis sit succi, minimè vaporosus, aut tardæ concoctionis, nec facilis corruptionis, ut Lac. in quantitate paucâ, imò primo die planè nullum assumat ex præcepto *Celsi.* 1.

II. VITALIS aërem requirit temperatum non nimis luminosum. Videndi enim instrumentum splendorem absque molestiâ tolerare nequit, ut probatum est *à Galeno 10. de usu part. cap. 3.* exemplo militum Xenophontis, qui cùm per multam nivem iter fecissent, oculis læsi fuerunt; & exemplo Dionysii Siculi tyranni. Obducatur oculis sericum viridis vel nigri coloris. 2.

III. ANIMALIS. SOMNUS, *ait Avicenna*, oportet ut provocetur, in somno enim oculus non movetur. Somno indulgeat in principio, dum materia adhuc fluit. Vigilet potiùs, cùm morbus est in declinatione & materia est concocta. 3.

AFFECTUS ANIMI vitentur. Circumcidenda omnis negotiosa cogitatio, & oculus sequatur mentem, non mens oculum. Assidua cogitatio lædit mentem, & continuata lectio & scriptio occœcat oculum.

CONSULTATIO IV
de suffusione.

HISTORIA.

VIr annorum 40. temperamenti frigidi & humidi, in locis maritimis, crasso victui, carnibus & piscibus fumo induratis, cœpis, alliis, cerevisiæ crassæ adsuetus, venereis *Casus.*

 delitiis

delitiis deditus, ante annos duos advertit in dextro oculo culices parvos & caliginosa quædam corpuscula apparere, interdum piliformia, interdum veluti lanarum filamenta. Progressu temporis visæ fuerunt quasi aranearum texturæ, & circuli circa lucernas. Pòst quasi per nebulam vidit, tandem verò nihil omninò, astantibusque visum fuit sub pupillâ membranam aliquam obduci cæsiam, graufarbicht. Sinistro oculo clauso pupilla dextra dilatatur, eodem aperto, ad priorem statum redit. Petit consilium, quo ab hoc malo liberetur. Et cùm non levis vacillatio visus in oculo sinistro advertatur, & fibrulæ nonnunquam appareant vacillantes, sibiquè metuat de incipiente aliâ novâ cataractâ, solicitus valdè instat, ut præcaveatur ejusmodi concretio, & visus integritas conservetur.

RESOLUTIO.

Nomen est suffusio.

AFFECTUS, qui affligit ægrum in dextro oculo, est SUFFUSIO CONFIRMATA, ΥΠΟΧΥΜΑ, ΥΠΟΧΥΣΙΣ dicta Græcis, quòd sub uveæ foramine quasi fusa hæreat, undè etiam ab interpretibus Avicennæ DESCENSUS aquæ appellatur. CATARACTA vulgò à καταῤῥάττω Græco, id est, *cum impetu decido & fluo*, sumtâ denominatione ab illis portis, quæ in oppidis & castris supernè deorsum cadunt, & omnem prohibent transitum. Cataracta enim, ut olim credebatur, cadens supernè à capite in oculos, transitum luci & visioni adimit, & ægroti cæci fiunt.

MORBUS est conformationis, potiùs in viâ, opponitur enim pupillæ, quæ est via, per quam species visibiles ingrediuntur, quàm in numero excedente.

Perfecta est in dextro oculo.

Perfectam hanc esse suffusionem, confirmat intuitus oculi, foramen uveæ seu pupilla album colorem ostendit, totalisque adest visus ablatio.

in sinistro est incipiens.

IN SINSITRO oculo est suffusio INCIPIENS, videntur enim ipsi ante oculos volitare piliformes fibrulæ, nonnunquam velut lanarum filamenta aut araneorum texturæ, pari modo, quo ab initio in primo dextri oculi affectu.

PARS

PARS AFFECTA oculus est, nobile visionis organum, quo tot beneficia nobis contingunt. Afficitur hic in utraque, & confirmata dextri, & incipiente sinistri. *τὸ ὑποκείμενον.*

Non afficitur secundùm totum, sed secundùm aliquam partem.

PRINCIPALIS visioni dicata pars est HUMOR VITREUS. MINISTRANTES sunt crystallinus, albugineus, pupilla, cornea tunica, nervus opticus.

Non afficitur principalis pars, VITREUS humor, sed ministrantium aliqua.

NON OPTICUS NERVUS. Verissimum est enim, quod ait *Galenus lib. de ocul. cap. 12.*: si uno oculo clauso, pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari, quia nervus liber est, secùs autem minimè. Sed in hoc ægro, oculo sinistro clauso, dextri pupilla se dilatat, signo certissimo, nervum secundùm naturam se habere.

PUPILLÆ foramen seu circumferentia foraminis uveæ benè habet, dilatatur enim altero oculo clauso.

CORNEÆ nihil deest, nam lucida est more solito, protuberat more solito, nitidaquè est more solito.

ALBUGINEUS humor vera pars affecta est, *autore Galeno 1. de causis sympt. cap. 2.*, nimirum crassefactus, eaquè ejus portio præcipuè, quæ continetur in illo spatio, quod est inter crystallinum humorem & uveæ circumferentiam.

Nostro arbitratu, vera pars affecta est CRYSTALLINUS HUMOR.

CAUSA IMMEDIATA confirmatæ suffusionis in oculo dextro est obtenebratio crystallini humoris, orta à copiâ excrementitiorum humorum, qui aliàs juxta adversam uveæ tunicam deponi solent. *Causa immediata:*

MEDIATA, HUMORES. Hi sunt pituitosi & crassi, coacervati in oculo partim per *συναθροισμὸν congestionem* ex superfluitatibus nutrimenti, partim per *ῥευματισμὸν, fluxionem.* *mediata proxima.*

SUSCIPIUNTUR humores hi prono flumine ab oculis ob singularem debilitatem, 1. nativam, quæ à teneris apparuit, 2. adscititiam, à studiorum continuatione contractam.

Digitized by Google

remotiores REMOTIOR NATURALIS causa est TEMPERAMENTUM frigidum & humidum, ad defluxiones pronum.

1. NON NATURALES AER nebulosus, in quo vixit, & VICTUS RATIO crassa. Quotidianus cibus fuêre carnes & pisces fumo indurati & sale conditi, geräuchert Fleisch und Pickelfleisch. Aselli, passeres vento & fumo indurati, cerevisia item crassa, ex fontibus & stagnis uliginosis parata.

2. VENEREORUM exercitiorum continuatio oculorum ἐυτονία bellum inducit.

Symptomatum ratio. Indè non mirum est, natum hunc esse affectum. Hunc cùm sequantur & antecesserint SYMPTOMATA quædam rariora, eorum RATIO omninò reddenda.

1. I. CULICES parvi & caliginosa quædam corpuscula apparuere. Sensim enim concretio ex humoribus, pro nutrimento oculorum advectis, consistere incepit.

2. II. Hæc, cum incrementum sumeret, TEXTURAS quasdam repræsentavit, & lucernarum circulos, compactior enim indies facta.

3. III. Demum NEBULA & nubecula quædam foramen obtegere ab intrà visa, accedente concretione crystallini plenariâ, obex enim nullus malo opponi potuit.

4. IV. DILATATIO pupillæ dextri oculi clauso sinistro dependet ab influxu animalium visibilium spirituum, qui compressione oculi, cùm in tantâ copiâ non adfluunt, ad dextrum læsum convertuntur.

Futuri eventus prædictio. ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ SALUTIS ET MORTIS. Affectus dextri oculi hic curabilis vocari potest & incurabilis. INCURABILIS est, si de medicamentis sit sermo: CURABILIS, si de chirurgicis auxiliis. Et cùm recens incidit, *inquit Celsus lib. 7.* medicamentis quoque sæpè discutitur, sed ubi vetustior facta, manùs curationem desiderat.

Curabilis est hæc suffusio CURABILEM esse ostendit color consuetus, illis, qui sanabiles judicantur *à Celso:* Exigua est, immobilis, colorem habet marinæ aquæ, & ferri nitentis, & à latere
1. sensum fulgoris relinquit. Nigra pars oculi naturalem servat figuram. Non est orta ab aliquo graviore morbo.

Æger

Æger consistentis est ætatis, mediæ, non senilis, quæ sine novo vitio, aciem tamen hebetem habet. Oculus curationi opportunus, nequè concavus, nec exiguus. Ipsius suffusionis maturitas est. Non fluit, sed durities quædam concrevisse videtur.

Curabilem ostendit encheirisis, operatoribus omnibus nota. Dum oculus sinister ægri nostri clauditur, dilatatur pupilla, argumento evidenti, liberum esse meatum optici nervi, spiritusquè animales in oculum deferri. Remoto itaquè impedimento crystallini humoris, spes est, receptum iri species visibiles, liberum per pupillam habentes ingressum, adeoquè visum redintegratum iri. 2.

DE INCIPIENTE alterius oculi suffusione benè speramus, nempè præservationem ita institui posse, ut visus conservetur. Prognosticum hoc suppeditat *Galenus 14. methodi med. cap. 19.* ὑπόχυμα δὲ ἀρχόμενον μὲν διαφορεῖται: σύστασιν δ' ἱκανὴν λαβὸν, οὐκέτι. *Suffusio incipiens digeritur: ubi diu constitit, non potest.* *De sinistri suffusione bona spes.*

CURATIO duplex est: UNA suffusionis completæ; ALTERA incipientis, quæ potiùs est præservatio. *Curatio completa.*

IN PRIORE observandæ INDICATIONES, tum quæ rem præter naturam auferre, transponere, vel potius deponere jubent, tum quæ antè operationem corpus mundare præcipiunt ab impuritatibus, & superfluis humoribus, excrementisque in primis viis hærentibus & delitescentibus, ne vulneratus oculus eos attrahat. *Indicationes.*

MATERIIS id fieri potest commodis. PRIMÆ INDICATIONI satisfit manuali operatione. ALTERI medicamentis, quæ pro leniendis primis viis usurpari solent. *Materia*

℞. *pulv. laxat. vegetab.* ℈j, *elaeosacch. anisi, rorismar.* a. ℥. iij, *salis euphrasiæ* ℥. j, M. S. Laxierpulver. *Lenientia.*

PRÆPARETUR corpus per aliquot dies sequenti potione: *Præparantia.*

℞. *aq. euphrasiæ, majoranæ, anthos, betonicæ* a. ℥iij, *sirupi fl. peoniæ, euphrasiæ* a. ℥ij,

spir.

spir. rosarum rubrarum fragr. ℥ij, *elixiris cephalici* ʒj. *mistura simplicis* ʒß. M. S. Alteriert. Träncklein auf viel mahl.

Dantur hujus singulis horis matutinis, nonâ & pomeridianâ quartâ ℥ij, ita ut in ejus usu insumantur octo dies continui.

Purgantia. Subjungatur jam PURGANS validius, mineram cacochymicam altiùs indagans.

℞. *magisterii chrysopæ* gr. vj, *pulv. laxat. vegetab.* ℈j. *elæosacchari citri* gr. iiij. M. S. Purgierpülverlein.

Cerevisia medicata. INFUSUM seu CEREVISIA MEDICATA si placuerit, ex usu esse potest talis:

℞. *fol. euphrasiæ, majoranæ, lil. convall. rorismar.* a. Mß. *flor. calend. consol. regalis, bellid. fl. pleno, rosar.* a. p. ij. *sem. anisi, fœniculi, rorismarini, ocimi caryophyll.* a. ℥j, *sen. alex. s. s.* ℥ß, *gial. nigr.* ʒiij, *rhabarb.* ℥ß, *agaric.* ʒij, *cinamomi, caryophyll.* a. ʒj, *salis* ♀, *euphras.* a. ʒß.

Concisa contusa s. a. dentur ad chartam. S. Species zum Kräuterbier.

Operatio. CORPORE sufficienter mundato, cogitandum de OPERATIONE ipsâ.

Nomen. NOMINATUR DEPOSITIO: Deponitur enim, & truditur deorsum, quod præter naturam concretum.

Difficultas. DIFFICILLIMA hæc est operatio, &, *ut ait Celsus lib.* 7. inter SUBTILISSIMAS haberi potest.

Modus. MODUS à *Celso* delineatus optimus est.

Tempus. TEMPUS depositionis *nonnulli* eligunt in Lunæ oppositione, non in conjunctione. Intelligendum non momentum ipsius oppositionis; sed tertius aut quartus dies post eam.

2. *Alii* vitare jubent existentiam ☉ in signo ♈, à 22. Martii ad 22. Aprilis.

3. Non est præcipitanda depositio, sed maturanda. Expectandum per annum & ultrà. Dilatio hic non omnis mala.

ACUM

ACUM artifices probatiſſimi eligunt ex argento, vel ære inaurato paratam. Fides adhibetur *Ariſtot. 1. ſect. problemate 35.* ære vulneratos facilius ſaneſcere, quàm ferro: tam quòd æs levius ſit & minus doloroſum, quàm ferrum, tam quòd æs peculiariter juvet oculos, quod patet in illis, qui verſantur in ære. *Acus conſideratio.*

Nonnulli depoſitione factâ, antequam acum extrahunt, jubent edicere, quid videant, an feneſtras, an digitos oppoſitos.

Si viſio juſta, inſpuunt frigidam in faciem. Sed ſæpè infelici ſucceſſu. Reſolutio fieri poteſt. Satius eſt ægro noſtro quietem imperare & abſtinentiam: ſi dubitet de felici ſucceſſu, erigendus ejus eſt animus exemplis; Imperatrix Ferdinandi Quarti conjux liberata eſt punctione, Generoſus & Strenuus Dnus, Dnus à Griesheim, ſupremus aulæ Schwarzburgicæ Arnſteti director anno ætatis LX. cataractâ in utroque oculo feliciter depoſitâ viſum recuperavit. *Inſputatio prohibetur.*

Juris Studioſus in hâc Academiâ, annis abhinc paucis operam literis navans cataractâ laborabat in utroque oculo. Contentus vivebat lectore. Rediit, annus jam currit, per gratiam DEI, chirurgi perititiſſimi auxilium expertus.

Æger ſi objiciat, inanem fore operam, cùm decretum fuerit, cryſtallinum humorem eſſe condenſatum & opacum redditum, qui tamen præcipuum ſit viſionis inſtrumentum, reſpondendum: non hunc, ſed retinam tunicam titulo hoc dignam. Ad eam, quantumvis removeatur condenſatus cryſtallinus ex ſuâ ſede, per vitreum humorem ſpecies viſibiles ſi deferantur, viſio fieri poteſt. *Objectio diluitur.*

PRÆSERVATIO ALTERIUS SINISTRI OCULI nunc ſequitur, quæ conſiſtit in INDICATIONIBUS ſequentibus, ut augmentum INCIPIENTIS ſuffuſionis præcaveatur. *Præſervatio alterius oculi.*

Scopus hic ut obtineatur, cacochymia biliosa & pituitoſa in toto ſcatens corpore, quà ſubſtantiâ & quantitate peccat, evacuanda, quà qualitate, alteranda, quà motu, revellenda, & derivanda. *Deinde* vapores, oculi εὐρυχωρίας qui jam occuparunt, diſcutiendi, & qui jam primum ſtamen 1.

 texue-

Digitized by Google

texuerunt, digerendi: ipsi autem oculi, ne humores & vapores recipiant, roborandi.

Quòd si scopum hunc assequi nequiverimus, DESPERATÆ indicationi invigilandum, & omni modo opera danda, ut cataracta incipiens ad maturitatem justam perducatur, quò commodè acû deponi queat.

Materia chirurgica. MATERIÆ præsidiorum, quæ primis intentionibus satisfaciunt, desumuntur ex communibus fontibus, &

I. Χειρεργικῶ, magni in faciendâ medicinâ usus.

SANGUINEM sensibiliter ex venâ seorsim evacuans præsidium V. S. hîc locum non habere videtur.

E VENA & arteriâ simul vacuantes cucurbitulæ, scapulis, brachiis, & dorso applicatæ, possunt esse ex usu.

SUCCUM A SANGUINE DIVERSUM evacuant sensibiliter VESICANTIA, ex cantharidibus correctis parata, in posticâ cervicis parte posita, magno sunt auxilio futura. Sicut enim dolore in occipite existente, sectâ in fronte venâ prodest, *5. aphor. 68.* Sic anteriori capitis regione affecta, posterioris scarificatio prodest. *Galenus 13. meth. med. cap. 19.*

FONTICULI, emissaria serosorum humorum salutaria si contumax videatur malum, & duræ cervicis, conveniunt, duro etiam nodo durus quærendus cuneus. SETACEUM etiam cervici applicandum.

Pharmaceutica, leniantes & purgantes validiores universales, II. Φαρμακεία sequitur. AD VACUATIONEM totius corporis repeti queunt pro LENI & VALIDIORI purgatione antè proposita medicamenta. Vel

℞. *pilularum lucis, aurearum* a. ℈jß, *trochisc. albandal.* g. x, *resinæ scammon.* g. vij, Misce cum sirupo de hyssopo. F. Pilulæ. N. xxx.

Repetantur hæ purgationes validiores singulis mensibus, instante plenilunio.

particulares, 1. CAPITIS PARTICULAREM EVACUATIONEM conferre censemus, ut sanguis, antequàm per arteriolas carotidas ad oculos deducatur, purus reddatur, potissimùm per masticatoria. Nam sternutatoria validaque errhina in oculorum

Digitized by Google

lorum affectibus sunt suspecta ob partium cum oculis vicinitatem.

Masticatorium in PULVERIS formâ tale sit:

℞. *summitatum majoranæ, pug.* ij. *sem. fœniculi, carvi,* a. ℥j, *cubebarum, cinam.* a. ʒj, *macis, mastich.* a. ℈j, *rad. pyrethri* ʒß, *sacchari canthi* ℥j.

Conscinde crassiusculè. Adsumat æger pugillum j. pro vice naribus compressis, donec nullus sapor in eo persentiatur.

ROTULARUM in formâ masticatorium tale esse potest:

℞. *spec. dianthos.* ʒj, *ol. anisi, fœniculi, majoranæ* a. g. xiij, *caryophyllorum* g. vj. *sacchari in aqua rosarum & fœniculi soluti* ℥iij,

M. F. Rotulæ. Masticetur una singulis horis matutinis.

ALTERANTIA universum corpus & oculos sunt subjungenda. Habere debent vim, non solùm superfluos humores exsiccandi, verùm etiam cerebrum & oculos roborandi. Inter *Alterantia.*

INTERNA præstantissimus erit usus magnarum antidotorum celebratissimæ THERIACÆ. Hujus singulis matutinis & vespertinis horis porrigatur ℈ß. *Interna.*

ELECTUARIUM hoc magnam promittit utilitatem:

℞. *conservæ anthos, fl. betonicæ, salv.* a. ℥j, *euphrag.* ℥ij, *cond. cort. citri* ℥j, *nuc. jugl.* n. v, *pyror. moscatell.* n. vj, *spec. diambræ* ʒj, ℅ *fœniculi, anisi* a. ℈j.

Cum sirupo de hyssopo q. s. M. F. Electuarium, cujus ℥ß detur ægroto cubitum ituro diebus aliquot continuis.

Necessarius erit usus cujusdam decocti calefacientis & exsiccantis, ex *herbis, radicibus, floribus, seminibus, cephalicis, ophthalmicis,* quibus addi potest portio *ligni guajaci, visci quercini* &c. Hoc utatur per plures dies.

Veterum monumentis decantatæ τῆς ἀλκείας, & Germanico idiomate Feltris indigitatæ usum in aquâ & decocto nonnulli commendant.

 Verùm

Verùm nullum inde sperabile auxilium. Virtus condensatæ pelliculæ ruptoria nunc planè evanuisse videtur.

Externa. EXTERNA non sunt negligenda. In horum numero à mitioribus incipiendum, & ab iis, quæ impensè siccant, cavendum, nam licet strenuè vacuent, residuum tamen ita cogunt, ut vix aut nunquam discuti queat.

Johan. Zecbius consil. 89. commendat tria remedia. *Primum* est vesicula piscis, aqua vel decocto fœniculi, rutæ, repleta, & applicata. *Secundum* est aqua rhodomelis destillata. *Tertium* est medicamentum à *Mesue* propositum, sief album appellatum, in formâ pulveris, cum lacte muliebri in oculos instillatum.

Incrassantia. His nihil proficientibus, desperatæ curationi insistendum, & cataracta incrassanda, & maturanda. Approbant hanc curandi rationem *Avicenna*, *Rhazes*, *Jacobus de partibus*, *Gentilis*, cum ob subtilitatem humoris concretio fieri nequit, sponte suâ, & medicamentis impedientibus nihil proficimus.

Scopus hic impetratur, negotio naturæ planè relicto. Nam incrassationem datâ operâ moliri, periculosum est. Noxa alteri oculo etiam communicari posset.

Diæta. DIÆTA duplex est, impediens incrassationem & promovens. CONTRARIARI hæc sibi videtur invicem.

1. NATURALIS ex unâ parte jubet cibare ægrum alimentis attenuantibus, nutrimenti purioris: ex altera parte, vaporosis, crassæ substantiæ.

2. VITALIS diæta utitur ex unâ parte aëre subtili, ex alterâ crassâ.

3. ANIMALIS diæta una nihil intermittit, quòd maturationem promovere, altera, quod impedire potest.

SATIUS videtur omne hoc negotium naturæ relinquere, ne, dum uni parti prodesse adnitimur, alteri noceamus.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO V
de
oculi contusione.

HISTORIA.

JUvenis quidam, literarum aliarumque artium studiosus, temperiei sanguineô-melancholicæ, annorum XIX. additô dimidiô, cum mirâ athleticæ artis suavitate allectus in eâ corpus animumque recrearet, præter omnem expectationem, cùm non leviter incaluisset, tempore quodam fortunam novercam ibidem experiebatur; dum ensis non nudæ quidem cuspidis, sed pro more solito pulvillo velatæ major violentia oculum dextrum læderet; ita ut illicò exulaverit visus, paucique prosperum eventum ominati fuerint. Subitò enim palpebra elata in tumorem insignem, qui ad alterum etiam se extendebat oculum, ita ut etiam in sinistro latere visus deficeret. Dolor aderat vehemens pulsativus; Inflammatio non mediocris. Nasus cruentô imbre infelices pollicebatur successus. Vomitus vehementissimi & creberrimi exiguam salutis dabant spem; Corporis totius debilitas & alteratio magna non nisi metum Symptomatum aliorum præcipuè convulsionum concursus incutiebant. Augebat insuper periculum & metum, quòd continua sit conjunctiva, albi oculi tunica communicet cum interna palpebræ membranâ, imô ejus sit productio, unde inflammatio facilè eidem communicari possit. Præterea globus præsumebatur insigniter læsus, cùm in interna dolor etiam adverteretur. Æger itaque sinistram ex infortunatâ hâc segete sibi promittens messem, implorat auxilium. *Relatio historica.*

RESOLUTIO.

Unicus cùm sit bonæ consultationis fons, nosse ejus titulum, meritò in ejusdem declaratione primo statim accessu occupati sumus, & *Species affectûs.*

Digitized by Google

Affectum nostrum oculi contusionem nuncupamus, fulti evidentissimis signis in historiâ enumeratis, quæ satis superque in sensus omnium incurrunt. Facta est allisio corporis duri, ensis scilicet, in partem naturâ mollem, oculum, quæque in se cedere potuit, ad antra oculi ossea, dura impetuique graviori resistentia, ita ut ex his aliter colligi nequeat, quàm contusionem passum fuisse oculum.

Φλεγμονὴ essentiale & quasi pathognomonicum dat signum. Dolor solutionis continui arguit principia. Inflammatio vehementioris allisionis testis est oculatissimus. Cruor nasô profluens, ut & vomitus vehementissimi impetum graviorem negare vix ac ne vix quidem possunt. Et si exemplis assertionem nostram comprobare animus esset, plurima hîc sistere possemus vix à casu hoc dissimilia, quæ cuncta titulum contusionis obtinuêre, ut itaque salvum stare nostrum hoc effatum putemus.

Τὸ ὑποκείμενον μόριον.

Ad partem affectam ut nos conferamus, cui præ cœteris subveniendum, ægri mala constitutio nos invitat, & totum oculum dextrum eam esse constituimus.

Non solæ tunicæ; sed & vasa sanguiflua, nervi, musculi, humores, suum sensêre periculum. Non negandum tamen, proximiores majorem expertas partes esse ictûs vehementiam, remotiores minorem.

Nec oculum sinistrum in totum intactum relictum esse, sed & illum per consensum affectum videmus. Hoc aliter fieri non potuit: talis enim consensus tum nervorum opticorum, qui unâ eademque prodeunt patriâ, tum tunicarum oculi, ut non possit non læso uno lædi & alter, patiente dextro pati & sinister. Et certè, si læso musculo temporali lædatur oculus, ob secundum nervorum par, primo proximum, quod fertur per proprias vias, nimirum rimam orbitæ ad musculos oculi servitio destinatos, cur non malè se habente oculo uno, & alter robur suum amittere posset, ob magnum, quem hic videre licet, consensum & conjunctionem,

Digitized by Google

Oculi autem dextri fatalis impetus, non modò sinistrum in consensum traxit, sed & ventriculum in officio suo legitimè exequendo turbavit, nasoque ad effusionem sanguinis dedit ansam; quæ cuncta singulari consensui, qui partibus hisce cum oculo intercedit, & ictui fortiori adscribenda.

CAUSA IMMEDIATA est continui solutio, quæ evidens est, & in primum incurrit aspectum. ἡ αἰτία συνεκτική.

MEDIATA causa injuria est externa, oculo ense inter dimicationem illata. Mediata.

SYMPTOMATA occurrentia accedimus, eorum causas investigaturi. Ratio symptomatum. 1.

Hic non abs re fore putamus, si inquiramus, cur illicò exulaverit visus? Oculus fuit integer, tunica nulla perforata, humores non prosiliêre, & tamen visûs conspecta fuit fuga. At fuit oculus integer, sed tumor totam ejus peripheriam occupavit, & ad genas usque se extendit, ob cujus magnitudinem palpebræ se dilatare & distendere nequiverunt, nec oculus potuit species visibiles admittere. Tunica nulla erat perforata; læsa tamen & concussa. Humores non foris fuêre conspicui, quis verò negabit, eos perturbationem & confusionem non mediocrem sensisse. Accessit θλίψις nervorum opticorum, quæ spiritibus animalibus interclusit viam, quò minùs oculo sucurrere & suppetias eidem ferre potuerint. ὑπόχυσις malum auxit, accurrerunt enim copiosi humores, qui lumen obscurarunt, visionem sustulerunt, tenebrasque ingratas induxerunt; Sanguis quoque in tunicas se insinuans, non postrema visûs abolitionis fuit causa.

DOLOR fuit vehemens & pulsativus, ob continui solutionem mollis rei exquisitique sensus ad duram, ossea illa antra, allisionem, & violentam subitamque qualitatum activarum mutationem. 2.

3. PULSATIVUS fuit hic dolor, cùm à sanguine fervescente, perturbato & stomachante ortum habeat.

4. TUMOR ortum suum nimio debet dolori, quô mota laboriosa & auxilium parti laboranti ferendi cupida natura, copiosè & cum majori conatu, ad eam sanguinem & spiritus misit, quibus calefacta pars magis magisque vias accurrentibus humoribus caloris sui raritate aperuit, & cùm dolore debilitata fuerit, nimioque humori confluenti resistere nequiverit, tantum recepit, quantum continens modo capere valens erat, & hinc secus evenire non potuit, nec aliud quid expectari, quàm tuberosa hæc moles, ægroto molesta.

5. INFLAMMATIO in nostro infortunii filio suborta est, ob humores nimirùm acres, biliosos, sanguinemque intensè calidum affluentem, & in afflictam sese insinuantem partem. Hoc videre licuit ex rubicundo & flammeo colore, calore excessivo, & aliis signis, quæ inflammationem, tanquàm umbra corpus, comitari solent.

6. VOMITUS creberrimi & molestissimi causa rejici potest in irritatam facultatem expultricem stomachi. Mirum tamen, quòd ventriculus omne officii sui jugum excusserit, & nonnisi molestus omnibus viribus ferè destituto corpori suâ fuerit importunitate. Ac licet multum tribui queat prægressis vitæ inordinatæ excessibus, qui quantam ventriculum in ruinam præcipitem dare possint, & perniciem vix emendabilem eidem accersere, nemo est, quem fugit; alius tamen subesse putatur anguis, qui huic inquietudini aculeum subministravit, & stomachum ad recusanda frena incitavit.

Si Helmontii jurassemus vexillo, Archæum accusare possemus, quod injuriâ ille hâc externâ, quam oculus experiri necesse habuit, in furorem actus, partes quoque vicinas hoc œstrô perculerit, ut minimè ad quietem se componere valuerint, sed ultrà modum & licentiosiori capistrô, oblitæ muneris sui molestæ incedere, turbas excitare, totique corpori ad magnam confusionem ansam præbere debuerint.

At,

Digitized by Google

At, cùm alium agnoſcamus ducem, nolumus Helmontiano, ſed propriô, dubitationis nodum ſolvere enſe. Omnem itaque cauſam rejicimus, in ineffabilem omnium partium inter ſe invicem communionem, inprimis in conſenſum magnum ventriculi cum capite per nervos ſextæ conjugationis. Confirmant practici, ſæpè, imò ſemper ferè, oculô ab externô impetu læſo ventriculum ad vomitiones, ſive ordinata ſive inordinata præceſſerit diæta, excitari. Motus nimius extrinſecâ vi factus, aut terror huc multum conferre potuit. Notum eſt, quod quidam viſum vel ex hôc uno, dum bombarda ipſo inſcio exploderetur, amiſerit.

CRUENTI NASO PROFLUENTIS IMBRIS cauſa eſt alliſio validior ſimul oculo ac naſo facta. Facilè enim ex hôc rivô tales proliciuntur aquæ. Non tamen extra omnem culpam eſſe judicatur temperamentum ægri ſanguineum, victu pleniore, potu cibisque boni ſucci largâ manu datis auctum; quod ex magnâ ſanguinis profuſione frequentique ejusdem iteratione ſatis ſuperque patet. 7.

DEBILITAS enim totius corporis adfuit; dum & vitalis & animalis facultas à motu hoc violento perturbata vires ſuas amiſit. Malè quippè ſe habente principe, non benigniorem fortunam experiuntur clientes. Pereunte ventriculi robore, quî animalis, quî vitalis ſtare poteſt virtus, cùm quicquid vigoris habeant, unicè à ventriculo communicetur, ita ut bono jure ſtomachus titulum conſervatoris totius corporis poſſidere queat. 8.

METUS CONVULSIONUM non fuit de nihilo. Cunctæ enim præſtò erant cauſæ, quæ facilè malum hoc in medium producere quiviſſent. Aderat læſio nervorum, ob quorum condolentiam ſubitò tale quid evenire potuiſſet, cùm plurima ejusdem farinæ ab autoribus recenſeantur exempla. Non abſuit inflammatio, quæ leviter humores tenues ardentes nervis communicare, & ſic facultatem motricem iisdem excitare, nervoſoque generi ad producendum hoc execrandum malum anſam dare valuiſſet. 9.

Digitized by Google

10. Nec præsumtio de globo insigniter læso videtur esse vana, tum ob vehementiam plagæ, tum ob dolorem, qui internè etiam advertebatur.

προλεξις PROGNOSIS, & judicium de eventu hujus affectus sequitur.

1. PRIMUM SALUTIS & MORTIS fontem quod attinet, morbus in se consideratus lethalis non judicatur, ratione verò symptomatum malum posse sortiri eventum non negatur. Oculo vix quidquam boni primo aspectu promittere valemus, dum ictus vehemens, tumor magnus, visus abolitus, inflammatio insignis, & nescio quæ mala, spei pauca dant vestigia; discutientibus insuper medicamentis opus fit, quæ cum pleraque calida & acria sint, affectæ partis inflammationem augebunt.

Præterea cùm liquida medicamenta esse oporteat, facilè de his in oculum aliquid influere posset, quæ nonnisi eum molestabunt, titillabunt, & ita motui dabunt ansam, qui quàm periculosus sit, nullus est qui ignorat. Nec corpori toti multum dare possumus solatii, cùm morbus sit & conformationis & compositionis & solutionis continui: *Adde* quòd concurrerint symptomata & multa & gravia. *Præterea* cùm observetur vitalis facultas læsa, ex debilitate & alteratione summa; natura debilitata ex vomitibus vehementissimis; animale robur languidum, & in totum turbatum ex contusis & concussis nervis, & ita partes principes affectæ sint, non potest aliter statui, quàm quòd periculum præ foribus sit.

Interim tamen bono animo sit æger, nec est, quod desperet. Oculi pristinum jubar & corpus vires recuperabit pristinas. Juvenile robur non prorsus exulat. Maturè invocata auxilia, quæ morbo radices agere non concedunt, securum esse jubent ægrotum, melioremque statu, cum visio insuper non in totum sublata, sed depravata modò, nec visus organa disrupta, sed læsa solùm animadvertantur.

2. II. INTRA OCTIDUI SPATIUM, Deo feliciter cooperante, salus est sperabilis.

EVENTUS

EVENTUS MODO optabili, si se obsequenter præceptis exhibuerit, quietus se composuerit, diætæ leges non excesserit. Hæc enim si neglexerit, facilè habebit, quod metuat. Dolor augebitur, qui oculorum malum est acerbissimum, cumque majoris affluxus sit causa, ophthalmiam promovebit; & cæcitatis existet autor. Vigilias excitabit, vires dejiciet, & exitum post se relinquet lethalem. Vomitus quoque continuabuntur vehementissimi, membranarum inflammatio crescet, nervorum infelix status convulsionibus dabit ansam. Vitalis facultas suas exuet vires, imbecillitatis & totius corporis alterationis existet origo; animale robur exspirabit, naturalis vigoris scintillæ suffocabuntur, & nonnisi mortis apparebunt signa, lethique inchoabitur imperium. 3.

Ad CURATIONEM quanto coyus accedendum. In eâ ante omnia ad tres medicis probatas INDICATIONES respiciendum: *curatoriam*, *præservatoriam*, & *vitalem*. *Curatio nititur indicationibus.*

CURATORIA in affectibus præternaturalibus profligandis occupata est, auxiliorumque stipata exercitu, delitescentes in parte affectâ aggreditur hostes, cum iisdem dimicat & eosdem prosternit, uniceque laborat, ut materiam pravam partem ægrotam molestantem corrigat, auferat, & meliorem inducat. 1. *Curatoria.*

Tumor sui diminutionem & æqualitatis pristinæ inductionem imperat, cum inflammatio excellat, eam sedare jubet. Cum dolor sentiatur, lenientia & eundem sedantia præscribit. Cruor nasô profluens, ut, nisi natura sibimet ipsi succurrerit, sistatur, mandat, vomituumque vehementiæ frena esse injicienda dictitat.

PRÆSERVATORIA causas antecedentes, nimirum humores incalescentes mitigat, digerit, educit, & ne majora pluraque inducant symptomata toti corpori noxia, prohibet, antiquorum malorum effrenem licentiam, ne limites egrediantur, compescit, materiam intercipiendo, repellendo, derivando: verbo, ad quietem & tranquillitatem gratam reducendo. 2.

8. VITALIS necessitate prior, imperat vires totius corporis præsentes conservare, absentes reducere, viscera suavi legitimaque diæta, & confortantibus medicamentis roborare, irata compescere, & ad officia pristina exequenda invitare, invitataque continere.

Materia præsidiorum MATERIAE sequuntur præsidiorum, quæ ex triplici usitato remediorum fonte hauriuntur.

1. Chirurgica. V. S. CHIRURGICI fontis primarium & generosissimum auxilium VENAE SECTIO est, quam non sine insigni emolumento ægro nostro commendare possumus, ob præsentem inflammationem, cujus causa continens cùm sit sanguis, qui p. n. in peripheriam oculi affluxit, & morbus removeri non possit, nisi causa ejus sublata, multum bonitatis ei allaturum hoc præsidium putamus. Venæ enim sectione & abundantis sanguinis copia imminuetur & à parte affecta excludetur, cruor æstuans refrigerabitur, & ita inflammationis extirpabuntur radices. Tumor quoque in ægro nostro conspicuus præsidium hoc nobis suppeditat, præsertim cùm id vires juvenis nostri permittant, vix quippe melius tutiusque humores tumoris causas è medio tollere poteris, quàm sanguinis hâc detractione, & venarum apertione.

Aperiri potest mediana, vel cephalica, quæ magis in conspectum venit. Frontis vena etiam commoda promitit.

QUANTITATEM ægroti constitutio optimè indicabit, quam debere esse largam.

Cucurbitula. CUCURBITULAS venæ sectionis sunt vicariæ. Quæ quoque non minorem infirmo nostro largientur fructum in nuchâ applicatæ, maximè si maturè & in principio adhibitæ fuerint, nec cum humor jam impactus est. Humori enim hoc auxilio contrarius conciliatur motus, à parte, ad quam tendit abstrahitur, & ad ignobiliora loca deducitur.

Hirudines. HIRUDINES cucurbitulis succedunt. Harum adhibitionem & applicationem silentii quidem hìc involvere possemus peplo, cùm antecedentia vices earum supplere posse judicemus; interim tamen si æger nec venæsectionem, nec scarificationem admittere velit, in usum trahi possunt, utpote

Digitized by Google

utpote quæ non solum cutaneum sanguinem, uti falsè quidam autumant; sed interiorem etiam & inprimis subtiliorem, qui hic molestus est, à distantibus partibus hauriunt. Nec venenosa earum malignitas, quam nonnulli iis affingunt, ægrum ab usu earundem absterrere debet, si quæ enim illis inest, detentione in aqua dulci, vel lacte per moram aliquam adimi potest.

VESICATORIA ægro prodesse possunt, applicita, & quidem sine morâ. *Vesicatoria.*

℞. *cantharidum præparatarum*
euphorbii, *fermenti acris q. s.*
sem. ammeos, *vini q. s.*
sinapi conquass. a. ʒj, F. Massa. S. Blasenziehender Teig.

Applicetur thaleri magnitudine post aurem & cervici.

CAUTERIA quanquam in oculorum affectibus commendat *Bauhinus theatro anatomico*, occipiti infixa, quòd nervorum opticorum in occipitio pene origo sit; non in usum tamen nostrum trahimus ægrotanti huic exosa. *Cauteria.*

Nec FONTICULORUM hoc in loco commendamus adhibitionem, cùm nobilis hæc pars citam humorum vitiosorum & aliarum molestiarum flagitet liberationem. *Fonticuli.*

CUCURBITULAE SICCAE, FRICTIONES, PECTINATIONES, locum hîc pariter non inveniunt. Præscripta enim præsidia & jam denominata pro hac vice satis superque desiderium explent. *cucurbitulæ siccæ.*

Nunc PHARMACEUTICUM aggredimur fontem. In eo se offerunt I. EVACUANTIA. *Fons pharmaceuticus.*

PRIMUM locum damus LENIENTIBUS, ut materiâ vitiosâ primas vias liberent, & easdem abduvie emundent, præservent, ne habeant, quod communicent parti affectæ. *Lenientia.*

Leniendi scopo itaque exhiberi possunt, *sirupi rosarum solutivi* ℥iij, *cum* ▽ *hordei q. s. Elect. euphrasium optimum Mynsichti* a. ʒiß, *cum decocto fœnigræci* quantum placet.

Sequens quoque loco lenientis exhiberi potest bolus.

Digitized by Google

℞. *rad. valerianæ, chelidonii* a. ʒß, *elect. lenitivi* ℥ß,
pulv. galappæ g. vj, *salis euphrasiæ* g. iv,
sirupi pæoniæ q. s. M. F. bolus.

Si placeat PULVIS, hic sit:

℞. *pulv. laxativi vegetabilis Rolfinc.* ℈ß,
salis chelidonii g. vj. *sacchari cand. q. s.* ad gratam amœnitatem. D. in charta. S. Lindpulver.

Præparantia. PRAEPARANTIA presso sequuntur pede.

℞. ▽ *fœniculi* ℥ij, *ophthalmicæ Hartmanni* ℥j,
vitrioli corallisati gt. x, *sirupi pæoniæ* ℥j,
elæosacchari fœniculi g. vj. D. in fictili. S. Augenträncklein.

In formâ pulveris sit sequens.

℞. *spec. diapæoniæ* ℥ß, *salis valerianæ* ʒß,
⊕li coagulati g. iij, *sacchari q. s.* D. in chartâ. S. Digestivpulver auff zwey mahl.

Purgantia. PURGANTIA sunt vel ἄνω vel κατωτερικά.

VOMITORIORUM usum excludimus, cùm vomitus nonnisi magno peragatur motu, oculo nocivo.

ΥΠΗΛΑΤΑ placent.

Pulvis. ℞. *pulv. jalappæ* ℈j, *rad. chelidonii majoris* g. vj,
dacrydii sulphurati g. iij, *ol. fœniculi* gt. ij. M. D.

In formâ BOLI.

Bolus. ℞. *dacrydii sandalini Rolfinciani* g. xij,
salis euphrasiæ g. v, *conservæ pæoniæ* ʒij, sachari q. s. M. F. bolus.

℞. *pulv. diasenæ laxativi Hartmanni* ℈j,
resinæ scammonii g. vj, *conservæ violarum* ʒij,
sacchari q. s. M. F. Bolus. D. S. Purgier-Zucker.

Decoctum. Decoctum purgans.

℞. *rad. fœniculi, hieracii* a. ℥j,
fol. fumariæ, euphrasiæ a. mj,

fl. bora-

Digitized by Google

fl. boraginis, potentillæ a. p. ij,
rhabarb. electi ℥ij, *jalappi* ℥iß, *cinamomi* ℥ß.

Concisa contusa s. a. in f. q. ▽ panis & ocular. Hartm. part. æqual. coq. Colatur. ℞. ℥iij. adde *sirupi de cichor. cum rhabarb.* ℥j,

~ euphrasiæ ℈j, *scammonii sulphurati* gr. vj,
M. D. S. Purgier-Tranck.

SUDORIFERA succedant & DIURETICA, quæ tamen cùm hìc non desiderentur, meritò silentio ea præterimus & ad *ἰδρωτικά.*

ALTERANTIA & CORROBORANTIA, vel sint generalia, vel particularia, interna vel externa progredimur. *Alterantia generalia.*

Alterans & confortans totum corpus internè adhibendum. *Interna.*

In forma pulveris.

℞. *pulveris cephalici Langii,*
stomachalis Birkemanni, magist. corallorum a. ℈ß,
bezoardici Dris gr. viij, *ol. corticum aurant.* gt. iij
M. F. Pulvis pro 3. dos. S. Stärckpulver.

In forma Julepi.

℞. *rad. scorzoneræ, chelidonii majoris* a. ℥j, 2.
sem. anisi, fœniculi a. ℨij, *ligni rhodii, aloës* a. ℨj.

Coq. in f. q. ▽ betonicæ & verbenæ part. æqual. In colaturæ ℔j. dissolve

succi euphrasiæ, granat. a. ℥ß,
sirupi acetos. citri perlati, betonicæ a. ℥ij,
confect. alkermes ℨj. M. F. Julepus. S. Sonderlicher Krafftjulep.

℞. ▽ *fl. aurantiorum, melissæ, anthos.* a. ℥ij, *Externum.*
carbunculi, virtutum a. ℥j, *~ rosarum* ℨj,
confect. alkermes ℨß, *pulveris corticum citri, croci* ℈ß.

M. F. Epithema ad cordis & pulsuum regionem; addatur ad majorem penetrationem succus citri aut acetum rosarum, quantum placet.

Alteran-

Alterantia particularia.

Alterantia particularia symptomatum habent curam. Ante omnia oculo subveniendum. Statim oculo repellentia adhibenda ex albumine ovi benè conquassato cum ▽

1. potentillæ, plantaginis, cui pauxillum boli armenæ addi potest. Vel:

℞. *album. ovor.* n. ij, *conquass. cum* ▽ *cichor. rosar.* a. ℥j, *adde croci* ℈iß, M. applicetur.

2. Emplastrum de *meliloto*, fronti vel temporibus applicarì potest. Vel adhibeatur

▽ *plantaginis, cyani euphrasiæ, cum vel sine camphorâ lacte muliebri recente emulcto, applicetur oculis.*

3. Si placet, in usum trahatur, & oculo apponatur *lac mulieris*, cum stillatitio liquore rosarum, & albo ovi diu agitati. Humores enim hoc medicamentum egregiè ab oculis depellit, eorumque effrenem reprimit audaciam.

4. Porrò, si appareat sanguinem ad oculos defluere,

℞. *terr. sigillatæ* ℥j, *fornacis, fl. acaciæ* a. ℥ß.
M. cum albo ovi & aquâ rosarum. Applicetur.

5. Pro DOLORE SEDANDO adhibe cataplasma ex medullâ panis albi cum vitellis ovorum, croco & lacte. Vide autem, ne in oculum quid irrepat vitella enim ovorum quâdam gaudent oleositate, quæ oculis molesta est.

Fænigræci decoctum à multis commendatur, ut & *poma*

6. sub cineribus cocta, & hoc modo præparata:

℞. *pomi sub cineribus cocti* ℥v, *terræ sigillatæ* ℥. xvj, *fl. chamameli q. s. add.* ▽ *borag. & lac recens mulieris juvenculæ beneq; dispositæ.* M. F. cataplasma.

7. Ad INFLAMMATIONEM prohibendam commendant practici cataplasma ex meliloto. Proderit liquor etiam seu ▽ albuminis ovorum, quæ apud *Hartmannum in praxi* est descripta, cum lacte mulieris commixta & applicata.

8. Aqua sapphirina *Ansbelmi Boëtii* non inutilis erit.

Statim in initio mali sanguinem columbinum ex teneris pennis expressum, vel ex venâ, ut alii volunt, sub alâ extractum

Digitized by Google

tractum instillare in oculos jubet *Galenus lib. de compos. medicament.* tum ad compescendam inflammationem, tum ad sedandum dolorem.

OCULORUM SUGILLATIONEM vel sanguinem in oculo hærentem unicâ *aquâ fragorum viridi* dispelli posse *multi* edicunt. Sic præparatur: 9.

℞. *fraga benè matura q. p.*

Inde pelvi aurichalceæ vel cupreæ, ut ultra medium repleatur, adsperge sale trito, cooperta in cellam per octiduum colloca, & appenso in patellam inclinatam filo laneo aquam viridem in subjectum vas recipiens collige. De liquore manè & vesperi guttam unam oculorum angulis instilla.

Ad RUBORIS RELIQUIAS tollendas ovum ad duritiem coctum calens admove, & potenter digerere observabitur. 10.

VISUS HEBETUDO & obscuritas, *aqua ophthalmica de flore cichorii* administratione curari potest, vel seq. ▽â: 11.

℞. ▽ *fœniculi, euphrasiæ, valerianæ* a. ℥ij, *margarit. præparat. smaragdi præparati* a. ℈j, *tutiæ præparatæ* ʒß, *sacchari saturni* g. vj.

Superest jam, ut VOMITUS inhibeantur. Αντιμεθο-

Ad horum sedationem multum faciet *emplastrum de crusta panis*, regioni ventriculi applicatum, vel

℞. *oxycrati* ℥ij, *succi cotoniorum* ℥j, *extracti zedoariæ* ℈ij. Imbuatur eô linteum, quod collo circumducendum. Diæta.

Ultimus fons restat considerandus, nempe DIÆTETICUS, in justo sex rerum non naturalium consistens usu.

NATURALIS tenuem suadet victum cibumque parciorem, ut inanitæ partes avidius, quos habent humores, retineant, ne ad oculum confluant. Præterea procul absint vaporosa, acria, & quæ caput petunt illudque feriunt, aut in bilem facilè mutantur, salsa scilicet, aromata calidiora, cepæ, lac, mel, & quæ cum aceto parantur. Hujus usus non probatur, quia vehiculi loco illud esse censent humoribus practici, tum quia partibus nervosis, 1.

quæ] curam & auxilium flagitant, hic est inimicum. *Acida* & acetosa convenire tamen ait *Sennertus*, præsertim post cibum si usurpentur, quia vaporum ad caput adscensum prohibent. A *jusculis* & *vino nonnulli* jubent abstinere, ne materiæ fluxilis sint autores. VINUM enim humores concitare, & ad oculum movere videtur; hic autem victus convenit attenuans & exsiccans. Loco vini pro potu AQUAM MULSAM vel *anisi* decoctum & *cinamomi* bibat. Assa elixis videntur esse meliora. Ab OLERIBUS, piscibus, fructibus viridibus caveat sibi æger, quia humiditatibus dant ansam, mali sunt succi, & cruditates procreant. Lactuca, fabæ, carnes porcinæ & salsæ, olivæ, lentes hic exulent. Lens enim oculorum aciem obtundit, somnia tumultuosa excitat, capiti, nervis ac pulmonibus est inutilis.

2. VITALEM accedimus diætam. Hîc nostræ se subjicit considerationi AER. Inclinet ad calidum & siccum, qualis est æstivus. Si naturâ desit, arte, igne scilicet & suffitibus paretur. Sit præterea temperatus ac purus, fumi expers, pulveris & ventorum. Moretur æger in aëre obscuro & tenebroso, ne oculi lumine offendantur, humores commoveantur, ~ agitentur & resolvantur. Si liberum effugere nequit, oculis linteolô atrô, cæruleo, aut viridi, uti vulgariter fit, obductis huic se credat: hi enim colores visum aut fatigatum aut morbo affectum recreant, & vires ei largiuntur pristinas.

Animi perturbationes procul absint, humorum inflammationis causæ.

3. In ANIMALI diætâ occurrit SOMNUS, quem commendat consueto parciorem *Piso*, *Medicus Lotharingus*. Nos naturæ cursui damus hîc frena, nec somnum interturbandum esse judicamus, nisi summè excedat modum, cum in hôc oculi requie gaudeant, non moveantur, lumen non admittant, atque ita humorum accursum impediant. Somnus præterea coctionis promotor, materiam, quæ in oculos confluxit, concoquit, doloris stimulos suffocat. Ita tamen

tamen hic instituatur, ut æger non in latere eo, ubi pars affecta, sed in sano, & quidem elevato capite decumbat:

QUIES quantum hîc faciat, vel ex eo patet, quod *Celsus* primo die à sermone quoque abstinere jubeat, ne motu materia ad malè valentem partem attrahatur. Exulent itaque exercitia corporis, motus fortes. Literarum lectio devitetur. VENUS oculis molesta recedat. De eâ non cogitet, nisi μάλιστα βλαβῆναι βυλόμενος *nisi cum maximè vult lædi*, & plurima oculo mala accersere. BALNEA non nisi corpore purgato, & quando materia non ampliùs est in fluxu, adhibeantur. Corpus enim si iis se delectet plenum, metuendum, ne calore balnei fusa materia ad oculos præcipitetur, pluraque iis conciliet mala.

CONSULTATIO VI.

De Anginoso.

HISTORIA.

VIr quinquaginta annorum, temperamenti calidi & sicci, natus parentibus destillationibus in fauces crebris obnoxiis, tempore autumnali, adsiduis imbribus turbato, iter faciens diurnum sub radiis solis, equo, in multam noctem itidem calidam, circa diem domum redux somno duarum horarum se reficit, & meridie lauto prandio, jusculo ex vino Rhenano & ovis, carnibus bovinis delicatis cum aromatibus coctis, anguillâ majori, asso capone lardo transfixo, ostreis, cochleisque, gammaris, pernâ suillâ Westphalicâ. Finitâ cœnâ Hispanico vino se invitavit bibendo, tum panem Hollandicum bis coctum edendo, & dosin succolatæ adsumendo. Ab inde dimidiâ hora lectum petens, cum formosâ uxore juvenculâ venereas adorat aras, intra trihorium binis vicibus. Circa nonam matutinam surgens, frigido sese exponit aëri. Inde levi horrore correptus, mox conqueritur de respiratione & deglutitione læsa, febrili calore *Historica relatio.*

lore continuo, circa noctem tamen exacerbato. Urina non adeò rubra, nec caloris præbet indicia. Magis læsa videtur deglutitio, quàm respiratio, vix enim liquida transire possunt, & potus regurgitat per nares interdum. Dolorem sentit in faucibus mordicativum, sitim, ardorem, & incendium intolerabile, cùm tamen jam tertius dies præterierit, & respirationi vis inferatur major, de momento in momentum. Solicitus de salute petit consilium.

RESOLUTIO.

Affectus species. ADFECTUS, qui ægrum maximâ ex parte prostratum tenet, ANGINA dicitur, vel à græco *ἄγχειν strangulare*, vel ab obsoleto vocabulo, *angvina*, eò quod hæc instar laqvei collum constringat, respirationis viam intercludat, ac periculosam minitetur suffocationem.

Insignitur aliàs hic adfectus tumoris titulo, atque ita morbis *magnitudinis* non immeritò adnumeratur. Præsentem verò, de quo sermo nobis, quum ab incipiente inflammatione proficiscatur, ut ex historiâ modò recitatâ adparet, ad MORBOS INTEMPERIEI cum MATERIA optimo jure referimus.

ACUTUM & MAGNUM pronunciamus morbum, quòd impetuoso & periculoso cursu ad statum seu vigorem properet atque malignitatis insimul hostili satellitio, febre nimirum continuâ, & circa noctem exacerbatâ, stipatus sit.

FEBRIS hæc non est primaria, sed comitans & symptomatica. Non antecessit inflammationem, sed sequuta est.

τὸ ὑποκείμενον μόριον. In PRINCIPIO constituta hæc angina jam ad augmentum, imò statum properat.

PARTEM ADFECTAM dicimus esse pharyngem, quæ complectitur fauces & œsophagi principium, imò *πᾶσαν τὴν καταπόσει ἀνλευομένην, δι' ἧς ἐσθίομεν καὶ πίνομεν, εὐρυχωρίαν, totam, per quam edimus & bibimus, deglutitioni inservientem regionem*, dilatationi etiam ejusdem & constrictioni destinatos musculos.

FAUCIUM laryngis & pharyngis musculi occupantes *τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βρόγχου, δι' ἧς λαλοῦμεν καὶ ἀναπνέομεν*, eminen-

eminentiam capitis aspera arteria, per quam loquimur & respiramus, & *ἄζυγος οἰσοφάγος impar* sphincteris in modum, superiorem œsophagi incingens extremitatem, afficiuntur.

CAUSAM IMMEDIATAM *ῥεῦμα συνιστάμενον subsistentem fluxionem* statuimus. Causa immediata.

PROXIMA MEDIATA est *ῥεῦμα ὁρμώμενον impetum faciens fluxio.* Mediata proxima.

PECCAT SANGVIS & BILIS seu sanguis biliosus. Cum corpus est turbatum *καὶ ἡ χολὴ εἰσέρχεται εἰς τὸ αἷμα, & bilis in societatem sanguinis se confert*, ejus adfluxu & effervescentiâ putredini concipiendæ aptâ, faucium atque gutturis inflammatio sese prodit.

Paracelsici rejectis humoribus accusant hîc salia resoluta; *Helmontius* acorem corruptum in ventriculo stabulari solitum, extrà pomœria sua divagantem in fauces, & archeum irritantem. *Sylviano* salso lixivioso, quod est bilis, & acido, quod est liquor pancreaticus, addicti, utriusque excessum hîc speciosè accusare possunt.

SANGVIS BILIOSUS in ægro nostro SECUNDUM ESSENDI MODUM consideratus, peccat *quantitate, qualitate & motu.*

QUANTITATE, ratione corporeæ molis, abundat & magnæ est activitatis.

QUALITATE *manifestâ* acris est, habet *δυνάμεις, ἀκρότητας* vires & potestates; *occultâ* singularem habet cum faucibus antipathiam, & quidem non levem.

MOTU etiam peccat sanguis, & semina adscendentia habet gravia.

MOTUS duplex est: generationis, & localis.

Non generatur sanguis hic biliosus in *adfectâ parte* per *συναθροισμὸν* congestionem, à facultate læsâ, sed *extra locum adfectum*, totius vitio in mistâ cacochymiâ plethoricâ, *ῥύσει καὶ ῥευματισμῷ*, adeò ut nunc *τὸ ῥεῦμα ὁρμώμενον* factum sit *συνιστάμενον*, & inflammatio fit manifesta.

MODUS fluxionis etiam attendendus.

Adfluit sanguis hic tùm per MODUM ATTRACTIONIS, quia fauces & guttur vehementer calent; tùm per

 modum

Digitized by Google

modum TRANSMISSIONIS, quòd loca illa imbecilla ſint, & ad ſuſcipiendam fluxionem à naturâ diſpoſita, pleonexia verò humorum adſit circa fauces.

Sanguis ex corpore impurus magis magiſque ad caput transmittitur, cerebrum verò, quia robuſtum eſt, eum non recipit. Defluente jam ad membra ſanguinis copiâ, non ſolùm meatus ipſi dilatantur, verùm ſubjacentes etiam partes tenduntur, quo fit, ut gravatâ faucium virtute nulla fiat expulſio, ac dolore ob violentam tenſionem invaleſcente, fauces neceſſariò vehementius adfligantur, cùm ob dolorem & inflammationem majorem ſanguinis copiam attrahant.

Adjuvant præcipitem hunc humorum motum, tùm *naturalis* eorum ad motum propenſio, tùm *præternaturalis* ζέσις καὶ ὀργασμὸς, *fermentatio & turgentia.*

SEGREGATIONIS humorum motus huc etiam confert, exortus à plenitudine totius corporis, & ὀργασμῷ. Hinc δυσχωρισθέντες confœderationis leges rumpunt, & bilioſus ſuccus dominatum occupans huc & illuc vagatur, tandemque fauces occupat.

Mediata remota. Immediatam funeſtæ hujus tragœdiæ cauſam ſequuntur MEDIATÆ.

α. Illæ ſunt *res naturales, non naturales, & præter naturam.*

Inter RES NATURALES occurrit TEMPERAMENTUM calidum & ſiccum, quod adfectui fomitem ſubminiſtrat liberalem. ÆTAS conſiſtens addit ſymbolum, ut & HAEREDITARIA DISPOSITIO.

β. IN NON NATURALIUM rerum numero excellit AER. Iter fecit æger diurnum ſub radiis ☉is equo, in multam noctem itidem calidam. Hoc certè temporis intervallo, non dubium, quin aër ille calidus & humidus, humoribus in corpore ægri agitandis aptus, viam hoſti, ingreſſum appetenti, planiorem paraverit. Dum enim humorum illorum pravitati expurgandæ natura impar fuit, colluviem illorum ad partes alioquin ſanguine turgidas detuliſſe videtur.

MOTUS

MOTUS itineris violentus, continuatus, nimiâ concitatione non minùs dispofuisse materiam ad ὀργασμὸν videtur.

In CIBI & POTUS non solùm modo, sed quantitate etiam & qualitate ægrum peccasse, ipsa ostendit historia, conjecturalisque præsumtio. Dum enim in prandio & in cœnâ multis, iisque variis sese ingurgitavit cibis, vinoque Hispanico generosissimo, certè plurimam præbuisse occasionem, ut sanguis ad fauces flueret cum excrementitiâ sorde, atque ita flammam, his scoriis occultatam, auxisse, nullum omninò est dubium.

VENERIS verticordiæ & medullisorbæ venerationem nimiam suum quoque adjecisse symbolum, in propatulo est.

Ex hisce & prædictis causis adfectus sensim natus desubitò adparuit, & sequentia, non mirum est, quod se ostenderint SYMPTOMATA. *Ratio symptomatum.*

I. DEGLUTIENDI AC SPIRANDI DIFFICULTAS. 1.
Nobilis enim illa arteriæ asperæ fistula non tantùm hoc concepit incendium ac putrilaginem, sed & pulmonibus, cordis flabellis, eam communicasse creditur.

Aer præterea fistulam prædictam permeans, qui optatâ refrigeratione vitalis fontis thronum recreare debebat, ab atomis ignitis cordi & pulmonibus formidabili irradiatur calore, ut, dum ab illis amicabile expectatur refrigerium, mortale fermè iis communicetur incendium.

Faucibus insuper inflammatione tumidis porta frumentaria, œsophagus, obstipatur, gratiosusque simul corporis œconomus fame gravatur, sitique titillatur intolerabili.

Major tamen in ægro nostro deglutitionis, quàm respirationis sentitur difficultas, ex eâ potissimùm ratione, quod œsophagiæi musculi, præcipuè autem orbicularis, sit inflammatus. Inde etiam per nares sæpenumerò regurgitat potus.

II. FEBRIS IN ÆGRO DEPREHENDITUR CONTINUA eodem tenore ab initio ad finem perseverans, ob sanguinis in majoribus vasis accensionem. Neque mirandum, eam adesse, quia ejusdem essentia & ὕπαρξις 2.
unicè

Digitized by Google

unicè consistit in inflammatione, gravique putredine. Exacerbatur eadem circa noctem, more aliarum symptomaticarum febrium, quia natura, deficiente sole, magis labascit.

3. III. URINA NON ADEO RUBRA EST, quia calor cum bilis adfluxu occupatur circa partes adfectas.

4. IV. DOLOR excitatur à distensione & inflammatione.

Prædictio. PROGNOSIS hisce expeditis indagini nostræ se offert, partim de eventu, partim de eventûs tempore & modo.

1. SALUTIS & MORTIS eventus periculosus est. Quamvis quidem cor adfectus hic non occupet, in illis tamen partibus furorem suum exercet, sine quibus corporis nostri summo nobilitatis titulo conspicua parenchymata valere non possunt. Intercludit enim viam, ingerendo potui & cibo à naturâ destinatam, sine cujus auxilio vires constare non possunt. Obstruit non minus respirationis, quæ cum vitâ æquali passu ambulat, angiportum. Sanguis & spiritus sursum repens, obstructasque reperiens vias subsistit, & circà cor & pulmonem moratur, indeque oppletus pulmo dilatari & constringi nequit, atque sic facilè suffocatio succedere potest.

Quia tamen in ægro nostro deglutitionis potissimùm maxima est difficultas, respirationis non eadem, omninò benè sperare illum jubemus.

2. BREVIS terminationis hic erit adfectus, & sine dubio ad salutem.

3. EVENTUS MODUS etiam perpendendus. Cum variè terminari soleat, eò adlaborabimus, ut materia, quâ præsens alitur malum, resolvatur διαφορητικῶς. Id commodissimè fiet, si causa revellatur, distrahatur, discutiatur & evacuetur.

Curatio. CURATIONEM ut aggrediamur, necessum erit. Huic solidum præstruunt fundamentum INDICATIONES, elicitæ secundùm rationalem methodum.

Indicationes. CURATORIA introductam intemperiem conveniente contrariorum usu alterare & corrigere, rheuma concitatum, & in

& in fluxionis termino jam existens sensibiliter discutere & resolvere jubet.

PRÆSERVATORIA eandem antecedentis adhuc causæ rationem obtinentem, dum qualitate peccat & fervore, alterare, dum quantitate, evacuare, dum vitioso motu & fluxu, jamjam ad partem adfectam ruitura, repellere, revellere, intercipere ac derivare præcipit. Febrem præterea, aliaque symptomatum urgentium rationem obtinentia debito insimul modo respicit. 2.

VITALIS denique indicatio medicamentorum justâ ordinatione & legitimâ victûs ratione institutâ id efficiet, ne vel viribus nimium intenta augeat malum, vel plus justo detrahendo vitam simul auferat. 3.

Omnibus hisce scopis atque indicationibus, sine quibus andabatarum more contra morbum cœcis pugnatur ictibus, ex triplici, *chirurgiæ*, *pharmaciæ* ac *diætæ* satisfiet fonte.

In CHIRURGIA suppeditatur primò VENÆ SECTIO, materia præsidii certè generosissimi, quæ non uni respondet indicato, ceu patet ex *Galeno* passim, præcipuè tamen ex *libro de sangv. miß.* cùm & sanguinem inutilem, & vel qualitate vitiosum, vel quantitate peccantem evacuare, revellere, derivare, imò & refrigerare possit. *Chirurgia, Vena sectio.*

Ex *Hippocratis lib. de vict. rat. in acut.* & *Galeni* præscripto, *lib. de cur. rat. per sang. missionem*, melioris derivationis gratiâ, commendamus ægro nostro apertionem venarum, quæ in naribus & sub linguâ delitescunt. Verba magni illius dictatoris si adponere licet, lubet: Quocirca, *inquit*, qui in gutture & arteriâ gravi torquentur inflammatione, iis in principio quidem aperta in cubito vena, post principium autem in ipsâ linguâ magnificè prodest, incisis videlicet venis, quæ in eâ sunt, ambabus.

Et hanc sublingualium sectionem non semel, sed secundò & tertiò, prout necessitas exigit, & suffocatio urget, iterandam esse scribit *Saxonia*. Recordor hujus sublingualis sectionis exemplum octo abhinc annis, accidisse

Digitized by Google

in viro quinquagesimum annum agente. Ille protinus decumbens, circa mediam noctem adeò vehementer anginâ corripiebatur, ut nullum amplius verbulum proferre valeret. Accersitus fuit barbitonsor in consilium. Hic venam aperiens sublingualem, ægrum mox in pristinum valetudinis statum saluberrimum restituit.

FRICTIONES & LIGATURÆ supra talos, genua, & supra brachia versùs cubitos, & supra cubitos versùs humeros, eò quòd fluxionum intercipiant cursum, suam hîc merentur laudem.

VESICATORIA quoque, inprimis si, ut observatum hactenus in ægro nostro fuit, mali perduret contumacia, spem hic nullatenus defraudabunt.

Fons pharmaceuticus. PHARMACEUTICUM chirurgico fonti subjungimus.

Ut primæ viæ à saburrâ vitiosorum humorum quodammodo repurgentur, & simul quoque aliqualis fiat revulsio,

Lenientia. commendata volumus ægro nostro LENIENTIA.

℞. *sir. rosar. solut.* ℥ij, *decocti flor. & fruct.* ℥iij, *misturæ simpl.* ʒß. D. in pyxide. S. Lindtränckein uf einm.

Vel:

℞. *crystall.* ♀ *rubror.* ℈j, *pulv. lax. veg. Rolfincii* ℈ß, *elæosacch. fœniculi* gr. vj, D. in chartâ. S. Lindpulver.

Clyster. CLYSTERES in hoc casu palmam purgantibus omnibus ore adsumendis præripiunt. Non solùm enim educunt ea, quæ in intestinis reperiuntur, sed & ea, quæ sursum tendunt, testimonio *Galeni*, attrahunt. Neque remoram nobis injiciunt *Helmontii* dissuasiones.

Quem ægro nostro adplicare possumus clysterem, ex his componitur medicamentis sequentibus:

℞. *herb. cichorii, acetosæ, malvæ, mercurialis* a. Mj,
foliorum anagallidis, parietariæ a. Mij,
seminum fœniculi ℥ij, *hordei* Mß,
florum rosarum, violar. a. p. iij, *prunor. Damascen.* n. x.
Coque in s. q. ▽. ℞. Colaturæ ℔j addo

elect.

electuarii de succo rosarum, cassiæ pro clystere a. ℥ß,
℈ viol. cum ovi vitello & ⊖is exiguo. F. clyster.

Non nemo clysteres cum aceto suo ☿ali, vel liquore virgineo, it. cum tincturâ suâ balsamicâ paratos tutò, & cum virtuosâ efficaciâ adplicatos fuisse, quod inflammationis tyrannidem peculiariter compescere ac refrenare valeant, multoties in praxi expertus est. Alvo hoc modo expeditâ, primisque purgatis viis, de PRÆPARANTIBUS est cogitandum. *Præparantia.*

℞. ▽ *sedi majoris* ℥j, *plantaginis* ℥ij,
sirupi de quinque radicib. ℥iß, *spir.* ♀ *campanati* g. x,
In fictili. S. Præparir-Träncklein.

PURGANTIA propriè dicta his subjungenda: *Rhabarbarum* omnibus præripit palmam, cui *gialapium* misceri potest. *Purgantia.*

℞. *rhabarb. Alex.* ʒij, *gialapii nigri resinosi* ʒiij,
flor. violar. boraginis, buglossi, rosar. a. p. j,
Coque s.q. ▽ fontanæ. Colat. ℥v, adde
sirupi de cichorio cum rhabarbaro ℥j,
M. F. Potio. S. Tränklein auf zweymahl.

Quò verò inflammatio hæc gutturis & faucium in ægro nostro sensim oppugnetur, de aliis medicamentis solliciti ut simus, opus est.

GARGARISMATA eligimus, & quidem talia, in quibus digerentia & resolventia repellentibus fuerint admixta, quia morbus hic acutus est, & nunc in incremento. Per dies enim tres duravit, & de momento in momentum augetur malum. *Gargarismata.*

Præprimis REPELLENTIA quamdiu adhuc vigebit inflammatio, resolventibus semper admiscere jubemus, ne pars suâ naturâ mollis magis relaxetur, & fluxioni recipiendæ magis idonea reddatur, ut:

℞. *fol. hyssopi, plantag.* a.m.j. *glycyrr. rasæ, pass. mundat.* a. ℥ß,
caricar. pingu. n. XII. *rosar. rubr. hordei integri* a. p. j.
In s. q. ▽ fontanæ F. Decoctio ad ℔j.

Digitized by Google

In colaturâ dissolve
mellis rosacei, sirupi violarum a. ℥j,
M. F. Gargarisma.

Vel:

℞. *radicum glycyrrhizæ* ℥j, *althææ* ℥ß,
fol. consolidæ mediæ mj, *fl. prunellæ* p. j,
dactyl. caric. pingv. a. p. IV, *sem. alth. fœni græci* a. ʒij,
Coque in s. q. ▽ fontanæ
Coloturæ ℔iß adde *mell. rosati* ℥ij,
cinerum hirundinum ʒiij, vel IV, *croci* ℈ß,
camph. gr. ij, vel iij. M. pro gargarismo.

Si materia contumax ac rebellis hisce non cedat, ad MATURANTIA deveniendum. Talia sunt gargarismi ex lacte tepido, in quibus *radices althææ, malvæ, herba prunellæ & carices* coctæ.

Bartholetus lib. 2. p. 540. sequens à præceptore suo acceptum commendat ex *cremore radicis iridis recenti cum butyro, & oleo violaceo;* omnibus tamen præfert 🝆 *seu spiritum stercoris equini*, si ad unam vel alteram guttam cum conveniente liquore exhibeatur. *Spiritum* itidem dat 🜍 cum ▽ *farfaræ & violarum.*

Topica Non solùm verò internis, sed externis TOPICIS est agendum, & ea eligenda, quæ facultate pollent attractoriâ, & vim habent digerendi ac discutiendi. Hinc utile erit sequens linimentum:

℞. *nidi hirundinum* n. j, *rad. althææ, ireos florentinæ, flor. cham. pulverisat.* a. ʒß, *axung. gallinæ,* 🝆 *lil.* a. ℥ß, *ceræ flavæ parum.* M. F. Linimentum.

Vel:

℞. *pulv. nidi hirund.* ʒj, 🝆 *amygd. dulc.* ℥j, *lil. alb. viol.* a. ʒij, *pingv. caponis* ʒj, *emplastr. meliloti* ℈ij, *super leni igne* M. F. Linimentum. S. Sälblein zum Halse.

cataplasma.

CATAPLASMA.

℞. *nidi hirund.* n. j. coque in decocto rad. althææ ad pultis consistentiam. adde

🝆 *amygd.*

Digitized by Google

amygd. dulc. chamæmel. ā. ℥ij, *croci* ʒj, *caſſ. extr.* ℥ß,

M. F. Cataplasma.

Vel:

℞. *nidi hirund.* n. j, *albi græci* ℥j, *rad. lil. albor. alth.* ā. ℥j, *fic. pingv.* n. iij, *flor. chamæmeli, malvæ, melil.* ā. mj, *ſeminis fœni græci, lini, althææ* ā. ℥ß,

Coq. in ſ. q. ▽ prunellæ ad mollitiem, poſteà trajiciatur per ſetaceum, & addatur

pulveris noctuæ combuſtæ ʒiß,

lil. alb. q. ſ. pro conſiſtentiâ cataplasmatis.

ALTERANTIA intemperiem viſcerum, & confortantia hæc excipiunt. *alterantia.*

AQUA HORDEI, JULEPUS *roſarum vel violarum, tincturâ fl. bellidis* modicè exaltatus, facit officium. Exhiberi poteſt pro arbitratu diurnis & nocturnis horis.

℞. *ſirupi rubi Idæi* ℥iij, ▽ *fontanæ q. ſ.*

M. F. Julepus, acidulandus *tincturâ roſarum* ⊕*latâ q. ſ. ad gratum ſaporem. In vaſe*

S. Temperier-Tränklein.

Vel:

℞. *rad. glycyrrhizæ, althææ* ā. ℥ij, *ſcorzoneræ* ℥j, *flor. boraginis, bugloſſi, prunellæ* ā. p. j, *hordei ſelecti* mij, *paſſul. mundatarum* ℥ij,

Coque in ſ. q. ▽ fontanæ usque ad dimidiam partem.

Colaturam M. cum ſirupo granatorum q. ſ.

S. Alterans, quod ſanguinem & dolorem mitigat. De hoc æger ſæpius bibat.

Ad doloris acrimoniam & gravitatem ſedandam præ cæteris omnibus commendat & efficaciſſimam pronunciat *Langius* ▽ de ſpermate ranarum vel plantaginis; ſpiritu ⊕li impregnatam.

ALIA forma, ut *electuariorum, bolorum, morſellorum,* non facilè admittitur ob anguſtiam faucium.

℞. ▽ *roſarum* ℥iiij, *boraginis, meliſſæ,* ā. ℥j, *ſpir. roſar.* ʒj, *corall. rubr. ppt. ſandali rubri, albi* ā. ʒß,

Digitized by Google

tort. citri ſiccorum ʒj. M. pro epithemate cordiali.

Diæta DIÆTETICUS fons agmen demum claudit.

1. NATURALIS DIÆTA τὰ προσφερόμενα, *ea, quæ offeruntur*, temperat.

Victu æger utatur tenui, ſoliſque juſculis reficiatur.

Cùm canalis ſtomachicus cum muſculis ad deglutiendum ineptus cibos non admittat, ad clyſteres nutrientes confugiendum eſt.

Non tribuendæ aures *Helmontio* vacivæ, cùm hunc nutriendi modum vocat non tolerandæ ſtupiditatis argumentum.

Nimis ſcrupuloſi ſunt, qui veram coctionem & nutritionem non prægreſſâ in ventriculo fermentatione debitâ, non admittunt, ſed refectionem ſpiritibus & membris famelicis ſolùm promittunt. Quamvis naturali inclinatione propter membraneam coli valvulam nihil adſcendat in ventriculum, coctio tamen inteſtinis denegari nequit, & lacteis vaſis chyli tranſmiſſio.

Non incongruam arbitramur CHIRURGIAM INFUSORIAM, *Majoris* inventione & approbatione celebrem.

2. IN VITALI diætâ *Aer* conſtitutioni ægri velificetur. Temperiei ſit amicabilis, ad frigiditatem aliquantulum inclinans.

3. IN ANIMALI diætâ ratio habeatur *ſomni*. Ut adfluente humore in omnibus inflammationibus culpatur, ita etiam in hâc. Augetur fluxio ad interna. Sit modicus. Servetur autem corpus in eâ figurâ, quâ ſe levari ſenſerit.

Quieti ſtudeat, & taceat, ne loquendo ſpiritus alioquin ſummâ anxietate fatigati duplicatam ex motu ſentiant ærumnam.

Alvus ſervetur libera: hujus enim relaxatio facilia facit ſpiramenta etiam in benè valentibus.

AFFECTUS animi turbatores, & ægritudines mentis, ob vitæ periculum, ad Garamantes relegentur & Indos.

GUER-

Digitized by

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ,

ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER IV,

de

affectibus quibusdam medii ventris, & primò cordis.

CONSULTATIO I

de

virgine syncoptica ex immodico mensium profluvio.

HISTORIA.

Virgo xx. annorum, temperamenti calidi & sicci, quoad cor & totum corpus, ut menses imminutè fluentes cieret, in balneo adsumsit cerevisiam decoctam cum pane, & in primo cochleari croci orientalis pulverem, & forte in majori dosi. Post balneum men- *Historica relatio.*

Digitized by Google

menses inceperunt fluere magno impetu, per tres dies. Inde valde debilitata, quarto die in animi deliquium incidit, videndi & audiendi munere destituta: semper tamen pulsus & respirationis vestigia remanserunt. Frigus in toto corporis ambitu, & sudores frigidi pauci in pectore & fronte apparuerunt. Rediit hoc animi deliquium circa vesperam, & per quadrantem horæ duravit. Menses adhuc liberaliter fluunt. Petit consilium anxia.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUS, qui ægrotam nostràm affligunt, duo sunt: syncope, & immodicùm mensium profluvium.

1. SYNCOPE nomen à Græcis accepit, ἀπὸ τοῦ συγκόπτειν, quod est, *conscindere*, & licet Latini, proprio nomine destituti, idem vocabulum retinuerint, *Celsus* tamen *lib. 7. c. 32.* animæ defectionem vocavit. Nihil aliud est in ratione suâ formali, quàm repentinus lapsus omnium virium, præcipuè vitalium. Est igitur symptoma læsarum actionum naturalium, sudor enim adest: vitalium, cor enim affici, ex pulsu & læsæ respirationis vestigiis satis superque colligere est: & animalium, destituitur enim pretiosissimo videndi & audiendi beneficio.

Quamvis autem quidam ex adstantibus crediderint, eam laborare suffocatione uterinâ, syncopen tamen adesse censendum, *tùm* ex causis, quia scilicet nimium mensium profluvium præcessit; quùm potiùs suppressio mensium suffocatonem sit paritura; *tùm* etiam ex faciei, quæ pallere adeò in suffocatis non solet, colore immutato.

2. MENSIUM PROFLUVIUM immodicum alter est affectus: ordine generationis primus, alterius non solùm prodromus, sed etiam effector. Rectè *Hipp. 5. aphor. 57.* menstruis subsistentibus, morbi ex utero. Innuere vult, morbos, qui suppressionem mensium sequuntur, ex utero, seu per consensum uteri oriri. Est symptoma in excretis, quod non quidem ratione substantiæ, aut qualitatis, sed solius quantitatis respectu præter naturam est.

PARTES

Digitized by Google

PARTES AFFECTÆ duæ sunt: COR & UTERUS. *Partes affectæ.*

COR afficitur in syncope secundùm cavitates suas, quæ nimium repletæ à recurrente subitò sanguine suffocationem veluti quandam incurrunt: UTERUS in profluvio.

Cùm autem vasa tripliciter afficiantur, *ut docuit Gal. 5. meth. med. c. 2.* in sanguinis eruptione, vel per *ἀναστόμωσιν*, vel per *διαπήδησιν*, vel per *διαίρεσιν*, sciendum est, in nostro casu aperiri vasa *καθ' ἀναστόμωσιν*, *osculorum apertionem*.

CAUSA EFFICIENS IMMEDIATA proxima syncopes est CIRCULATIO sanguinis impedita. *Causa syncopes: immediata,*

MEDIATA, defectus sanguinis in cordis ventriculis. *mediata.*

MENSIUM IMMODICI PROFLUVII causa *Causa mensium profluvii: immediata,*

IMMEDIATA, est imbecillitas retentricis vasorum uteri. Hæc oritur à causâ

MEDIATA, sanguinis vitio. Peccat qualitate, calidior enim est & magis acris, quàm convenit, non quidem quòd à viscerum constitutione talis generetur, sed ob prægressum errorem in BALNEO, & immodicum usum CROCI, qui maximam vim habet attenuandi sanguinem, illumque ad uterum præcipitandi. Inde factum est, quòd apertis vasis, grave *mediata.*

SYMPTOMA, PROFLUVIUM nimirum hoc acciderit, quod retentrice eorundem vasorum notabiliter læsâ duravit per aliquot dies. Hinc *Ratio symptomatum. 1.*

ΣΥΓΚΟΠΗ exorta est, per hanc vacuationem sanguinis resolutis spiritibus vitalibus, seu tenuiori sanguine, ex quorum defectu vacillantibus animalibus, mirum non est, quòd operationes animales cessent, aliquâ tamen remanente respiratione, propter necessitatem ventilandi calorem. 2.

FRIGUS in toto & extremis, cum facie cadaverosâ & sudore diaphoretico, sequuntur.

FRIGUS quidem tùm à calore resoluto, tùm quòd spiritus ab extremis ad centrum inclinentur, extremaque relinquant. Inde etiam

FACIES CADAVEROSA natales suos derivat.

SUDORES autem frigidi in facie, fronte & circa pectus apparent, ob duas causas: IMBECILLITATEM RETENTRICIS,

CIS, calore enim diſſipato, alimentum, quod roris inſtar per habitum corporis diffunditur, per poros effluit. FRIGIDITAS etiam poſitiva reſpectivè exprimit ſudores & quidem ſeroſos, quia hi ſunt tenuiſſimi.

Hæc ſufficiant de horum duorum affectuum eſſentiâ.

Prædictio. PROGNOSIS. De EVENTU optima ſperamus Licet enim ſyncope ſit affectus periculoſus, cùm radici vitæ inſidiatur, metuendus tamen non eſt funeſtus exitus, quia non eſt eſſentialis, ſed oritur per conſenſum uteri, ob menſtruum Lunare debitum ſuppreſſum.

Et licet metus ſit, ne redeat, conandum tamen, ut profluvium hoc ſiſtatur, quamprimùm fieri poteſt, ſic enim ſpes eſt, ſyncopen terga daturam, & non redituram. Si verò ſiſti non poſſit, videndum eſt, ut in paroxyſmo ſyncoptico tractetur modis convenientibus.

Curatio CURATIO fiat ordine debito, obſervatis in METHODO CURATIVA, INDICATIONIBUS ordinariis, tùm in paroxyſmo, tùm extra paroxyſmum.

in paroxyſmo ſyncoptico. IN PAROXYSMO SYNCOPTICO, & actu curationis excitandus eſt ſenſus ſopitus, & reficiendi ſpiritus. Reficiuntur vel quoad ſubſtantiam per ea, quæ vim habent eos regenerandi. Deinde reficiuntur etiam quoad temperamentum per alterantia. Reficiuntur autem ſpiritus vel per ſe, vel per accidens. Quæ per ſe ſpiritus reficiunt, habent rationem indicati vitalis: quæ per accidens, præſervatorii, & in cauſæ ablatione conſiſtunt.

Hæc in noſtro caſu eſt profluvium menſium immodicum, ad quod ſiſtendum duorum alterum faciendum eſſe monſtrat *Galenus 5. meth. medendi, cap. 5.* vel utrumque. Aut enim cohibendus eſt motus ſanguinis fluentis, aut occludendæ venæ, per quas fluit.

COHIBETUR ſanguinis motus revulſus ad contraria. derivatur ad proxima, incraſſatur refrigerantibus.

VENÆ clauduntur aſtrictione, refrigeratione, ligaturis, vinculis.

MATERIÆ

Digitized by Google

MATERIÆ PRÆSIDIORUM, quæ his scopis satisfaciunt, desumuntur ex usitatis fontibus, & quidem

IN SYNCOPE, si redit, excitanda ægra, refocillanda. *In syncope.*

EXCITATUR ægra aspersione aquæ frigidæ, vel rosacei aceti, aurium vellicatione, extremorumque frictione.

REFOCILLATUR SANGUIS deperditus odoramentis frigidis.

℞. *aquæ violarum*, ✠ *rosacei* a. ℥j.
sp. diatr. sandal. ʒj. M. F. Odoramentum.

Balsamum apoplecticum rorismarini inungi potest naribus & temporibus.

IN PROFLUVIO MENSIUM convenit ex CHIRURGICO fonte, loco venæ sectionis, quæ in hoc casu propter imbecillitatem virium non est admittenda, CUCURBITULA magna mammis applicita. Mulieri si placet menstrua sistere, cucurbitam quàm maximam mammis apponere jubet *Hipp. 5. aph. 50.* Melius fuerit, ait *Gal. in comm.* non ipsis mammis, sed infra mammas, quâ parte venæ ex inferioribus adscendentes pertingunt. Debet autem esse, *ait porrò*, cucurbitula magna alternis vicibus dextro vel sinistro hypochondrio applicita. *In profluvio chirurgia.*

POSSUNT etiam scarificatæ applicari dorso & scapulis.

LIGATURÆ FORTES tàm in brachiis, quàm femoribus, conveniunt. Sic enim sanguis immobilis redditur, velut in æquilibrio positus, propter æqualem attractionem ad utraquè extrema. Partes tamen supremæ fortiùs ligandæ & postremò solvendæ, ut si quem motum habiturus est sanguis in ligamentorum solutione, motum hunc habeat potius ad superna, quàm inferna.

Ex PHARMACEUTICO, in hâc virium prostratione PURGANTIA non conveniunt, quæ aliàs viribus valentibus prodesse possunt, subtrahendo serum, vel biliosum humorem, quæ fluxum sanguini conciliare possunt. *Pharmacia. Purgantia.*

Verùm insistendum solis alterantibus sanguinem & incrassantibus.

Incrassantia interna sine stupefactione,

INCRASSANTIA hæc sanguinem sistunt vel cum stupefactione, vel sine stupefactione.

SINE STUPEFACTIONE rursum duplicia sunt, vel

1. ASTRINGENTIA CUM ALIQUA GLUTINANDI facultate, ut specierum diatragacanthi, gum. Arab. carabe (seu succinum) farina amyli, terra sigillata.

2. ASTRINGENTIA SIMPLICITER, ut plantago, polygonum, cauda equina, millefolium.

Inter chimica excellit spir. ⊖li, ♀ campanatus, crocus ♂ adstringens.

Utraque in nostrâ ægrâ conveniunt, in quacunque formâ ipsi placuerit.

℞. *aq. caudæ equinæ, bursæ pastoris, plantaginis* a. ℥ij, *succi ribium, granatorum* a. ʒvj, *sir. cidoniorum* ℥ß, M. F. Haustus.

℞. *trochisc. de carabe* ℈ij, *conservæ tormentillæ.* ʒij, M. F. Bolus.

Inter conservas commendat Rhases elect. de scoriâ ferri, quam descripsit *9. ad Almansorem*, & cuivis sanguinis profusioni sistendæ proficuum esse dicit.

℞. *conservæ rosar.* ⊖tæ ℥j, *sacch. ros. tabulati antiqui* ʒß, *lap. hæmat. ppt.* ʒj, *pulv. consol. med.* ʒß, *C. C. phil. ppti* ʒj, *cum sir. cidoniorum q. s.* M. F. Electuarium.

In formâ pilularum & parcâ dosi assumi potest sequens:

℞. *croci ♂ adstringentis, C. C. phil. pp.* a. ʒß, *trochisc. de carabe* ℈j, *cum sir. cidon. q. s.*
M. F. pilulæ instar lentis, de quibus capiat iiij. pro vice.

cum stupefactione.

INCRASSANTIA, QUÆ simul HABENT VIM STUPEFACIENDI, ut theriaca recens, in quâ opii facultas nondum est sopita, quæ vel sola vel cum reliquis adstringentibus misceri possunt.

Inter omnia tamen excellit laudanum opiatum ad g̃. iij. vel iiij. Sumitur in formâ pilularum.

EXTERNA

Digitized by Google

EXTERNA, quæ vim habent hunc fluxum compescendi, non sunt negligenda. *externa.*

Inter simplicissima ex usu esse potest LINTEUM madefactum in poscâ, lumbis & regioni pubis tepidè admotum.

CLYSTERES uterini non possunt non prodesse decoctione adstringentium per μυτρέγχυτα infusi. *Galenus* valdè commendavit succum plantaginis. Ait, se novisse mulierem, cui per 4. dies continuos manavit sanguis ex utero, nec ulli auxilio cedere voluit, nisi succo plantaginis per syphonem injecto. *Clyster.*

Ceratum sequens gestet sub umbilico;

℞. *ungventi infrigidantis Galeni, comitissæ* a. ℥ß,
succi hypocystidis ʒij, *pulv. gallarum*,
mastiches, nucis moschatæ, strobyl. cupressi a. ʒj.
cum ☍ *ros. & ceræ q. s.* M. F. ceratum. Conspergatur pulv. mastiches.

VAPORES excipiat in sellâ ligneâ perforata, ex decoctione herbarum & fructuum adstringentium.

℞. *fol. quercus, polygoni, prunellæ, consolidæ, alchimillæ, calic. glandium, nucis cupressi a. q. pl. Decoq. in suff. q. aquæ font.* Insperge lapidi candenti, & vaporem hauriat ostio vulvæ.

Dum hæc debito modo administrantur,

ROBORATIONI & alterationi viscerum simul incumbendum est cordialibus, tùm externis, tùm internis. *confortantia.*

VICTUS ratio correspondeat.

CIBUS sit paucus, licet vires sint prostratæ. Gelatinæ commendantur ex extremitatibus animalium. Pyra edat cocta & assa, assisque ut plurimum utatur. *Diæta. naturalis.*

Pulmentis vescatur ex amylo & lacte amygdal. dulcium.

POTUS sit cerevisia clara, in quâ macerata sit lamina panis tosti, cum nuce moscatâ confricata, aut aqua hordei, in qua candens ferrum sit extinctum.

Utatur decocto cerevisiæ cum pane frixo.

Digitized by Google

Vitalis, AER sit temperatus, à frigore caveat, ne humores à circumferentiâ ad centrum pellantur.

Animalis. ANIMALIS diæta his in subsidium veniat. MOTUS corporis sit temperatus. Quietis ratio habeatur. IN SOMNO evacuationes mitigantur. Ab ANIMI COMMOTIONIBUS gravioribus ad iram præcipuè sibi caveat.

CONSULTATIO II

de

virgine syncope laborante ex mensium suppressione, secundùm tenorem Silviani succi pancreatici.

HISTORIA.

Historica relatio. VIrgo temperamenti frigidi humidi, quoad cor & totum corpus, ætatis XXVIII. annorum, diu versata sub aëre frigidiori & asperiori, spirante boreâ, mense Novembri, somno & sedentariæ vitæ indulgens, inordinatâ & promiscuâ diætâ usa, ingluviei studiosa, adsumendi nesciens modum, pravi succi, difficilis coctionis cibis, frigidis, acidis, fructibusque horariis adsueta, quater singulis diebus pasci, imò saginari solita, vinis pendulis non satis ex maturâ uvâ expressis, imò dentatis acidis, ut & cerevisiâ se delectans, de consilio chimicastri crebrò in usu habens spiritum ⊖li matutinis horis ad cruditates absumendas, alvi durioris, advertit lunare se non solvere debitum per duos menses, per intervalla animi deliquio leviori se tentari cum levi sudore circà frontem & pectus cum refrigeratione. Pulsus debiles, respirationis adsunt vestigia.

RESOLUTIO.

Affectus species AFFECTUS est combinatus duplex: mensium suppressio, & inde resultans syncope.

MENSI-

Digitized by Google

MENSIUM SUPPRESSIO est symptoma excretorum & retentorum, quia retinentur ea, quæ ordinario naturæ motu expelli debebant. 1

SYNCOPE ad actiones læsas refertur, non solùm NATURALES, quod ostendit ἐφίδρωσις *levis sudatio* circa frontem & pectus; sed & ANIMALES: tolluntur quippe sensus & motus, solùm remanentibus respirationis vestigiis. Præcipuè verò VITALES periclitantur: animi enim deliquio per intervalla prehenditur, vitalium facultatum robur manifestè collabascit, vacillat, & ipse pulsus, vitalis flammulæ ventilabrum hebetatur. 2.

Est itaque symptoma actionum præcipuè vitalium læsarum, abolitarum, non quidem in totum, sic enim mors cito incederet pede, sed in tantum, ut leve momentum superfit. 3.

ADESSE symptomata hæc bina, signa enumerata luculenter demonstrant. MENSIUM suppressionem detegit ipsa ægræ relatio, advertit enim se debito & consueto aliàs tempore non solvere lunare tributum jam per duos menses. 4. *elucescit ex signis ipsis.* 1.

POSTERIORIS symptomatis, seu syncopes, quæ omnem ferè ad se trahit curam, signa quoque manifesta adsunt, *essentialiter inhærentia* 1. subitaneus virium lapsus, & animi deliquium per intervalla rediens: *postessentialia*: sudor circa frontem & pectus, refrigeratio, pulsus debiles. 2.

Causæ antecedentes idem patefaciunt, nimirum mensium suppressio & victus inordinatus. 3.

Similitudo duplex adest 1. *respectu ægræ ipsius*, in statu sanitatis anteà sentiebat, movebatur, respirabat, actionibus fungebatur liberè, nunc hebetatur pulsus, animi adest exsolutio & respirationis vix adsunt vestigia. 2. *respectu aliorum*. Nuper vir quidam eadem patiebatur symptomata, qui ab omnibus medicis syncopticus habebatur. Ergò & procul dubio hæc nostra ægra eundem patitur affectum. 4.

SUBJECTUM recipiens ut QUOD, principaliter, radicaliter & ultimatè quod sustentat adjunctum, est virgo ipsa: subjectum, ut quo mediante sustentat adjunctum, est corpus cum animâ vegetativâ & sensitiva. τὸ ὑποκείμενον μόριον.

SUBJE-

SUBJECTUM ADÆQUATUM est totum corpus, c
nulla est in toto corpore pars, quæ non simul affic
hebetetur, labascat.

SUBJECTUM PRIMARIUM, seu immediatum,
δεκτικὸν præsentis affectus, statuimus τὴν καρδίαν, τὴν
καὶ ἑστίαν θερμότητος, *cor, fontem & focum caloris.*

lodus, quo or adficitur. Afficitur hoc ut similare temperatum, quatenu
peries ejus naturalis calida ab adventantibus succis a
1\. Θlatis, biliosis impetitur. Sanguis à cavâ venâ add
admistis heterogeneis hisce vaporibus quasi coagulat
veri renuit: spiritus vitales mobiles gelidâ hâc glaci
& concreti, per arterias ad partes non distribuuntur
illæ lacrymæ. Ut dissimilare itidem afficitur cor, cu
pacti hi, sive halitus, sive vapores, vel si mavis, flatu
scositate in parietibus cordis, acrimoniâ suâ acidâ co
licant, ut quasi in medio motu derepente consistere,
jam succumbere videatur.

2\. MODUS, quo cor in syncope afficitur, duplex
nus per essentiam, quo casu permanentem suscipit c
tionem, à nullâ aliâ quæ dependet parte, sed per se
riò affecta est. Alter, cum nondùm permanens dis
infixa & stabilita est, licet affectum penitus non exc
sed ab aliâ & cum aliâ coafficitur.

Hâc in ægrâ cor non patitur syncopen ἰδιοπαθικ
συναθροισμὸν, γένεσιν, καὶ διάθεσιν, verùm κατὰ ῥεῦμα
καὶ ἐπίχυσιν, *defluxionem & irruptionem.* Interpolatus
fectus. Per intervalla, novis nimirum surrogatis ὑ
μασι, hoc cum affectu ægra conflictatur, idque pe
sensum positivum.

SUBJECTUM SECUNDARIUM mediatum duple
uterus & primæ viæ. UTERUS, quia in expellen
crementitii sanguinis mole non ritè officio suo defun
PRIMÆ VIÆ, nam ventriculus ingestis cibis quantitate,
tate, modo & tempore adsumendi peccantibus, chylum
duxit ineptum: inde sanguis redditus impurior, succu
creaticus acidior, bilis acrior, pituita viscosior &

fior; congredientibus postmodum his tribus posterioribus & confluentibus in unum humoribus in duodeno, quanta quæso effervescentia & ebullitio, quantique deinde vapores ad cor viam affectantes?

VIÆ, quibus deferuntur hi vapores & halitus, sunt venæ lacteæ Asellianæ primi & secundi ordinis, & Pecquetianæ. Hauriunt hæ cum chylo vapores & μιάσματα illa acida, acria, viscosa, & per venam subclaviam cordi infundunt. Ipse adeò chylus in totum corruptus hos vapores sæpius sæpiusque ad cor devexit, quousque demum signis suis se deprehendendum dederit effectus.

CAUSA IMMEDIATA est defectus συῤῥοῆς, sanguinis confluxus impeditus. *Causa: immediata,*

MEDIATA PROXIMIOR causa secundùm essentiam considerata, sunt vapores, halitus, flatusque, quantitate & copiâ multi, qualitate acres, acidi, & viscidi, motuque insolentes, ex vitiosâ humorum in tenui intestino confluentium effervescentiâ, inde ad cor adeoque ad omnes partes corporis elevati, ibidemque effervescentiam & rarefactionem sanguinis impedientes. Quamprimùm hi regiam cordis arcem copiis suis impugnant, sanguineam tincturam coagulant, & figunt, illiusque rarefactionem impediunt: ut taceam, quæ ex conflictu horum draconum efficitur, qualitatem vitiosam, quæ vel sola ad syncopen inducendam sufficit. *mediata proximior secundùm essentiam considerata &c.*

Elevantur hi ex pituitâ viscidâ, glutinosâ, crassâ, quæ succo pancreatico acidiori & acriori confusa, vitiosè effervescit & ebullit. Inde flatus & vapores generantur, viscidiores ratione pituitæ, acidiores & acriores succi pancreatici & bilis ratione.

Pituita potest esse *alimentalis*, seu sanguis pituitosus, quarta massæ sanguineæ pars frigidior & humidior.

EXCREMENTITIA idem præstare potest pituita, frigidus, albus, lentus & tenax humor in ventriculo & intestinis collectus. ACIDA ὀξεῖα nonnunquam est, nonnunquam ἁλμυρώδης SALSA, vel ἄποιος INSIPIDA.

essentia modum. Inde flatus variant succique secundùm essentiæ m... QUANTITATE, ratione molis, & activitatis, tum ... TATE manifestâ vel occultâ. Quantitate & copiâ ... & præcipitant sanguinem: qualitate acri vellicant m... nosum & nervosum in corde genus, acidâ coagulant... dâ sanguinis motum impediunt.

Salsus lixiviosus biliosus succus, & acidus pancr... si acredine & acore intenso peccaverint, seminaque... habuerint adscendentia, stragem hanc facilè possu... re, & tenuiori sanguini spirituoso litem movere.

MOTU peccant hi humores & vapores, generat... locali.

Non GENERANTUR IN LOCO AFFECTO per... *θερισμὸν congestionem* ob facultatem læsam, sed EXT... CUM AFFECTUM, à cacochymiâ pituitosâ, biliosâ... quæ conservatur à visceribus malè habentibus, fover... *συςρεφικῶς* globo quodam consensionis per *ῥεύματο*... *ἐπίῤῥοιαν influxionem & irruptionem*, AD COR per ca... feruntur *ἀθρόως ϗ βιαίως* factam, sicque in momen... le figunt horologium.

remotior. MEDIATA REMOTIOR CAUSA triplex est. ... TURALIBUS rebus occurrit TEMPERAMENTUM fr... & humidum, pituitosum scilicet quoad cor, adeo... tum corpus. Hoc excrementis colligendis præ... aptum est, cruditates adauget, flatusque & halitus co... calore quippè existente debili, progignit. ÆTAS ... est rationis, ut per tempus hoc colligi cruditates fu... ter potuerint. Et sicut plantæ post florem fruct... dunt; sic ætas hæcce florens satis vitiosam dedit pro...

Ex NON NATURALIBUS accusatur AER. ... diu est sub aere frigidiori & asperiori, qualis spira... reâ, & tempore anni tali, quali November compr... tur, maximè prædominatur. Talis autem aer non so... tuitosos in corpore congerit humores, sed & acidos... loniam etiam constitutionem corpora densare, jam... *Hippocrates 3. aph. 17.* testatus est.

Digitized by Google

SOMNUS & SEDENTARIA VITA, quibus adsueta est, spiritus reddunt torpidiores, excrementa in corpore detinent, quæ per motum discuti debuissent, caput ipsum gravant, pituitosos humores in corpore coacervant, calorem obruunt nativum, qui & ipse ventilationem suam postulat, & per motum decentem evacuatis excrementis, vividior & floridior redditur.

CIBUS peccavit QUALITATE. Pravi succi & difficilis coctionis, frigidus ille fuit; Fructus horarii nocuerunt. QUANTITATE etiam fuit peccatum. Ingluviei studiosa non pasci, sed saginari est solita. MODUM ASSUMENDI nullum tenuit, inordinatâ & promiscuâ usa diætâ. Δυσκαιρία excessit. Quater singulis diebus, prioribus nondum concoctis & digestis se infarcivit cibis. Inde diversus tumultus, à diversis & pugnantibus inter se facultatibus excitatus, inde flatus copiosi, inde cruditates & lerna malorum.

POTU etiam peccavit. Usa fuit vinis pendulis, crassis, viscidis, nondum maturis ex uvis expressis, dentatis itidem & acutis, ut & cerevisiâ, junctis connubio. Hinc crassescens chylus obstructionibus aptus, sanguinem induxit coagulationi aptissimum, jamdùm per se non satis rarefactum & spirituascentem. Adhæc, quasi re benè gestâ, ad corrigendas cruditates & appetitum augendum, ut scilicet majori copiæ & oneri sufficiat, utitur ex consilio Chimicastri frequenter ~u ⊕li matutinis horis, qui dictis humoribus per se jam effervescentibus accedens, non secus ac si ~um ⊕li bile animalis cujusdam commisceas, majores turbas ciet, citiorem vaporum adscensum procurat, indeque indecenter & diutius adhibitus, potius veneni, quàm medicamenti induit naturam.

Ex hoc inordinato victu nec EXCRETA & RETENTA operas suas præstant. Alvus dura est & constipata, adaugens pigritie suâ excrementa, quæ dein restagnant & uberiorem proventum flatuum creant. Per duos menses lunare tributum non solvit, unde iterum pleno horreo excrementitii pituitosi acidique humores congesti in corpore. Hic & Ex. Inde

Symptomatum ratio. Inde sequentia excitata symptomata, quæ loco
rum allata, jam rationem postulant.

1\. ANIMI DELIQUIO per intervalla levior
tatur, quia nempe halitus & flatus acidi, acres, visco
petunt, spiritus obruunt, sanguinisque rarefactione
pediunt & eundem coagulant, quo facto nec efferves
nec rarefactio commode fieri potest. Proinde nulla
ria communicatur spiritibus animalibus, & paucissi
ritus vitales ad partes demittuntur.

2\. 2. Ἐφίδρωσις adest, seu LEVIS SUDOR circà fr
& pectus, quatenus humores acriores sunt, & volati
dam ⊖e gaudent, adeoque elevantur, & in fronte
mùm emicant, quia pori ibi apertiores. In pectore ver
ibi fomes mali, & illuc elevati vapores & halitus qu
modò solvuntur, & sic sub formâ sudoris foràs propel

3\. 3. REFRIGERATIO adest, tùm ob materiæ
copiam, & ipsam humorum & vaporum, inprimis
viscidæ naturam, tùm resolutionem spirituum, & p
gelationem quasi sanguinis, suppressionem caloris
qui si radios suos ad totum corpus non mittat, u
totum corpus refrigescit & obtorpet.

4\. 4. PULSUS DEBILIS est. Cessante nimirum u
sat actio. Sequitur pulsus rarefactionem sanguinis,
planè abolitâ, seu, quod hoc loco obtinet, impeditâ
& ipse, vel debili insurgit motu, nullâ nempe vel
ventriculorum cordis diastole præsente.

5\. 5. RESPIRATIONIS adsunt vestigia, quia adh
sus, licet debilis, munere suo fungitur, pulsu enim
& respiratio debilitatur, abolito verò planè, & hæc
tur, momentaneo hominis obitu.

Prædictio. PROGNOSIS jam ad se nos vocat EVENTUS.
losissima est syncope & magna ratione essentiæ & fac
Facultas vitalis læsa facili negotio mortem inducit.
frigidus maximè malus est, ut & perfrigeratio. C
men pulsus licet debiliter adhuc micet, & respiratio
stigia se prodant, non in summo gradu, sed remisso
pe notatur. Sympathicus præterea cum sit affectus,

Digitized by Google

videlicet uteri, benè ſperare ægram jubemus, præcipuè, cum in florente ætate ſit conſtituta.

TEMPUS EVENTUS & curationis exactè definiti nequit. Longum illud erit. Per duos menſes menſtrua non fluxerunt. Per tantum tempus ægra in ſui perniciem victu peccavit. Ergò patientiâ ſe erigat, non tamen ſine ſpe convaleſcendi. Brevis eſt affectus ratione paroxyſmorum, longus autem reſpectu decurſus, quia à præſente causâ fovetur. *Tempus eventus.*

MODUS EVENTUS erit diſcuſſio vaporum aſcendentium, & menſtrua hæmorrhagia arte provocanda, cùm natura retardet propulſionem. *Modus eventus.*

CURATIO conceptâ ſpe ſalutis, maturanda. Hujus duæ ſtatuæ ☿iales: *una* ratio methodum medendi, *altera* experientia materias auxiliorum ſuppeditat. *Ἴασις.*

In METHODO medendi ſe offert indicationum triga: CURATORIA, quæ ſymptomati, PRÆSERVATORIA, quæ cauſæ, VITALIS, quæ viribus debetur.

CURATORIA, quæ affectum ipſum tollendum indicat, in ipſo præprimis paroxyſmo urgentem, jubet halitus flatusque pituitoſos, acres, & acidos diſcutere, rarefactionem & motum ſanguini conciliare, & unà cum VITALI indicatione viribus vitalibus maximè conſervandis operam dare.

IN IPSO PAROXYSMO ægra excitanda, capillos vellicando, vocando, faciem ▽ frigidâ ſimplici vel roſaceâ aſpergendo, extremaque, inprimis pedes fricando. ✢ item roſaceum externè convenit, dum incidit, vapores figit, æſtumque eorum & ebullitionem ſiſtit. Labia ⊖c aut ▽â ⊖sâ, aut etiam ▣â ipsâ, ſi aliud non ſuppetat, laventur, & fricentur. Venæ ſectio, tùm præſente paroxyſmo non videtur convenire, tùm quia temperamentum & ipſa natura horum vaporum illam impediunt, ne de naufragio periclitentur vires. *in paroxyſmo.*

Ex PHARMACIÆ ſcrinio depromantur ſeqq. internè. *Pharmaca. Interna.*

℞. ▽ *carfunc. aur.* ℥ij, *elix. vit. Matth.* ℥ß,
confect. Alkerm. ℈ij. *elaoſacch. caryophyll. aromat.* ℈ß,

M. D. in ſict. ⊖. ⊖tārct▽. Infundatur ori cochlearis unius, vel alterius quantitate ſucceſſivè.

 ℞. hal-

Externa. ℞. *balsami apoplect. Croll.* ʒij. In pyxide. S. S
balsam.

℞. ♁ *N. M. expr.* ʒß, *caryophyll. macis, succini* a.
M. F. balsamum. Inungatur ori, naribus, pulsibi
pi & temporibus.

Vel

℞. *vini Rhenani, pauco castoreo inebriati* ℥iij.
Applicentur madefacta linteamina rubra, *granis*
mes tincta, ori, naribus, & carpis manuum.

℞. *fol. melissæ* ʒß, *fl. rorismar.* ʒiiß,
caryoph. arom. benzoes, cinam. macis a. ʒj,
castorei ʒß. *camphoræ* ℈ß. *ambræ gris.* g. vj.
croci ℈j. M. F. cum serico rubro sacc
cor, interpassatus.

Hic vel solus potest regioni cordis applicari,
butus sequenti liquore:

℞. ▽ *cinamomi, boraginis, zedoariæ,* a. ℥j
vitæ Matthioli ℥ß, *theriacalis campb,*
M. D. in fictili. S. ▽ zum Puls-Säckle

STERNUTATORIA non erunt inutilia.

℞. *fl. lil. convall. majoranæ* a. ʒj,
sem. nigellæ ℈j. *rad. helleb. nigri* g. vj,
euphorbii g. j, *ol. rosmarini* gtt. ij.
M. F. pulvis naribus inflandus.

Vel solus ☉ rectificatus, aut ejus loco
qui pari ambulat passu, naribus admoveatur, ut
vapores acidi discutiantur.

Extra paroxysmum. EXTRA PAROXYSMUM indicatio PRÆSERVA
jubet radicem mali exstirpare, pituitam & reliquos
acidos præparare, præparatos, cum copia & quantit
cent, educere, qualitate exsuperantes infringere, &
movere, ut sic viis liberis, vaporibus discussis, &
nerentur, prohibitis, salus ægræ concitetur.

Digitized by Google

Hisce indicationibus satisfit ex tribus usitatis fontibus, *chirurgico*, *pharmaceutico*, & *diætetico*.

Ex CHIRURGICO depromimus V. S. ratione & intuitu causæ, in pede & quidem saphenâ dextri lateris adhibendam, quo sanguis ad uterum derivetur, & eò faciliùs confluens per ordinariam viam evacuetur. Coïndicant motus sanguinis, ab acidis vaporibus inhibitus, qui iterum in integrum V. S. restituetur. Permittunt ætas, vires extra paroxysmum, poterit ob temperamentum F. & H. ad ℥vj emitti, priùs calefactis pannis fricatis pedibus. *Chirurgia.*

Cucurbitulæ cum & sine scarificatione possunt adhiberi in femoribus & scapulis; illæ, ut cum sanguine excutiantur humores acidi ad extrema vergentes; hæ ut flatus & halitus acres discutiantur, & à corde revellantur.

Ex PHARMACIA, cum alvus sit astricta, mutuabimur primò viscidos acres, acidos succos ex intestinis evacuantia, reliquos temperantia & præparantia, præparatos similiter per alvum, sudorem & urinam educentia, deinde alterantia sanguinem & succum pituitosum acidum pancreaticum, & demum per emmenagoga colophonem addentia. *Pharmacia.*

LENIATUR alvus laxantibus, & nonnihil stimulantibus. *Lenitio alvi.*

℞. *elect. lenitivi de manna* ℥ß, *Electuarium.*
gialapii resinosi hermodactylatæ Patavinorum a. ʒiß,
M. F. cum s. q. syr. de artemis. Electuarium.
Obductum folio ☉, D. in fictili.
S. Lindlattwerge uff einmahl.

℞. ▽ *fumariæ, artemisiæ* a. ℥ij. In iis dissolve *Potio.*
mannæ mastichinæ de folio ℥j. Colaturæ adde
syr. rosar. solutivi, artemisiæ a. ʒß,
♀ri ⊖lati ℈i. M. F. Potio. S. Tränckleín uff einmahl.

Nec CLYSTERES lenientes inutiles erunt, quò ad inferiora fiat tractio & eductio, quin & correctio ferocientium *Clysteres.*

tium

tium humorum & vapores de se emittentium. Hunc in finem

℞. *herb. melissæ, artemisiæ, calaminthæ* a. mj,
fl. cheiri, rosmar. a. M℥,
rad. bryon. irid. nostratis, diptami albi a. ℥j,
baccar. lauri, corticum citri a. ℥ß. *sem. rutæ, anisi* a. ʒij,
M. coq. in f. q. ▽ font. Col. ℞. ℔j. Adde
benedictæ laxativæ, mellis anthosati a. ℥j,
ol. lil. albor. ℥ß, ⊖ ♀ri ʒj.
M. F. l. a. Clyster, & applicetur tepide.

Præparatio. Hisce peractis, materia toti corpori communicata temperetur & præparetur. Hoc præstabit sequens potio:

℞. ▽ *melissæ, pulegii, zedoariæ* a. ℥ij,
elixir. uterini Rolfinciani ʒj,
sir. artemis. matricar. a. ℥j. M. in fict. S. digestir- und præparir Träncklein uff drey mahl.

Vel

℞. *pulveris cachectici Rolfinciani* ʒj,
⊖ *fumar. matricar. cryst.* ♀ a. ℈ß, *elaosacch. cinam.* ℈j.
Dividatur in iij. partes æquales. M. S. Digestivpulver uff drey mahl.

Detur mane horâ nona & tertiâ pomeridianâ in vino Rhenano.

Purgatio. Præparati humores educuntur purgantibus propriè sic dictis:

per superna. ἄνω. ℞. ⊖ ♁li *albiss.* g. xij, ☿ *vitæ* g. iij,
elaeosacchari melissæ ℈ß.
M. S. Magenpülverlein uff ein mahl.

Detur manè in jusculo calido, cum regimine.

per inferna. κάτω. ℞. *extracti agarici* ℈j, *trochisc. albandal.*
resinæ scammonii a. g. iij,
M. F. cum f. q. *tincturæ* ♂*tis*, vel *elix. uterino* l. a. pilulæ XXIII. In pyxide S. Pillen uff ein mahl.

Vel

Vel:

℞. *pulv. laxat. vegetab.* ℈j, *sirii* g̃. v, 2.
croci ♂tis aperit. cum ⊖libus, elæosacch. macis a. g̃. iij.
M. F. pulvis. In chartâ S. Purgierpulver uff einmahl.

DIAPHORETICA, ut vapores halituosi, acidi, visci- *Sudorem movéntia.*
di attenuentur, & ad extima corporis relegentur, in usum quoque vocanda.

℞. *bezoardici* ♃*ialis* g̃. xv, 1.
⊖ *✳ci corallati, seu cum corallis* ~*ti* ℈ß,
sacchari perlati ʒß. M. F. pulvis. Detur in jusculo calido.

℞. *misturæ simpl. Andernaci, elixir. uterini Rolfinc.* a. ℈j, 2.
⊖*lis volatilis C. C.* ℈ß, *sir. melissæ,* ▽ *pulegii* a. ℥ß.
M. F. Haustus. S. Schwitzträncklein uff einmahl.

℞. ⊖*lis liquidi volatilis* ℈ß,
In haustu vini porrigatur.

Detur horâ 9. vespertinâ, ante ingressum lecti, vel manè, oriente ☉e, & corpus componatur ad sudorem, qui acidus, detergendus sedulò.

Horâ elapsâ confortans tale adsumat;

℞. ▽ *vitæ mulierum albæ, carfunculi, aureæ* a. ℥ß,
essent. castor. ℈j, *magist. perlar. corall. rubr.* a. g̃. vj,
sir. de canellâ ℥j. M. F. Haustus. In fict. S. Stärckträncklein nach dem Schwitzen.

Nec DIURETICA deerunt in expurgandis per renes *Per urinam evacuantia.*
cum lotio acidis humoribus, quos simul egregiè temperant & infringunt.

℞. *clyssi* ♁*ii majoris apparatus, qui per* ♀ *super extracto* 1.
splenis bovis steterit, ℥ß,
essentiæ sabinæ ʒj. M. S. Harntreib essenz.

DOSIS 20. 30. gutt. Hoc, ut omnes ferè formulæ, simul respicit uterum & menses.

Vel:

2. ℞. ⊖ *junip. matricar. stipitum fabar.* a. gr. vj, *magist. lap.* ♋ ℈ß, *ol. succini* gutt. j. M. F. D. in chartâ.

Alterantia & roborantia Interna. ALTERANTIA & roborantia specifica sunt I. INTERNA & quidem *respectu uteri & mensium*

℞. *boracis venetæ*, ℈j, ⊕li ♂tis, *cinamon croci* a. gr. x. *bezoard.* ♃ *ialis* gr. vij, *elæosacchari sabinæ* ℈ß. M. F. pulvis.

D. in chartâ. S. Pulver uff drey mahl.

Detur in sequenti vehiculo:

℞. ▽ *sabinæ* ℥ij, *trochiscorum de myrrhâ* ℈j, *croci* ♂ *sacharini* ℈ß, *sirupi melissæ* ℥ß. M. F. potio.

2. *respectu cordis.*

℞. *tinctura corall. cum succo citri paratæ* ʒiß, *conf.* … *balsami vitæ* gr. v, ▽ *cordialis Herculis Saxo*…

In vitro. S. Hertzmistur. DOSIS cochl. j.

℞. *confect. Alkermes, de hyacintho* a. ℈j, *magisterii coralliorum, perlarum* a. gr. vj, *lapidis bezoar. laudani opiat.* ☉*ris* a. gr. j. ve…

M. F. c. s. q. facch. Bolus.

LAUDANUM opiatum additur, ut vapores inh… in ascensu, & spirituum resolutio impediatur.

Poterit etiam in usum trahi seq. *electuarium.*

℞. *conservæ melissæ, fl. aurantiorum* a. ℥ *radicis scorzoneræ conditæ* ʒß, *spec. diamargariti calidi, confect. alkermes* a. *balsami Peruani, elæosacchari rosmar. angelic.* *sir. coralliorum Quercetani* q.

M. F. l. a. elect. D. in fictili. S. Hertzstärck … einer welschen Nuß groß zu gebrauchen.

II

II. EXTERNA cordialia summè necessaria. *Externa cordialia.*

Vel:

℞. *balsami apoplect.* ʒj, *de peru* ʒß.
M. F. l. a. balsamum. S. Hertz-und Stärckbalsam.

Uterina externa possunt esse potissimum balnea & suffumigia. *uterina.*

℞. *fol. matricar. chamam. artemis. melissæ* a. Miiij,
fl. cheiri mj. *rosmarini* mß, *calendulæ cum toto* Mij,
rad. rubiæ tinctorum, ℥ij, *bryoniæ* Mij.
summitat. anethi, fœniculi a. pij.
M. in chartâ. S. Species zum Wannenbad.

Insideat usque ad umbilicum, ad semihoram, vel longiùs ex placito:

Suffumigium conducet sequens.

℞. *pomi colocynthidos* n. j. *vel scoriarum* ♕*li* ℥ii *δtiati* ʒß,
Coq. in aqua F. suffumigium, per infundibulum ad uterum derivandum, tectis superioribus partibus.

In DIÆTA NATURALI victus eligatur calidus, εὔχυμος καὶ εὔχυλος, non nimis quantitate excedens. Vitet acidos, ⊖sos, & viscidos cibos: condiantur iidem aromatibus, *caryophyllis, anthophyllis, maci, cinamomo*. Radix pastinacæ cocta loco obsonii laudatur. Fructus horarii exulent, omnesque cibi, qui acidos biliosos succos excitare & ad effervescentiam commovere valent. Potus sit vinum ∽uosum, rhenanum, malvaticum. Cerevisia non sit acida, sed benè defecata. Ab usu *∽us* ⊕*li* desistat, ne ulterior excitetur ebullitio. *Diæta naturalis.*

In VITALI, AER sit calidior, alteratus speciebus odoriferis spirituosis. Caveantur venti & aer asperior. *Affectus animi* sint moderati. Gaudium convenit: terror, ira fugiantur, ne inde concitati vapores eò faciliùs ad cor delati, illud mordicent. *Vitalis.*

In ANIMALI *somnus* instituatur parcior, ad 8. vel 7. horas. *Vigiliæ* sint potiores, moderatæ tamen. *Motus* cor- *Animalis.*

Digitized by Google

pus ventilet, quò excrementitii acidi vapores, si qu
sunt, resolvantur & expellantur. *Quies* non sit nim
semper se quies & motus successivè excipiant. *Venu*
commodâ occasione, & conjugio legitimo licita
Non solum morbis ab excernendis seminalibus fere
detur, verùm etiam sanguineis. Admonet uterum
modestâ succussatione vasa dilatat & diductione p
poros aperit, ut assyrium succum promtiùs manu m

CONSULTATIO III
de
virgine palpitatione cordi laborante.

HISTORIA.

Historica relatio. VIRGO 20. annorum, habitu gracili, venis amp
pillis passis prædita, victui crasso & rudi adsue
recentis, carnium bovinarum, vaccinarum, halecu
ferculorum, cum artem mercatoriam talem exercea
tur pedestria itinera sæpè conficere, & per frigida
discrimine ambulare. Conqueritur aute aliquot an
intervalla se animo deficere cum leni sudore atque
ratione, pulsu debili. A biennio singulis ferè mens
ca novilunium advertit sibi sub sinistrâ mammillâ
subsultare: motusque hic est creber, celer, freque
nu admotâ non solùm sentitur, verùm etiam ab a
exauditur, duratque hic motus nonnunquam per h
tegram & ultra, cessat & iterum redit. Nondu
menses; pallidi in facie est coloris, urinæ sunt
crudæ.

RESOLUTIO.

AFFECTUS ægrotæ nostræ partim iam præteri-
tim adhuc sunt præsentes.

Digitized by Google

PRÆTERITIT animi defectio illa consueta ante aliquot annos, quæ non quidem completa fuit syncope, neque λειποθυμία; non enim adfuit præceps vitium lapsus vitalium, animaliumque, neque privata fuit omni sensu & motu, sed ultima & infimi gradus potiùs species ἔκλυσις dicta, cum levis solùm extremorum frigiditas, & paucus debilisque sudor adfuerit.

PRÆSENS, qui nobis negotium facessit affectus, est PALPITATIO, quæ singulis ferè mensibus circà novilunium sub sinistrâ mammillâ advertitur, exserens & prodens se ceu sorex, motu subsultûs. Affectum species.

PALPITATIONEM adesse, manifestum est, conqueritur ægra cor sibi subsidere seu constringi, rursum dilatari, elevari & supprimi, ut in spuriis palpitationibus musculi & palpebræ elevari & subsidere solent.

Cum autem palpitatio statuatur duplex: legitima quæ fit à causâ præter naturam nihil conferente facultate, & spuria, quæ fit à facultate irritatâ á causâ morbificâ, cujus tres constitui solent species: tremor, saltus, jectigatio, sciendum nostram hanc esse legitimam.

Confirmat id motùs ipsius conditio: magnus est & rarus. In tremore autem est parvus & frequens: in saltu & jectigatione celer & creber.

SUBJECTUM COR est, ut ex actione læsâ apparet; non verò pericardium; non enim motus natantis aquæ advertitur. τὸ ὑποκείμενον μόριον.

LÆDITUR autem COR, non per ESSENTIAM, sed per CONSENSUM propter obstructionem uterinam. Cum igitur obstructio adsit, deficiantque menses, sanguis in utero, qui aliàs effluere debebat, retinetur; quapropter cum exitui nulla via pateat, humor cordi communicatur, maximamque illi infert injuriam.

Per ESSENTIAM illud non affici constat, quia palpitatio non est fixa & continua, neque insignis, sed per longiora intervalla redit, nec diu durat, incipit enim laborare, augetur, declinat, ad nutum alterius partis affectæ.

Causa immediata, causam immediatam existimo facultatis tricis irritationem, primò quidem naturalis, quæ bus naturæ dominio subjectis inest; deinde etiam vi pulsificæ. Videtur etiam ipsa animalis expultrix rùm conferre, motum vitalis facultatis intensiorem rante voluntate.

mediata proximiores humores: mediatæ causæ sunt humores & vapores, ab u ejus partibus à mediocri calore elevati, cum enim copia eorum circa uterum & ejus partes collecta si difficulter, cum via non incommoda, sursum ad co venas rapiuntur. Suppeditantur autem à colluvie rum humorum circa uterum restagnantium.

ad cor autem per venas tendunt cum refluo e riis sanguine.

restagnant autem circà uterum, quia supp menstruus fluxus.

purgatio menstruorum statis temporibus m ta, ut fœminas à variis morborum insultibus defen immoderata vel suppressa, multa ac gravi inducere mala. Non dubitandum omnium, quorum stra mentio facta, cùm præteritorum tùm præsentium ginem primam unicè vel maximam partem adscribend se menstruæ purgationi præter naturam ha inhibitæ; nondum enim vidit ægra τὰ καταμήνια *um sanguinem.*

causæ cessantis Lunaris debiti: menses supprimi solent ob varias causas. ex eorum cum in motu sit posita, expendendæ meri causæ, ad motum hunc perficiendum quæ requiruntu autem hæ tres nimirum: facultas expultrix, objec via per quam transitus est.

in praesente ægrâ uteri facultas de causa est, quia non potest expellere id quod debet pter obstructionem ab intemperie frigida ortam.

sanguinis etiam crassities non parum a suppressionem confert, dùm nimis frigidus est & cras scidusque, & propterea ad fluxionem ineptus.

Digitized by Google

VIAE quoque & VASA uteri non sunt expedita, sed ob crassos & vitiosos humores nimis angusta & obstructa.

VITIOSI hi HUMORES incrassati sunt remotiores.

I. A TEMPERAMENTO totius corporis & uteri naturali frigido. 1.

II. AERIS INTEMPERIES & INCLEMENTIA, cui sese nostra sæpè exponere cogitur, multum huc tùm ad cordis debilitatem, tùm uteri intemperiem confert, dum enim se in corpus insinuat, COR constringit & debilitat, uterique intemperiem inducit. 2.

ASTRORUM positus, & lunæ singularis influentia in ægrâ nostrâ paroxysmorum recursum non leviter adjuvat. Habet enim in humores ea dominium. Ratio autem quare non plenilunio, cum humore omnia replentur, sed novilunio cum minuuntur humiditates, ægra magis conqueratur, si petatur: rationem reddimus hanc, quia utiles humores luna plena auget, excrementitios decrescens.

IN VICTU pravo commissis erroribus plurimis, circà ciborum substantiam, quantitatem, qualitatem, ἀταξίαν, ἀκαιρίαν plurimum est adscribendum. 3.

CASEUS quo nostra frequenter utitur crassum præbet alimentum, alvumque & meatus obstruit.

CARO bubula & vaccina, non solum difficilioris est concoctionis, verùm etiam crassam præbet materiam, quæ non facile venas pervadit.

HALECES recentes quidem boni sunt succi, bonumque reddunt alimentum, fumo vero indurati & sale conditi, PASSERCULI etiam siccati, non solum difficilioris sunt concoctionis, sed etiam minus boni succi.

Ex his enumeratis causis genitos humores & vapores mirum non est cum sanguine refluo & circulato COR versus ruere, circa ejus regionem anxietatem parere, cordisque facultatem expultricem & pulsificam irritare.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ. Affectus gravis est, magni momenti, Prædictio 1. & terrificus. Si vires acquirat eundo, metum adfert sinistri judicii, & nisi maturè obviam eatur, fatalitatis & mortis

tis ipsius. Magnus est ratione essentiae, & n
lùm sentitur admotâ manu, verùm etiam auditur ab a
bus, quod certe nisi magnus à naturali statu esset exc
fieri non posset.

Magnus est etiam affectus partis principis
in eo in angustias redigitur, ratione. cor est vita
Fonte turbato patiuntur etiam rivi, & œconomia, q
de vitalitatem expectat, tota.

Memorat *Galenus*, illum, qui cum animi deliqui
pitationem cordis patiebatur, derepente è medio sub
Metuendum & huic ægræ simile periculum.

Spem tamen salutis non porrigit levem, quod a
non inhæreat essentialiter sed per sympat
solùm, causâque sublatâ, & mensium commeatu rest
affectus & ipse sit cessaturus.

Speramus autem brevi menstruum fluxum iri r
tum; est enim ægra justæ ætatis.

Curatio. curatio est maturanda, non differenda. Niti
indicationibus, quæ eo tendunt ut contraria contrar
rentur: similia similibus conserventur.

I. curatoria affectum præter naturam tolle
esse monet. praeservatoria causas respicit.
suppressionis menstrui fluxus, est ejus crassities, & v
obstructio. Inde, *autore Galeno 3. aph. 36.* indicatio
pus eorum provocationis est, vasorum ad uterum pe
entium ora tum recludere, tum extenuare sanguinem

Ora ut recludantur, obstructiones sunt tollendæ
in mesenterio tùm utero occurrentes.

sanguis crassus attenuandus & fluxilis redden

vitalis ἔνδειξις, dum hæc fiunt, non negligend
cultasque cordis dejecta erigenda, tùm ratione tem
menti, tùm spirituum. Illud naturali tono restituen
hi roborandi & vigorandi. Uterus etiam ut sanguine
dinariè expellere valeat, roborandus.

materiae præsidiorum, quæ his indicati
bus satisfaciunt, variæ sunt.

chi

Digitized by Google

CHIRURGICI fontis variæ sunt materiæ. *Chirurgia.*

SANGUINIS MISSIO omninò hic necessaria est. Auxilii hujus materia est

VENÆ SECTIO, quâ *Galeno 5. de locis affectis cap. 2. authore*, omnes palpitationi obnoxii adjuti fuere: non quòd omnes hoc affectu laborantes curarit, sed quoscunque curarit, venæ sectione restituerit. Convenit eadem in ægrâ nostrâ, cùm ratione affectus palpitationis, tùm causæ mensium suppressionis: & speramus sic faustos successus. *Venæ sectio.*

LOCUS cum judicio eligendus. Secetur basilica seu jecoraria 8. diebus ante novilunium: ex infernis circa talum, vel supra tarsum, duobus diebus ante novilunium.

QUANTITAS ex supernis educatur ad ℥viiij, ex infernis ad ℥x.

CUCURBITULA SICCA cum multâ flammâ idem circa tempus applicari potest internæ femorum regioni, cum utero ratione vasorum magnum consensum habentium. *Cucurbitulæ.*

Habent etiam vim præcavendi, quô minus COR à vaporibus adscendentibus infestetur, retrahuntur enim illi satis potenter.

SCARIFICATÆ etiam CUCURBITULÆ artubus applicari queunt.

PHARMACIA novas movet curas. In eâ corporis totius expurgationi incumbendum; factâ diligenti viarum & humorum præparatione: tum ad aperentia & ἐμμηναγωγά, demum etiam ad corroborantia accedendum. *Pharmacia.*

LENIENTIA præcedant.

℞. *sirupi de polypodio compositi* ℥ij, *rosarum solutivi* ℥j, *aquæ melissæ* ℥iij. F. Potio.

Vel si placeret forma pilularum:

℞. *massæ pilularum de aloe violatâ, de tribus* ā. ℈j, *cum sirupo de 5. radicibus* F. Pilulæ XXI. *Lenientia.*

In pyxide dentur S. Lindpillen uff einmahl.

PRÆPARANTIA succedant:

℞. *aquæ melissæ* ℥ij, *hystericæ compositæ* ℥j,
sirupi pomorum redolentium ℥ij, *misturæ simplicis* ʒß.
M. F. Potio ad 4. doses, unam sumat manè, alteram vesperi, duobus diebus continuatis.

Vel:

℞. *salis artemisiæ, genistæ* a. ℈j, ♀ *Ɵlati crystallini* ℈ß.
Dividatur in partes 4. æquales, in chartis distinctis.
S. Digestiv-Saltz.

Purgantia. Factâ humorum præparatione, ad PURGANTIA debet fieri accessus. Menstruis decoloribus, *autore Hippocrate 5. aphor. 36.* opus est purgatione: si decoloribus, *addit Galenus in commentario*, multò magis subsistentibus. Decoctum purgans tale præparari potest:

℞. *fol. senæ s. st. gialapii nigri resinosi* ʒiij, *agarici trochisc.* ʒij,
flor. violarum, rosarum p. iij, *cinamomi* ʒj, *spicæ* ℈j.
Coque in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℞. ℥vj. Adde
sirupi rosar. solutivi ℥j, *de polypodio* ℥iij,
M. S. Tränckleín auf drey mahl.

In BOLO si placeat, tale medicamentum est commodum:

1. ℞. *spec. hieræ picræ cum aloe* ʒj.
Commendantur à Galeno. Purgant ratione aloes, roborant ratione specierum, utriusque ratione reserant ora vasorum uteri. Illis, qui amaris delectantur, in *pulvere* exhibentur à ʒß ad ʒj, & ultra, cum jusculo: in electuario ad ʒiij.

℞. *gialapii nigri resinosi* ℈j, *magisterii chrysopu* gr. v.
conservæ melissæ liquidæ q. s. M. F. Bolus.

℞. *sp. dia torbed. cum rhabarb. gialapii nigri* a. ℈ß,
°₀ anisi, fœniculi a. gr. ij, M. F. Pulvis.
Detur in cochleari cerevisiæ calidæ.

Diuretica. Evacuatione hoc modo factâ per ALVUM, de evacuatione per URINAM soliciti esse possumus. Commodissima hæc via totum corpus evacuandi.

℞. *spiri-*

Digitized by Google

℞. *spiritus salis* ʒij. In vitro detur. S. Urinntreiben-der Spiritus.

Detur ℈j pro vice in haustu vini generosi calefacti.

℞. *spiritus* ♀*ri* *rectificati* ʒij.
Detur ʒß in haustu vini malvatici.

ALTERANTIA sequuntur & APERIENTIA. *Alterantia. interna.*

℞. *tincturæ* ♂*tis* *pomatæ* ℥ß.
In vitro detur. Exhibeatur quarta pars pro vice in haustu vini rhenani.

DECOCTUM LIGNI SANCTI compositum ex usu est, pro scopo alterandi, confortandi, obstructiones aperiendi, imò nonnunquam corpore culcitris cooperto sudandi.

℞. *ligni sancti raspati* ℥iiij, *sassafras* ℥ij, *rad. sarsaparillæ, scorzoneræ* a. ℥v, *cichorii, fraxinellæ* a. ℥ß. *fol. melissæ* Mß, *passularum* ℔j, *hordei mundati* Mij,
Coque in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ *cantharis* iiij. adde *sirupi de calaminthâ* ℥iij, *artemisiâ* ℥ij, *spiritus* ♀*ri* ʒj, *zedoariæ compositi* ℥ij.

In ollâ novâ vitreatâ ponatur in cellam, dequè eô bibatur haustus pondere ℥vj horis matutinâ nonâ, & pomeridianâ quartâ. continuando usque ad fundum.

℞. *residui prioris decocti, aq. fontanæ* ℔. iiij.
Coque ad consumptionem ℔j.
Colatura locetur in cellam.

Eo decocto secundario utatur pro potu ordinario in prandio & cœnâ.

ROBORANTIA simul & ALTERANTIA COR quæ respiciunt, & cùm tempore paroxysmi ad curationem, tùm extra idem ad præservationem conveniunt, sunt varia interna & externa.

℞. *conf. rosarum* ⊕*latæ, melissæ, agerati* a. ℥j, *conditi corticum aurantiorum, citri* a. ℥ß, *nuc. mosch. in Ind. cond.* n. j. *pyror. moscat. cond.* n. vj.

Digitized by Google

spec. dia pliris archontici, diacalaminthæ a. ʒj, *boracis officin.* ʒß, *sirupi scorzoneræ, de artemisiâ* q. ſ.
F. Electuarium. Aciduletur
spir. ♀ *q. ſ. ad gratiam.* S. Stärckslattwerge.

Propinetur ægræ haustus julepi alicujus cordialis cum conf. alchermes exaltati: vel tincturæ ☽æ guttæ aliquot, in haustu vini malvatici.

Exteriùs *aqua carfunculi* pulsibus applicetur.

℞. ☍ *nuc. mosch. expressi* ʒij, *angelicæ, succini, citri, melissæ* a. gutt. x, *juniperi destillati* ℈j.
M. F. Balsamum, cordis regioni manè & vesperi inungendum.

Lunare debent eum sol-cit nita. Ἐμμηναγωγὰ etiam attendenda, quæ calida sunt & tenuium partium, nec vehementer exsiccant, sed solum sanguinem attenuant & oscula vasorum reserant.

1. ℞. *boracis Venetæ* ʒj, *croci, myrrhæ* a. ℈j, *foliorum dictamni Cretici* p. v. F. Pulvis minutissimus.
Dosis ℈j exhibeatur in vino malvatico, ante ingressum in balneum

2. BALNEUM hoc paretur ex uterinis.

℞. *herb. calaminthæ, menthæ crispæ, pulegii, artemisiæ, matricariæ, abrotani* a. m. vi, *rad. helenii contusæ* ℥iij.
Coq. in aq. fontanâ.

3. SUFFITIBUS de consilio *Coi 5. aphor. 28.* natura etiam irritetur. Parentur ex succino, myrrhâ, mastiche, amomo, costo, caryophyllis.

Diæta. 1. DIÆTA his omnibus proportione respondeat. CIBIS utatur boni succi, & facilis concoctionis. VINUM & palpitationi & mensium suppressioni adversatur: utatur eo in cœnâ & prandio, quantitate canthari dimidii cum decocto
2. ligni secundario. ANIMI commotiones vitentur. SOMNUS
3. & VIGILIA πάντα μέτρια. VENERIS usus summoperè ægræ nostræ prodesset, sed quia leges frenum innuptis imponunt, ideò parentibus indicetur, è re fore, si quamprimùm viro in matrimonium detur. Spes erit amplissima omnium malorum fontem reseratum iri, & licitâ uteri admonitione relaxatum iri vincula, quibus ligantur menses, omniaque benè cessura.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO IV
de
synocha simplici.
HISTORIA.

STudiosus quidam, adolescens, temperamenti aliàs calidi & humidi, carnosi habitûs, densioris tamen, annorum undeviginti, calidæ victûs rationi adsuetus, ex Academiâ domum reversus sub finem mensis Junii, calidâ tempestate & squalidâ iter faciens & corpus concitatiùs movens, cùm cupidiùs aliquantò lac coagulatum assumpsisset, hausto mox vino generosiori, sequenti die querebatur de imbecillitate stomachi atquè ardore vehementi, unde faucium quoquè inflammatio exorta, ut deglutire vix potuerit; post tres aut quatuor dies, cùm parùm meliùs habuisset, permutandi aeris causâ naviculâ trajecit ad pagum quendam non procul ab urbe, sub vesperam verò domum rediens pessimè habere cœpit, deficientibus quoquè viribus æstus intensus sequutus est, qui tamen tactum minimè mordet, cutisquè est calido madore perfusa. Decumbens jam siti exagitatur vehementissimâ, fauces arent, adest capitis dolor cum delirio, constipata alvus, somnus deficit, pulsus est celer, frequens, vehemens, mediocriter inæqualis, maximâ ex parte æqualis. Urina naturali non valdè dissimilis. τὰ ἱστορούμενα.

RESOLUTIO.

MORBUS, quo æger noster correptus decumbit, est *Febris* quædam *continua*, *Synocha simplex* aliàs appellata. Id patefaciunt ejus *Febris synocha ostenditur à*

SIGNA DIAGNOSTICA: æstus scilicet intensus, sitis vehemens, siccitas faucium, capitis dolor cum delirio, obstructio alvi, vigiliæ, pulsus celer, frequens & vehemens; quæ omnia simul coincidunt in corpore plethorico carnosi habitûs ac densioris, in quo sanguis effervescens & venas in- *signis, κατὰ θέσιν.*

 farcie

Digitized by Google

farciens cor & totum corpus excalefacit vaporesquè plures excitat, quàm per corpus densum rursus exspirare possunt.

καθ' ἄρσιν. *Synocham putridam* hunc affectum non esse, constat ex calore æquali in eodem statu permanente, qui tamen ad tactum minimè est mordax, unde pulsus quoquè non valdè inæqualis percipitur, nequè urina à naturali multum mutata. Potest autem inde generari putrida, nisi vapores atquè in toto corpore ac sanguine abundantes humores, antequam putrescant, evacuentur.

τὸ ὑποκείμενον. SUBJECTUM primarium patiens est COR secundum omnes suas partes, duras ac firmas, fluidas ac spirituosas, seu subtiliores sanguinis partes, atquè hoc modo calor iste præternaturalis per venas ac arterias à corde ad alias partes defertur, totiquè corpori communicatur, aquè toto iterum communicatur cordi.

τὸ αἴτιον συνεχές. CAUSA hujus morbi PRIMARIA est calor cordis præternaturalis concitatiori corporis motu, præsertim in itinere calidâ tempestate & squalidâ peracto, excitatus.

ἔμμεσον. SECUNDARIA sunt vapores à sanguine effervescente in vasis producti, & ex intemperantiâ cibi & potûs generati, qui ob densitatem corporis rursus exspirare nequeunt.

Remotiores 1. REMOTIORES causæ & quidem NATURALES in ægro nostro potissimùm observantur: ætas illa juvenilis talibus morbis subjecta, & temperamentum calidum & humidum, corpus plethoricum & sanguine turgens constituens, huic morbo maximè obnoxium, secundùm *Galen. 8. methodi med. c. 8.*

2. Huc etiam faciunt NON NATURALES causæ, tempestas nempe calida ac squalida, sanguinem humoribus repletum ad effervescentiam magis disponens, concitatior insuper corporis motus in itinere, sub aëre huic morbo aliàs obnoxio, peracto, calorem hunc febrilem magis excitavit. Accedit quoquè assumpto liberiùs lacte coagulato usus vini generosi, qui calore suo humores jam anteà calidos reddit calidiores, cùm calidæ etiam victus rationi sit assuetus. His omnibus alvi ac meatuum obstructio supervenit, quæ conce-

Digitized by Google

conceptum ignem plus auget, hinc enim vaporum calidorum copia in corpore ſucci pleno concentrata, quia ob denſitatem corporis tranſpirare nequeunt, fervorem ſanguinis tenuioris & ſpirituum excitant, cordiquè communicant, hanc enim σύγκοπον vel ſolam accendere febrim poſſe, teſtatur *Galen. 8. methodi med. c. 2.*

Ex hiſce itaquè cauſis generata hæc febris ſequentia excitavit SYMPTOMATA. *Ratio ſymptomatum.*

SITI exagitatur vehementiſſimâ, ex ardore febrili, quem extinguere maximè appetit æger. 1.

FAUCES ARENT, quia aſſumpta humiditas neceſſariâ halitûs ferventiſſimi efflatione protinus abſumitur, unde faucium & palati exoritur ſiccitas. 2.

Adeſt cum CAPITIS DOLORE, communi fermè in febribus ardentibus ſymptomate, *delirium*, à vaporibus calidis ex reliquo corpore cerebro communicatis ortum ducens. Poſtquam enim vapores calidi copiosè in caput irruerunt, ſpiritus ac cerebrum nimis calefacientes ac turbantes, mentis aberratio fuit excitata. 3.

CONSTIPATA ALVUS ex cibis calidis, quibus imprimis fuit aſſuetus, & obſtruentibus, præſertim lacte coagulato moleſtiam excitat. 4.

SOMNUS quoquè DEFICIT, quia in delirio ſpiritus præſertim animales, calore illo ferociente, huc illuc diſſipati turbantur, unde ſomnus ſemper impeditur.

PULSUS eſt celer, frequens & vehemens, maximâ ex parte æqualis, quia ſyſtoles ſive contractionis uſus non augetur, cùm febris hæc putredinis ſit expers, nec magna expellendi fuliginoſa excrementa urgeat neceſſitas. Hinc in diaſtole ſive dilatatione præter celeritatem & magnitudinem ad calorem febrilem eventilandum neceſſariam, non valde pulſus percipitur inæqualis. 6.

URINA naturali non valdè diſſimilis, quòd nulla humores in venis putredo inficiat, obſtructiones tamen meatuum & cruditatem indicat.

Cognito

Prædictio salutis, Cognito jam per Διάγνωσιν hoc morbo, ad ΠΡΟΓΝΩΣΙΝ accedimus.

Minùs quidem periculosus videtur hic affectus, quatenus per se, tanquam morbus consideratur, sed non omni periculo eum vacare, symptomata indicant.

brevitatis, CURABILEM tamen speramus futurum, cùm intra quartum vel septimum diem plerumquè soleat terminari, vel intercedente criticâ quadam evacuatione, præsertim cùm pulsus adhuc sit validus.

modi eventus ad salutem. MODUS EVENTUS AD SALUTEM est evacuatio humorum in vasis hærentium, qui vapores malos in corpore producunt.

Curatio. CURATIO instituenda secundùm tres consuetas INDICATIONES.

1\. CURATORIA calorem febrilem refrigerandum atquè removendum docet, donec ad naturalem statum redeat æger.

2\. PRÆSERVATORIA humores auferendos & discutiendos indicat, tanquam vaporum & caloris febrilis causas. Vigilias quoquè & delirium quod attinet, quamvis brevi hoc fore solutum speremus, mitigandum tamen erit interim vel conciliato somno, vel aptis applicatis remediis præservantibus.

3\. VITALIS vires respicit atquè conservat.

Materia præsidiorum. Auxiliorum materiæ ex tribus FONTIBUS usitatis desumendæ.

Cùm hæc febris ex spirituum & sanguinis tenuioris incendio, in corpore plethorico, ob prohibitam transpirationem, ortum habeat, ex fonte CHIRURGICO sanguis copiâ

Chirurgia. peccans imminuendus. Ideoquè statim præmisso tamen ad discutiendos humores & per alvum subducendos, enemate,

VENA aperienda in dextro brachio. Ex eâ mitti potest sanguis quantitate mediocri, ita tamen ut per intervalla digito vulnus venæ comprimatur, ne in missione nimiâ, dum spiritus simul subtiliores evolant, vires ægri nimis quoque diminuantur. FRICTIONES etiam extremorum institui

Digitized by Google

inſtitui poſſunt, ut extenuatâ cute via per poros vaporibus exſpirandi aperiatur.

EX PHARMACEUTICO fonte, & quidem ante venæ ſectionem CLYSTER adhibeatur ex diſcutientibus atque aperientibus: *Pharmacia.*

℞. *herb. brancæ urſinæ, violariæ, parietariæ, endiviæ* a. Mß,
florum meliloti, centaurii minoris a. p. vj,
fol. ſenæ Alex. ſ. ſ. ʒvj, *rad. 5. aper.* a. ʒiß,
bryoniæ, althææ a. ʒij,
ſem. lini, fœni græci a. ℥ß, *aniſi, fœnic.* a. ʒß,
tartari albi ʒj.
Conciſa ac probe contuſa coq. in ſ. q. aq. font. ad tertias.
Colat. ℞. ℔j. Adde
electuarii diacatholici ʒvj,
ol. nymphææ, violar. a. ℥j, *ſal. gemmei* ʒj.
M. f. clyſter, ſtatim injiciendus.

Miſſo per venæ ſectionem ſanguine, qui adhuc ſuperſunt vapores, ne amplius cor infeſtent, nequè ſurſum ad caput & cerebrum ferantur, per DIAPHORETICA expellendi. Tale igitur præſcribatur ſudoriferum: *Diaphoretica.*

℞. *ſalis volat.* C. C. gr. vj, *C. C. phil. calc. lap. canc.* a. ℈ß.
M. F. pulvis, detur in chartâ.

℞. *bezoardici* ☉, ☽ a. gr. iv,
magiſt. margarit. ℈ß, *unicornu foſſilis* ℈j.
M. F. pulvis, D. in chartâ. Aſſumatur in vehiculo ſequente.

℞. *aquæ card. bened. borag. ſcorzoneræ* a. ℥j.
ſir. ex toto citro ℥ß, *ſpir. C. C.* gr. v. M. D. in vitro.

Inſtitutis mox frictionibus æger ſe componat ad ſudorem, aëri lucidiori expoſitus, veſtimentis tamen ac lectis probè contectus.

Hhh Sudore

Digitized by Google

Alterantia & confortantia. Sudore jam copiosè prolecto, æger mutato lecto siccis linteolis benè abstergatur, porrigenturquè jam ALTERANTIA AC CONFORTANTIA sequentia pro libitu.

℞. *rad. scorzoneræ* ℥j, *bord. mundi* M. j,
mal. citr. absq. cort. in frustula conc. n. j,
flor. 4. cord. a. p. j, *sand. rubri, citrini* a. ʒiß,
Coq. in s. q. aq. font. ad tert. Colat. limpidæ ℔js adde
sir. corall. Querc. ℥ij, *cerasorum* ℥j.

DECOCTUM TAMARINDORUM cum sacchara edulcatum ob vim abstergendi atquè aperiendi maximo cum fructu poterit exhiberi, sicut etiam SAL PRUNELLÆ in cerevisiâ communi solutum.

Humectantia & refrigerantia. Conducunt etiam hîc *corroborantia, humectantia ac refrigerantia.*

1. ℞. *aq. borag. buglossi, scorzon.* a. ℥iß,
melissæ, lavendulæ, lilior. convall. a, ℥ß,
conf. alcherm. ʒj, *mag. margarit. corallior.* a. ℈j,
sirupi rubi Idæi, granatorum a. ʒvj.
M. D. in vitro. S. Stärckwasser.

2. ℞. *cond. caul. lact. Hisp.* ℥j, *rad. scorzon. carn. citri* a. ℥ß,
conf. pulpæ citri, borag. violarum, acetosellæ a. ʒvj,
rob ribium, berberum a. ʒiij,
conf. alcherm. ℈ij, *crem.* ♀ ʒj, *sir. ceras. acid.* q. s.
M. D. in fictili.

3. ℞. *rotul. ex succ. berberum* ℥iß.
D. in scatulâ.

4. ℞. *Morsul. ex succ. citr. c. crem.* ♀. *ppt.* ℥iij.
D. in scatulâ.

Topica. Proderunt hîc etiam TOPICA externè applicata.

℞. *conf. flor. tunic.* ℥j, *rosar. rubrarum, buglossi* a. ℥ß,
sir. flor. tunicæ q. s.
M. f. massa

M. f. massa. Extendatur super alutam, conspergatur spec, cord. temp. cum interpassatione. Tegatur sindone rubrâ & imponatur regioni cordis.

Ad revellendos vapores aliàs sursum tendentes, plantis pedum imponatur sequens massa: *Emplastrum.*

℞. *gummi tacamah.* ʒij, *vernicis, anime, succini* a. ʒß, *pulv. rad. pyrethri, dipt. albi, valerianæ, sem. eruc.* a. ʒj.
M. c. s. q. fermenti & aceti rubi Idæi F. massa.

Pulsibus applicari poterit sequens EPITHEMA. *Epithema.*

℞. *aq. nymphææ, lactucæ, endiviæ* a. ℥iß,
flor. rosar. naphæ a. ℥j, *carbunc.* ℥ß,
aceti rubi idæi, rosarum, lilior. conv. a. ʒiij,
spir. rosar. lilior. conv. a. ʒiß, *spec. cord. temp.* ʒij.
Misce, D. in vitro.

Ad sitim & calorem febrilem extinguendum à veteribus, præsertim *Galeno*, maximè commendatur AQUÆ FRIGIDAE POTUS, quô etiam multos à se scribit sanatos esse; cautelâ tamen opus, ne temerariè epota mortem afferat vitam expectantibus, uti sæpius observatum. *Sitim & calorem extinguentia.* 1.

2. Eapropter ne noxam, quæ ex indecenti hujus usu resultat, incurrant moderni, locô aquæ frigidæ aquam hordei cum julepis, vel serum lactis mixtum cum julapiis vel magisteriis & spiritu ⊕ aut ⊕ acidulatum tutiùs propinant.

3. Commendatur sequens *Julapium*:

℞. *decocti hord. c. rad. scorzon. & ras. C. C.* ℔j,
tinct. rosar. cum aq. scorzoneræ ⊕latâ extractæ ℥iij,
sirupi acetositatis citri, berberum a. ℥j,
spiritus ⊕li q. s. ad gratum saporem. Misce.

4. Vel detur sequens tinctura in cerevisiâ communi, in quâ parum *gelatinæ* C. C. sit solutum.

℞. *tincturæ rosarum* ℥j, *violarum* ʒij.
Misce. Detur in vitro.

Clyster. Si adhuc supersint humores superflui, clystere ex... lientibus & evacuantibus possunt educi.

℞. *herb. 4. emollientium, betonicæ* a. ...
flor. cham. m ß, *rad. asparagi, althææ,* a ʒiij, *pa*...
sem. 4. frig. maj. a. ʒj, *fœni græci* ʒiij, *anisi, fœni*...
Coq. in s. q. aq. font. ad tertias. Colat. ℞. ℥ix. cui ...
elect. diacatholici, lenitivi Florent. pulpæ cassiæ ...
℈ chamæmeli, liliorum alb. a. ʒvj, *salis* ...
M. f. Enema.

Purgans potio. Vel, ut alvus eò meliùs respondeat, poterit pro... lene aliquod *purgans.*

℞. *fol. senæ Alexandrinæ s. s.* ʒiij, *mechoacannæ,* ...
gialapii a. ʒß, *cinamomi, cubebarum* a. ℈j.
Infundantur in s. q. vini rhenani, stent in loco c... manè post levem ebullitionem fortiter exprimantur, ... turæ ℥iij adde
sir. rosati solutivi ʒvj, *cremoris* ♀*ri* ʒß.
M. F. potiuncula.

Ad delirium quoquè mitigandum somnus quoqu... do erit conciliandus, propinari itaquè potest s... emulsio:

Emulsum internum. ℞. *sem. 4. frigidorum maj. excort.* a. ʒj,
papaveris albi ʒß, *lactucæ* ʒiß, *citri excort.* ℈...
f. l. a. emulsio cum
aq. boraginis, buglossi a. ℥ij, *lactucæ, nymphææ* ...
rosarum ℥ß, *cinamomi* ʒj. Colaturæ add...
margarit. ppt. ʒj, *sir. papav. albi* ℥j.
M. D. in vitro.

externum. Vel applicetur temporibus sequens cataplasma:

℞. *amygd. amar.* ℥ß, *nucleor. persicorum, cerasor.* ...
seminis papaveris albi ʒiij, *nigellæ* ʒj.
Contunde probè in mortario ad formam pultis c...

Digitized by Google

aquæ nymphææ, rosarum, aceti rubi idæi, rosar. a. ℥ß.

Adde

pulveris croci orientalis ℈ß. M. D. in fictili.

Possunt etiam tempora ac nares inungi sequenti balsamo: *Balsamum.*

℞. *balsami rosarum, citri* a. ℈ij, *majoranæ* ℈j, *extracti opii* g. vj.

M. D. in pyxide. S. Hauptbalsam.

Vel exhibeatur circa noctem in aquâ cephalicâ appropriatâ sequens *pulvis narcoticus.* *Anodynus pulvis.*

℞. *magisterii anodyni Rolfinc.* g. vj, *margarit.* ℈ß.

M. Detur in chartâ.

Sequitur FONS DIÆTETICUS instrumenta θεραπείας cum prioribus adeò habens connexa & implicita, ut diduci sine totius professionis detrimento non queant. Sed debeant mutuis unitis consiliis adjuvari. *Diæta*

In NATURALI, victus quoad *speciem* sit tenuis, sorbilis, in jusculis consistens crassioribus, eduliis etiam mediocris consistentiæ, *modo substantiâ* sit boni succi, facilè coctilis, & naturæ gratus, sit tenuis & parcus, qui refrigerandi & humectandi vim habeat, imprimis ptisanæ cremor. *naturalis.*

Potus sit aqua hordei, vel intritum panis in cerevisiâ cum medullâ pomorum citri incisâ.

Vinum quoquè potest concedi tenue, sed admodùm parcè.

In VITALI *aër* debet esse temperatus ad frigidum inclinans, electis propè terram conclavibus versùs septentrionem sitis, quæ naturâ solent esse frigida, si non sint, arte tales reddantur, inspergendo nempè pavimentum aquis odoriferis, aut herbis ac floribus suaveolentibus. *vitalis,*

Animi adsit constantia, ac *affectuum* summa moderatio.

In ANIMALI *somnus & vigiliæ* justis distribuantur mensuris. *animalis.*

Æger toto corpore & præcipuè præcordiis tectus *quietè* decumbat, ut acres eò meliùs exspirare possint vapores, nec à nimio frigore intùs pellantur.

CONSULTATIO V
de
juvene, laborante febre tertianâ continuâ.

HISTORIA.

Historica relatio. SAnguineo-biliosi temperamenti juvenis studiosus, ad iram pronus, senescente autumno sub radiis solaribus per vineas octiduum obambulans, dulcia Bacchi munera, uvas avidis degustavit labris, mustoque exæstuante frequenter exhausto sanguinem incendit, cumque anteà ferè à teneris insomnis nocturnæ olivæ immortuus, sedentariam peregerit vitam, nunc ob humores excrementitios in ventriculo vicinisque locis coacervatos, per aliquot dies vomitus edidit multos, inappetentiâ ciborum, præternaturali cordis totiusque corporis calore continuo, cum levi rigore, certis tamen tertii diei periodis, magis exacerbato, capitis dolore, difficili respiratione, vigiliis, nocturnâque interdùm phantasiâ laboravit. Alvus suo non fungebatur officio, urinæ color erat rubicundus, pulsus frequens & imbecillis.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUM hunc febrim tertianam esse, facilè quivis colligere potest.

ADESSE febrim testatur ἡ θερμασία πυρώδης, *ignea* per totum corpus extensa *caliditas*, quæ fervet & ferino insultu corpus consumit.

Non est ex illarum numero, quæ intermittentes appellantur, sed ex CONTINUARUM, & appellari potest TERTIANA CONTINUA. Continuò quidem durat, nec intermissionem habet, certis tamen periodis tertio die exacerbatur.

τὸ ἐμποιεῖμενον μόριον. SUBJECTUM PRINCIPALE, à quo localis motus caloris febrilis incipit, est *autore Galeno*, COR, ὡς τὸ ἔγκαυσις ἡ ἀπὸ

ἢ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἐνέργεια ταύτην ἔχει προσηγορίαν καὶ αὐτίκα πυρετός ἐστι, εἰ μὴ συνεκθερμαίνῃ τὴν καρδίαν, *sive enim exustio, sive solis operatio calorem in corpore excitet præter naturam, nondum tamen febris est, nisi cor unà calefiat.*

Nam quoniam cor fons est nativi caloris, nullum aliud viscus designari meretur, à quo externus calor communicari toti queat corpori, præter ipsum cor. Imprimis tamen solida cordis substantia, τὸ παχύτατον, τὸ μέσον, ἠρεμοῦν, *septum cordis quiescens*, propter carnis musculosæ crassitiem, præcipuè circa cordis conum est primarium inhæsionis hujus febrilis subjectum.

ADÆQUATUM SUBJECTUM, ad quod febrilis calor è corde proficiscitur, est totum corpus. 2.

CAUSA IMMEDIATA sive PROXIMA est calor cordis præter naturam.

MEDIATA PROXIMIOR est in *ord. & method. cognosc. & curand. febres general. cap. 36.* (1.) SANGUIS SUPERCALEFACTUS ex finistro cordis ventriculo per arteriam magnam in corpus totum derivatus, nec contentus ambitu venarum, multâ ex parte carnes ingreditur, & in utrisque præternaturalem excitat intemperiem. Inde per ἀναστομώσεις reassumitur in venas, ad cor regreditur, circuloque velut facto itus & reditus hic tamdiu reiteratur, donec deferbuit. 2. huic exæstuanti sanguini bilis excrementitia adunita æstum febrilem tertio quoque die magis excitat & accendit.

MEDIATÆ REMOTIORES causæ sunt res naturales. Harum prima est *mediatæ proximiores.*

I. TEMPERAMENTUM JUSTITIALE, calidum & siccum totius & singularum partium. Hoc cùm deflectat, fit intemperies naturalis, & corpus disponitur ad febrim hanc recipiendam. *1. Temperamentum.*

II. AETAS juvenilis calida & sicca suum symbolum addit ad febriles has invasiones. *2. Ætas*

RES NON NATURALES huc faciunt. PRIMA est AER, qui sese ægrotus per octiduum sub radiis solaribus per vi- *Res non naturales. 1.*

neas

Digitized by Google

neas obambulans, ſeneſcente autumno, qui à poëtis *morbifer* & *febrifer annus* dicitur, expoſuit. Hic poros oppilavit & bili excrementitiæ non ineptam præbuit anſam ad putrefactionem febrisque hujus generationem.

2. SECUNDA eſt MOTUS & QUIES. Circà hæc ægrotus noſter peccavit, tum in exceſſu tùm in defectu, quoniam per vineas diſcurſitando, anteà verò maximè ſedentariam propter ſtudia, quibus ſæpè immortuus viſus, vitam agendo, immoderatâ quiete febrium matres, coacervatas cruditates, & ſanguinem nimiis motibus accendit, & ad tumultum in ſemetipſum excitavit.

3. TERTIA ſunt nimiæ vigiliæ, præſertim nocturnæ. His etiam valdè indulſit & ad noctis medium ſtudiis ſæpè incubuit, quibus humores & ſanguis plus juſto calefactus non levem febrilem progeneravit diſpoſitionem.

4. QUARTA ſeries rerum non naturalium ſunt INTRO ASSUMTA. His ſeſe etiam ſuprà modum explevit, quoniam per occiduum uvas deglutivit, muſtumque nimium ingurgitavit.

5. QUINTUM rerum non naturalium ordinem conſtituunt VENAE SECTIONIS FERIAE. Plethorâ tum quoad vaſa, tum quoad vires laboravit, ante duos annos venæ ſectione inſtitutâ convaluit, illâ pòſt omiſſâ, ſanguis copioſus, ut ſtantia ſtagna, ſitum & putrefactionem aliquam contraxit.

6. De SEXTA rerum non naturalium ANIMI AFFECTUUM claſſe nihil dicam, cùm vulgò notum, juventutem à naturâ proclivem ad contentionem, rixam & jam calidorum morborum inſultibus eſſe obnoxiam.

His ex cauſis febri hâc correptus æger, non mirum eſt, quòd varia ſit perpeſſus ſymptomata.

1. 1. CREBER VOMITUS adfuit, qui enim aliter evenire potuit, cùm nimio muſto exæſtuante & uvis ſtomachum impleverit. Non ſolùm hæc exæſtuans materia ex tàm anguſto dolio ſimpliciter evacuata receſſit, verùm etiam acidos in ſtomacho ſecundisque viis humores fermentales adauxit.

2. CIBO-

Digitized by Google

2. CIBORUM INAPPETENTIA progenerata fuit à nimiâ excrementitiorum humorum in stomacho secundisque viis exsuperantiâ. Hi facultatem appetendi animalem suffocârunt. 2.

3. DIFFICILIS RESPIRATIO provenit ex abundantiâ sanguinis exæstuantis, & vias pulmonum asperæque arteriæ constringentis. 3.

4. CAPITIS DOLOR, productus partim ex nimiâ spirituum animalium effervescentiâ, partim ob vaporum calidorum & exhalationum ad caput adscensum. 4.

5. NOCTURNA PHANTASMATA & vigiliæ nimiæ oriuntur ex spirituum animalium in capite tumultuatione & phantasiæ depravatione. 5.

6. PULSUS CREBRI & IMBECILLIS causa est violentus & citus exæstuantis hâc in febre sanguinis per venas & arterias ad cor cursus & recursus, viriumque naturalium haud exigua inde exorta diminutio. 6.

7. RUFFUS URINAE COLOR, profectus ab incensione febrili renum, totiusque corporis, saliumque acrium permistione. 7.

8. ALVI CONSTIPATIO provenit ab ingestorum calidorum æstu, & à depravatâ in renibus & intestinis liquidioris à crassiore excremento separatione. Plus justo liquidioris excrementi per renes educitur, relicto crassiore & licciore in intestinis. Hoc itidem à calore febrili incensum magis exsiccat excrementa crassa. Hæc, nisi subveniat externum emolliens & internum lene purgans, aut clyster unus vel alter, aut suppositoria, excerni nequeunt. 8.

9. Quòd verò hæc nostra febris CONTINUO quidem flagret igne, sed tertio quoque die magis exæstuante, adeoque effervescentia PERIODICA adsit, id provenit à bile putrefactâ, sanguineo admixtâ nectari, totique corpori beneficio circulationis communicatâ; cujus natura est, ut tertio quoque die magis effervescat, & præternaturalem calorem alternatim adaugeat. Ideo etiam ex hâc alternatâ bilis putrefactione oritur specifica hujus tertianæ continuæ ab aliis febribus differentia. 9.

Digitized by Google

Praedictio. *1.* *Salutis.* PROGNOSIS SALUTIS & MORTIS. Periculosa esse febrim ostendit

I. ESSENTIALITER INHAERENTIUM ratio tensus est calor. MAGNITUDO adest, quia continua tertio quoque die validior evadit.

DIUTURNITATIS ratione, hæc febris ob ve tiorem caloris præternaturalis æstuationem utplu solet esse periculosa.

II. SYMPTOMATUM variorum, quæ vires valde unt, ACTIONESQUE omnes lædunt, ratione etiam losa est.

1. VITALIS, quæ vitæ humanæ fulcrum columenq à corde conservatur & regitur, periclitatur ob cordis suum infirmitatem, sanguinisque effervescentis per co sus velocem cursum & recursum.

2. NATURALIS læditur actio, quia adsunt st & hepatis imbecillitas, ciborumque inappetentia.

3. ANIMALIS malè habet, quoniam difficilis est r tio, capitis dolor, vigiliæ nimiæ, nocturna phanta oculorumque distortio.

EXCRETORUM & RETENTORUM ratione periculosa hæc febris. Crebri adsunt vomitus, sudor circa c collum, urinaque rubra; alvus contrà est constip sanguis plethoricus situm contraxit, nec per nares morrhoides suâ sponte excernitur.

2. *Longitudinis.* LONGA est hæc febris respectu peccantis mater multumque collectæ. Excrementitii hi humores & ra febrim hanc nutrire, & partes affectas in disposit statu febrili diu conservare possunt.

3. *Modi eventus.* AD SALUTEM terminabitur hic affectus διὰ πεπασ*ctione* peccantis in vasis impuræ sanguineæ massæ, & alvum, urinam, vel sudorem expulsione.

Curatio nititur indicationibus. CURATIO nititur tribus INDICATIONIBUS, toriâ, præservatoriâ & vitali.

1. *Curatoria.* CURATORIA indicat 1. p. n. calidæ intemperiei rationem, & ad naturalem temperiem reductionem.

tium affectarum humectationem, quô ſiccitas, ſi quæ adeſt, removeatur, vel futura prohibeatur.

Cumque hæc febris ſit tertiana continua, ideò etiam validiora indicat medicamenta refrigerantia & humectantia, reſpectu febrilis intemperiei, quantitatis, ſubjecti, temperamenti, ætatisque.

PRAESERVATORIA indicat tùm cauſarum procatarcticarum, tùm etiam ipſorum ſymptomatum ablationem, ut intemperies p. n. calida ſubmoveatur, & ſanguis p. n. calefactus extinguatur, vomitus creber compeſcatur, difficilis reſpiratio corrigatur, capitis dolor leniatur, vigiliæ nimiæ dulcem in ſoporem permutentur, alvusque conſtipata aperiatur. *2. Praeſervatoria.*

VITALIS indicatio, quæ vires febricitantis reſpicit, petenda eſt 1. *à naturali conſtitutione*, ut cordis totiusque corporis temperamentum alimentis & medicamentis appropriatis reficiatur & reſtituatur. 2. *à cauſis virium, ſeu ſanitatis*, ut humores & ſanguis ad naturalem ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem & motum redigatur & conſervetur. 3. *ab actionibus læſis*, ut omnes tres actiones, vitalis, animalis & naturalis, integrè, utiliter & ſuaviter, conſtanter & perſeveranter expediantur. *3. Vitali.*

Ut tribus hiſce indicationibus ſatisfiat, officium noſtrum erit, ex triplici fonte materias præſidiorum haurire: &

I. Ex CHIRURGICO VENAE SECTIONEM. Hanc quidem prohibere videtur febricitantis virium imbecillitas, attamen contrà eam evidentiùs INDICANT *Chirurgia. Venæ ſectio.*

1. *Ipſa febris hujus tertianæ continuæ natura & eſſentia*, quia eſt putrida & biliosa. 2 *ſanguinis æſtuantis quantitas*, quâ ſanguis demenſum ſuum ſuperat. *Tralliano autore, lib. 12 cap. 2.* febres ex putredine & ſanguinis abundantiâ ortæ venæ ſectione curari debent: non minùs tamen his, qui ex bile infeſtantur, ſanguinem detrahes. 3. *ſanguinis violentus motus* & repentina circulatio. 4 *ſanguinis qualitas*, ut beneficio venæſectionis effervescens & p. n. calidus ſanguis minuatur.

nuatur. 5. *Cor & totum corpus*, ut ab æstuosi sanguinis copiâ aliqualiter liberentur & medicamenta meliùs & citiùs illa reficere & attemperare queant.

Deinde etiam VENAE SECTIONEM COINDICANT evidenter

1. SEXUS. Licet enim uterque sexus vacuationem per venam sectam admittat, attamen, quia *fœmineus* menstruo fluxu purgatur, illeque aliàs sit temperamenti frigidioris; *masculi* contrà penitus tali careant, nisi vena aurea hæmorrhoidalis vel suâ sponte vel arte rarissimè aperiatur, *masculique* prætereà sint temperamenti calidioris, ideo suadenda nostro febricitanti venæ sectio.

2. AETAS juvenilis, quæ ob excessum diætæ & perfectiorem agilioremque sanguificationem uberiori & ardentiori abundat sanguine, ventilationem hanc suadet.

3. ANNI TEMPUS idem consilium confirmat. Quamvis enim quodlibet ratione virium febricitantis institutâ venæsectionem permittat & coindicet; attamen *autumnale*, in quo ægrotus noster febri affligitur, & aliàs à medicis morbiferum & febriferum culpatur, optimè V. S. permittit, si simul, quoad fieri potest, observetur

4. BENIGNUS ASTRORUM INFLUXUS.

5. CONSUETUDO permittit V. S. in nostro febricitante, quia illâ in simili ferè febri ante duos annos usus pristinæ fuit restitutus sanitati.

Nihilominùs tamen respectus delapsarum virium est habendus in LEGITIMA ADMINISTRATIONE. Hæc consistit

1. IN TEMPORE. Conducibile fuisset febre adhuc adolescente eam instituere. Nec tamen etiamnum, quantumvis sexta instet dies, urgentibus quinque suprà dictis indicantibus, & quinque evidenter coindicantibus, desistendum. Convenit autem eo die, quo paroxysmus minùs affligit.

An verò tempore matutino vel meridiano, pomeridiano, vespertino aut nocturno V. S. instituenda? Putamus respiciendam esse ipsius ægrotantis commoditatem, vitæque & virium de futuro statum. Urgente enim necessitate de

die

Digitized by Google

die & nocte, commodiùs tamen manè instituitur venæ sectio.

2. LOCUS commodus erit basilica brachii dextri vel sinistri, imò alia etiam majuscula. Per hanc apertionem sanguinis refrigeratio meliùs & citiùs institui & administrari potest.

3. IN QUANTITATE quoniam vires sunt valdè debiles, judicamus, ultra ℥iij vel iiij sanguinis non esse evocandas.

Si verò aliqua λειποψυχία metuenda ob animi & virium imbecillitatem, balsamo citri aut rosarum nares & pulsus inungantur.

Peractâ emissione, post deligationem potest sequens potiuncula confortans ægroto propinari.

℞. *tinct. rosar. cum* ▽ *epat. & cordialib. paratæ* ℥iiij,
confect. alkerm. c. m. & a. ʒß. *sp.* ⊕*li* ℈ß.

M. D. In fictili. S. Krafftträncklein offt ein Löffel voll davon einzunehmen.

EVACUATIONES per VENAS HÆMORRHOIDALES, aut CUCURBITULAS scarificatas inferioribus appositæ partibus ad revellendum sanguinem & humores excrementitios, ne caput feriant, profuturas nemo ibit inficias, præter *Helmontium, qui in variis libri sui de febribus locis*, præsertim autem *in libro de pleurâ furente*, cucurbitulas, venæ sectionem, omnesque sanguifluas evacuationes rejicit, quòd vires infirmæ infirmiores reddantur; nec contrà consicerat, absumtâ quâdam sanguinis exæstuantis particulâ, reliquum sanguinem meliùs & citiùs posse refrigerari, ægrotumque ipsum quodammodo sanguine p. n. calido exonerari & refrigerantibus & confortantibus eò melius refici. *Hæmorrhoidalium apertio.*

Cum judicio itaque administratis remediis ex fonte chirurgico petitis, etiam remedia sunt haurienda

II. EX PHARMACEUTICO, quæ duplici funguntur officio: alterâ manu auferunt, quæ nocent & superabundant; alterâ verò afferunt, quæ desunt & prosunt. *Pharmacia.*

Medicamenta ἀφαιρετικὰ τὰ ἐπιβάλλοντα respiciunt in nostro febricitante res præter naturam, causam, febrem ipsam & symptomata.

Digitized by Google

Clyster. VACUANTIA per alvum in formâ clysteris a queunt.

℞. *herbarum mercurialis, meliloti, malvæ, pulegii sylvestris* a. Mj, *summitat. cent.* m *rad. bryoniæ, althææ, vincetoxici* a. ℥j, *flor. nymphææ, malvæ hortensis, rosar.* a. Mj *sem. lini, anethi* a. ℥ß, *ficuum pinguium* n. *scoriarum reguli* ♂tis ♁niati ℥

Coq. in s. q. a. simpl. vel juris carnis. Colaturæ ℔j in eâ dissolve

salis marini ℥ß, *butyri recentis* ℥ ⚇ *liliorum alborum, verbasci* a. ℥ß,

Clystere hoc s. a. adhibito, speramus, ægrum a stipatione, quâ tres dies laboravit, liberatum, viam moribus peccantibus patefactum iri.

Præparantia. PRÆPARANS sit tale.

℞. *epatici rubri* ℈j.

Misce detur in chartâ. S. Digestiv-Pülverlei

Purgantia per alvum. EVACUANDUS peccans præparatus humor p nioribus, deinde validioribus.

℞. *magist.* ♀ri ⊖lati ℈ß, *scammonii rosati* g̃. *conservæ rosar. rubr.* ʒj, *aq. cinamomi parum* M. F. Bolus.

In pyxide detur. S. Lindzucker.

Fortiora laxativa, vario componuntur delectu dùm medici arbitrium, febricitantis naturam, & dispositionem.

℞. *magisterii gialapii* g̃. xvij, *aut* ℈j, *sir. rib.*

M. Detur in pyxide. S. Purgierſafft auf einmal

℞. *pulv. vegetabilis, magist. chrysopæ sandalini* ⚇ *rosarum* g̃. j. M. Detur in chartâ. S Purgierpulver.

℞. *aquæ rosarum, papav. erratici, sir. rosar. solutivi, cinamomi* a. ℥ß, *gialapii* ℈j, ♀ ⊖*lati* ℈ß.

M. Detur in fictili, S. Purgiertränckleın.

Digitized by Google

Cùm verò omnes ferè purgationes fortes febricitantium hepar & cor magis incendant & debilitent, varia medicamenta refrigerantia & confortantia in morsulis, electuariis, rotulis, sirupis & julapiis adhiberi possunt quartâ vel quintâ horâ post assumtam purgationem, quorum mentio fiet.

Cavendum est, ne illo ipso die, quo calor febrilis in ægro nostro exæstuat, purgatio instituatur validior, aliàs oleum camino addetur.

VOMITORIA in quotidianâ & intermittentibus, certo causarum respectu habito, sæpè conveniunt: in continuis verò, ubi aliàs, sicuti in nostro ægro, creber vomitus, viriumque animalium, vitalium & naturalium debilitas contrarium coindicant, hâc vice ab illis abstinendum. *Vomitoria.*

ἱδρωτικὰ sunt *terra sigillata, C. C.* ust. ad ℈ß. in ✠ aut *rob sambuci* sive *juniperi* ʒß exhibitum; pulvis foliorum *cardui-benedicti* ad ʒß. in cochleari vini calidi adsumtus; *bezoardicum minerale* ♃are ad g. v. vj. vij. in sirupo citri ad ℥ß. propinatum; *flores* ✱ ♂tiales ad g. iiij. v. vj. in cochleari vini, aut aq. cardui benedicti. *Per sudorem evacuantia.*

℞. *sp. sanguinis vel C. C.* a. ℈ß, *sirupi scordii*
▽ *citri*, *sambuci* a. ℥j.
M. Dentur in fictili. S. Schwitztränckl ein.

℞. *bezoardici* ☉*laris*, ⊖ *volatil. sang. aut C. C.* a. ℈ß.
conservæ cardui bened. scabiosæ a. ʒij.
M. Detur in pyxide vesicâ obductâ. S. Schwitzlattwerg.

℞. ♁*nii diaphoret. pulv. bezoardici albi* a. ℈ß, *sirupi berber.* ℥ß.
M. Detur in fictili. S. Schwitzsafft.

℞. ♁*nii diaphoretici corallini* ℈ß.
♀ ☉*rati* ♁*nii* g. iiij, ☍ *citri* g. iij.
M. fiat pulvis subrubei coloris. S. Schwitzpulver.

Offerenda sunt hæc unâ horâ vel alterâ, minoris afflictionis, ante novum paroxysmum.

Per

Digitized by Google

Per illa pori aperiuntur, & subsequens calor exæstuans meliùs penetrare, dissiparique potest.

διεϱητικά. DIURETICA quoque hâc in febri conducunt, quia fixos solvunt ac educunt humores.

℞. *flor.* ✳ ℈ß, ▽ *alkekengi, ononid.* a. ℥j, *succini rectific.* g. xv, *syr. acetos. citri* ℥ß.
M. Detur in fictili. S. Urintreibendes Wässerlein.

℞. *seri lactis caprini destill.* ℥iij, *tinct. fl. cyani, calcatrippæ* a. ℥ß, *tinct.* ♀ *lithontriptic.* ʒß.
M. Detur in fictili. S. Urintreibende Milch.

℞. *pilularum de terebinthinâ cypriâ in aquâ rosar. coctâ* n. xv. Inaurentur. S. Urintreibende Pilulen.

ἀλλοιωτικά. ALTERANTIA ad opprimendum sanguinis biliosi dominium, humorumque excrementitiorum coacervationem necessaria sunt.

1. Ex mineralium regno spiritus ⦶ & ⊕li simplices & compositi admixti vegetabilibus liquoribus refrigerantibus & humectantibus, magis refrigerant, humectant, à putredine præservant, æstumque biliosi sanguinis refrenant.

2. Aqua hordei non excorticati commendatur. Hæc abstergit, sitim sedat, linguæ asperitatem, viscerumque incendium lenit, & pulmones humectat. Ad flatulentiam corrigendam adduntur ante coctionem *passulæ minores, semina anisi, fœniculi, coriandri, citri, cortices citri, C. C.* vel communiter vel philosophicè paratum, cinamomum & saccharum q. s. ad gratum saporem.

3. SERUM LACTIS caprini diligenti operâ vel per tamarindi pulpam, vel citri succum à butyrosâ & caseosâ parte separatum, & spir. ⦶ aut ⊕li acidulatum, sirupisque granatorum, ribium, berberum, violarum impraegnatum, egregiâ intemperiem calidam alterandi pollet virtute.

4. JULEPUS hic porrigatur:

℞. ▽ *rosar.*

℞. ▽ *rosar. odorata, flor. papav. errat. endivia, borag. cinamomi, cerasorum nigrorum* a. ℥j.
Superinfundatur
conservis rosarum rubrarum, violarum, acetosella, florum cichorii & tunica, a. ℥iß.
M. fiat expressio. Detur in fictili. S. Kühlender alterier Julep.

CONFORTANTIA INTERNA, quoniam vitales vires, illarumque organum, COR, maximè languent, necessaria sunt. In defectu ☉ potabilis ad *Chrysobezoar Angeli Sala* confugiendum. Exhibeatur statim ab initio in cochleari sir. de toto citro, vel cinamomi, vel cydoniorum. Vel *confortantia.*

℞. *pulv. bezoardici albi* ℈ij, *perlarum prap.* ℈ß, *bezoard. ☉laris* g. vij, *C. C. s.* △ ℈ij, *lap. bezoar.* g. iij.
M. F. Pulvis. Detur in scatulâ. S. Stärckpulver.

℞. *amygd. dulcium* ℥ij, *pistaciorum* ℥j, *seminum papav. albi* ʒij, *4. frigidorum minorum* a. ʒj, ▽ *rosarum, buglossi, endivia* a. ℥ij, *cinamomi, cerasorum nigrorum* a. ℥iß,
Fiat emulsio. Cui adde
sacchari rotulati perlati, magist. corall. a. ʒij.
M. Detur in fictili. S. Kühlende Stärckmilch.

Vel:

℞. ▽ *papav. errat. borag. scabiosa, fol. citri, fragor.* a. ℥j, *sir. cinamomi, flor. persicorum, rubi idai* a. ℥ß, *tinct. flor. balaust. tunic. epat. nobil paon. rosar. rub.* a. ʒij, *sacchari penidii* ℥iij, *spir.* ⊖*li* q. s. ad grat. saporem.
M. Detur in fictili. S. Kühlender Stärck-Julep.

℞. *conserva rosar. rubr. vet. acetosa, flor. anth. tunica* a. ℥j, *cond. nuc. mosch.* ʒiij, *lactuca hisp. cichorii* a. ℥j, *confect. alkermes c. moscho & ambrâ* ʒiij, *spec. dia rhodon abbatis, dia trion sandalorum* a. ʒiß,

sir. cinamomi, è toto citro a. ℥j, *cerasorum q. s.*
Misce. Detur in fictili. S. Stärcklattwerg.

MORSULI, ROTULÆ, TRAGEMATA etiam usurpari queunt.

Externa EXTERNA confortantia TOPICA nunc sequuntur, necessaria ad citiorem & feliciorem febris curationem, qualia sunt.

℞. ꝏ *nucis moschatæ expressi* ℥ß, *ligni rhodii* ʒj, *melissæ, citri* a. ℈j, *camphoræ* ℈ß.
M. Fiat balsamum. D. S. Kräfftiger Hertz, Nasen und Pulßbalsam.

LINIMENTA eidem serviunt intentioni.

℞. ꝏ *violarum, rosarum, mucilag. semin. citri, psyllii, unguent. refrigerant. Galeni,* ▽ *papav. errat.* a. ℥iß.
Super igne bulliant ad aquositatum consumtionem.
M. Detur in fictili. S. Lebersälblein.

EMPLASTRA epatica & stomachalia etiam conducent ad extinguendum calorem & sedandos vomitus.

EPATICA sunt *ceratum sandalinum Mesue*, oleo ligni rhodii & citri irroratum.

STOMACHALIA sunt *emplastrum de baccis lauri, de crustâ panis, dia phœnikōn calidum Mesue*, & *ceratum stomachale Galeni.*

Helmont. lib. de feb. cap. 14. gloriatur de quodam emplastro febrili, quô se centenas quartanas tutò sanasse *ait*, absque recidivâ, licet autumnales fuerint.

Memini quoque, quendam quinque septimanas febri laborâsse, multis internis medicamentis continuò adhibitis, tandem emplastro octo vel novem dies ventriculo applicito liberatum fuisse.

Verùm enim verò emplastris, quocunque modo, quibuscunque ingredientibus præparatis nullam universaliter & solum curandi febres virtutem tribuere possumus.

EXTERNÆ

Digitized by Google

EXTERNÆ AQUÆ confortantes & refrigerantes fronti, pulsibus, & cordi illitæ hic non omittendæ.

℞. *aquæ citri, melissæ, cinamomi, rosarum* a. ℥iß, *camphoræ* g̃. vj, *croci* g̃. iij.
M. Detur in fictili. S. Anstreichwasser zur Stirn / Hertzen und Pulß.

℞. ✠ *bezoartici, rutæ, rubi idæi, flor. tunic.* a. ℥ß, *sacchari* ♄ ℈j, *aquæ rosarum fragrantissimæ* ℥j.
M. Detur in fictili.

SACCULI confortantes non negligendi.

℞. *flor. cordial.* a. p. ij, *melissæ* mj, *cinamomi* ℥j, *sandal. omnium* a. ʒj, *ligni aloes, rhodii* a. ℈j, *cort. citri & seminum papav. albi* ʒiij, *croci* g̃. vj, *camphoræ* g̃. viij.
F. sacculus cum serico in formâ cordis aut scuti.
S. Stärckendes Hertzsäcklein.

Jam nos conferimus ad tertium fontem, DIÆTETICUM scilicet, & suademus febricitanti, ut indulgeat bono regimini. *Diæta naturalis.*

IN DIÆTA NATURALI constet CIBUS & POTUS ex refrigerantibus atque humectantibus.

VINUM in declinatione ad confortandum ventriculum admittitur; corrigitur tamen vel crustâ panis similaginei in aquâ hordei madefactâ, vel aquâ rosarum, flor. tunic. addito modico succi ribium, aut sirupi citri.

IN VITALI suademus AEREM frigidum & humidum. *vitalis.* Si naturâ talis non sit, arte parandus est. Æger in ore teneat crystallum. Ad manum sit vas frigidissimâ aquâ repletum, & quoties aqua incalescit, toties nova frigida infundatur. Nequaquam tamen manus in eam injiciantur, quia sic calor febrilis ad cor repellitur. Conclave, in quo æger decumbit, aquâ frigidâ & plantis refrigerantibus & humectantibus, si anni tempus permittit, viridibus aspergatur.

ANIMI AFFECTUS sint moderati: immoderati vires prosternunt, maximè verò illi, qui exsiccant & calefaciunt, ut ira, tristitia & metus.

Digitized by Google

Animalis. IN ANIMALI, quantum fieri poteſt, SOMNUS provocandus. Hoc commodè præſtabunt opiata, priùs tamen eductis humoribus craſſis & peccantibus.

MOTUS ſit modicus in declinatione, ventreque evacuato, ut excrementa tertiæ coctionis meliùs & citiùs excernantur.

QUIES in principio ſedulò imperanda, facit enim ad ſomnum commodiorem & ad meliorem coctionem.

ALVUS ſemper ſit lubrica: ſi conſtipata fuerit, lenientibus excitetur; ſi verò nimis fluida ſit, confortetur, & vel opiatis vel aliis ſiſtatur adſtringentibus.

HÆMORRHAGIA narium larga ſalutaris eſt: ſi verò modum excedat, refrigerantibus & adſtringentibus inhibenda.

CONSULTATIO VI

de Quartanario.

HISTORIA.

τὰ ἱςορέμενα. VIr quadraginta annorum, temperamenti frigidi & ſicci, fuſci coloris, capillis nigris præditus, in locis maritimis verſatus, poſt multos in victu errores, uſum carnium cervinarum, bubularum, fumo induratarum, ſale conditarum, piſcium limoſorum, anguillarum, aſellorum, halecum, paſſerum, olerum variorum, vinorum & cereviſiarum craſſarum, aceti loco condimenti &c. ante menſem tempore autumni advertit ingentem totius corporis laſſitudinem; cum inæqualitate & diſplicentiâ, pandiculatione, oſcitatione, horrore, rigore dolorifico & oſſa contundente. Deinde ſupervenit calor in principio paroxyſmi debilis, cum maximâ inæqualitate, in progreſſu verò acrior: per 20. horas, ſequentibus diebus benè habuit. Quarto idem horror & incaleſcentia rediêre, & in hunc uſque diem intervallum quatriduum obſervant. Urinæ albæ ſunt & tenues. Pulſus

ſus in paroxyſmo tardus eſt, & rarus, in ſiniſtro hypochondrio duritiem perſentit, hæmorrhoides, quæ antea fluebant, nunc ſupprimuntur.

RESOLUTIO.

Affectus ſpecies detegitur à ſignis

AFFECTUM, quô præſens ægrotus conflictatur, febrem eſſe quartanam intermittentem, patet ex ſignis diagnoſticis & pathognomonicis, quæ deſumuntur ab ipsâ eſſentiâ, & excretis mutatis.

eſſentialibus,

Quæ ab ipsâ febris intermittentis eſſentiâ deſumuntur, ſunt 1. horror & rigor dolorificus, oſſa quaſi contundens cum inæqualitate, diſplicentiâ, pandiculatione & oſcitatione. 2. calor in principio paroxyſmi debilis, cum maximâ inæqualitate, in progreſſu verò acrior.

poſt eſſentialibus.

Ab actionibus læſis quæ mutuantur, ſunt pulſus tardus & rarus, magis quàm in ullâ febre, prætereà inæqualis, ut qui omnium communis eſt, in hâc tamen evidentiſſimè deprehenditur.

Quæ ab excretis mutatis ſumuntur, ſunt 1. urinæ albæ, in principio tenues & aquoſæ, in progreſſu tardiores, magis coloratæ, nunc nigriores, nunc flaviores. 2. conſuetæ evacuationes per hæmorrhoides ſuppreſſæ.

συνεδρεύοντα ſigna eundem manifeſtum reddunt.

His addi poſſunt reliqua ſigna *συνεδρεύοντα*, ut temperamentum corporis melancholicum, ætas declinans, tempus autumnale, error gravis poſt multos in victu errores commiſſus, & ejuſmodi ſimilia alia, quæ omnia ſi conjungantur, quartanam intermittentem indicant.

Pars affecta.

PARS AFFECTA, quæ ceu ſubjectum primarium, ut in omnibus febribus, ita in hâc etiam adficitur, eſt ipſum cor in calefacto eſſe ſecundùm humores, in calefieri ſecundùm ſolidam muſculocarnoſam ſubſtantiam, præcipuè eam, quæ ſeptum conſtituit. Totum corpus eſt ſubjectum adæquatum. Fomitis ſubjectum eſt LIEN, aliæque ſub hypochondriis contentæ partes. Id oſtendit dolor gravativus, & ſiniſtri hypochondrii durities.

Cauſa proxima.

CAUSA hujus affectus PROXIMA eſt humor melancholicus,

cholicus, in venis mesaraicis circa lienem & vicina viscera collectus, ac putredinem concipiens, & quidem nunc naturalis, suâ naturâ frigidus & siccus, nunc adustionis alicujus particeps.

remota. Causae REMOTIORES, talem corpori cacochymiam inducentes, sunt ea omnia, quae ad humoris melancholici & atri generationem faciunt.

Naturales. NATURALES. TEMPERAMENTUM frigidum & siccum, quod maximè omnium ad febres quartanas est accommodatum, adeò, ut *Theodorus Priscianus* quartanam à veteribus Saturni filiam nominatam benè scripserit.

AETAS CONSISTENS quadragesimi anni multum huc confert. In juventute qui humores adurebantur, cinerescunt quasi circa quadragesimum, saliumquè aestuosorum naturam induunt.

Non naturales. NON NATURALIUM in rerum censu, varii errores commissi fenestram huic febri aperuerunt. AER autumnalis febrium quartanarum ferax:

Adsumti CIBI humori melancholico generando apti, ut caro cervina, bubula fumo indurata, sale condita, pisces limosi & coenosi, anguillae, aselli, haleces.

In POTU etiam hallucinationes commissae graves.

Inter res PRAETER NATURAM generandae huic febri aptas excellit SUPPRESSIO HAEMORRHOIDUM. Per illas enim melancholicus humor singulis mensibus exonerari solebat. Nunc restagnat, & sanguinem conspurcat reliquum.

Ratio symptomatum. His ex causis haec quartana febris nata, varia secum trahit symptomata:

1. I. LASSITUDINEM cum PANDICULATIONE, oscitatione, horrore, rigore dolorifico, ὀςοκόπῳ, ossa quodammodo contundente, dum crassi vapores cum impetu sensiles membranas feriunt.

2. II. CALOR DEBILIS est in principio, crassus enim cùm sit humor, non facilè accenditur: ACRIOR fit in progressu, quoniam humor magis magisquè attenuatur.

III. Quar-

III. Quarto singulo die PAROXYSMUS redit. Ea enim melancholici humoris est proprietas, ut quarto quoque die moveatur. 3.

IV. URINAE tenues sunt, humores enim adhuc sunt crudi. 4.

V. PULSUS in principio tardus, ob necessitatem expellendi fuligines majorem. 5.

VI. DURITIES hypochondrii adest sinistri, ibi enim obstructionum fomes. 6.

PROGNOSIS sequitur. Licet febris hæc ex se incipiens periculosa non sit, cum tempore intermissionis naturæ inducias concedat sese recolligendi & vires resumendi, attamen periculo non vacat, ob lienis duritiem & evacuationem per hæmorrhoides suppressam, unde metuendum est, ne in cachexiam aut hydropem degeneret. Quid? quod non careat suspicione scorbuti, cùm æger diu versatus sit in locis maritimis, quibus scorbutus est vernaculus & endemius. *Prognosis* 1. *Salutis.*

Febris hæc omnium longissima est, & sæpè non solùm ad aliquot menses, sed & annos extenditur, ac, si non solvatur circa proxima, nempe solstitium hyemale, vel æquinoctium vernale, ferè ad alterum annum extenditur. Speramus autem solutum iri hanc febrem circa VER instans. Spem brevioris terminationis porrigit, quòd morbus naturæ analogus, 2. *aphorism.* 34. 2. *Longitudinis.*

MODUS EVENTUS. Terminatum autem iri hanc febrim spes est per hæmorrhoides, consuetam huic naturæ evacuationem. 3. *modi eventus.*

CURATIONEM dubiâ spe, quæ tamen, ut scitè medicorum princeps *Celsus* ait, certâ desperatione potior, aggredimur. *Curatio.*

INDICATIO CURATORIA morbum concernit, & auferre jubet. PRÆSERVATORIA humorem melancholicum tollere mandat. VITALIS propter morbi pertinaciam, virium conservationem respicit. *Indicationes.*

Ut tribus his indicationibus satisfiat, officium nostrum erit, ex triplici fonte MATERIAS præsidiorum haurire.

Ex CHI-

Digitized by Google

Chirurgia. Ex CHIRURGICO, primò VENAE SECTIONEM (quâ ob humorem in hujus morbi principio admodum crudum existentem, quod urinæ albæ & tenues testantur, non opus est) bonâ cum ratione omitti posse quidem videtur: sed cùm pravus sanguis bono misceatur, non omninò negligatur. Aperiri ergò potest mediana sinistri brachii: Salvatella sinistræ manus inter pollicem & indicem. Imprimis sedales venæ apertæ proderunt, seu hæmorrhoides. Apertio tentatur affrictu foliorum ficûs. Instituatur sanguinis hæc missio die *ἀπυρεξίας*.

Pharmacia. Lenientia. Ex PHARMACEUTICO fonte conveniunt LENIENTIA. Parantur ex tartaro & salibus.

℞. *crystallorum* ♀ ℈ß, ⊖ *fraxini* g. vj,
M. F. Pulvis. S. Lindpulver.

CLYSTERES lenientes conveniunt.

℞. *rad. filicis, polypodii, asparagi* a. ℥ß,
herb. malvæ, althææ, mercurialis, brancæ ursinæ a. M. ß,
flor. lupuli, summ. fumariæ a. p. ij,
semin. cymini, fumariæ a. ʒiß.
Coq. in s. q. ▽ & colentur.

℞. colaturæ ℔j, adde *electuarii diacatholici* ℥ß,
mellis rosati ℥j, *ol. chamameli* ℥ij, *salis* ʒj,
M. F. Clyster.

Præparantia. Si dejectorius magis expetatur, adde *fol. sen. pulv.* ʒß.

PRAEPARANTIA subjunguntur, cujusmodi sunt *borago, buglossum, violæ, capillus ♀. endivia, cichorium, fumaria, asplenum, lingua cervina, chamædrys, chamæpithys, carduus benedictus, radices althææ, glyzyrrhizæ, cichorii, aperientes, polypodii, filicis, gentianæ, cortices tamarisci, capparum, flores & semen genistæ, viticis, fraxini, citri, succus pomorum* & ex his composita eligenda, vel admiscenda nunc hæc, nunc illa, prout humoris peccantis natura id postulat.

℞. *sirupi de polypodio* ℥ij, *de pomis* ℥j,
▽ *febrifugæ* ℥iij, *tincturæ* ♂*tis* ʒj,
M. F. Potio ad ij. doses.

Media

Media pars sumatur matutinâ nonâ, altera pomeridianâ quartâ.

℞. ▽ *scorbuticæ* ℥iij, *sirupi scelotyrb. Foresti* ℥ij,
tincturæ ♀ri ʒj. M. F. Potio. ad ij. doses.

PURGANTIA non negligantur. Concinnantur ex *foliis senæ, radicibus gialapæ, helleboro nigro, electuario diacatholico, confectione Hamech, pulvere senæ composito & diasenæ, pilulis* ♀*areis, seu melanagogis, de lapide lazuli, de guttâ ammoniacâ.* *Purgantia.*

℞. *radic. cichorii, polypodii* a. ℥ß, *foliorum aspleni*
summitat. fumar. a. p. iij. *senæ Alexand. s. stipit.*
fibr. helleb, nigri ppt. ʒiij, *gialapii* ʒij,
sem. anisi, fœniculi a. ʒij,
Coque in suffic. q. ▽ fontanæ. Colaturæ ℥vj. adde
oxymellis helleborati ℥ij, ▽ *cinamomi* ʒj.
M. F. Potio. S. Purgier-Tranck.

PULVERE si æger purgari optet,

℞. *cremoris* ♀ g. x. *senæ Alexand.* ℈ß,
diacrydii g. v. M. F. Pulvis.

VOMITORIA exhibeantur die intermissionis ante cibum. Sint vel mitiora, ex *decocto sem. anethi & raphani, cum oxymelite;* vel fortiora *ex asaro, & gratiolâ,* vel fortissima, *ex helleboro albo,* ♄. vel ☿. *Vomitoria.*

℞. ☿. *vitæ* g. v, *conservæ rosarum* ʒj.
M. F. Bolus. S. Brechzucker.

SUDORIFERA horâ unâ atque alterâ ante paroxysmum præbeantur. *Sudorifera.*

℞. ⊖ *absinthii,* ♄ *diaphoretici* a. ℈ß.
S. Schweißpulver.

℞. ⊖. *volatilis sanguinis cervi* g. x.
Detur in cochleari vini.

Diuretica. DIURETICI vice fungi poteſt clyſſus ♁, ad pondus ℈j.

Alterantia & confortantia. ALTERANTIA & CONFORTANTIA non negligenda.

℞. *magiſt. perlarum, coralliorum, ocul.* ♋ a. ℈j,
ſucci citri ℥ß, F. Emulſio. Huic adde
aq. contra febres ℥ij, *card. benedicti, fl. ſambuci* a. ℥j,
ſacchari perlati q. ſ. ad gratum ſaporem.
M. F. Emulſio. S. Stärckmilch.

Vel:

℞. *pulv. bezoard. albi* j. in pyxide ligneâ mundâ
S. Bezoardiſch Pulver. Dos. ℈ß. in emulſione cordiali tempore paroxyſmi.

Confectio *de hyacintho*, & *alkermes*, *tinctura coralliorum*, ♂ *dulcis*, ℥ii, non ſunt negligenda.

SPECIFICA ANTIFEBRILIA magnum pondus habent. Exhiberi poteſt *ligni febrifugi* ſive *corticis Tſinenſis pulvis*, ad ʒij. infuſus in vino.

℞. *ſpecifici antifebrilis Crollii ex conchis*, vel *Mynſichti* ad ℈j *in ſirupi corticum citri* ℥ß.

Mercurium fixum diaphoreticum Paracelſi febres unicâ ſaltem potione curare, hecticam autem intra lunæ curſum, legimus apud *Helmontium*, ſed præparationem illius genuinam nullibi apertè & ſincerè legere poſſumus.

AMULETA vulgus commendat, cui nonnunquam aliquid dandum.

Externa. EXTERNA alterantia & confortantia neceſſaria ſunt.

℞. *aq. flor. aurantiorum, meliſſæ, anthos* a. ℥ij,
carbunculi, virtutum a. ℥j,
ſpir. roſarum, confect. alkermes a. ʒß,
pulv. cortic. citri exteriorum ℈ij, *croci* ℈ß.
M. F. Epithema ad cordis & pulſuum regionem.

℞. *aq. verbenæ, lavendulæ,*
card. bened. pulegii a. ℥ij, *extracti Noriberg.* ʒj,
pulv. caryophyllorum ʒiß, *croci* ℈ß.
F. Epithema ad pulſus.

Pulſuum locis pannis lineis, aut ſpongiâ illis inebriatâ imponantur.

℞. *ſpec.*

℞. *spec. pro epithem. cordis* ℥ß. in scatulâ.

S. Species zum Puls und Hertzsäcklein.

Cum æger noster duritie sinistri hypochondrii laboret, imprimis splenis ratio habenda, eique idonea fomenta, inunctiones & emplastra adhibenda sunt.

℞. *florum genistæ.* q. v.

Immergantur in oleo chamæmeli s. q. stent in loco calido, vel sole per dies aliquot. Postea calefiant super igne, colentur, atque additâ ceræ s. q. F. Unguentum.

℞. *ol. amygdal. capparum* a. ℨij,
pingued. gallinæ ℥ß, *pulv. scolopendrii*,
rad. hellebori nigri a. ℥ß. ceræ q. s. M. F. linimentum cum modico aceti.

℞. *ceroti de ammoniaco à Zwelfero reformati* ℥vj.

Distendatur in alutâ rubrâ, & regioni lienis applicetur.

℞. ☍ *lilior. albor.* ℥j, *capparum* ℥iß, *formicarum* ℨij,
cumini ♌ g̃. v, *fœniculi* ℈j.

M. F. Unguentum, quo regio lienis inungatur.

Ex specificis commendatur, quod à Mynsichto proponitur.

Ab OPIATIS paroxysmum impedientibus abstinendum censemus.

DIÆTÆ, cujus erroribus æger deditus, regula necessaria. *Diæta*

I. NATURALIS CIBUS sit boni succi, facilis concoctionis, calefaciens & humectans ratione materiæ, & ratione febris. Si enim immodicè cibus calefaciat, humor crassescit, & absumtâ portione tenui, illius quasi fex contumacissima evadit. Conveniunt magis elixa, quàm assa. Æger abstineat à carne suillâ, bubulâ, aliisque cibis glutinosis, lentis, ac succi multum terrestris in se continentibus. Flatulenta omnia fugiat. Cibi attenuantes conveniunt, & ova sorbilia, pulli gallinaçei & gallinæ, caro hædina, vitulina, perdices, pisces saxatiles, amygdala dulcia, uvæ passæ, poma dulcia, pruna, ptisana hordeacea, rapum diligenter coctum. Cibi condiantur boragine, buglosso, radice fœniculi, petroselini, capparibus, cinamomo & croco. *naturalium.*

Nonnunquam indulgendum est ægroti appetitui, quamvis aliquid difficillimæ concoctionis, pravi alimenti, & tardæ distributionis ambiat, fit enim, ut cupida natura facultates excitet ad fortiorem actionem, atquè insurgens viscerum virtus amotis obstaculis avidissimè illud arripiat. POTUS sit vinum album, tenue, maturum, non austerum, cerevisia defecata, non flatulenta, infusis carduo benedicto, boragine, linguâ cervinâ, absinthio exaltata, aut ▽ hordei.

2. Vitalis. In VITALI diætâ Aer sit temperatus.

3. Animalis. IN ANIMALI SOMNUS sit moderatus, concilietur in declinatione paroxysmi. EXERCITIUM sit mediocre, animi tristitiam & curas fugiat, ac ad lætitiam se componat. ALVUS semper aperta retineatur pilulis Francofurtensibus. HÆMORRHOIDES iisdem solicitantur & officii admonentur. Si non respondeant voto, foliis ficûs asperis naturæ conatus adjuvandus.

CONSULTATIO VII

De ægro febre ardente laborante.

HISTORIA.

Aetatis. VIr XL. annorum, temperamenti calidi & sicci, ad iram pronus, calidis cibis & vinis generosis ungaricis assuetus, inque omni vivens abundantiâ, post equitationem validiorem æstate mediâ corripitur calore perurente, per multos dies durante, adest sitis incompescibilis, capitis dolor, inquietudo, vigiliæ, delirium per intervalla accedit, pulsus celer est & frequens, appetitus prostratus, ventris rosio, urina pauca, rubicunda, varia, capillamentis & mucositatibus permixta, flammea, nonnunquàm nares stillant sanguine, labra adsunt sicca, nigra, lingua est aspera, amaror oris, calor faciei igneus. Petit consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS de quo æger conqueritur, est *καῦσος*, *ardens flammea febris*, prout sumitur non latè pro tertianâ continuâ, cui est ὁμογενὴς, sed propriè dicta, & in specie *πῦρ à Coo* appellata: estque non febris aliqua differentia certa, quales sunt pituitosa, melancholica, biliosa, sanguinea, verùm modus potiùs & gradus caloris summus continuusque, distinctus tamen à prioribus, in specie autem à tertianâ continuâ. *Affectus species.*

CAUSUM propriè dictum adesse, declarant essentialiter inhærentia duo illa *ἀχώριστα*, *inseparabilia*: *θερμασία διακαὴς, ἄπαυστός τε δίψος*, *calor urgens, & sitis inextinguibilis*: hæc ènim *autore Coo & Galeno 4. de rat. victus acut. t. 1.* febrim ardentem perpetuò concomitantur.

Febrem hanc ardentem esse ostendunt etiam *causæ prægressæ*, caloris generatrices, temperamentum calidum & siccum, cibi calidi, vina generosa, Ungarica, & mediâ æstate equitatio validior. Adsunt etiam

Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα ex *necessitate consequentia*: actiones læsæ animales, capitis dolores, *ἀγρυπνία ἀνασώδης, ἀφόρητος, καὶ δυσφόρητος*, *vigilia inquieta, ablatu & toleratu difficilis*, delirat per intervalla. Pulsus vigor in celeritate & frequentiâ eandem arguunt. Naturales actiones læsæ, appetitus prostratus, ventris rosio, mictio *τριχώδης καὶ μυξώδης*, *capillamentosa & mucosa*, flammea, labra sicca, & alia clarissima indicia sunt hujus febris.

SUBJECTUM PRIMARIUM est cor secundùm solidam ipsius partem, septo propè apicem conterminam, in quâ est calidi nativi sedes & motus pulsus principium. Subjectum FOMITIS sunt vasa majora, venæ & arteriæ, circulatoria, vena cava & arteria magna, neque immunia labis censentur vasa jecoris, pulmonum, ventriculi. *τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

CAUSA ardentis hujus febris, seu *σύστασις* illa, quæ calorem hunc *καυσωδέστατον* in corde & vasis excitat, IMMEDIATA est putrida quædam substantia, quæ sensim generata fuit, primùm secundum fomitem, derepentè autem *παρεγχυσμώδης* *Causa: immediata.*

 in flam-

URINA capillamentis & mucositatibus permixta, ob adustionem & pituitæ variæ admistionem. FLAMMEA est ob ardorem. PAUCA est ob caloris, serosam humiditatem absorbentis, excessum. 8.

NARES STILLANT sanguine, ob naturam moventem, sed non permoventem ob imbecillitatem. 9.

LINGUA ASPERA & LABRA SICCA ob eundem ardoris excessum. 10.

LABRA NIGRA sunt propter fuliginum adhærentiam. 11.

ORIS AMAROR est à bile in ventriculo latente, hujus sapor amarus communicatur linguæ ob membranam infimam, quam habent communem. 12.

Hæc est propositæ febris essentia, & symptomatum ratio; jam ad ΠΡΌΓΝΩΣΙΝ accessus est faciendus, & de morbi eventu cogitandum. πρόλεξις

Attentâ hic expendendum lance, quod sit MORBUS MAGNUS, διὰ κύριον τοῦ πεπονθότος τόπου, διὰ μέγεθος τῆς διαθέσεως, καὶ τὴν κακοήθειαν, *ob partis affectæ præstantiam, affectus vehementiam, & periculum mali moris.*

Periculum minantur ESSENTIALITER INHÆRENTIA: calor & sitis incompescibilis modum excedunt. SYMPTOMATA adjuncta sunt sæva. 1. Naturalis facultatis appetitus est prostratus. 2. Vitalis facultatis actiones languent, pulsus celer est & frequens. 3. Animales actiones turbantur, adest dolor capitis, inquietudo, vigilia, delirium. Στάξις τῶν ῥινῶν, & per intervalla ex naribus stillans sanguis pravum signum. Τὸ ὀλίγον ὀλέθριον, *nihil paucum criticum*, sed symptomaticum. Gravia omnia hæc sunt indicia, & periculosum portendunt morbum.

Quoniam tamen affectus ætati & tempori non adeò repugnat, urina etiam adest rubicunda, quæ bonis annumeratur signis, de salute non erit desperandum. 1.

BREVI spes est solutionem subsecuturam, quia affectus est peracutus, magnus, & sæva admixta habet symptomata. 2.

MODUS SOLUTIONIS ad *salutem* erit διὰ κρίσιν ἀθρόαν, καὶ μεταβολὴν ἐξαιφνίδιον *per excretionem copiosam*, nempe 3.

per

per hæmorrhagiam narium, qui motus naturæ expectandus, non turbandus: jam prodromi in stillicidio apparent.

Si natura hanc viam reliquerit, speramus morbum terminatum iri per urinas. Ad hanc excretionem natura inclinare videtur, rubras enim valdè excernit urinas.

Curatio. ΘΕΡΑΠΕΊΑ maturè aggredienda, periculum enim in morâ, & nulla hîc cunctatio habet locum.

Nititur hæc INDICATIONIBUS, quarum prima, CURATIVA dicta, æstum febrilem refrigerantium & humectantium ope extinguendum esse docet.

PRÆSERVATIVA altera bilem post lenem subductionem attemperandam & evacuandam, & intemperie affecta viscera alteranda & confortanda esse, ostendit. Malignitas quædam si subsit, ea intacta non relinquenda.

VITALIS seu CONSERVATIVA ultima vires attendit, hasquè corroborandas & reficiendas esse monet, ut natura morborum medicatrix suppetias ferre medico possit.

SYMPTOMATIBUS etiam, cum urgeant, ut vigiliæ, sitis, capitis dolor, singulari intentione occurrendum.

MATERIÆ auxiliorum prædictis indicationibus respondent ex triplici fonte petitæ, chirurgiâ, pharmaciâ, & diætâ.

Fons chirurgicus. EX CHIRURGICO fonte prodit VENÆ SECTIO, præstantissimum in hôc affectu præsidium. Humorum obstruentium influxum revellit, totum corpus refrigerat, putredinem arcet, & putrescentium humorum concoctionem adjuvat.

Delectus venarum quidem ex Harvei sententiâ non magnifaciendus, eligi tamen potest mediana dextri brachii, vel basilica.

QUANTITAS mensuretur ad rationem plenitudinis & virium ad ℥vij vel viij.

Nunquam autem ad animi usque deliquium sanguis est mittendus.

Galenus quidem *1. aphor. 23* scribit, in ardentissimis febribus ad animi usque deliquium venam esse secandam, si vires validæ fuerint, sed verba hæc judiciô *Roderici à Fonsecâ* intelli-

ed by Google

intelligenda de febre synochâ, non verò de causo: meliùs itaque erit & tutius, sæpius iterare venæ sectionem, quàm unâ vice ægrum subitò in summum vitæ periculum deducere.

TEMPUS commodissimum videtur principium. Multum enim interest, ut statim in principio magnum illud corporis incendium extinguatur, ne, ubi incrementum sumserit, patentes letho aperiantur fores.

Neqnaquam vero audiendi sunt illi, qui planè in Causo à venæ sectione abstinendum esse clamitant, dum bilis sanguine ceu frenô destitutæ uberiorem inflammationem verentur. Tantum enim abest, ut per sanguinis missionem bilis accendatur, ut in fervore potius temperetur plurimum, dum venæ sectionem humorum difflatio consequitur. Neque in venæ sectione solus sanguis educitur, sed unà cum sanguine bilis huic admixta emittitur. Quid? quod venâ sectâ, si ægri vires validæ sunt, & sanguis confertim effluit, & quasi erumpit, solus putris & naturæ molestus sanguis excernatur, puriore remanente.

Suis laudibus non carent CUCURBITULAE SCARIFICATAE, quæ vicariæ esse possunt venæ sectionis, si vires renuant: inferioribus enim partibus applicatæ revulsionem promovent, pravisquè humoribus ad caput ascendere conantibus viam omnem præcludunt.

PHARMACEUTICUS excipit fontem chirurgicum. Cum in id maximè incumbendum, ut peccans materia, seu causa morbifica removeatur, vires autem conserventur & reficiantur, videntur primô locô necessaria esse lenientia & purgantia mitiora, quæ tumentibus & turgentibus humoribus viam patefaciant. *Pharmaceuticus fons.*

LENIENTIS vice potest fungi decoctum passularum & tamarindorum cum sirupo violarum solutivo: decoctum enim tamarindorum egregiè reserat vias obstructas, & calorem extinguit. *Leniens.*

CLYSTER LENIENS officium faciet citâ operatione. *Clyster.*

℞. *herb. endiviæ, violarum, lactucæ* a. Mj,
rad. cichorii, taraxaci a. ℥j,

sem. 4. frig. maj. a. ʒj, *passular. min.* ℥iij,
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔j. adde
elect. de psyllio ℥ij, ℅ *lil. albor.* ⊕ *antimoniati* ʒj.
Misce. S. Clystier alsbald zu appliciren.

Quod si mitioribus obsequium denegent humores, ad fortiora erit progrediendum.

Vomitoria. VOMITORIA, cùm oris adsit amarities, non erunt negligenda: quæ enim educere oportet, scribit *Hipp. 1. aph. 21.* quò maximè vergunt, eò ducenda per loca convenientia. Accedit, quòd anni tempus consentiat, æstate enim superiores potiùs ventres, hyeme inferiores purgandi, ut iterum ait *Hipp. 4. aphor. 4.* Poterit itaquè assumere sequentem potionem.

℞. ▽ *raphani* ℥ij, *oxysacch. vomit. Ang. Sal.* ʒiij.
M. S. Brechtranck uff einmahl.

℞. *mannæ vomitoriorum* ℈j, *aq. hordei* ℥vj.
Solutione factâ exhibe.

In usu tamen horum circumspectione summâ opus, ne natura debilitetur.

Purgans validius. ΥΠΗΛΑΤΟΝ seu ΚΑΤΩΤΕΡΙΚΟΝ purgans validius eligi potest, si vires ferant.

℞. *crystallorum* ♀*ri rubror.* ℈ß, ♀. ⊖*lati* g. ij,
scammonii ♀*ti* ℈ß. Misce F. Pulvis.
S. Purgier-Pulver.

Sudorifera. ΔΙΑΦΟΡΗΤΙΚΑ *sudorifera* specifica hic sunt ex usu, cùm pravi humores in magnâ copiâ per sudores expelli soleant. Illud tamen probè notandum, quòd confortantia, & malignitatem destruentia hisce, ut & aliis per totum morbum debeant admisceri.

℞. ⊖*lis volat. sangv. cervi* g. vj, *magist. corall.* g. iij.
bezoardici mineralis g. ij. M. F. Pulvis.
S. Bezoardisch Schweißpulver.

℞. C. C.

℞. *C. C. s.* △, ☿*ii diaphoret.* a. ℈j,
⊖lis volat. CC. viperar. a. g. viij.
M. Divide in 2. partes æquales. D. quælibet in chartâ seorsim. S. Schwitzpülverlein uff einmahl.

Si forma potionis arrideat,

℞. *diascordii Fracastorii* ℈jv, *pulv. bezoard. D. Senn.* ℈ß,
▽ *citri, cardui benedicti* a. ℥j,
✠ *bezoardici, sir. de corticibus citri* a. ʒij,
M. S. Schweißtranck uff einmahl.

Si materia ad vias vergat URINARIAS, sequenti poterit promoveri emulsione.

℞. *seri lactis* ♌*lati* ℥vj, *tinctura fl. cyani, calcatrippa* a. ʒiij, *tinctura* ♀*ri* ☿*iata* ℈j.
M. D. S. Treib-molcken auf etliche mahl.

ALTERANTIA febrilem intemperiem subjungenda. *Ἀλλοιωτικά.*

FRIGIDAE usus veteribus in consuetudine qui erat, nunc obsolevit. Locô ejus commendetur

DECOCTUM HORDEI compositum.

℞. *hordei mundi cum cortice* Mij,
rad. scorzonera ℥ij, *berberum* ℥j, *passular. minor.* lbß.
Coque in l. q. ▽æ fontanæ, ad consumptionem canth. j.
Colatura servetur usui.

Ejus bibat æger per intervalla pro lubitu.

℞. *seri caprini* ♌*lati* ℥xij. *In eô extingue C. C. frusta phil. calcinati & rursum igniti* ℥j.
Filtra. Adde ▽ *rosacea* ℥ij,
sir. rubi idei ʒiij, *berber. citri* a. q. s. ad gratum acorem.
S. Alterir-Julep / davon nach gefallen zu trincken.

℞. *sem. 4. frig. maj.* a. ʒj. *papaveris albi* ℥ß, *citri* ℈j,
C. C. phil. calcin. ʒj, ▽ *endiviæ, cichorii* a. ℥v.
Factæ emulsioni adde *sirupi endiviæ*, ℥ij.
M. S. kühlende Milch.

Tertiò. CONFORTANTIA sequuntur, admodum in hoc affectu necessaria.

℞. *morsellorum ex succo citri* ℥iiij.
In scatulâ. S. Stärckmorsellen.

Emulsio talis prodest:

℞. *C. C. philosophicè calcinati, coralliorum ppt. perlarum ppt.* a. ℈j, *succi citri q. s.*
Misce in mortario marmoreo, ut solutio fiat, adde
▽ *scorzoneræ, melissæ* a. ℥iij,
rotulæ manus Christi perlatæ ad gratum saporem.
M. S. Stärckmilch.

℞. *pulveris bezoardici albi Rolf.* ʒß,
bezoardici ☉*laris* g. vj, *lapidis bezoardici* g. ij.
Divide in tres partes æquales in chartis distinctis & unâ generali includantur. S. Hertzstärckpülverlein.

EXTERNA quoque roborantia pulsui & cordis regioni sunt applicanda.

℞. ▽ *acetosæ, cichorii, rosarum* a. ℥iiij, ✝ *rosacei* ℥ij.
M. in fictili. S. eusserlich Pulßwasser.

℞. ▽ *carfunculi aureæ* ℥j, *extracti Noribergensis* ℥ij.
M. S. Anstreichwasser.

℞. *spec. pro epithemate cordis usualium* ℥ß.
In scatulâ. S. Species zum Pulß Säcklein.

Sacculis duobus oblongis includantur, & madefiant in aquâ antecedente. Applicentur pulsuum regioni & cordis scrobiculo. Reiteretur sæpius.

Symptomatibus occurrendum. SYMPTOMATIBUS etiam occurrendum, & quidem siti.

℞. ⊖ *prunellæ* ʒß. *injice portionem in* ▽ *fontanam.*
S. kühl- und Mundwasser.

Ad SOMNUM inducendum & CAPITIS DOLOREM mitigandum medicamenta requiruntur.

℞. amygd.

℞. *amygd. dulc.* ℥ß, *sem. 4. frig. maj. excort.* ʒ. ʒß,
▽ *violarum, rosarum, nymphææ* a. ʒij,
F. l. a. Emulsio. Adde
sirupi de papav. ℥j, *pulv. analept. frig. Minder.* ʒß.
M. S. Schlafmilch auff zwey mahl.

℞. *cons. nymphææ* ʒij, *laudani opiati* g. iij,
magist. perlar. g. iix. M. F. Bolus. S. Schlafzucker.

℞. ▽ *solani, rosarum, verbenæ* a. ℥iij,
medullæ nucis jugl. n. iij. *nucl. persicorum* n. xv.
F. Emulsio. In fictili S. eusserlich Umbschlag umb die Stirn.

℞. *unguenti alabastrini* ʒiij. In pyxide latâ. *Externa.*
S. Schlaf-Salbe.

Si hæc non sufficiant, ad efficaciora erit progrediendum.

℞. ▽ *hypnot. Dorncreilii* ℥iß, *sir. de papav. comp.* ʒvj,
essentiæ ambræ g. iij, *laudani opiati* g. ij.
M. S. Schlafträncklein auf einmahl.

℞. *unguenti somniferi* ʒß, ℴℴ *nucis moschatæ expressi* ℈j,
extracti croci g. iij, *laudani opiati* g. ij.
M. S. eusserliche Schlaffsalbe.

Nares & tempora eô inungantur.

Ab his omnibus internis & externis abstinendum circa tempus crisis per narium hæmorrhagiam, quam promittit stillicidium.

DIAETA restat, in sex rerum non naturalium legitimo quæ consistit usu. In *Diæta:*

NATURALI VICTUS præscribendus tenuis, quia morbus est acutus. Cibi sint boni succi & facilis concoctionis. A calidis & siccis, dulcibus, & iis, qui ad bilem generandam ansam dare possunt, abstineat. *naturalis.*

OVORUM usum multi rejiciunt, convenire tamen censemus tremula, sorbilia, guttis aliquot spiritus ⊖li alterata.

VINUM cane pejus fugiat & angue.

Digitized by Google

CEREVISIAM secundariam, correctam instillatione *tincturæ fl. violar.* vel *centaurii minoris*, *spiritu* ⊕*li philosophico*, vel *spir.* ⊕*li simpl.* paratæ, non aversetur.

Vitalis. IN VITALI AER sit temperatus. Si calidus nimis sit, febrem augebit: si frigidus, poros cutis constringet, & hoc modo fuliginum transpirationem impediet. Inclinet tamen potius ad caliditatem, ut poris apertis noxii & acres vapores eò meliùs transpirare queant.

ANIMI AFFECTUS, inprimis autem ira, maximè nocet: in eâ siquidem sanguis effervescit, & tumultuatur quasi, hocque modô malum auget. Sedulò itaque cavendum, ne ulla irascendi occasio ægro offeratur. Ad spem proximæ restitutionis est deducendus, & si fortè sinistram de morbi eventu foveat opinionem, ab eâ revocandus.

Animalis. ANIMALIS diæta claudit agmen. SOMNUS nullo non tempore summè proficuus, ideoquè quamprimum erit conciliandus. VIGILIAE nimiæ, quæ ad morborum calidorum & siccorum generationem & exacerbationem plurimum conferunt, dum spiritus dissipant, corpus exsiccant, & bilem augent, acuunt & inflammant, aptis remediis edomandæ.

QUIETUS jaceat æger, ne vario motu vires debiliores reddantur, coctio verò materiæ morbificæ meliùs instituatur.

ALVUS sit aperta: si verò fuerit obstructa, clystere vel suppositoriô emolliatur.

CONSULTATIO VIII

de

juvene febre malignâ laborante.

HISTORIA.

Historica relatio. JUvenis XXVII. annorum, plethoricus, hæmorrhoidum fluxui adsuetus, temperamenti calidi & sicci, mediâ æstate sub ardentibus solis radiis, mense Junio, Neapoli Romam tendens, & quidem per loca contagii nomine suspecta, vinis usus calidioribus, iisque coctis, conqueritur ante duos dies de lassitu-

lassitudine ingenti totius corporis, horripilatione & rigore circa vesperam, deinde incalescit cum dolore capitis, siti, vigiliis, pulsu languido, interdum naturali simili, nonnullâque in syncopen propensione. Interdum externæ partes algere videntur, internis ardentibus, ut ex linguâ patet.

RESOLUTIO.

AFFECTUS hic est morbus, ab humorum præternaturali constitutione proveniens, partesque ita disponens, ut ad actiones obeundas ineptæ fiant. Et quidem est febris maligna, & sic non simpliciter ex morborum intemperiei, sed & occultarum qualitatum numero. *Affectus species.*

FEBRIM esse, ex dispositione ab intemperie calidâ partes internas urente, earumque actiones irritas & læsas reddente constat, tum quoque ex horroris & rigoris invasione.

MALIGNA autem est, quoniam majora & graviora quam ratione essentiæ & naturæ febri aliàs competunt, symptomata sese offerunt.

TRIPLICI ratione febris aliqua malignitatem acquirit, vel 1. ab ingenti humoris putredine, cruditate, acrimoniâ, & loci nobilitate, ita tamen ut parum malignitatis adsit, & tunc graviora adsunt symptomata caloris, cor verò & vitales functiones non adeò debilitantur & afficiuntur. 2. à malignâ & occultâ qualitate, & tunc febrilia symptomata ægrum non adeò cruciant, sed mitiora sunt. 3. à putredine & malignitate æquâ lance pendentibus, & tum pari modo symptomata febrilia valdè urgent & vitales functiones valdè labefactantur.

Hæc tertia malignitatis ratio in nostro ægro sese offert.

Malignitatem & putredinem satis nobis monstrant, SIGNORUM rationem quæ habent, symptomata.

Eorum quædam aliis putridis sunt COMMUNIA, attamen vehementiora, ut lassitudo ingens totius corporis, horripilatio & rigor, dolor capitis, sitis, vigiliæ immoderatæ, & hæc putredinem satis manifestant. *Signa.*

PROPRIA alia sunt, ut calor mitior, quàm pro febris conditione

ditione, extrinsecus se non offerens, internus tamen urens, contagium, propensio in syncopen. Horum omnium vix alia ratio excogitari potest, quàm quod à materiâ occultam & venenatam qualitatem habente proveniant.

MOTUS RATIONE, febris nostra est ex numero peracutarum, & MAGNA verè dicenda, quoniam principalium partium actiones, earumque temperamentum proximum facultatis in agendo instrumentum lædit. Deturbat à statu suo naturali actiones *vitales*, quod pulsus vitiatus, *naturales*, quod appetitus prostratus & sitis, *animales*, quod lassitudo monstrant.

SIMILITUDINEM habet maximam cum febre pestilenti & putridâ, & inter illas est quasi media, ab hâc tamen symptomatum vehementiâ & malignitate suâ maximè conspicuâ, ab illâ vero pestilenti nimirum perniciei & malignitatis gradu differt.

Subjectum. Cognitâ jam naturâ hujus hospitis, ubi castra sua metetur, porrò videbimus. Non autem eum in orificio ventriculi quærimus cum *Helmontio*, qui ibidem aliquid peculiariter corruptum adesse conjicit à symptomatum quorundam singularium præsentiâ. Hæc enim per consensum materiâ illuc delatâ accidere dicimus. Sed primarium & principale SUBJECTUM cor esse statuimus, posteà omnes partes, non quidem καθ' ἕξιν, sed κτ̃ σχέσιν.

Causa. CAUSAM habet hæc febris proximam & remotam.

PROXIMA est humor putridus, peculiariter corruptus, ita ut peculiarem malignitatis gradum acquisiverit, isque in vasis majoribus restagnat, quia continua est hæc febris.

REMOTA MEDIATA NATURALIS est ætas juvenilis, temperamentum calidum & siccum.

INTER NON NATURALES causas excellit AER contagio infectus. Hic ægri corpus ob fuliginosæ materiæ abundantiam maximè dispositum fermenti instar alteravit.

MOTUS corporis in itinere, tempore æstatis, mense Junio, sirio ardente, calorem plus justo, quàm pro habitu naturali par erat, humoribus & partibus conciliavit. In-

ternus

ternus calor ab externo evocatus debitò modo humores ampliùs regere non potuit: hi autem caloris innati regimine explosi, non potuêre non putrescere, & febrim accendere. 1.

VICTUS ratio prava suum ἐπιβάλλον μέρος contulit: imprimis usus *vini cocti*, quod maximè habile corpus reddidit, dum fuligines calidas plures quàm ventilari potuere, subministravit. quæ accumulatæ putredinem concepêre, & copiâ suâ obstructis poris eò magis ventilationem prohibuerunt. Consuetæ per hæmorrhoidalia vasa evacuationis suppressio noxas omnes adauxit.

Hæc malignitas putredini associata, maxima symptomata quæ nunc explicanda veniunt, excitavit. *Symptomatum ratio.*

LASSITUDO totius corporis partes sentientes & membranas copiâ gravat, acredine suâ pungit, vellicat. Inde 1.

HORRIPILATIO ET RIGOR, & quidem *circa vesperam*, quia tum temporis pori cutis magis coarctantur, & fuliginum exhalatio magis prohibetur. 2.

Tendens eadem maligna & putrida materia ad cor, spiritus vitales obruere & adversissimâ suâ qualitate pugnam quasi cum naturâ molita, cordis motum evertere conatur. Hinc propensio in SYNCOPEN, & propter facultatem cordis gravatam PULSUS LANGUIDUS. 3.

Eadem materia à corde magis accensa mediante pulsu in ea loca translata, in quæ cor aliàs sanguinem mittere solet, utpote in caput, caliditate humiditatem cerebri absumens VIGILIAS, acredine verò solutionem continui in fieri in meningibus instituens, DOLOREM CAPITIS excitat. 4. 5.

Eadem materia mediantibus arteriis in pulmones depulsa humiditatem ardore suo absumens, SITIM excitat. Hâc ratione ad omnes totius corporis partes perveniens iisdem calorem p. n. communicat. Hinc *corpus* INCALESCIT. 6. 7.

Quod autem EXTERNAE PARTES ALGERE videantur, internis ardentibus, hæc videtur ratio, quod internæ partes tantam à putredinis & malignitatis pernicie acquisive- 8.

rint intemperiem, ut quasi inflammentur, & propter hunc ardorem sanguinem instar cucurbitularum attrahant, & sic absentiâ sanguinis in partibus frigus persentiatur, calidum innatum nimio incendio & pravitate extinguatur, simulque calor influens absumatur.

Prædictio eventus. I.

PROGNOSIN hæc symptomata, ut etiam essentialiter inhærentia, reddunt difficilem & dubiam.

Docuit *Dictator* 2. *aphor.* 19. non esse certas prædictiones acutorum morborum ὄτε τοῦ θανάτου, ὄτε τῆς ὑγιείης, *nec mortis, nec salutis.* Id etiam hîc locum habet. Satiùs videtur eloquia nostra suspendere, donec alterutrius parti, vel naturæ, vel morbi victoriæ indicia certa se obtulerint.

Dissimulari tamen non debet, magnitudinem ratione dignitatis partis affectæ, essentiæ, & mali moris periculum minari.

Symptomata gravissima labefactant facultates.

VITALIS languet. Pulsus sanorum similis est fraudulentus. Succumbit cor, nec malignam qualitatem impugnare, multò minùs expugnare potens est. Propensio in syncopen malæ fidei signum est.

ANIMALIS facultas turbatur. SOMNUS πόνον ποιέῃ *laborem facit*. Ille autem inter signa θανάσιμα refertur ab *Hippocrate* 2. *aphor.* 1.

NATURALIS virtus de solio dejecta. Externarum partium adest algor, internarum adustio. SITIS adest incompescibilis. De tribus his autem notum est judicium *Hippocratis* 4. *aphor.* 48. ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψην ἔχῃ θανάσιμον.

Diu igitur talem statum natura perferre non potest. Dubitatur *à nonnullis*, an terminum acutorum ab *Hippocrate* 2. *aphor.* 23. destinatum, nempe diem 14. æger sit assequuturus.

Non tamen planè desperabimus, animumve despondebimus.

LONGITUDINIS & brevitatis prognosticum tale esto: decimo quarto die speramus ægrum liberatum iri ab hoc morbo.

Digitized by Google

MODO EVENTUS huic morbo nonnunquam consueto, dissipatâ malignâ materiâ caloris nativi robore. Affectus febrilis species non simpliciter maligna est, sed putredinis condominatui mista, & symptomata cum naturâ morbi maximè convenientia. Experientiâ observatum, quò majora in hâc febri symptomata, quæ in aliis febribus maxima pericula, imò etiam mortem ipsam minantur, eò meliorem salutis exitum respondisse, mitiorum verò symptomatum præsentiâ plurimos interiisse. Ideò bono animo sumus, ad salutem terminatum iri morbum.

CURATIO nititur indicationibus & præsidiorum materiis.

INDICATIONES tres sunt; CURATORIA, morbum auferendum, PRÆSERVATORIA causam cum symptomatibus, si causæ rationem induant, removendam innuunt. Malignitati, & putredini imprimis resistendum.

MATERIÆ indicatorum præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus:

I. CHIRURGICO. SANGUINIS missio, cum plethora adsit non dissuadetur, (præmissis tamen lenientibus vel clystere) ne sanguis copiâ suâ concitato ulteriori motu in partem aliquam principem rapiatur; sed potius imminutâ mole, natura reliquam massam eò melius tractare possit. *Chirurgica.*

Convenit mox in principio, antequam malignitas vires dejecerit, totam massam sanguineam infecerit, & omnia perturbaverit: tunc enim planè omittenda.

CUCURBITULAE quoque locum habere possunt, quò portio quædam malignitatis ad exteriores partes rapiatur.

HIRUDINES, quoniam sine magnâ virium resolutione sanguinem evacuant, admitti possunt, applicitæ sedalibus vasis, venis & arteriis, cum hæmorrhoidibus sit adsuetus.

VESICANTIA brachiis & cruribus, quò ichores maligni ad extremas partes revellantur, applicari possunt. *Vesicantia.*

℞. *cantharidum integr.* ℥j *sem. ammeos* ʒß. *sinapi* ʒj.

Contusa misce cum fermento acerrimo q. s. pro quatuor massis, thaleri latitudinem æquantibus. Applicentur utrique brachio & cruri.

Pharmacia Lenientia. Ex PHARMACIA primo loco primas vias lenientia ponimus, quò eò meliori cum successu & malignitatem compescere, & symptomata mitigare queamus, aliàs enim humores in primis viis simul agitati morbum semper augerent. talia autem esse possunt sirupus ros. solutivus, cassia, manna, pulpa tamarindorum.

℞. *sirupi rosar. solutivi decocti fl. & fructuum* a. ℥j℔.
aq. cordialis comp. ℥ß. *cryst.* ♀ *spir.* ⊕*li irrorat.* ʒß.
M. F. Potio. In fictili S. Eindtränckitin.

℞. *pulveris laxat. veg. Rolfinciani* ℈ß,
lap. bezoardici orientalis g. ij. ♁ *diaphor.* g. iij.
Misce in chartâ. S. Eindpulver.

Vel:

CLYSMA ex emollientibus tale potest esse ex usu.

℞. *rad. althææ, liliorum alborum* ℥iiij,
herb. malvæ, pariet. brancæ ursinæ, mercurialis a. Mj,
sem. lini, fœni græci a. ℥ij. *ficus pingues* n. x.
Coq. in s. q. *aq. com. hordei mundi* Mj.
Colaturæ ℔j, adde
ol. lenitivi ℥j. *ol. chamamelini* ℥ij.
M. F. clyster. Applicetur tepidè.

Leniter mundatis primis viis, ad ulteriorem ipsius morbi curationem progredimur, de quâ tamen ex *Galeno lib. 11. meth. med. cap. 11.* dicimus difficile esse, ejusmodi aliquod auxilium invenire, quod citra ullam noxam magnificè prosit.

PUTRIDA jam materia PURGANTE esset educenda, sed quoniam ab iis maligni humores nimis agitantur, & malignam qualitatem latiùs diffundunt, naturamque acriter stimulantes pernitiosos alvi fluxus inducunt, qui alioquin in hâc febre contingere, & ægros è medio tollere solent, ideò meritò magis

Malignitas. MALIGNITATEM respicimus, quæ sui ablationem indicat. Hæc autem commodiùs fieri non potest, quam si

diapho-

diaphoretica cum alexipharmacis adhibeamus. In his magnam fiduciam ponimus, ab iisque non mediocre solatium expectamus: utpote quæ malignum μίασμα è visceribus ad ambitum corporis elicit, expellit, & ἄδηλον διαπνοὴν seu transpirationem prohibitam liberam reddit. *curatur per*

Licet verò sudores sint ex eorum numero, quæ sensibiliter vacuent & propterea coctionem expectent, nam ut habet Hippocr. sudores, sine coctione qui accidunt, sunt infidi, tamen cum materia maligna, quà talis, coctionem non admittat, sed si coctionem expectare velimus, omnes humores interim corrumpat & vires dejiciat, ut postea nulla spes amplius subsit, meritò mox sudorifera adhibemus. Cumque etiam febris simul calore suo urgeat, quod ex siti colligitur, TEMPERATIS & quæ febrem non augent, utemur diaphoreticis, iisque semper ob malignitatem alexipharmaca immiscebimus. Aqua igitur sudorifica talis esse potest:

℞. *aq. cardui benedicti, ulmariæ* a. ℥ij, *sudorifera*
sirupi citri, limon. a. ℥ß, *theriacæ* ʒß. M. F. Potio.
S. Schweißträncklein auff einmahl.

℞. *sirupi spec. lætific. Rhasis, scordii* a. ℥ß,
aq. scorzoneræ, melissæ a. ℥j, ✝. *bezoardici* ʒiij.
In fictili. S. köstlich Schwitzträncklein.

Vel, si formam PULVERIS magis expetat æger,

℞. *hyacinthi præp. smaragdi præp.* a. g. iij,
lap. bezoard. orient. g. ij. M. F. Pulvis.
S. Schweißpulver auff einmahl.

Potest etiam hìc locum habere *aqua theriacalis Bauderonii*, quæ & malignam qualitatem oppugnat, & refrigerandi vi prædita est, cum magnâ penetrandi vi.

Generosa admodum & nunquam satis deprædicanda remedia in hoc affectu *chimici* nobis porrigunt, quæ quidem diaphoresin & sudorem promovent, simul etiam malignitati resistunt. Talia sunt: mistura diaphoretica simplex, & mi-

stura sudorifica catholica. *Tinctura composita alexipharmaca* dotibus suis animosa, est vera malignitatum ἀγκυρᾶτος, & huic febri cum fructu opponi potest, ad ℈ß. in vehiculo competente.

℞. *aq. cordial. comp.* ℥ij, *mist. sudorif. cath.* ℈j,
sirupi acet. citri ℥j. M. in fictili. S. Schwitzmistur.

Sine sp. ⊕ ♀ *Mindererus* se inermem pestilentiarum & malignarum febrium curam aggredi dixit.

℞. *spir. ⊕li* g. x, *aq. card. bened. sirupi acet. citri* a. ℥j,
M. in fictili. S. Schwitz-essenz.

℞. *bezoard. mineralis* ♃ *diaphor.* a. g. iij. In chartâ.
Misce diligenter, detur in pyxide terreâ. S. Bezoardisch Pulver zum Schweiß.

℞. *bezoard. miner. Jovialis* g. vj, *C.C. phil. calc.* ℈ß.
M. in chartâ. S. Schweißpulver.

℞. *præcipitati ☿ti bezoardici, seu bezoardici mineralis compositi cum* ☉ g. vj.
Dentur in ▽, & sirupo citri.

Alterantia. ⊖ prunellæ saturninum potenter refrigerans, in gargarismate & oris collutione adhiberi potest:

1. 2. CATAPLASMATA felici cum successu adhiberi possunt, quale sequens.

℞. *rasuræ raphani* ℥ij, *sem. nasturt. hortens.* ℥j,
gran. paradisi ʒß, ⊖ *marini* ʒij.

Misce cum ✚ fortiss. *F. cataplasma* cum saponis liquidi q. s. Applicetur plantis pedum cum stupis pexis calidè, horâ somni. Loco hujus sufficit raphanus nigro cortice secundùm longitudinem scissus, plantæ pedis applicatus.

Roborantia. CONFORTANTIA, virium rationem habentia, quàm maximè attendenda.

℞. *aq. nymphææ scorzon.* a. ℥iß, *conf. alchermes* ʒj,
sirupi de pomis ℥j, *succi limon.* ʒß. M. F. Potio.

℞. *pulv. bezoard. albi* ʒj, In pyxide ligneâ.
S. Hertzstärckpulver.

Detur,

Detur quantum cuspide cultelli ter capi potest bis in die, horâ nonâ matutinâ & vespertinâ quartâ, in emulsione cordiali vel julepo.

EMULSIO cordialis perlata hæc erit proficua.

℞. *sem. aquilegiæ, citri* a. ʒij, *amygd. dulc. excort.* ℥ß.
aq. scorzoneræ, melissæ a. ℥iiij.
F. emulsio s. a. Colaturæ adde
C. C. philos. calc. ʒß, *perlar. ppt. corall. ppt.* a. ℈ß.
lapid. ♋ *ppt.* ℈j, *rotul. man. Chr. perl. q. s.*
ad gratum saporem. M. In fictili. S. Perlmilch.

Discussâ jam malignitate, morbo coctâ jam materiâ ad declinationem vergente, ægro meliùs habente, si vires ferre possint, fomes adhuc superstes & pravorum humorum reliquiæ, funditus purgatione institutâ eradicari possunt, ne recidiva fiat. *Evacuans per alvum.*

℞. *sennæ mundat.* ℥ß, *sem. anisi* ʒj,
fol. scordii p. ij, *glycyrrhizæ rasæ* ʒij,
Coquantur in suff. q. aq. ad ℥iij. In colat. dissolve
mannæ electæ ℥ß, *sirupi rosar. solut.* ℥j.
M. F. Potio.

AD SYMPTOMATA pertinaciora debellanda egregiam nobis opem LAUDANUM opiatum adhibitum ad gr. iij. pilularum formâ, promittit. MAGISTERIUM anodynum ad gr. viij. easdem vires exerit, in cochleari cerevisiæ tepidæ exhibitum, simulque vigiliis & deliriis resistit. UTRIUSQUE præterea virtute narcoticâ & congelante ferventes spiritus cordi infensissimi figuntur quasi, & materia morbifica (quæ dum est in fluxu perniciosissima est) sistitur, ac pene immota manet; unde contingit, ut natura à malignis humoribus & spiritibus non lacessita, recollectis viribus, alexipharmacorum virtutem sibi faciliùs applicet. *Symptomatum mitigatio.*

AD DOLOREM CAPITIS ET VIGILIAS EPITHEMA repellens fronti applicari potest, paratum ex vulgaribus ingredientibus, *aqua &* ✠ *rosarum. Emulsio frontalis* ex *medullâ* [illegible] *nucum*

nucum & *sem. papaveris* paretur. Huic, si necessitas postulet laudanum opiatum jungi potest.

Ad sitim. Ad SITIM & ARDOREM mitigandum sequens julepus usurpari potest.

℞. *rad. acetosæ, buglossæ, tormentillæ,* ā. ℥j. *fol. endiv. cichorii, acetosæ, pimpinellæ* ā. Mj. *pulpæ tamarind.* ℥j. Coq. in suff. q. aq. font. ad ℔j.
In colaturâ dissolve
sirupi de limon. & granat. ā. ℥iß. Fiat Julepus.
In fictili. S. Julep auff viel mahl.

Addi potest *sp.* ⊕ vel ♀ vel *confect. de hyacintho.*

℞. *salis prunellæ* ʒij, *aq. font.* q. s.
Stent. Utatur æger pro collutione oris.

Diæta Ad DIÆTAM jam properandum, quam ipsius *Hippocratis* verbis secundùm tres morbi status delibabimus. In principio itaque morbi & quidem in diætâ

NATURALI paulò plenior cibus est adhibendus, *ἵνα ὁ νοσέων ἐξαρκέσῃ τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου 1. aphor. 9.* In statu verò *ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. 1. aphor. 8.* In declinatione verò *τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ 1. aphor. 7.*

Cavendum, ne æger plurimo cibo se obruat, ne natura à pepasmo ad pepsin revocetur. Quoad QUALITATEM cibus debet esse boni succi, facilis concoctionis & tenuissimus, ut ptisana hordei: panatellæ tamen cum jusculis restaurantibus quoque admitti possunt. POTUS potest esse sequens:

℞. *decocti hord.* ℔ij, *sirupi limonum, granator.* ā. ℥ij, *sp.* ⊕*li vel* ♀ nisi pulmonum affectus dissuadeant q. s.
M. F. Potus.

℞. *decoct. C. C. cum sp.* ⊕*l. & julepo ros. viol. alterati* ℔iß.
Bibat æger pro lubitu.

VINUM

Digitized by Google

VINUM propter temperamentum calidum & ficcum hoc æſtivo tempore planè locum habere non poteſt.

Periculum eſt, ne per thoracicos & lymphaticos ductus ad pericardium, imò ipſos cordis ventriculos deferatur.

Vitentur præterea omnes cibi, qui facile putredinem concipere, & poſt corruptionem malignam qualitatem acquirere poſſunt.

IN VITALI DIAETA ob calorem æſtivum AER arte refrigeretur, inſperſis in pavimentum foliis refrigerantibus: ſalicis, roſarum &c. vel aq. roſarum, aquâ cum aceto, ob malignas exhalationes interdum ex baccis juniperi ſuffimen inſtituatur. 1.

Ab omnibus AFFECTIBUS animum valdè moventibus æger ſit liber, ne ſpiritus magis accendantur, ſicque major ſanguini motus concilietur; abſit multa converſatio, pauci cubiculum ingrediantur: bonâ verò ſalutis ſpe animus tranquillus reddatur.

In ANIMALI DIAETA SOMNUS moderatus concilietur. Vigiliæ vero, quantum fieri poteſt, convenientibus medicamentis arceantur. 2.

DECUBITUS ſit decens, per totius morbi decurſum (ſtatu excepto, ubi nihil movendum) linteamina ſæpius novis commutet, ita tamen ut novam humiditatem ex lotione contractam, penes fornacem benè exhalaverint.

Hiſce omnibus bene inſtitutis priſtinam ſanitatem recuperatum iri ſperamus.

CONSULTATIO IX

de

ægro febre malignâ laborante.

HISTORIA.

VIr xxx. annorum, temperamenti calidi & ſicci, media æſtate, menſe Junio Neapoli Romam tendens, per lo- *Hiſtorica relatio.*

ca contagii nomine suspecta, vinis usus calidioribus, conqueritur ante duos dies de lassitudine, horripilatione, & rigore circà vesperam, mox calet cum capitis dolore, siti, vigiliis, pulsu languido, interdum naturali simili, & quâdam lipothymiâ, interdum externæ partes algere videntur, internis ardentibus, id ex linguâ nigricante, calorisquè mordacitate, circà thoracem duntaxat perceptâ, apparet, licet nonnunquam thorax ipse frigeat. Æstus quotidiè videtur augeri obscuris & irregularibus tertianæ æmulis exacerbationibus, die quarto nigræ urinæ apparent, clarescentes post cum sedimento nigro, crasso, perseverantibus semper vigiliis, pulsûs inæqualitate, tum in uno, tum pluribus ictibus, & imbecillitate, pòst sanorum similes fiunt. Die sexto horis matutinis spectra rubra apparuerunt ante oculos, & circà meridiem sanguis è naribus fluxit in paucâ quantitate, & eodem die urinæ, quæ antè apparuerunt nigræ, evaserunt claræ, ad citrinum vergentes. Malè habet ad oblata, vacillare videtur mente, & absona & absurda loqui.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUS, qui ægrotum nostrum affligit, FEBRIS est, ut patet ex calore diffuso per totum corporis ambitum.

Eam esse ex numero putridarum, manifestum fit ex inæqualitate pulsus & rigore.

PULSUS INÆQUALIS est, tum in uno ictu, systole enim major est diastole, tum in pluribus ictibus, propter effumationem vaporum.

RIGOR in principio invasionis manifestè putridam esse declarat.

Est autem ex numero putridarum CONTINUARUM. Non tamen quæ sit, determinatu facile est. An tertiana duplex continua, nam inconstantes habet exacerbationes? minimè gentium.

Optimâ ratione referri potest ad ARDENTES, quæ non sunt febres distinctæ, sed modi solùm febrium. Adest enim

enim calor urens & ſitis inexplebilis, quæ nullo potu quantumvis crebrò, extinguitur, ſed potiùs augetur, veluti fervor calcis vivæ vires ſumit, ſi aquam ſuperaffundas.

Habet hæc febris ardens hoc commune cum lipyriâ, quòd extrema tepeſcant, intus autem in viſceribus & corde æſtus concentretur, ut patet ex linguâ nigricante.

Non autem eſt vera lipyria, quia non eſt ſymptomatica, ſed primaria, nulla internæ inflammationis veſtigia apparent.

Non credendum eſt, hanc eſſe ex ardentium benignarum claſſe, verùm revera cenſenda eſt MALIGNA. Malum morem præ cæteris indicat ſymptomatum magnitudo, quæ reſpondet calori, nam primis ſtatim diebus omnium VITALIUM ACTIONUM ingruit lapſus, mox benè ſperare jubet, ſed παλύμβολος eſt & malefida, pro melle oſtendens fel.

ψύξις τῶν ἀκρωτηρίων, τὰ δὲ ἔνδον καυμάτα, καὶ τῶν ῥινῶν στάξις, frigus extremorum, internorum ardor ingens, & narium ſtillicidium malignitatis indicia.

PARS AFFECTA in hàc febri principaliter eſt cor ſecundùm humores & ſpiritus. τὸ ὑποκείμενον μόριον.

CAUSA IMMEDIATA quænam ſit, non adeò facile eſt determinare, magnâ enim animorum diſſenſione controvertitur, quænam ſit cauſa malignitatis? cùm alii iudicent fieri ab excellente putredine. *Cauſa immediata.*

Theodorus Angelutius à Bellefort, lib. de nat. & cur. febr. malignæ, cauſam malignæ febris nihil aliud eſſe exiſtimat, quàm putredinem, & formalem malignitatis rationem in inſigniori, fœdiori atquè horridiori quâdam putredine conſiſtere, prolixè confirmat.

Alii tamen excellentem putredinem ad febrium malignarum eſſentiam parùm conferre exiſtimant, quùm multæ dentur febres malignæ, in quibus minimùm adeſt putredinis.

Malignitatis indolem *nonnulli* exprimere ſatagunt per naturam arſenicalem, vel napellinam.

In præſente ægroto noſtro adeſſe putredinem, eamquè
 ſatis

satis malignam, exacerbationes tertianæ æmulæ manifestum faciunt.

Quoniam tamen malignitas superare putredinem videtur, existimandum est, utiquè occulti quiddam ei subesse, adeò ut occultam quandam cordis dispositionem, cum humorum tamen putredine conjunctam, hujus febris immediatam caussam esse, fateri cogamur. Hanc si quis malignam putredinem appellare velit, non repugnamus.

mediatæ proximiores, MEDIATÆ CAUSÆ PROXIMIORES sunt HUMORES biliosi, malignitate & putredine infecti, totum corpus permeantes, generati ab intemperie viscerum.

remotiores, REMOTIORES mediatæ sunt RES NATURALES. TEMPERAMENTUM calidum & siccum nostri ægri disponit ad morbum hunc, subsidiariam operam fert ætas consistens.

1.

2. NON NATURALES. AER fervidus mediâ æstate humores adussit, tùm interius inspiratus, tùm exterius ambiens. Inprimis autem in ægro nostro observanda singularis illa aeris proprietas, quæ Neapoli Romam tendentibus est infesta, eosquè in ardentes non solùm, sed etiam malignas præcipitans, adnotata à gravissimis practicis, imprimis *Quercetano in diætetico polyhistorico.* Accedit epidemia constitutio contagiosa, seminaria maligna ipsi communicata, cùm per infecta loca iter faceret.

MOTUS corporis ad accensionem humorum in itinere non parum confert.

VICTUS ratio inordinata, inprimis vini decocti usus, humoribus in illâ calidâ tempestate ignem quendam afflare potuit.

Ex his causis generata hæc febris, allegata habuit

Ratio symptomatum 1. SYMPTOMATA, quorum hæc est ratio. RIGOR exortus fuit cum nascente febre & horripilatio, cùm sanguis impeditus fuit in suâ circulatione. Inde statim insequuta est liberrima caloris diffusio, cum dolore capitis, propter copiam vaporum ad caput adscendentium, cum siti, propter siccitatem eorundem, cum linguæ nigredine, propter effervescentiam & acredinem eorundem.

EXTREMA

EXTREMA frigent, interna algent, ob revocationem 2.
caloris præternaturalis circà cor.

TERTIANÆ æmulæ exacerbationes adſunt, ob bilioſæ cacochymiæ proprietatem. 3.

URINÆ nigræ ſunt ab aduſtione & humorum alienatione. Interdum ſanorum ſimiles, ob dominatum malitiæ, præ putredine. 4.

VIGILIÆ urgent ob ſanguinis vitalis, ex quo animales producuntur ſpiritus, accenſionem. 5.

PROGNOSIS SALUTIS. Affectus eſt difficilis curatu, imò incurabilis; præterquam enim, quòd ſuâ naturâ ſit periculoſus, eo etiam nomine ægrotantis ſaluti magis timendum eſt, quàm de vitâ ſperandum, quòd ſit MAGNUS & vires ſint maximè proſtratæ jam tum à principio, ita ut vix ſufficere poſſint, & integræ conſervari usquè ad ſtatum morbi. Proſtratæ autem maximè ſunt Prædictio 12.

NATURALES. Malè habet ad oblata. Illud autem in aliis etiam affectibus pro pravo ſigno habet *Hippocrates*, & peſſimæ notæ indicium eſt in malignis.

VITALES etiam ægrè habent actiones. PULSUS inæqualitas adeſt ob cordis infirmitatem, & cum ſanis ſimilitudo, proſternitur enim vis pulſifica.

In SYNCOPEN adeſt proclivitas, ob malignorum vaporum abundantiam.

LINGUA ARIDA à calore exuſtâ.

SPECTRA rubra ob oculos verſantur, ſanguis enim imperfectam criſin minatus, eos occupat.

URINÆ nigræ albeſcunt ob raptum ad caput.

DELIRIUM à perturbatione animalium ſpirituum oritur.

Levem reconvaleſcentiæ prætereà ſpem de ſe facit hic morbus, quòd die indicatorio nulla bona ſigna apparuerint. In quartâ enim urinæ nigræ apparuerunt, quæ ſummam notant aduſtionem, affectus vehementiâ nihil remittente. Inde periculoſum hunc affectum eſſe, & terminatum iri ad interitum, metus eſt.

2. LONGITUDO. DIEM mortis præ foribus ſtare veremur cum die ſexto ſanguis è naribus parcus ſtillârit. Sextus enim dies, *ut ait Galenus 1. de dieb. decretor. cap. 2.* ſimilis eſt tyranno, qui gaudet pernicie, vel dolet ſalute eorum, quos judicandos excipit: imò criſes imperfectas & ſymptomaticas efficit, ut, ſi quando evacuationem aliquam molitur, in nimis paucâ copiâ id fiat. Μυκτὴρ δὲ ἀποστάζων ὀλέθριον, *ſubſtillum verò ſanguinis lethale.* Moriturum ergò præſagimus quamprimùm, & quidem ſeptimo vel octavo die.

3. MODUS TERMINATIONIS erit reſolutio ſpirituum malignam putredinem conſequens.

Hoc quamvis ita eventurum nullum dubium, deſeri tamen æger non debet, ſed paternâ ipſi adſiſtendum gratiâ, cùm nonnunquam in curationibus contingant monſtra, & nullus adeò periculoſus ſit morbus, ex quo non unus evalerit, & alter reconvaluerit, neque ullus adeò ſalutaris aut mitis ſit, qui aliquem non trucidârit. In dubiâ hâc ſalutis ſpe non eſt ſine omni auxilio æger deſerendus.

Hoc ipſo etiam oſtendetur, quomodò inſtitui potuiſſet ſi medicus à principio advocatus fuiſſet.

Curationis methodus. CURATIO: nimirum obſervata METHODO CURATIVA & INDICATIONIBUS tribus: curatoriâ, præſervatoriâ, atquè vitali.

Earum tres deſumuntur à rebus p. n. morbo, cauſa & ſymptomate: tres etiam à rebus ſecundum naturam, viribus nimirum, earum cauſis & accidentibus. Auferri debent morbus, cauſæ ſubduci & ſymptomata mitigari. Humores putridi & maligni ſubducantur, tum per alvum, tum per venam ſectam, vacuatio etiam per ſudorem non eſt negligenda.

Ut vires conſerventur, roborantia conveniunt crebrius exhibita.

Materia præſidiorum. MATERIÆ præſidiorum deſumi poſſunt ex uſitatis fontibus.

Chirurgia, Venæ ſectio. χειρουργικῶ. VENÆ SECTIO præmiſſo leniente vel clyſtere à multis commendatur, ejus enim beneficio moventur humores, redditurquè corpus perſpirabile, quo fit, ut reliqui humores non ità facilè putreſcant, & fomitem maligni-

tati

tari præbeant. In QUANTITATE autem mediocri educatur sanguis, ne vires nimis dejiciantur ad ℥ v. vj.

Educatur autem ex MEDIANA brachii dextri.

Verùm satius est prævalente malignitate abstinere.

VESICANTIA an in hoc ægro conveniant, res dubitationis plena. *Vesicantia.*

Nonnulli usum illorum minus tutum esse afferunt, multis nominibus, 1. quòd æstum & incendium adaugeant. 2. quòd interventu doloris vigilias inducant. 3. quòd sæpè impediant naturæ motus criticos ad nares &c.

Nihilominus censemus, vesicantia non solùm emolumentum adlatura ægro nostro, verùm etiam admodum esse necessaria. 1. ut calor veluti suffocatus sublevetur, & per totum corpus diffundatur. 2. ut materia venenata circà cor existens attrahatur. 3. ut materia ὀργασμώδης rapta ad cor & cerebrum, cùm magnam habeat urgentiam, & deliria inducat, pulsusquè prosternat, ad longinquas partes retrahatur.

Hæc omnia, præsentanea operâ & auxilio, præstant vesicantia.

Nequè argumenta in contrariam sententiam allata aliquid probant, 1. quod vesicantia calorem inducant, propterea non sunt rejicienda: inducunt enim solummodo calorem in externis partibus, quo ipso internus minuitur. 2. vigiliæ & dolores per se adsunt. 3. Nequè naturam à salubri proposito divertunt, quia natura nullum criticum aliquem molitur motum.

Applicari possunt tibiis vel brachio sub sinu deltoidis & bicipitis musculi.

MATERIA quoad basin, possunt esse *cantharides*, quibus stimulantia & corrigentia solent addi. Nullum autem præstantius correctorium, quàm *sem. ammeos*.

℞. *cantharid. ppt.* ʒiij, iiij. v. *sem. ammeos pulv.* ʒij, *euphorbii* ℈ij, *fermenti acerrimi* ʒvij, *theriacæ* ʒi, *cum aceto scillit. q. s.*
M. F. Pasta pro iij. l. jv. vesicantibus.

Ulcera

Ulcera detineantur aperta, & posteà sanentur cerato de cerussâ vel diapompholygos.

Pharmacia. Φαρμακεία. Expurgandi humores putridi, ne alios vicinos inficiant ulteriùs, tum per alvum, tum per sudorem. Cor roborandum internis & externis. Siti etiam & faucium ariditati consulendum.

Vacuatio per alvum. VACUATIO PER ALVUM necessaria est ad impedimentum curationis tollendum, fiat tamen lenioribus solùm, nam à fortioribus agitabitur materia, & notabiles evaporationes ad cor adscendent.

leniora. LENIORA per os sumpta.

℞. *rhabarb. elect.* ʒiij, *fl. cordial.* a. p. j.
Decoq. in suff. q. *aq. cichor. & scorzonerae.*
Colaturæ ℥iij adde
sir. de cichor. cum rhab. ℥j, *essent. citri perlat.* ℈j.
M. F. Haustus.

℞. *cryst all.* ♀, *gialap. nigr. resinosi* a. ℈ß,
elaeosacchari citri, anisi a. gr. iij.
M. F. Pulvis. S. Kindpulver / im Löffel Brühe einzunehmen.

clysteres. CLYSTERES blandi toto morbi tempore conveniunt, prona enim natura ad eductionem vitiosorum humorum, si parum stimuletur, etiam ante clysterem. Materia nota satis est.

De validioribus evacuationibus per alvum non est cogitandum, ne nimis fermententur humores.

per sudorem. Per SUDOREM an conveniat vacuatio, dubitatur.

Alii in principio harum febrium post venæ sectionem statim exhibent: addunt rationes, quia plus valet malignitas ad indicandum, quàm cruditas ad prohibendum.

Alii non censent adhibenda, antequam appareant coctionis signa, nequè nisi natura viam præmonstret, ut in petechiis.

Verùm quantumvis talis inclinatio ad sudorem non observetur, nihilominus tamen sudorifera adhibenda judicamus.

RECTA administratio etiam observanda. I. TEMPORIS ratione, conveniunt in principio statim vel ante clysterem. *Recta administratio.* *1.*

QUANTITATIS CONTINUÆ ratione sudet æger ad satietatem, ne maligna materia solùm moveatur, sed etiam funditus expellatur. Hoc cum UNA VICE nequeat præstari, iteranda secundâ & tertiâ vice. *2.*

MATERIA varia est. Conveniunt, quæ de bezoardicâ virtute participant. *3.*

IN PULVERIS FORMA: *Interna. pulvis.*

℞. *lapidis bezoardici orient.* ℥. vj.
In chartâ. S. Köstlich Schwitzpulver.

Exhibeatur in cochleari aquæ scorzoneræ. Superbibatur haustus.

℞. *pulveris bezoard. albi compos. Rolfinciani* ℈j.
In chartâ. S. Bezoardisch Schwitzpulver.

℞. *bezoardici mineralis simplicis vel solaris* ℈ß.
In chartâ. S. Chimisch Bezoar Pulver.

IN POTIONIS formâ. *Potio.*

℞. *aq. card. bened.* ℥ij, *sir. acet. citri* ℥j, *mistur. simpl.* ℈j.
In fictili. S. Schwitzwasser.

℞. *tincturæ alexipharmaca compositæ Rolfincianæ descriptæ chim. in artis formam redactæ* ʒj.
In vitro. S. Kräfftige Schwitz-mistur.

Exhibetur in haustu vini vel cerevisiæ calidæ.
Magnæ efficaciæ est hæc mistura composita.

℞. *Aq. fl. aurant. citri, tunic.* a. ℥ß, *typharum C.C. scorzoneræ compos.* a. ℥j, *magist. corall. perlar.* a. ʒß. *lap. bezoard. or.* ℈ß.
M. F. Potio. Detur in fictili. S. Hertzstärckwasser.
Detur cochl. unum vel alterum per vices.

℞. *aq. scorzoneræ, melissæ* a. ℥iij, *spec. cord. temp.* ʒiß, *sir. acetos. citri* ℥j. M. F. Potio.

Externa EXTERIUS applicanda.

℞. *balf. ligni rhodii* ℈ij, *citri, rosar.* a. ℈ß.
M. S. Hertzbalsam.

℞. *ung. rosacei* ʒij, *ol. scorp.* ʒß. *theriac.* ʒj.
cum ✝*eo rutae. q. s.* Extende supra alutam.

Alexipharmaca. ALTERANTIBUS ἀλεξιφάρμακα auxiliares jungant operas, tam interna quàm externa, cùm malignitatis maxima debeatur haberi ratio.

Eligenda sunt, quæ sine notabili calore arcere malignitatem possunt, imò quæ refrigerandi vim habent. Si verò calida ut addantur, necessarium sit, illâ in quantitate addantur, ne calore noceant.

frigida duplicia *1. tenuium partium.* FRIGIDA hæc alexipharmaca sunt in duplici differentiâ: 1. alia tenuium partium, quæ tenuitate suâ possunt obstructiones reserare, ut acida. 2. alia terrestrem substantiam habent. Utraquè in proposito casu conveniunt, primum tamen obtinent locum

TENUIUM PARTIUM quæ sunt, hæc enim mirabiliter sistunt humorum putredinem, & fervorem extinguunt.

Interna. ℞. *rad. scorzonera, acetosa* a. ℥ß, *pentaphylli* ʒij,
fl. cord. a. p. iij, *sem. malva, plantag.* a. ʒij,
mali citri n. j, *rasura C. C.* ʒiij,
Decoq. in s. q. aq. In colaturæ ℔j dissolve
succi berber. ʒij, *acetosa, trifolii acetosi* a. ℥ß,
sir. acetos. citri ℥ij, *spir.* ⊖*li philosophici striati,* gt. vj,
M. F. Julepus.

Aqua cordialis Saxonia in communissimo usu est in Italiâ. Hanc ingreditur aciditas citri & limonum.

℞. *aq. cordial. Saxon.* ℥ij, *sir. acet. citri* ℥ß, *tinct. corall.* ʒj.
In fictili S. Stärcktränckle in auff viel mahl.

EMULSIONES fieri possunt, si magis ægro arrideant, ex *seminibus refrigerantibus*, quibus semina cordialia *citri, malor, armeniacorum* misceri possunt, & addi succi suprà recensiti

censiti vel *sirupi acetos. citri*, & si vigiliæ adeò urgent, *opiati* laudati medicamenti gr. j. aut alterum.

℞. *sem. citri, acetosa, napi* a. ʒiij, *amygd. dulc.* ℥ß.
F. emulf. cum f. q. *aq. hordei.* Colaturæ adde
sir. acetos. citri, viol. a. ℥j. Misce.

℞. *sem. card. mar.* ℥j, *papav. albi* ʒß,
aq. card. ben. taraxaci a. ℥iij.
F. l. a. Emulsio. Adde
magist. lap. ♋. *pulv. bezoard.* a. ℈j. *facch. perl. q. f.*
M. pro emulsione.

TERRESTRIUM PARTIUM alexipharmaca non sunt omittenda. Talia sunt *terræ medicata*, præcipuè *sigillata*, *margarita* cum succis acidis in formam magisterii redactæ, *unicornu, cornu cervi phil. calcinatum.* *z. terrestrium partium.*

In OFFICINIS, ut subtilem habeant pulverem, solent lavare *C. C.* per ignem calcinatum, *aquâ rosarum.*

Verùm lotione hâc ipsi multum decedit virium. Malumus, non lotum ut in usum trahatur.

℞. *C. C. phil. calcin. sine igne* ℈j, *lapid. bezoar. or.* gr. viij,
terra sigill. fil. strigoniensis ʒj, *magist. perl. farinae.* ℈ß.
M. F. Pulvis.

℞. *magister. chrysopurpura, descripta chim. in artis formam redacta* gr. vj.
In chartâ. S. Chimisches Hertzpulver.

Singula hæc possunt adsumi in julepis vel emulsionibus antè enarratis.

In BOLI formâ exhiberi possunt cum conservâ aliquâ, ...im integris viribus deveniunt ad ventriculum.

C.C. philos. calcin. margarit. præpar. a. ʒß,
conserva acetositatis citri ʒij.
M. F. Boli duo. Detur unus pro 1. vice.

ELECTUARIA.

℞. *conservæ flor. borag.* ℥ß, *aurant. citri* a. ʒij, *carn. citri cond.* ʒij, *spec. diatr. sandal. diamarg. frig.* a. ʒß, *essent. citri* ℈j. ⊕ *saturnini* gr. xv. M. F. Electuarium.

ALIUD.

℞. *conservæ flor. aurant.* ʒij, *citri*, *carn. citri* a. ℥ß, *spec. de gemm. frig. diamarg. frig.* a. ʒj, *corall. præpar.* ʒß, *elect. diascordii Fracast. resumpt.* a. ʒij, *syr. de succ. berber. rib.* a. ℥j, *confect. alkerm.* ʒß. M. F. Electuarium.

Ex magnis antidotis maximè in usum trahenda *theriaca*, *confectio hyacinthi* & *smaragdi*.

Externa. EXTERNA ALTERANTIA alexipharmaca non sunt negligenda. Possunt applicari pulsibus & regioni cordis EPITHEMATA ex *aquis cordialibus*, cum modico *aceti rosacei*, ad penetrationem, & *sp. cord. temperatis* mista.

℞. *aq. scorzoneræ*, *melissæ* a. ℥iij, *carfuncul. aur.* ℥j, *spec. pro epithemat. cord.* ʒij, *succi citri* ʒj, ✝ *ros.* ℥j. M. F. Epithema.

℞. *sp. pro epith. cord.* ℥ß. In pyxide lignea mundâ. S. Species zum Pulßsäcklein.

℞. *aq. carf. aur.* ℥ij, *scorzon.* ℥iij, ✝ *scordii* ℥j. In fictili detur. S. Pulßwasser zum Säcklein.

Symptomatum ratio habenda. Hoc modo dum calori & malignitati resistimus, SYMPTOMATA non debemus negligere.

1. VIGILIÆ maximè urgent & DOLOR CAPITIS. UTRIQUE occurritur symptomati iisdem ferè remediis.

2. INTERIUS exhibentur EMULSIONES, *amygd. dulc. sem. papav. alb. 4. frig. maj.* Additur *laudanum opiatum* de

tribus

Digitized by Google

tribus ingredientibus, descriptum *chimiâ in artis formam redactâ* ad ℊ. iij.

Vel

℞. *magist. laudani opiati* ℊ. iij. F. Pilulæ ij. vel iij.
S. Nacht-Pillen.

EXTERIUS applicetur epithema.

℞. *aq. verbenæ* ℥iij, *rosar. nymph.* a. ℥ß, *camph.* ℊ. iij.
Misce in fictili. S. Stirnwasser.
Vel additis
sem. papav. alb. medull. nuc. jugland. nucl. persic. a. ℥j.
M. F. Emulsio, fronti applicanda.

SITIS si urgeat, interiùs convenit julapium refrigerans. 3.

℞. *aqua fragorum s. vino, borag. buglossæ, endiv.* a. ℥ij, *scorzoneræ, scabiosæ* a. ℥j,
sir. acetos. citri, granatorum, acetositatis simpl. a. ℥j,
spir. ⊖*li q. s.* ad *grat. acidit.*
M. F. Julepus.

℞. *C.C. rasp. crudi* ʒiij, *hord. integri* ℥ij.
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℞. ℔j, adde
sirupi de succo ribium, berber. a. ℥ij,
spir. ⊖*li q. s.* ad *grat. saporem.*
M. Pro Julepo.

LINGUAE ARIDITATEM tollent etiam sequentia. 4.
Detineatur in ore crystallus, in aquâ frigidâ sæpiùs submersus.

Vel

℞. *aq. prunellæ, lactucæ,* a. ℥iij, *sempervivi* ℥ß.
In his dissolve ⊕*ri* ♄*nini* ʒß. M.
Detineatur in ore.

℞. *sem. malvæ, cydon. psyll.* a. ʒiij. *tragacanthæ* ʒj.
Cum ▽ *viol.* s. q. extrahatur mucilago. Addatur *sir. de corall. Querc. parùm.* In ore detineatur.

Diæta DIÆTÆ ratio his omnibus correspondeat.

naturalis, VICTUS non sit ita tenuis, qualis in acutis benignis observatur, ratione morbi, quia in malignis, cum maxima humorum corruptio appareat, nisi per cibum restaurentur vires, ita collabuntur, ut nulla amplius supersit spes salutis. Cum autem unâ vice copiosus exhiberi non possit, parum quidem cibandum, sed sæpè. Non dandæ vacivæ aures clinicis mulieribus, quæ de salute ægri actum putant, nisi semper genio indulgeat & divitem epulonem agat. Hortatrices instant: Fac periculum in hâc palæstrâ. Hic vides pullum Apiciano more coctum. Hic gallus Indicus junior assatus te invitat, supra modum delicatus. Hic te expectat intritum vini cum limonibus & sacharo canthio depuratissimo, cum modico cinamomi exaltatum in confortandis viribus excellentissimum. Singulis itaquè 4. horis detur aliquid, quod facillimè concoquatur, ut juscula consummata cum succo citri, PANATELLA cum jure pulli, vel PTISANA hordeacea cum emulsione seminum melonum.

In POTU à vino abstineat, licet enim propter summam virium debilitatem aliquid concedi posse videatur, prohibetur tamen omninò à calore, vigiliis, & dolore capitis, propter copiosas evaporationes. Si tamen imminentis singultûs quædam apparuerint indicia, mutari consilium, & vinum exhiberi potest.

vitalis, Aër sit temperatus, si non est naturâ talis, arte talis fiat, per cubiculum foliis salicis sparsis.

animalis. IN QUIETE detineantur molli membra grabato affixa. Non ignobile felicioris & securioris auxilii præsidium erit, si coërceatur intemperantia ægri, quâ hinc & inde brachia jactat, & divaricatis alternatim cruribus pedes culcitræ subducit, in crebrâ ambientis recentis aëris mutatione quærens solatium.

ALVUS lubrica conservetur clysteribus. Sin æger refractarius sit, & audito hoc nomine, mori præ se ferat malle, quàm huic servituti se subjicere, abundet suo sensu, & suppositoriis, vel sennæ infuso huic indigentiæ succurratur.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO X
de
morbillis.

HISTORIA.

PUER obesi corporis, temperamenti sanguineop-hlegmatici, septem annos natus, nudo capite, corporequè leviter vestito, sub dio tempore brumali per urbem trahas comitando excurrens, sese totum aëri frigido humido nimiùm exposuit, prætereaquè semper pinguiores comedit cibos; hinc inappetentiâ & nauseâ ciborum, magnâque corripitur siti, potum omnem per vomitum statim rejicit, alvusquè admodum est lubrica; præternaturali afficitur calore, maculæ rubræ exiles, corporis cutem variantes, apparuêre, sed blandâ matris indulgentiâ, filiolum extra hypocaustum in frigore circumferri permittente, rursum evanuerunt; cor palpitat, pulsus creber, frequens, vehemens & undosus, difficulter & crebrò respirat; nullum ferè videt somnum, interdum delirat & pavet, oculi caligant, pectoris angustia, dorsi & dextri lateris punctiones & dolores adsunt, manus pedesquè lassi sunt & tremunt, convulsioquè animadvertitur, haud absimilis epilepticæ convulsioni. Quare mater de filioli vitâ solicita medicam implorat opem. *Historica relatio.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS, quo puer noster graviter decumbit, est DUPLEX MORBUS. *Affectus species.*

I. MORBUS INTEMPERIEI calidæ, FEBRIS scilicet ACUTA, ex sanguinis biliosi fermentatione & tenuitate ortum ducens, intraquè tres vel quatuor dies ad statum perveniens; & MALIGNA, ob humores specificè corruptos, & malignitatis naturam induentes.

II. MORBUS CONFORMATIONIS, auctæ magnitudinis, dum ἐξανθήματα, efflorescentes maculæ rubræ, cutem leviter attollunt, alter est affectus.

Quoni-

Quoniam verò prior morbus intemperiei, febris acuta & maligna, non ut peculiaris morbus, ſed tanquam cauſa procreans hic conſideratur, ideò illo relicto, nos ad ipſum morbum procreatum, nempe maculas rubras ſeu MORBILLOS, convertimus. Horum IN FACTO ESSE demonſtrant nobis

Dignoſcitur illa ex ſignis.

SIGNA DIAGNOSTICA, deſumta I. *ἐκ τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς ὀυσίας λόγον, ex eſſentialiter inhærentibus.* 1. Præternaturali affligitur calore. 2. Maculæ rubræ exiles apparuêre, ſed ob diuturnam in frigore moram rurſum evanuerunt.

II. *ἐκ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων συμπτωμάτων, ex neceſſitate conſequentibus ſymptomatibus* petuntur ſigna, quæ eundem affectum deſignant.

ACTIONES NATURALES læſæ, ut inappetentia & nauſea ciborum, vomitus, ſitis, tuſſis ſicca, & alvus admodum fluida adſunt.

VITALES, ut palpitatio cordis, pulſus creber, frequens, vehemens & undoſus, difficilis & crebra reſpiratio.

ANIMALES, earumquè vel PRINCIPES, ut delirium, vigiliæ nimiæ, & pavor, quo ſomnians noſter puer interdum percellitur, vel SENSITIVÆ, ut oculorum caligo, pectoris anguſtia, dorſi & dextri lateris punctio & dolor, corporiſquè ardor, vel MOTIVÆ, ut manuum pedumquè laſſitudo & tremor, convulſio, interdum epilepticæ convulſioni non abſimilis, talem morbum ſubeſſe teſtantur.

QUALITATES MUTATÆ ſunt, vocis raucedo, oris ſiccitas, præternaturalis corporis caliditas, & rubræ exileſquè maculæ per cutem diſperſæ.

EXCRETA eundem affectum deſignant. Urina rubra eſt & turbida, crebri adſunt vomitus, ſputum nullum & alvus mollis.

τὸ ὑποκείμενον μόριον.

SUBJECTUM inhæſionis ſive receptionis cuticula eſt, *ἔσχατον δέρμα*, CUTIS EXTREMA, & partes eidem analogæ, exteriora circumveſtientes, ad quas tanquam partes ignobiliores natura moleſtum & noxium amandare conſuevit.

Imprimis autem rubræ morbillorum maculæ latent inter cutim & cuticulam, & inſtar rubini è cuticulâ prominent, quoni-

quoniam pellucida est, & cæparum membranis tenuitate similis. Cutim qui transeunt porosiorem humores & vapores, terminantur in cuticulâ densiore.

2. Subjectum fomitis PRINCIPALE sunt viscera interna, non quoad substantiam, sed quoad actiones læsas considerata: VENTRICULUS, dum primæ coctionis officio non rectè fungitur: JECUR, dum bilem excrementitiam à sanguine depurando non satis secernit. Imprimis autem COR, dum bonum & perfectum non elaborat sanguinem, & in excitandâ febre acutâ & malignâ, progeneratricem morbillorum materiam ad cuticulæ περιφερείαν exturbante, ἰδιοπαθικῶς afficitur.

CAUSA IMMEDIATA est facultas expultrix à naturâ stimulata, quæ materiam malignam, cum sanguine in venis permistam, effervescentem ac cor ingredientem, inquè eo febrem accendentem, per arterias ad corporis superficiem propellit, & criticâ quasi evacuatione per arteriarum capillarium oscilla denique secernit, quæ materia peccans in cuticulæ densitate adhærescens, morbillos ibidem procreat. *Causa immediata.*

Paracelsici 🜔 microcosmi specificè corruptum & accensum: *Pyrosophistæ* causam immediatam furiosam archei seu spiritûs vitæ, tanquam unici sanitatis œconomi ac defensoris, luctam & incandescentiam contra materiam peccantem ac putrescentem, quam concepto furore & impetuosissimâ fermentatione attenuare & separare, edomare, atque ex vitæ territorio eliminare conatur, *statuunt*.

MEDIATA PROXIMA est SANGUIS, naturam BILIS induens, atomis calidis & siccis constans, à consuetâ compage & mistionis modo deflectens & ferescens. Effervescens hic insuetâ fermentatione per tenuissimas arterias capillares facilè penetrat, citissimè erumpit, à levi frigore intùs repellitur, âque cuticulâ detinetur, pòst repentè citra suppurationem resolvitur & evanescit. *mediata.*

NON GENERATUR hic sanguis vitiosus per ἰδιοπάθειαν, ἐν τῇ ἐπιδερμίδος περιφερείᾳ, *in cuticulæ circumferentiâ*, sed in vasis sanguinis elaborationi & depurationi deditis.

PRIMA mali labes est communis & universalis, ob quam omnes sub sole homines hoc malo corripiuntur; nimirum SANGUINIS MENSTRUI, quo fœtus in utero alitur, vitium. Ad AEREM commodè referri nequit, cum eum non ubivis eundem inspiremus. VICTUS etiam tanta est varietas, ut unum illum affectum in tot diversis climatibus excitare nequeat. Restat ergò una illa in utero contracta labes.

Cum verò uterus præter sanguinem menstruum nihil conferat ad conceptionem, viri etiam semen καθ' ὄγκον nihil contribuat, sequitur, quod sanguinis menstrui impuritati omnis sit adscribenda noxa.

ROGATI, cur ergô non primo ætatis anno affectus hic se exseruit? respondemus: Impediri potuit avocata natura ab aliis nutritionis & augmentationis operibus, vel quòd peccans materia nondum in tantâ adfuit copiâ. Generari enim solet sensim à dispositione in partibus solidis.

TRANSMITTITUR hic sanguis vitiosus à CORDE beneficiô circumgyrationis, negotiosæ sanguinis circulationis, quâ sedula natura ex innatâ sibi facultate pabulum partibus cunctis præbet, & simul etiam, quod molestum & noxium est, ex regiâ cordis, aliorumquè principum viscerum sede ad cuticulæ peripheriam PER ARTERIAS amandat.

remotiores s. REMOTIORES inter causas ex NATURALIBUS REBUS petitas excellit

I. TEMPERAMENTUM CALIDUM & HUMIDUM. Calida & humida puerorum corpora ad morbillos procreandos maximè esse disposita, scribit *Ibn Sina*.

II. HABITUS corporis obœsus. Non nimium gaudere & sibi gratulari debent parentes de filiorum immunitate & corpulentiâ, horum enim obœsa corpora in morbillos macrioribus longè esse proniora, experientia in nostro puero confirmat, & in sexcentis aliis.

III. DISPOSITIO HÆREDITARIA à parentibus, morborum hæreditariorum more, in filios translata. NATURALIS CAU-

Digitized by Google

LIS CAUSA censetur à *Mercuriali*. Ut enim arthriticus arthriticos, elephantiacus elephantiacos, epilepticus epilepticos progenerat liberos, ita parentes, morbillis semel laborantes, eandem διάθεσιν liberis communicare posse putantur.

IV. AETAS infantilis & puerilis morbillorum est ferax ob calidam & humidam istorum corporum constitutionem. In nostro puero est ætas puerilis.

V. SEXUS ratione, puerorum corpora morbillis magis esse obnoxia, quàm puellarum, nonnulli volunt.

Dispositionem ad morbillos excitandos idoneam magis aptam reddiderunt, sanguinemquè vitiosum ad ebullitionem stimulárunt,

EX REBUS NON NATURALIBUS

I. AER frigidus & humidus, cui sese puer expo- 2.
suit, partim inspiratione attractus, partim transpiratione, Corpus ejus leviter vestitum, nudumquè caput ambiendo, per cutis poros ad corporis profunditatem penetravit, vitiososque delitescentes humores variè movit & exagitavit, TEMPORE hoc BRUMALI, quod non raró febrium acutarum uberrima solet esse mater. Febres ardentes morbillos præcedere, progenerare & comitari solent.

II. CIBUS VITIOSUS accusatur. Per hunc intelligimus I. SANGUINIS MATERNI impuri, in utero, pravitatem, deinde etiam ipsas CARNES PINGUIORES. Hæc alimenta suam ob caliditatem multos cacochymicos generant humores. Ad hos excitandos & inflammandos suam addidit symbolam.

III. LONGUS & VIOLENTUS corporis MOTUS, quoniam per urbem trahas comitando excurrebat.

EX PRAETERNATURALIBUS causa est FEBRIS
ACUTA & MALIGNA, quæ æstuans, sanguinem vitiosum 3.
exagitat, ad cutis extremitates expellit, morbillosquè progenerat,

Symptomata. Ex his causis exorti morbilli multa secum traxêre SYMPTOMATA, quorum causæ explicandæ. Horum primum naturales lædens actiones est

1. CIBI INAPPETENTIA. Ortum trahit ex ventriculo, à calore febrili enervato, & humoribus biliosis in eo effervescentibus. Hi ventriculum gravant, humorem fermentalem opprimunt, appetitumquè extinguunt.

2. NAUSEA & VOMITUS proveniunt ex iisdem humoribus biliosis, æstuantibus, acrimoniâ suâ sinistrum ventriculi orificium vellicantibus & lubricantibus, malignâquè suâ qualitate ad expulsionem irritantibus.

3. DIARRHOEA seu ALVUS LUBRICA ab intemperie calidâ ventriculi & intestinorum, humorumquè biliosorum fermentatione & salsedine, facultatem expultricem continuò stimulantibus excitatur.

4. TUSSIS oritur à calidâ asperæ arteriæ, pulmonum & diaphragmatis intemperie. SICCA est & INANIS, quia materia peccans ad cutis extremitates ab expultrice irritatâ amandatur, & per poros transpirat.

5. CALOR adest ingens ob febrem acutam, & humores biliosos exæstuantes.

6. MACULAE RUBRAE apparent, per totam cuticulæ summitatem diffusæ, ob sanguinis biliosi æstuantis, & à præternaturali cordis caliditate, facultatequè expultrice per arterias sæpè dictas expulsi, copiam.

7. PALPITATIONEM CORDIS præternaturalem adauget facultas pulsifica à sanguine effumante, & celeriùs per cor transcurrente irritata.

8. PULSUS est CREBER & FREQUENS, ob intemperiem cordis totiusquè corporis calidam, nimiamquè sanguinis æstuationem & celeriorem circumgyrationem.

9. VEHEMENS est & UNDOSUS, ob expultricis, copiosum & vitiosum sanguinem è regiâ cordis sede ad extremas corporis partes expellere annitentis, industriam & facultatem.

10. DIFFICULTAS RESPIRATIONIS adest: quoniam morbilios erumpentes extra hypocaustum frigus ad viscera nobilio-

nobiliora, cor & pulmones, repulit. Horum materia ibidem residet, vasa respirationis coarctat, magnasquè creat angustias.

DELIRIUM, VIGILIAE NIMIAE, & PAVOR matrem agnoscunt præternaturalem cerebri caliditatem, à febre acutâ, & sanguine æstuante à corde per arterias carotides ad caput tendente, & sensus internos lædente, subortam. 11.

OCULORUM CALIGO generatur itidem à sanguine bilioso ebulliente, qui, sicut ad totam corporis cuticulam ab expultrice propulsus illam defœdat, ita quoque ad externam oculorum tunicam, corneam dictam, amandatur, illamquè inquinat & obnubilat. 12.

PECTORIS ANGUSTIA, DORSI & DEXTRI LATERIS PUNCTIO & DOLOR oriuntur à fiente continui, pleuræ nimirum, aliarumquè membranarum, hasce partes connectentium, solutione. Hanc gignit sanguis corruptus ad corporis circumferentiam diffluens, sed ab aere frigido, in quem mater filiolum exportari permisit, per arteriarum ostiola ad interiora repulsus, & per venam cavam circulari retrogrado motu in dextrum cordis ventriculum, exindequè per arteriam venosam in latum pulmonum æquor diffusus, qui illorum vasa inania pervagatus incalescit & putrescit, pleuramquè cum pulmonibus & epate magis magisquè incendit. 13.

MANUUM PEDUMquè LASSITUDO & TREMOR proveniunt à calore febrili, membranosas artuum partes debilitante. 14.

CONVULSIO, à morbillis retropulsis, materiâ peccante nervoso generi communicatâ, inducitur. 15.

PROGNOSTICA signa nunc attendenda. Anxiam matrem, timentem, filiolum à morbillis extinctum iri, & ex nobis certum morbillorum eventum quærentem, vanâ pristinæ salutis spe lactare nolumus, sed filiolo lethi viam brevi esse calcandam, prædicimus. Prædictio. 1.

Etsi enim morbillis, nisi ex universali contagio & venenato aëre gignantur, pauci pereunt, attamen insigne indicat periculum, quod

1. I. tardius, die scilicet quinto & sexto erupêre. Hoc expellentis naturæ debilitatem, materiæ vitiosæ malitiam, crassitiem, viscositatem & copiam, viarum verò occlusionem & cutis densitatem denotat.

II. quod imprudens mater in tardiori eruptione filiolo extra hypocaustum se frigido exponere aëri permisit, factum, ut retrocesserit *ὀργασμώδης* materia excrementitia ad vitæ fontem, cor, pulmones & epar, febremquè malignam priorum more ac modo excitaverit, & nunc toti microcosmo inevitabilem meditetur interitum.

III. symptomata actionum læsarum suprà recensita gravia & vehementia, etiam certum subitæ mortis præbent præsagium. Continuum alvi profluvium malum est, imò lethale signum in morbillis, *communi practicorum suffragio*, quia corrupta materia per omnia corporis spatia liberè vagatur, & natura obruta & fracta nihil ampliùs pro salute pueri agere potest. Convulsio etiam, teste *Avicennâ*, perniciosissima. Ad hæc accedit virium adaucta imbecillitas & languor, quæ omnia anxiæ matri de longiori sobolis vitâ nihil ferè promittunt.

2. BREVI autem & fortè cum sole hodierno occidente mors imminebit, quoniam per dies tredecim, morbillis graviter conflictatus est, & difficilis crebraquè respiratio, lateris dextri punctio & dolor, vomitus, diarrhœa & virium languor non imminuuntur, sed continuò adaugentur.

3. TERMINABITUR procul dubio in convulsionem vel epilepsiam lethalem.

Curatio. Quamvis autem ægri sit desperata salus, placet tamen, quid in simili casu, si medicus justo advocetur tempore, agendum sit, indicare.

Id docet METHODUS INDICATIONUM. CURATORIA indicat morbillorum correctionem, calidæquè cordis aliorumquè viscerum nobiliorum intemperiei alterationem. PRÆSERVATORIA jubet sanguinem vitiosum ab ex-

terno frigore ad cor & pulmones rejectum expellere, & gravia vehementiaquè semovere symptomata.

VITALIS commendat nobis virium custodiam & refocillationem.

MATERIÆ remediorum petendæ ex TRIBUS CONSUETIS FONTIBUS, quorum primus, CHIRURGICUS scilicet, nobis erit prætereundus, illius enim usus in nostris regionibus minùs salutaris censetur in puerulis, morbillis laborantibus. *Chirurgia.*

EX PHARMACEUTICO in *clysteribus* & alvi subductionibus, sive illæ sint lenes, sive fortiores, cautos nos esse jubet recta ratio. Sanguis enim vitiosus, aliiquè peccantes humores ob externum frigoris adversi sensum ad cor, epar & pulmones remeârunt, quod continuus vomitus & alvi profluvium ad oculum demonstrant. Si itaquè clysteres & purgationes adhiberentur, non solùm sedulæ naturæ in expellendâ materiâ peccante à centro ad superficiem conatus impediretur, sed etiam omnis illa materia ad intima viscera, cor, epar & pulmones irruere posset. *Pharmaceutica.*

Convertimus nos ad DIAPHORETICA & ALEXIPHARMACA, aliaquè medicamenta EXPELLENDI virtute prædita.

℞. *pulv. bezoard. Rolfinciani*, ♁nii *diaphor.* a. ℈. iij, *croci* ℈. j, ○○ *citri* ℈. ij.
M. D. in chartâ. S. Schwitz- und austreib-Pulver/ cum sirupo fumariæ adsumendus.

℞. *sem. nasturtii, aquilegiæ, C. C. philos. ppt.* a. ℈ß, *corall. rubrorum, margar. ppt.* a. ℈j.
F. pulvis, exhibendus in liquore conveniente, pondere ℈j.

℞. *spec. liberantis, confect. de hyacintho* a. ℈. iiij, *conservæ flor. rutæ* ʒj.
M. F. Bolus. S. Schwitz- und austreib- Bissen auff einmahl einzunehmen.

Si placeat potiuncula, potest exhiberi sequens:

℞. *sir.*

℞. *sir. acetosæ simpl.* ʒvj, *de fumariâ* ℥ß,
aq. hordei, fragor. a. ℥j, *card. ben. acetosellæ* a. ℥ß,
salis C.C. volatilis ʒj, *succi citri depurati* ʒij.
M. pro duabus vel tribus dosibus.

℞. *tincturæ bezoardicæ* ℈j.
In haustu julepi cordialis detur.

LAPIDIS BEZOARDICI g̃. iiij. Pro uno præbio exhiberi queunt.

AD EXPULSIONEM commendatur sequens decoctum.

℞. *ficuum pingu.* n. x, *lentium* ℥iij, *laccæ* ʒij,
gummi tragac. ad adstrictionem & incrassationem,
sem. fœnic. a. ʒij
Coq. in ℔iß aq. font. ad tertias. Detur per se.

Expellendi gratiâ mulierculæ pueris quoquè propinant *vinum rubrum*, quod à naturâ ad signaturam morbillorum expellendorum accommodatum & frigidum esse credunt.

Pannum rubrum laneum etiam oculis puerorum exponunt ad eliciendas rubras morbillorum maculas, propter analogiam, quâ sanguinem ebullientem ad exteriora movere creditur, sed vanum & superstitiosum multi existimant, nisi istud sit longum & latum ad contegendos pueros, ut sudor feliciùs succedat.

Symptomatum mitigatio. SYMPTOMATIBUS nunc occurrendum est, & quidem ciborum inappetentiæ & vomitui, ut & diarrhœæ. Hoc aptè fiet externis linimentis.

℞. ♁ *cydoniorum, mastichis, menthæ coctorum* a. ʒij,
nucis mosch. expr. ʒj, *cinam. destill.* g̃. v.
M. S. Magenſälblein.

COR, EPAR & PULMONES roborantia, ardoremquè restinguentia sunt *aqua acetosæ, acetosellæ, endiv. cichorii, sirupus limon. acetos. citri, perlatus, granator.* Sufficiat hâc de re vel unius *Mindereri* verba hic in medium afferre

ferre, notatu digna. De spiritibus ♀ris & ⊖li agens, nulla, *inquit*, est putredo, cujus vires non frangant: nulla infectio, quam non superent: nulla inflammatio, quam non extinguant: nulla humorum depravatio, quæ per eos non superetur. Sanè (ut liberrimè loquar) si mihi vitriolatorum medicamentorum usus vel indiceretur, vel inhiberetur, ego ad pestis & febrium curationem nunquam, vel saltem inermis accederem. Hæc *Mindererus*. Vel

℞. *julepi violarum, rosarum* ā. ℥ij.
spir. terr. sigill. rub. secund. descript. Agricolæ comm. in Poppium ppti ʒß.
⊖*li q. s. ad gratum saporem.* M.

Multi *confectionem alkermes* addunt confortantibus in morbillis, sed in nostro puero propter diarrhœam non convenit ob lapidem lazuli, qui profluvia ventris adauget, nisi sedulâ operâ sit lotus, admistum.

VIGILIIS hic nullis opiatis subveniendum interiùs, quoniam expulsionem morbillorum impediunt, ab extra tamen ad tempora oblinenda sequens unguentum potest præscribi.

℞. *ungu. de alabast. in aq. melissæ & rosar. loti* ʒij,
extracti croci ḡ. iij, *opii* ḡ. ij,
⚯ *cocti violar.* ʒj, *ligni rhodii dest.* ḡ. vij.
M. in fictili. S. Schlaf-Sälblein an beyde Schläffe zu streichen.

PECTORIS ANGUSTIAM & DIFFICILEM RESPIRATIONEM mitigabit sequens potio:

℞. *aq. pectoralis Rolfincianæ,*
pulmonis vituli ā. ℥ij, *sir. de alth. Fernel.* ℥ß.
M. Detur. S. Brust-und Lufftwasser.

℞. *ungu. pectoral.* ʒvj. ⚯ *amygd. dulc. amar.* ā. ʒj,
anisi destill. gutt. viij,
ceræ q. s. pro linimento. S. Brustsälblein.

CONVULSIONI epilepticæ præservandæ proderit specificus, Marchionis dictus, pulvis.

Diæta 1. IN DIÆTA NATURALI tenuibus puellus utatur CIBIS, qui sunt facilis coctionis boniquè succi. Commoda sunt *ptisana hordeacea* adjecto modico saccharo canthio; *jura pullorum, galli, cocta cum semine fœniculi, apii, anisi*, vel *jura cicerum rubrorum cum rad. cichorii parata.*

POTUS sit *cerevisia Numburgensis* bene defecata, in quâ suspendi potest sacculus ex rasurâ eboris, C.C. usto vel phil. præparato confectus; vel *serum lactis*, vel *aqua hordei* in quibus extincta aliquoties chalybs aut lamina aurea.

2. IN VITALI diætâ eligendus est AER ambiens calidus in hypocausto calido. In molli æger detineatur lecto, mundis stragulis instructo, benequè cooperiatur, ne ex appulsu frigoris cutis pori occludantur, ac materia morbifica, uti antè semel factum est, ad interiora repellatur. Non tamen nimio torquendus æstu, ne calor febrilis adaugeatur, viresque penitus dejiciantur.

GAUDIUM & animi hilaritas ipsi concilientur, jucundarum rerum enumeratione, oblatione & promissione.

3. IN ANIMALI diætâ SOMNUS & VIGILIÆ sint moderatæ: copiosior tamen somnus ob vires fractas, concedi potest. Æger toto morbi tempore in lecto QUIESCAT: quiescente namque corpore, calor naturalis in nullâ aliâ re occupatus, expulsioni morbillorum meliùs vacare potest.

CONSULTATIO XI

de

juvene variolis laborante.

HISTORIA.

Historica relatio. JUvenis annorum XX, temperiei calidæ & humidæ, cum nullo hactenus morborum genere conflictatus, autumnali tempore pestilentiâ totam urbem invadente, subitò circa quartam

Digitized by Google

quartam vespertinam sentit virium debilitatem, δυσαρέστησιν; inquietudinem. Calor per totum corpus est dispersus, pulsus magnus, respiratio celer & creber, cor per intervalla quasi palpitat, insolitus urget corpus sudor, & capitis gravis dolor. Noctu aquâ florum sambuci, & pulvere cardiaco propinato augentur omnia. Manè maculæ morsibus pulicum similes, ceu petechiales, undique apparent. Secatur illicò dextri brachii vena, & variolarum mox tubercula prorumpunt. In consilium ulteriùs vocato medico, de sanando morbo cogitatio suscipitur, deliberatur quis sit affectus, & quomodo curandus.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, quo æger affligitur, sunt VARIOLAE, ad morborum acutorum, intemperiei, febriumque continuarum & malignarum classem referendæ, cordis palpitationem & alia symptomata conjuncta habentes; quas à morbillis, rubeolis & exanthematibus similibus distinctas Germani speciali nomine vocant die rechten Bocken / die Kinderblattern. *Affectus species.*

ADESSE reverà variolas, signa infallibilia in historiâ jam adducta demonstrant. Petuntur illa

I. *ab essentialiter inhærentibus exanthematibus per totum corpus, & essentiam consequentibus symptomatibus*, qualia sunt; virium debilitas, δυσαρέστησις, inquietudo, calor totius corporis, sudor copiosus, pulsus magnus, respiratio crebra, & cordis palpitatio, quæ epigenemata Silenum illum apud *Hipp. epid. L. 1. ægrot. 2.* affligebant.

II. *Causæ* prægressæ tantarum fuêre virium, ut ad morbum hunc producendum sufficere facilè potuerint.

III. *Similitudo* rei veritatem demonstrat. Quamplurimos eodem modo ante biennium affectos observavi, quos variolis laborare nemo non medicorum pronunciabat.

SUBJECTUM primarium sunt externæ partes: corporis totius cutis, vel potius cuticula, faciei præsertim, quæ potissimum tuberculis his infestatur, vel ob cutis in facie teneritudinem, vel humorum ferventium versus superiora ascen- *τὸ ὑποκείμενον μέρος.*

ra ascensum. Sunt tamen, qui experientiâ edocti, non externam solùm superficiem, sed viscera quoque interiora ferè omnia pustulas has occupare testantur, quibus jam contradicere animus non est.

PATIUNTUR ob calorem præternaturalem, & consequentem palpitationem non solùm *cor*, sed reliquæ etiam partes plurimæ mali fiunt participes: *pulmones* quidem ob respirationem auctam, *cerebrum* ob cephalalgiam & vigilias, *ventriculus* ob symptomata in omnibus malignis febribus eidem communia. *Totum* denique afficitur *corpus*, quatenus ebulliens & malignus sanguis effervescentiam ac qualitatem suam venenosam singulis microcosmi partibus beneficio circulationis communicat.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est materia maligna, à peculiari massæ sanguineæ humorumque corruptione & ebullitione proveniens.

mediata proximior. MEDIATA PROXIMIOR est *partim* sanguis in toto corpore contentus, quatenus humoribus excrementitiis tàm utilibus, quàm inutilibus abundans, malum à bono segregaturus, musti instar ebullientis fermentari incipit: *partim* humores excrementitii extra vasa hinc inde collecti: suntque vel biliosi, vel serosi. Locum hic habet quàm maximè Διαχώρησις *segregatio Hippocratica*, in quâ humores à mistionis modo διαχωρισθέντες secessionem facientes cruditatem acquirunt.

remotior. REMOTIOR causa NATURALIS est I. *Temperamentum*
1. calidum & humidum, calidorum morborum ferax. II. *Ætas*
2. juvenili propinqua altera causa est. III. Accedit, *quod ager*
3. *nullo hactenus laborârit morbo*: unde materia impura diu collecta & occultata, tandem naturâ robur suum exerente à
4. bono separari & expelli debuit. IV. *denique connata materni sanguinis impuritas*, quæ fœtui jam in utero communicata per totam se substantiam carneam occultè diffuderat: si veterum vestigiis insistere licet.

INTER RES NON NATURALES primum meritò locum obtinet *Aër corruptus*, atque à peculiari quâdam mali-

gnitatis

Digitized by Google

gnitatis specie contaminatus. Accedit *tempus autumnale*, quod acutissimos morbos & maximè exitiales gignit: unde etiam pestilentiâ per totam urbem grassante, facilè huic malo fomes subministrari potuit.

Victus *pravus* ex cibis varii generis, fructibus præsertim immaturis, constans & inordinatè assumtus, non parum huc contulit.

Motus denique & agitatio continua, ut & propensio ad *iram* in puero calidioris temperamenti, sanguinis fervorem excitare, fermentum quasi eidem addere, atque ad externas partes propellere valuerunt.

Ex his causis sensim generatus affectus, subitò autem in actum erumpens, non mirum est, quod prædicta, quæ signorum loco fuêre enarrata, habuerit symptomata. Horum hæc est ratio. *Symptomatum ratio.*

VIRIUM in ægroto nostro adest DEBILITAS, *partim* ob laborantem partem principem, nempe ipsum cor, cui præsertim malignitas hæc est infesta; *partim* ob calorem vires resolventem & spiritus vitales dissipantem; *partim* ob materiæ molem & copiam, quæ à venis in musculos exonerata, imbecillitatem illam causatur. 1.

INQUIETUDO excitatur à calore insolito, tenuiumque vaporum acrimoniâ, corpus undique lacessente. 2.

CALOR totum corpus quasi adurit, ob nimiam sanguinis ebullitionem & fervorem, ab humoribus biliosis & acribus accensum, ac per totum corpus latè diffusum. 3.

PULSUS est MAGNUS, ob virtutem fortem arterias dilatantem, usum itidem & calorem auctum, qui, id quod noxium est, extrusurus, naturam ad magnam dilatationem cogit. 4.

RESPIRATIO adest CELER & FREQUENS, vel, quòd ipsam pulmonum substantiam variolæ occupant, vel ignea in pulmone & corde accenditur caliditas, quæ, cùm usum augeat, respirationis celeritatem excitat: quia verò celeritas usui satisfacere non potest, exigit frequentiam. 5.

COR per intervalla quasi PALPITAT ob malignam 6.

 mate-

materiam, quæ cor irritat, unde laborat palpitatione expellere, quod sibi noxium.

7. SUDOR erumpit COPIOSUS ob humiditatis excrementitiæ copiam & tenuitatem, calorem præsertim auctum, & virtutis expultricis robur, quod dum superfluum illud simul & confertim excernere nititur, multos sudores facit.

8. DOLOREM CAPITIS producunt tùm halitus calidi & acres ad caput ascendentes, tùm humores biliosi & serosi per arterias ad meninges delati, easque velut aculeis pungentes.

9. AUCTA sub noctem sunt OMNIA, quia pulvis ille cum aquâ propinatus robur internum auxit, atque ad hostem expellendum quasi armavit; unde majori mox cum impetu bellum aggressæ vires, ad exteriora morbum propulsarunt.

10. MACULÆ ergò mox in toto apparent corpore, dum natura à medicamine adjuta, vel irritata à copiâ & acrimoniâ, materiam à parte nobili ad ignobilem, à centro ad circumferentiam pellit. Inde maculæ primò parvæ ceu petechiales existunt; mox verò natura per venæ sectionem levata in expellendis maculis exsurgit fortior, & variolas protrudit.

Prædictio 1. SALUTIS & MORTIS nulla quidem hîc certa dantur signa, cùm verum sit *Hippocraticum* illud 2. *aph.* 19. morborum acutorum non omninò esse certas mortis & salutis prædictiones: si tamen ex morbi magnitudine & viribus ægri collatis judicium facere licet, non omninò hîc desperandum, cum naturæ robur se adhuc sufficiens vincendo morbo exhibeat. Quò verò vires fortiores & symptomata mitiora sunt, eò melior morbi eventus sperandus.

2. BREVEM fore hunc morbum, colligi potest vel solùm ex eo, quod acutus sit, qui, *dicente Galeno* 2. *aph.* 19. & 23. velociter atque cum impetu ad statum movetur. Præterea facultatis robur adhuc præsens, ætas juvenilis, sudor, imò totus morbus calidus, & reliqua signa simul sumta, brevitatem pronunciant.

3. MODUS EVENTUS etiam considerandus. Non lentâ sed subitâ mutatione, CRISI nempe, ægrum sanitatem recuperatu-

Digitized by Google

peraturum, colligere jubet morbi & motus ejus vehementia. Bonam verò, fidam & perfectam crisin denunciat materiæ àd partem aliam & quidem ignobilem ac distantem translatio, quæ quia in totam fit corporis substantiam & circumferentiam, materiæ totalis ejectio, atque sanitas mox ipsa subsequetur.

CURATIO citissimè est aggredienda, cum periculum sit in morâ, ne plura mox propullulent symptomata, quibus postmodum penitus eradicandis, neque natura neque ars sufficiant. *Curationis μέθοδος.*

Nititur autem Curatio suis INDICATIONIBUS, quæ triplicis sunt differentiæ: CURATORIA quæ morbum ipsum ejusque causam immediatam tollere jubet: PRÆSERVATORIA, quæ causarum antecedentium & symptomatum etiam ablationem postulat: VITALIS, quæ virium conservationem & instaurationem attendit. *Indicationes.*

Triplici huic indicationi ut satisfiat, MATERIA præsidiorum ex ternario haurienda erit fonte. *Materia.*

CHIRURGIA. Recta ratio venam secare jussit, cum febris adsit continua & maligna, sanguis calore p. n. accensus ferveat, æger sit plethoricus & viribus adhuc valens, ætas itidem juvenilis, nec alia symptomata obstiterint. Hæc naturam ab onere, quo opprimebatur, liberavit, ut, quod molestum est, facilius vincere ac expellere sicuerit. Quamvis verò inter initia exanthemata hæc parva apparuerint, non tamen consilium fuit de nihilo. *Chirurgia.*

In principio fuit morbus: laboranti naturæ, quæ imperfectè maculas protrusit, spiritibusque suppressis fuit succurrendum.

PHARMACIA exhibet evacuantia & ebullitionem mitigantia, diaphoretica, quæ naturam pellendo adjuvent, alterantia ac confortantia, quæ noxium à corde propulsent, partes reliquas defendentia, & tandem ipsa exanthemata penitùs auferentia. *Pharmacia.*

LAXANTIA, quæ cacochymiæ copiam minuant, hic non sint validiora, sed talia, quæ leniter tantum alvum subducant,

ducant, ne humorum vehemens fiat commotio, aut ad interiora attractio.

1. A clystere inchoetur curatio.

℞. *fol. malvæ, scordii, card. bened.* a. Mj,
flor. chamameli, meliloti, hyperici a. piß,
rad. succisæ, angel. a. ℥ß,
sem. anisi, card. mariæ, carvi a. ℥ij.
Coq. in s. q. juris pulli ad ℔j. In colaturâ dissolve
elect. diacatholici, ol rutæ, mell. rosati a. ℥j,
vitell. ov. n. j. *sal. comm.* ʒß.
M. F. Enema. Detur in vesicâ, & calidè applicetur.

2. Per os *Lenientia* assumi possunt sequentia:

℞. *rhabarb. alex.* ℈ij, *agar. trochisc.* ʒß,
cinamomi ℈j. *aq. fumar.* ℥iij.
Infusa macerentur per noctem in loco tepido, manè colentur. Colaturæ expressæ adde *elect. diacatholici, diaphœniцων* a. ʒij. *sir. ros. solutivi, de capill. veneris.* a. ʒiß.
M. F. Potio pro dosi.

3. ℞. *fol. sennæ selectæ* ʒiij. aut iv. Infunde per noctem in haustu cerevisiæ, & ægro propinetur matutinis horis.

4. Pruna prunellorum laxativa in usum trahi queunt.

Diaphoretica. Diaphoretica ac expellentia, quæ noxios humores versus exteriora protrudunt, præscribi possunt sequentia:

℞. *sal. card. bened. C. C. phil. ppti, terræ sigill. strigon.* a. ℈ß.
M. F. pulvis, pro dosi, cum cochl. emulsionis cordialis assumendus.

Vel

℞. *sal. prunellæ* ℈ß, *bezoard. miner.* gr. vj,
camphoræ gr. ij, *croci* gr. j.
M. F. pulv. pro dosi, cum *aq. card. bened.*

℞. *aq. cordialis Sax. flor. boraginis, card. benedicti* a. ℥j, *sirupi de corall. Querc.* ʒvj, *conf. alchermes Eichstad.* ℈ß, *mistura bezoardica* ℈j, *magist. spinar. vipera* g. v. M. F. potio pro dosib. ij.

℞. *elect. diascordii* ʒj, *aq. analept. Rolfincii* ℥iiij, *sirupi cardui benedicti* ℥ß, *tinctura bezoardica* ℈j. M. F. Mistura. Dosis cochl. 1. horis matutinis.

Sudor diligenter extergatur, & linteamina mutentur, calefactis ante indusiis aliis.

DECOCTO LENTIUM ab antiquitate commendato sæpe favet experientia, & signatura. Expulsionem juvat.

Intuitus pannorum chermesinorum ob similitudinem colorum juvare à mulierculis censetur expulsionem.

PRÆCIPITANTIBUS, ut *C. C. usto, coralliis, perlis, lapidibus cancrorum præparatis*, multum tribuitur à nonnullis. Sed cavendum, ne, dum figitur materia, ἀδιαχώρητος à mistionis naturali recedens modo, turbarum plus excitet.

ALTERANTIA & CONFORTANTIA usurpari *interne* possunt sequentia.

℞. *C. C. phil. ppti, lap. ♋ ppti, succini albi ppti* a. ℈ß, *terra sigillata Strigon. spec. diamarg. frig.* a. ℈ß. M. F. pulvis. Detur ℈j pro dosi in cochl. j. ▽ *analept.*

℞. ▽ *pom. borsdorf. cichor. endiv. buglossi, ceras. nigr.* a. ℥iij, *sir. citri perlati, berberum, corall.* a. ℥ij, M. F. Julepus.

Ab *externis* ob repulsionis metum abstinendum.

His igitur ritè sic administratis, ipsa quoque facilè cessabunt symptomata, utpote quæ pleraque eandem cum morbo curationem indicant.

Reliquas corporis partes ab ulcusculis his DEFENDEMUS, si *oculos* circumcirca auro optimo confricemus, vel *aq. plantag. & euphras.* cum pauxillo *croci* illinamus, vel denique clausos calido lacte aut decocto hordei foveamus,

mus. NARES nodulo ex camphorâ cum aceto rosarum immisso præservantur, vel occlusæ *ol. amygd. dulc.* illinuntur. *Guttur decocto hordei* cum *melle rosarum* elluatur. Fiat gargarisma tale:

℞. *aq. hordei* ℔ß, *aq. plantag.* ℥j, *sirupi myrtini, diamoren* ā. ℥ß. M.

Ad totalem ERADICATIONEM variolarum pertinet, ut ad maturitatem perfectam deveniant, quæ promovetur inunctione crebrâ *olei amygd. dulc.* præsertim verò *lactis muliebris*, cui parum croci est permistum. Probatum præsidium multi extollunt frustum lardi, applicitum fronti, & hinc inde partibus faciei.

Maturis pustulis, si materia contenta sponte suâ prorumpere nolit, ne diuturnâ morâ ulceris profunditatem inducat, aut subjectis etiam partibus noceat, acus argenteas vel aureas applicare jubent multi, sed satius est intactas relinquere.

Diæta. DIÆTA in sex rerum non naturalium legitimo consistit usu.

1. ῥοφήματα. Sorbilia. I. IN NATURALI, CIBUS eligatur tenuis, boni succi facilisque concoctionis. Talis sunt *jusculа pullorum*, gallinarum, caponum, hordei, vitella ovor. &c. Edesmata quædam mitiora etiam conveniunt: caro agnina, vitulina, capones, columbæ juniores &c. Succo citri, acetosæ, granatorum condiantur. Vitentur contrà cibi pravos succos generantes.

2. II. IN VITALI, AER eligatur ad caliditatem & siccitatem accedens, quò eò melius natura expellere malignitatem possit. Vitetur frigiditas externa omnis, utpote quæ maculas mox omnes facit disparere, solaque sæpè mortis præsentaneum inducit periculum. ANIMI παθήματα cane pejus & angue fugiat æger, iram præsertim, timorem & mœstitiam, utpote quæ ad cor revocare malignitatem & ingens periculum ferre solent.

3. III. IN ANIMALI *somnus* & *vigiliæ* moderatis se excipiant vicissitudinibus. *Quietus* æger jaceat, ne vires prosternantur. *Alvus* semper teneatur in officio, non tamen nimis præcipitetur decoctis expulsivis, ne noxia sequatur diarrhœa.

CON-

zed by Google

CONSULTATIO XII
de
febre petechiali laborante, ægro.
HISTORIA.

Juvenis XXIV. annorum, temperamenti biliosi, *εὔσαρκος* tamen, sedentariæ vitæ deditus, in principio veris post antegressam hyemem, quàm par erat, calidiorem & humidiorem, austrinis ventis flantibus, neglecto victus regimine in diem vivens, febribus putridis hinc inde grassantibus, conqueritur de virium debilitate, *δυσφορία*, inquietudine, leni calore præter solitum, quem excipit levis rigor. Per intervalla melius habere videtur; sed mox iterum languet, leviter horret & calet. Respiratio celer est & crebra. Pulsus parvus fieri incipit & debilis, frequens tamen. Circa quartum diem advertuntur maculæ pulicum morsibus similes, sine pruritu, circa collum, dorsum, brachia, pectus & crura undique micantes. Febris apparet continua cum delirio, narium substillo, linguâ aridâ & salebrosâ, oris amaritie, appetitu prostrato, siti immodicâ. Urina turbida, quæ tamen primis diebus fuit sanorum similis, cum summâ virium dejectione. Quærit æger, quisnam sit morbus, quod subjectum, quæ causa, quis eventus, subitaneumque postulat auxilium. *Relatio historica.*

RESOLUTIO.

Juvenis hic, nostrum efflagitans auxilium, videtur laborare febre, quæ aliàs sub funesto febris malignæ petechialis à medicis curatur titulo, affectû, qui ut plures alii à moribus, quibus saluti humanæ insidiatur, malignis, nomen mutuatus est. *τὸ ὅτι & τὸ διότι.* [margin partly illegible]

ADESSE febrim malignam petechialem, ostendit I. ESSENTIALITER INHÆRENS MODUS CALORIS, qui habet proprietatem illam, quam malignis febribus assi- *Innotescit I.*

 gnavit

gnavit *Hippocrates*, nimirum LENIS est à PRINCIPIO àque naturali statu parum mutatur; calor, rigor & languor mentiuntur remissionem alternatam, ita ut vix effatu dignus videatur affectus, aut intermittens benigna tertianæ æmula, pôst se exserens continuitate, malignitatis nomine suspecta.

4. II. SYMPTOMATA eandem malignitatem notant.

IN ACTIONIBUS ANIMALIBUS inæqualitas, displicentia, inquietudo, delirium.

IN VITALIBUS, respiratio celer & crebra, pulsus parvus & debilis, frequens tamen.

IN NATURALIBUS appetitus prostratus & liquidorum appetitus auctus. Arida lingua.

EXCRETA, urina turbida, sanorum primis diebus similis, cum virium dejectione, malignitatem notat.

Cum verò variæ species sint febrium malignarum, qualis hæc sit, indicant QUALITATES MUTATAE, MACULÆ nempe pulicum morsibus similes, hinc & inde apparentes.

8. CAUSÆ prægressæ, temperamentum calidum & siccum, anomalia seu inæqualitas hyemis, quæ solito calidior & humidior, qualis hæc nostra, venti austrini, mala victus ratio, putredinosam dispositionem accendere potuêre.

SIMILITUDO malignam & petechialem esse ægri nostri febrim etiam ostendit. Ante annum similem vidimus ægrum, qui ab omnibus pro petechiali febre laborante habebatur.

Generis ratione dicimus affectum hunc ad morbos reduci debere, & quidem partium similarium, quarum morbis cum præter intemperies simplices & compositas, cum vel sine materia etiam morbi occultarum qualitatum adnumerentur, meritò quoque febrim malignam petechialem tanquam morbum intemperiei calidæ, junctis simul occultis qualitatibus, ad illarum morbos referimus.

Subjectum primarium; ΠΡΩΤΟΝ ΔΕΚΤΙΚΟΝ subjectum primarium hujus febris est cor, hoc enim omnis caloris tàm naturalis quàm p. n. fons est.

Afficitur non solùm secundùm partem contentam, id est, massam sanguineam, imprimis partem ejusdem calidiorem

rem & sulphuream, quæ nimirum apta nata est promptissimè ad febrile malignumque incendium suscipiendum, quô factò particulæ calidiores & sulphureæ veluti in flammam erumpunt, & inter deflagrandum ratione fermenti maligni per partes coagulantur atque putrescere incipiunt; verùm etiam & præcipuè secundùm solidam ejus partem, septo propè apicem conterminam, in quâ est calidi nativi sedes motusque pulsûs principium.

SECUNDARIUM subjectum & adæquatum sunt partes totius corporis, ad quas motu rapidissimo sanguis exæstuans & putredinem concipiens defertur, atque ea propter iis quoque febrilem malignitatisque characterem imprimit. *Secundarium.*

CAUSA IMMEDIATA est fermentatio, sive motus & accensio p. n. partium massæ sanguineæ calidiorum & sulphurearum, earumque putredo excellentior, sive malignum eximiæ corruptionis fermentum, corporis quasi volatilisatio & conversio in atomos quasi spirituosas, vitâ manifestâ præditas, quæ in peste & febribus pestilentibus malignisque reliquis accusatur. Huic commodè inexplicabile τὸ θεῖον & subitaneum hoc in morbo malignum contagium adjudicari potest. *Causa immediata,*

MEDIATA PROXIMA causa est copia & redundantia impuritatum, excrementitiarumque humiditatum sanguineæ massæ admixtarum, vel etiam adhuc circa primas vias stabulantium; quarum heterogeneitas & diversitas seipsam ad fermentationem insidiosam & corruptivam (hanc enim putredo & corruptio requirit) facillimè disponit, vitalique œconomiæ insidiatur. *mediata proxima,*

Ad hujus appulsum facultas & robur vitale, quod alii archæum appellitant, tanquam unicum sanitatis nostræ jubar, confestim incandescit & cum indignatione vehementi purum ab impuro separat, atque inimicum suum ex vitæ territorio excludere & radicitùs exterminare tentat. Hinc fermentatio illa hostilis & tumultuosa per totum exoritur corpus, fluctuat motu inordinatissimo tota sanguinea massa, spiritus nostri impensè sic accensi & inflammati ita exæstuant,

 utpro-

ut propterea tamdiu universa corporis nostri fabrica insigni ter flagret, mens & ratio gravissimè obtenebrentur, facultate principes (hinc enim deliria) miseris modis confundantur & quæ sunt aliæ horrendæ hujus fermentationis circumstan tiæ, donec materia hæc furibundè sæviens, præcipitetur edometur atque expellatur.

Mediatæ remotiores. MEDIATÆ REMOTIORES NATURALES sunt ægrot nostri constitutio TEMPERAMENTALIS calidior, ÆTAS que juvenilis, quæ maximè apta nata sunt ad fomitem febri lem malignum endemicè grassantem suscipiendum.

2. Inter mediatas causas NON NATURALES primas i progenerando hoc affectu deferimus constitutioni autu mnali, hoc est, calidiori & humidiori HYEMIS antegressæ nec non AERI præsenti austrino, maximarum enim hic i corporibus nostris mutationum est autor, dum à calidior loco, propter eaquè calidus flare incipit, & humida loc perreptando humidus evadit. Unde tempestatis constitu tio calida & humida exsurgit, putredini maximè obnoxia.

Conferunt & addunt ἐπιβάλλον μέρ@ aliæ causæ no naturales, præprimis MOTUS CORPORIS debitus & con veniens neglectus, qui ad ulteriorem putredinem humoro disponit, juxta vulgatum illud theorema: Corpora calid humida loco calido conclusa nisi difflentur, statim putredi nem acquirunt.

Haud postremas, segnes licet, assignatas volumus ne glecto VICTUS REGIMINI, ob quod idoneam dispositio nem sibi contraxit, promptissimè quæ suscipit & admitti contagium in aëre humido calidoque volitans; nulla siqui dem efficiens causa quicquam agit, nisi propensum subje ctum nanciscatur: alioquin à labe nullus foret immuni Itaque promtiùs corripiuntur, qui in diem viventes, caco chymicis scatent humoribus.

3. PRÆTERNATURALIS causa non deest, febrium sc licet putridarum popularis hostilitas prægressa. Hæc hu mores disposuit ad recipiendas malignas impressiones.

Ratio symptomatum Ex his causis nata sunt symptomata, quæ anteà fig

vid

vice fungebantur. Eorum etiam reddenda erit ratio. Et quidem.

VIRIUM IMBECILLITAS oritur à turbatione sanguinis tenuioris spirituosi. 1.

DISPLICENTIA sui, nascitur ab impatientiâ naturæ, molestiis nondum adsuetæ. 2.

INQUIETUDO & DECUBITUS MUTATIO à novo sanguinis turbati motu. Jactantur membra modò huc, modò illuc, spe conceptâ alleviationem sequuturam. 3.

CALOR LENIS præter solitum, modò RIGOR LEVIS; per intervalla tamen cum languore recurrens, oritur ob succi crudi cum sanguine permistionem ejusque ebullitionem adhuc particularem: non secus ac videmus ignem viridibus lignis coopertum modò fumum, modò flammam emittere. Nonnunquam meliùs habere videtur, naturâ discutiente noxium. 4.

Monstrat hæc symptomata morbi hujus initium, quod se in ægrotô propter corpus ἔνσαρκον copiosô sanguine calido sicco refertum, ut & ætatem juvenilem, ad tres ferè tantum dies extendit.

AUGETUR CALOR, FEBRISque fit CONTINUA; propter hanc saburram cum reliquâ humorum masfâ in corde ulteriùs accensam & jam per totum fermentescentem. 5.

RESPIRATIO celer & crebra, ob ventilationis caloris necessitatem. 6.

PULSUS, qui febris ratione debebat esse frequentior, parvus est & debilis ob naturæ oppressionem. 7.

MACULÆ pulicum morsibus vel etiam scorbuticis similes, à facultate expultrice ad corporis peripheriam, propter fermenti maligni admixtionem, sanguinis partes ναρκώσεσ afficiens, quæ motu circulari à naturâ providâ ad partes exteriores amandantur. 8.

AUGETUR calor febrilis, cum jam libero campo effumationes sanguinis in corde calefacti vagantur. 9.

DELIRIUM accedit, vel quia humores vitiosi per μεσάπιον cerebro communicantur, vel propter spiritus cerebro 10.

ejusque

ejusque regimini, ob motum inordinatum turbatos, improportionatos redditos.

11. Τῶν ῥινῶν στάξις NARIUM SUBSTILLUM sequitur, crisi imperfecta ad motum sanguinis ad superiora, ob expultricis irritationem, sed non promotum ob ejusdem debilitatem.

12. LINGUA arida, ob caloris exuberationem: salebrosa, ob membranæ inæqualem exasperationem.

13. APPETITUM in hâc naturæ cum causâ morbificâ luctâ languescere, mirum non est. Non adest venarum suctio, ut veteres putabant, sed fermentum, ut recentiores, languet.

14. SITIS augetur, ob absumtionem humidi.

15. URINA initio sanorum similis, nondum enim aderat ζέσις καὶ διαχώρησις humorum. Turbida nunc est, naturâ partem materiæ corruptæ per illam evacuante.

Restat, ut ad curationem hujus affectus nos accingamus, præmuniti tamen priùs circumspectâ, cautissimâque

Prædictio ratione. Πρόγνωσει. Cum febris petechialis morbis accenseatur acutis, qui citò vel ad salutem vel mortem terminantur, ideò, quis hic sperandus sit exitus, ex circumstantiarum & symptomatum vehementiâ viriumque robore judicandum, ex quorum omnium conditione exitus bonus vel sperandus, vel anceps expectandus erit. *salutis.* Promittimus ægrotô nostrô SALUTEM, si natura suum fecerit officium, h. e. adparentibus signis coctionis, bonam crisin, per hæmorrhagiam narium, vomitum vel per diarrhœam, opus nec medico nec medicamentis possibile, molita fuerit, præprimis etiam, si æger & adstantes τὰ δέοντα observent, æger diætæ legibus majori observantiâ quàm hactenus morem geret, aërique frigido, ne maculæ cum malignitate à circumferentiâ ad centrum iterum retrocedant, haud sese exponet.

Secus si accidat, & vel sitis remittat, vel diarrhœa aut dysenteria symptomatica sequatur, pessima quæque de salute ominamur; signa enim sunt mox triumphaturi morbi, victam sanitatem ad mortis atria captivam ducturi.

His præmissis aggredimur cum DEO curationem ipsam, secun-

secundùm methodum INDICATIONUM communem & optimam.

CURATORIA & PRÆSERVATORIA ea, quæ præter naturam sunt, tollenda esse indicant: illa nimirum tollendam esse febrim cum malignitate; hæc verò causas remotas, fomitem scilicet, & antecedentes auferendas esse commonstrat. Symptomata non negligenda. VITALIS ea, quæ secundùm naturam, h. e. vires, debitis analepticis restauranda & conservanda esse jubet.

MATERIAS auxiliorum, quæ iis respondent, desumimus *Curatio per*

I. E CHIRURGICO FONTE. Sanguinis missionem *Venæ sectionem.* multi tanquam feralem in hoc morbo accusant, existimantes arma naturæ sic infringi, malignitatemque à circumferentiâ ad vitæ centrum perduci, imò multos sic jugulatos esse, prout *in obs. & consiliis suis habet Brunnerus.* Verùm eandem hîc admittere possumus, non sine cautelâ tamen, ut non inconvenienter, sed in principio administretur, non ad malignitatem tollendam, sed naturam ab onere levandam, quò in evincendâ malignitate juvetur, petechiis & victis humoribus expellendis sufficiat, & spiritibus suppressis sic subveniatur, adhibeatur: nulli enim dubitamus, sic salutarem & felicem hoc in morbo ejusdem fore usum.

II. EX PHARMACEUTICO FONTE primò se sistunt locô purgantia, quæ an ægro nostro sint exhibenda, lubet quærere? *Purgantia.*

De exhibitione purgantium in febribus malignis in genere non conveniunt inter se autores. Plurimi non expectatâ coctione statim purgandum esse suadent, eò, quòd humores venenati toto genere præternaturales coctionem non recipiant, tùm etiam, quòd turgeant plerumque. Alii contrà purgantia tanquam cane & angue pejora fugienda esse clamitant, asserentes motum naturæ, quæ miasma malignum ad circumferentiam protrudit, sic manifestò turbari, ejusque robur aliò, nimirum ad inferiora, & ad frangendum pharmaci robur, diverti, quo facto, malignitatem retroce-

 dere

Digitized by

dere funesto protinùs cum impetu, vitæque castellum occupare, imò sæpissimè funditùs illud demoliri.

Conciliatio. Verùm in promtu statim potest esse horum conciliatio, si respectus habeatur temporum morbi & motûs naturæ, tùm etiam ipsorum purgantium. Non omni hujus morbi tempore, nec quolibet pharmaco tutum est purgare. Dacrydiata pharmaca intempestivè, imò quolibet tempore in dosi majori si exhibeantur, noxia esse judicamus: econtrariò lenientia & minorativa in principio exhibita, sivè jam per os, sivè per anum ingerantur, nec naturam turbabunt, nec malignitatem augebunt, sed materiam in primis viis hærentem suavi naturæ solamine evacuando, ejusdem in morbum victoriam accelerabunt.

Talia quoque ægroto nostro commendamus, præprimis si illis adjungantur cardiaca & appropriata.

Clysteres. ℞. *rad. scorzon.* ℥j, *angelicæ* ℥ß, *fol. galegæ, scordii* ā. Mj, *fl. calendulæ*, p. iij.
Coq. in s. q. ▽ comm. In colaturæ ℥viij dissolve
ol. chamæmelini ℥j, ⊕ *tiati* ʒj.
M. F. l. a. clyster.

Vel

℞. *decocti flor. & fruct.* ℥viij, *ol. de verbasco* ℥j,
⊖ ♀*ri* ʒß. M. F. Clyster.

Lenientia alia. Si hisce clysteribus primæ viæ non satis expurgentur, tunc

℞. *crystall.* ♀*ri* ℈j, *pulv. rhabarb. electi* ℈ß,
ol. citri stillati gt. ij. M. F. Pulvis. S. Laxierpülverlein uff einmahl.

Vel

℞. *rad. scorzon.* ʒiij, *fl. calendulæ* p. ij, *cordial.* ā. p. j,
rhabarbari electi ʒiß, *cinamomi electi* ℈j.
Infunde in s. q. ▽ *scorzon.* per noctem. Manè coletur & edulcetur. D. S. Laxier-Tränklein auf einmahl.

Vel

Vel

℞. *rad. contrahyervæ* ʒiiß, *fl. calendulæ, buglossi, borag.* a. ℈j. *rhabarbari electi* ʒiß, *cremoris* ♀ ʒij.

Infunde in ſ. q. ▽ *ſcorzon.* & *galegæ* per ℘. Manè ebulliant, ut cremor ♀i ſolvatur. ℞. hujus colaturæ ℥ij. Adde *ſir. roſar. ſolutivi* ʒiij. M. F. Potio pro unâ doſi.

℞. *MP. de rhabarbaro* ℈j, *extracti ſcordii* ğ. viij. *cum* ℅ *camph. vel peſtilentiali Heiniſii* F. l. a. pilulæ. S. Pillen auff einmahl.

per alterantia & præcipitantia. Præmiſſis hiſce univerſalibus ad ea jam accedimus, quæ fervorem febrilem & humorum ebullitionem alterant, mitigant ac præcipitant, tùm quæ à centro ad circumferentiam malignitatem pellunt, prætereaque inſigni virtute aperitivâ dotata ſunt, qualia videmus eſſe nobiliora bezoardica & excellentiora ſudorifica. Inter hæc palmam ferè præripiunt reliquis *Bezoardicum* ☉*ale*, ♃*iale*, *corallia præparata*, *ebur*, *C. C. philoſoph. & uſtum*, cum reliquis, quæ ea ſequuntur. Exhibenda autem illa ſuademus in aquis ſpecificis, febrifugis & alexipharmacis, ter in die, ne nimirum vires dejiciat malignitas. Formulis ea includimus ſequentibus:

℞. *C. C. ſ.* △, *eboris ſ.* △ a. ʒj, *bezoardici* ☉*alis*, ♃*ialis* a. ℈j.

M. F. Pulvis. S. Fieber-Pulver auff etliche mahl. Doſis ℈j. in aquâ appropriatâ, cerevisiâ vel decocto hordei.

℞. *pulv. bezoardici albi*, *C. C. ſ.* △ a. ʒj, ♁ *diaphoretici*, *bezoardici* ♃*ialis* a. ℈j. M. S. Bezoar-Pulver auff etliche mahl.

In formâ potionis.

℞. ▽ *ſcorzoneræ*, *ulmariæ*, *galegæ*, *perſicariæ* a. ℥j, ♁ *diaphoret.* ʒß, *C. C. ſ.* △ ʒj, *bezoard.* ☉*alis* ℈j, *ſirupi de citro compoſiti*, *aquilegiæ* a. ℥ß. M. S. Bezoar-Tränctlein auff etliche mahl.

 Vel

Vel

℞. ▽ *cordialis Herc. Saxonia* ℥ij, *melissæ* ℥j, *mixturæ simpl. Paracelsi* ʒj, *sirupi de citro comp.* ℥iß.
M. S. Schweißtreibendes Tränckleïn uff drey mahl.

His exhibitis sudet æger per horæ quadrantem, cavendo tamen, ne nimium contegatur & oneretur lectis, pòst linteis mundis & calidis abstergatur & exsiccetur sudor.

Cordialia. Maximoperè quoque erit necessarium, ut si fortè debilitentur hisce diaphoreticis vires, ad cordialia & confortativa descendatur. Præparabimus ea modo sequenti.

℞. ▽ *scorzoneræ, ulmariæ, scabiosæ, persicariæ* a. ℥j, *sirupi cerasorum nigrorum, de rubo idæo* a. ℥j, *tinct. fl. tunicæ, rosarum, boraginis, buglossi* a. ʒj.
M. S. Stärck-Tränckleïn auff etliche mahl.

Vel

℞. ▽ *scorzoneræ, melissæ, galegæ* a. ℥j, *C. C. s.* △ *præpar. eboris s.* △ a. ℈ij. *sir. fl. tunicæ, de succo citri* a. ʒvj, *conf. alkerm.* ʒj.
M. S. kräfftiger Stärck-Tranck auff etliche mahl / wohl umbzurütteln.

℞. *seminis aquilegiæ, citri, cardui benedicti* a. ʒiij, *amygd. dulc.* ℥iß, c. l. q. ▽ *scabiosæ*, & *scorzon.* f. l. a. emulsio. Adde *C. C. s.* △, ♁ *diaphoretici, magist. perlar. corallior.* a. ʒß, *spiritus rosar.* gutt. x. Edulcetur *sacchari tabulati perlati* q. s.
S. Hertzstärckende Milch uff etliche mahl.

Horum medicamentorum usus continuandus est ab ægroto nostro, donec videamus bonâ fide naturam vires morbi superâsse, ac perfectâ & salutari crisi se ab illo liberasse.

Symptomatum curatio. SYMPTOMATUM curatio non est negligenda, sed factis faciendis, iis quantocyus obveniendum. Excellunt autem in ægro nostro sitis & æstus febrilis, sequentibus mitiganda.

℞. *pomo-*

℞. *pomorum citrinorum* n. ij.

Exime pulpam eamque rejectis seminibus in q. s. ▽ fontanæ coque. Decocto huic calenti adde flavum corticem ab albo liberatum. Perfrigeratis omnibus coletur, & edulcetur sirupo de succo citri.

S. Citronen Julep auf etliche mahl.

Vel

℞. *hordei mundi* Mis, *rad. scorzon.* ℥iß, *rasura C.C.* ℥j, c. s. q. ▽ font. coque. Colat. ℔j adde *sir. de rubo idæo, cerasor. nigr.* a. ℥j, *tinct. rosar.* ℥ß.

M. S. zugerichtet Gerstenwasser.

Hujus usus etiam esse potest loco potûs ordinarii.

℞. *tinctura rosar. violar.* a. ℥ß, ∼ ⊕ ♂ *benè rect.* ʒij.

M. S. Kühl-und Stärck-Tinctur 50. biß 60. Tropffen in ein Nössel Bier.

Ad LINGUÆ ARIDITATEM & salebrositatem.

℞. *mucilag. sem. fœni græci, psyllii cum ▽ prunellæ & sempervivi extract.* a. ℥ß, ⦶ *cum* ♀ *ppt.* ʒß.

M. S. kühlender Schleim zur Zungen.

TOPICA salutari effectu seipsa commendant in infirmitatibus.

℞. *spec. cordial. temperat.* ʒiß, *fl. borag. buglossi, rosar.* a. p. j. *cort. citri flavi rec.* ʒj, *rasura ligni rhodii* ℈j, *aloes* ℈ß.

M. F. sacculi interpassati. n. ij.

Applicentur cum ▽ *cinamomi boraginatâ* carpi regioni. Spiritus theriacalis temporibus & pulsibus manuum illitus suo non carebit fructu.

IN DIÆTA NATURALI, tempore ebullitionis utatur VICTU tenui, ita tamen, ut ad statum vires sufficiant. Vitentur carnes, ova sorbilia, &c. quia statim à calore fortiori corrumpuntur. Cibi modicè refrigerent & adstringant. *Vinum* generosum non confert, nec cerevisia calidior, sed eligenda est tenuis, variis tincturis *Diæta 1.*

 refrige-

refrigerantibus & corrigentibus, ſpiritu item ⊕li ♂ optimè rectificato, imprægnata, aut loco ejus, vel alternatim, decoctum hordei.

4. In VITALI aër ſit, temperatus, rebus odoriferis nonnunquam alteratus. Eligatur autem cubiculum aëri aquilonari expoſitum.

5. In ANIMALI ſomnus & vigiliæ ſint moderatæ, ne ebullitio augeatur, ac ſpiritus magis diſſipentur.

CONSULTATIO XIII

de peſte infecto.

HISTORIA.

Hiſtoriæ initium. VIr temperamenti calidi & humidi ſecundùm cor & totum corpus, habitûs cacochymici, raræ texturæ, annorum XXX, dominante anomaliâ temporum inſigni ſibi timet. In eâ anni partes ſuam propriam conſtitutionem non ſervant, nec tempeſtivè ſibi mutuò ſuccedunt, ſed invicem permutantur, ita ut unum alterius naturam induat, & in ſingulis inſignes frigoris, caloris, madoris mutationes incidant, hyeme auſtrinâ prægreſſâ, ver tepebat, æſtas, imò totus ferè annus à nebulis, & pluviis calidus & humidus apparebat. Accedebat duplex eclipſis, ſolaris & lunaris. Mediâ æſtate febres ardentes, malignæ graſſabantur, promiſcuè invadebant ſenes, & juvenes, viros & mulieres. Accedebant petechiæ, & plurimos, interdum XL, intervallo paucorum dierum è medio tollebant. Tandem malignitas vires ſumit, ut vix duobus aut tribus diebus ſupervivant, quin deſubitò exſpirent, & quod mortale eſt, exuant. VIRIUM ſumma in ægris apparet proſtratio, calor externis in partibus langueſcit, imò frigus apparet, in internis uruntur, ut quaſi comburi ſe clament. Languidus eſt pulſus, inordinatus, nonnunquam celer & frequens. Reſpiratio læditur, adeò, ut luctuoſa edantur ſuſpiria. Fœtida nonnunquam eſt

Digitized by Google

est eadem. Delirium adest & oblivio. Inappetentia, cibi fastidium, vomitus, sitis incompescibilis negotium facessunt. Urina sanorum similis, sudor frigidus. Maculæ interdum apparent latæ, lividæ, interdum morsibus culicum similes. In his apparent anthraces, in illis bubones. Metu infectionis territus æger selectissimâ utitur diætâ, ab omni talium ægrorum consortio alienus, præservantibus etiam utitur medicamentis. His non obstantibus, cum amicum invisurus de improviso videret funus educi, subitò terrore corripitur, quem excipit horripilatio per totum dorsum, & pòst calor ingens æstuosus. Assumtâ theriacâ sudat. Secundâ die inguen sinistrum tumere incipit. Petit consilium.

RESOLUTIO.

MORBUS, quo æger noster laborat, est PESTIS. *Affectus species.*

Adesse eam, ostendit ESSENTIALITER INHÆRENS malefidus invadendi modus. Primis in incunabulis latebat, ut anguis in herbâ, ita ut vix suspicio incideret de peste, mox ruptis repagulis gliscere, & ad modum ignis obvia depascere cœpit. Nunc verò in oculis omnium versatur promiscua & inclementissima epidemia trucidatio, etiam brevissimo temporis spatio. 1.

CAUSÆ prægressæ, tempestas imprimis inæqualis, in quâ hyems veris, ver hyemis induit naturam, idem confirmant, quemadmodum etiam 2.

EFFECTUS seu SYMPTOMATA FACULTATIS VITALIS: summa virium imbecillitas, & pulsus languidus, inordinatus, nonnunquam celer & frequens. 3.

ANIMALIS facultatis actiones læsæ idem declarant.

RESPIRATIO adest inæqualis, luctuosis suspiriis intercepta. DELIRIA adsunt & oblivio.

NATURALES actiones multæ adsunt læsæ: vomitus, inappetentia, cibi fastidium, sitis inexhausta, urina sanorum similis, sudor frigidus, maculæ pulicum morsibus similes, anthraces, bubones.

SIMILITUDO etiam veram esse pestem declarat. Observa-

gnavit *Hippocrates*, nimirum LENIS est à PRINCIPIO, āque naturali statu parum mutatur; calor, rigor & languor mentiuntur remissionem alternatam, ita ut vix effatu dignus videatur affectus, aut intermittens benigna tertianæ æmula, pòst se exserens continuitate, malignitatis nomine suspecta.

II. SYMPTOMATA eandem malignitatem notant.

IN ACTIONIBUS ANIMALIBUS inæqualitas, displicentia, inquietudo, delirium.

IN VITALIBUS, respiratio celer & crebra, pulsus parvus & debilis, frequens tamen.

IN NATURALIBUS appetitus prostratus & liquidorum appetitus auctus. Arida lingua.

EXCRETA, urina turbida, sanorum primis diebus similis, cum virium dejectione, malignitatem notat.

Cum verò variæ species sint febrium malignarum, qualis hæc sit, indicant QUALITATES MUTATAE, MACULÆ nempe pulicum morsibus similes, hinc & inde apparentes.

CAUSÆ prægressæ, temperamentum calidum & siccum, anomalia seu inæqualitas hyemis, quæ solito calidior & humidior, qualis hæc nostra, venti austrini, mala victus ratio, putredinosam dispositionem accendere potuêre.

SIMILITUDO malignam & petechialem esse ægri nostri febrim etiam ostendit. Ante annum similem vidimus ægrum, qui ab omnibus pro petechiali febre laborante habebatur.

Generis ratione dicimus affectum hunc ad morbos reduci debere, & quidem partium similarium, quarum morbis cum præter intemperies simplices & compositas, cum vel sine materia etiam morbi occultarum qualitatum adnumerentur, meritò quoque febrim malignam petechialem tanquam morbum intemperiei calidæ, junctis simul occultis qualitatibus, ad illarum morbos referimus.

Subjectum primarium, ΠΡΩΤΟΝ ΔΕΚΤΙΚΟΝ subjectum primarium hujus febris est cor, hoc enim omnis caloris tàm naturalis quàm p. n. fons est.

Afficitur non solùm secundùm partem contentam, id est, massam sanguineam, imprimis partem ejusdem calidiorem

rem & sulphuream, quæ nimirum apta nata est promptissimè ad febrile malignumque incendium suscipiendum, quô facto particulæ calidiores & sulphureæ veluti in flammam erumpunt, & inter deflagrandum ratione fermenti maligni per partes coagulantur atque putrescere incipiunt; verùm etiam & præcipuè secundùm solidam ejus partem, septo propè apicem conterminam, in quâ est calidi nativi sedes motusque pulsûs principium.

SECUNDARIUM subjectum & adæquatum sunt partes totius corporis, ad quas motu rapidissimo sanguis exæstuans & putredinem concipiens defertur, atque ea propter iis quoque febrilem malignitatisque characterem imprimit. *Secundarium.*

CAUSA IMMEDIATA est fermentatio, sive motus & accensio p. n. partium massæ sanguineæ calidiorum & sulphurearum, earumque putredo excellentior, sive malignum eximiæ corruptionis fermentum, corporis quasi volatilisatio & conversio in atomos quasi spirituosas, vitâ manifestâ præditas, quæ in peste & febribus pestilentibus malignisque reliquis accusatur. Huic commodè inexplicabile τὸ θεῖον & subitaneum hoc in morbo malignum contagium adjudicari potest. *Causa immediata,*

MEDIATA PROXIMA causa est copia & redundantia impuritatum, excrementitiarumque humiditatum sanguineæ massæ admixtarum, vel etiam adhuc circa primas vias stabulantium; quarum heterogeneitas & diversitas seipsam ad fermentationem insidiosam & corruptivam (hanc enim putredo & corruptio requirit) facillimè disponit, vitalique œconomiæ insidiatur. *mediata proxima,*

Ad hujus adpulsum facultas & robur vitale, quod alii archæum appellitant, tanquam unicum sanitatis nostræ jubar, confestim incandescit & cum indignatione vehementi purum ab impuro separat, atque inimicum suum ex vitæ territorio excludere & radicitùs exterminare tentat. Hinc fermentatio illa hostilis & tumultuosa per totum exoritur corpus, fluctuat motu inordinatissimo tota sanguinea massa, spiritus nostri impensè sic accensi & inflammati ita exæstuant,

 utpro-

ut propterea tamdiu universa corporis nostri fabrica insigniter flagret, mens & ratio gravissimè obtenebrentur, facultates principes (hinc enim deliria) miseris modis confundantur, & quæ sunt aliæ horrendæ hujus fermentationis circumstantiæ, donec materia hæc furibundè sæviens, præcipitetur, edometur atque expellatur.

Mediatæ remotiores. 1. MEDIATÆ REMOTIORES NATURALES sunt ægroti nostri constitutio TEMPERAMENTALIS calidior, ÆTASque juvenilis, quæ maximè apta nata sunt ad fomitem febrilem malignum endemicè grassantem suscipiendum.

2. Inter mediatas causas NON NATURALES primas in progenerando hoc affectu deferimus constitutioni autumnali, hoc est, calidiori & humidiori HYEMIS antegressæ, nec non AERI præsenti austrino, maximarum enim hic in corporibus nostris mutationum est autor, dum à calidiore loco, proptereaquè calidus flare incipit, & humida loca perreptando humidus evadit. Unde tempestatis constitutio calida & humida exsurgit, putredini maximè obnoxia.

Conferunt & addunt ἐπιβαλλόν μέρος aliæ causæ non naturales, præprimis MOTUS CORPORIS debitus & conveniens neglectus, qui ad ulteriorem putredinem humores disponit, juxta vulgatum illud theorema: Corpora calida humida loco calido conclusa nisi difflentur, statim putredinem acquirunt.

Haud postremas, segnes licet, assignatas volumus neglecto VICTUS REGIMINI, ob quod idoneam dispositionem sibi contraxit, promptissimè quæ suscipit & admittit contagium in aëre humido calidoque volitans; nulla siquidem efficiens causa quicquam agit, nisi propensum subjectum nanciscatur: alioquin à labe nullus foret immunis. Itaque promtiùs corripiuntur, qui in diem viventes, cacochymicis scatent humoribus.

3. PRÆTERNATURALIS causa non deest, febrium scilicet putridarum popularis hostilitas prægressa. Hæc humores disposuit ad recipiendas malignas impressiones.

Ratio symptomatum Ex his causis nata sunt symptomata, quæ anteà signi vice

vice fungebantur. Eorum etiam reddenda erit ratio. Et quidem,

VIRIUM IMBECILLITAS oritur à turbatione sanguinis tenuioris spirituosi. 1.

DISPLICENTIA sui, nascitur ab impatientiâ naturæ, molestiis nondum adsuetæ. 2.

INQUIETUDO & DECUBITUS MUTATIO à novo sanguinis turbati motu. Jactantur membra modò huc, modò illuc, spe conceptâ alleviationem sequuturam. 3.

CALOR LENIS præter solitum, modò RIGOR LEVIS, per intervalla tamen cum languore recurrens, oritur ob succi crudi cum sanguine permistionem ejusque ebullitionem adhuc particularem: non secus ac videmus ignem viridibus lignis coopertum modò fumum, modò flammam emittere. Nonnunquam melius habere videtur, naturâ discutiente noxium. 4.

Monstrat hæc symptomata morbi hujus initium, quod in ægrotô propter corpus ἔνσαρκον copiosô sanguine calido sicco refertum, ut & ætatem juvenilem, ad tres ferè tantum dies extendit.

AUGETUR CALOR, FEBRISque fit CONTINUA, propter hanc saburram cum reliquâ humorum massâ in corde ulteriùs accensam & jam per totum fermentescentem. 5.

RESPIRATIO celer & crebra, ob ventilationis caloris necessitatem. 6.

PULSUS, qui febris ratione debebat esse frequentior, parvus est & debilis ob naturæ oppressionem. 7.

MACULÆ pulicum morsibus vel etiam scorbuticis similes, à facultate expultrice ad corporis peripheriam, propter fermenti maligni admixtionem, sanguinis partes νεκρώσει afficiens, quæ motu circulari à naturâ providâ ad partes exteriores amandantur. 8.

AUGETUR calor febrilis, cum jam libero campo effumationes sanguinis in corde calefacti vagantur. 9.

DELIRIUM accedit, vel quia humores vitiosi per μετάστασιν cerebro communicantur, vel propter spiritus cerebro 10.

ejusque

ejusque regimini, ob motum inordinatum turbatos, improportionatos redditos.

11. Τῶν ῥινῶν σαξις NARIUM SUBSTILLUM sequitur, crisi imperfecta ad motum sanguinis ad superiora, ob expultricis irritationem, sed non promotum ob ejusdem debilitatem.

12. LINGUA arida, ob caloris exuberationem: salebrosa, ob membranæ inæqualem exasperationem.

13. APPETITUM in hâc naturæ cum causâ morbificâ luctâ languescere, mirum non est. Non adest venarum suctio, ut veteres putabant, sed fermentum, ut recentiores, languet.

14. SITIS augetur, ob absumtionem humidi.

15. URINA initio sanorum similis, nondum enim aderat ζέσις ἢ διαχώρησις humorum. Turbida nunc est, naturâ partem materiæ corruptæ per illam evacuante.

Restat, ut ad curationem hujus affectus nos accingamus, præmuniti tamen priùs circumspectâ, cautissimâque

Prædictio ratione. Προγνώσει. Cum febris petechialis morbis accenseatur acutis, qui citò vel ad salutem vel mortem terminantur, ideò, quis hic sperandus sit exitus, ex circumstantiarum & symptomatum vehementiâ viriumque robore judicandum, ex quorum omnium conditione exitus bonus vel sperandus, vel anceps expectandus erit. Promittimus ægrotô nostrô

salutis. SALUTEM, si natura suum fecerit officium, h. e. adparentibus signis coctionis, bonam crisin, per hæmorrhagiam narium, vomitum vel per diarrhœam, opus nec medico nec medicamentis possibile, molita fuerit, præprimis etiam, si æger & adstantes τὰ δέοντα observent, æger diætæ legibus majori observantiâ quàm hactenus morem geret, aërique frigido, ne maculæ cum malignitate à circumferentiâ ad centrum iterum retrocedant, haud sese exponet.

Secus si accidat, & vel sitis remittat, vel diarrhœa aut dysenteria symptomatica sequatur, pessima quæque de salute ominamur; signa enim sunt mox triumphaturi morbi, victam sanitatem ad mortis atria captivam ducturi.

His præmissis aggredimur cum DEO curationem ipsam, secun-

Digitized by Google

secundùm methodum INDICATIONUM communem & optimam.

CURATORIA & PRÆSERVATORIA ea, quæ præter naturam sunt, tollenda esse indicant: illa nimirum tollendam esse febrim cum malignitate; hæc verò causas remotas, fomitem scilicet, & antecedentes auferendas esse commonstrat. Symptomata non negligenda. VITALIS ea, quæ secundùm naturam, h. e. vires, debitis analepticis restauranda & conservanda esse jubet.

MATERIAS auxiliorum, quæ iis respondent, desumimus *Curatio per*

I. E CHIRURGICO FONTE. Sanguinis missionem *Venæ sectionem.* multi tanquam feralem in hoc morbo accusant, existimantes arma naturæ sic infringi, malignitatemque à circumferentiâ ad vitæ centrum perduci, imò multos sic jugulatos esse, prout *in obs. & consiliis suis habet Brunnerus.* Verùm eandem hîc admittere possumus, non sine cautelâ tamen, ut non inconvenienter, sed in principio administretur, non ad malignitatem tollendam, sed naturam ab onere levandam, quò in evincendâ malignitate juvetur, petechiis & victis humoribus expellendis sufficiat, & spiritibus suppressis sic subveniatur, adhibeatur: nulli enim dubitamus, sic salutarem & felicem hoc in morbo ejusdem fore usum.

II. EX PHARMACEUTICO FONTE primò se sistunt lo- *Purgantia.* cô purgantia, quæ an ægro nostro sint exhibenda, lubet quærere?

De exhibitione purgantium in febribus malignis in genere non conveniunt inter se autores. Plurimi non expectatâ coctione statim purgandum esse suadent, eò, quòd humores venenati toto genere præternaturales coctionem non recipiant, tùm etiam, quòd turgeant plerumque. Alii contrà purgantia tanquam cane & angue pejora fugienda esse clamitant, asserentes motum naturæ, quæ miasma malignum ad circumferentiam protrudit, sic manifestò turbari, ejusque robur aliò, nimirum ad inferiora, & ad frangendum pharmaci robur, diverti, quo facto, malignitatem retroce-

Digitized by Google

dere funesto protinùs cum impetu, vitæque castellum occupare, imò sæpissimè funditùs illud demoliri.

Conciliatio. Verùm in promtu statim potest esse horum conciliatio, si respectus habeatur temporum morbi & motûs naturæ, tùm etiam ipsorum purgantium. Non omni hujus morbi tempore, nec quolibet pharmaco tutum est purgare. Dacrydiata pharmaca intempestivè, imò quolibet tempore in dosi majori si exhibeantur, noxia esse judicamus: econtrariò lenientia & minorativa in principio exhibita, sivè jam per os, sivè per anum ingerantur, nec naturam turbabunt, nec malignitatem augebunt, sed materiam in primis viis hærentem suavi naturæ solamine evacuando, ejusdem in morbum victoriam accelerabunt.

Talia quoque ægroto nostro commendamus, præprimis si illis adjungantur cardiaca & appropriata.

Clysteres. ℞. *rad. scorzon.* ℥j, *angelicæ* ℥ß, *fol. galegæ, scordii* a. Mj, *fl. calendulæ*, p. iij.
Coq. in s. q. ▽ comm. In colaturæ ℥viij dissolve
☍ *chamæmelini* ℥j, ⊕ *tiati* ʒj.
M. F. l. a. clyster.

Vel

℞. *decocti flor. & fruct.* ℥viij, ☍ *de verbasco* ℥j, ⊖ ♀ri ʒß. M. F. Clyster.

Laxantia alia. Si hisce clysteribus primæ viæ non satis expurgentur, tunc

℞. *crystall.* ♀ri ℈j, *pulv. rhabarb. electi* ℈ß, ☍ *citri stillati* gt. ij. M. F. Pulvis. S. Laxierpülverlein uff einmahl.

Vel

℞. *rad. scorzon.* ʒiij, *fl. calendulæ* p. ij, *cordial.* a. p. j, *rhabarbari electi* ʒiß, *cinamomi electi* ℈j.
Infunde in s. q. ▽ *scorzon.* per noctem. Manè coletur & edulcetur. D. S. Laxier-Tränck lein auf einmahl.

Ve

Vel

℞. *rad. contrahyervæ* ʒiiß, *fl. calendulæ, buglossi, borag.* a. pj.
rhabarbari electi ʒiß, *cremoris* ♀ ʒij.

Infunde in s. q. ▽ *scorzon.* & *galegæ* per ℘. Manè ebulliant, ut cremor ♀i solvatur. ℞. hujus colaturæ ℥ij.
Adde *sir. rosar. solutivi* ʒiij. M. F. Potio pro unâ dosi.

℞. *MP. de rhabarbaro* ℈j, *extracti scordii* g. viij.
cum ☍ *campb. vel pestilentiali Heinisii* F. l. a. pilulæ.
S. Pillen auff einmahl.

Præmissis hisce universalibus ad ea jam accedimus, quæ fervorem febrilem & humorum ebullitionem alterant, mitigant ac præcipitant, tùm quæ à centro ad circumferentiam malignitatem pellunt, prætereaque insigni virtute aperitivâ dotata sunt, qualia videmus esse nobiliora bezoardica & excellentiora sudorifica. Inter hæc palmam ferè præripiunt reliquis *Bezoardicum* ♁*ale*, ♃*iale*, *corallia præparata*, *ebur*, *C. C. philosoph.* & *ustum*, cum reliquis, quæ ea sequuntur. Exhibenda autem illa suademus in aquis specificis, febrifugis & alexipharmacis, ter in die, ne nimirum vires dejiciat malignitas. Formulis ea includimus sequentibus: *per alterantia & præcipitantia.*

℞. *C. C. s.* △, *eboris s.* △ a. ʒj,
bezoardici ♁*alis*, ♃*ialis* a. ℈j.

M. F. Pulvis. S. Fieber-Pulver auff etliche mahl. Dosis ℈j. in aquâ appropriatâ, cerevisiâ vel decocto hordei.

℞. *pulv. bezoardici albi, C. C. s.* △ a. ʒj,
♁ *diaphoretici, bezoardici* ♃*ialis* a. ℈j.
M. S. Bezoar-Pulver auff etliche mahl.

In formâ potionis.

℞. ▽ *scorzoneræ, ulmariæ, galegæ, persicariæ* a. ℥j,
♁ *diaphoret.* ʒß, *C. C. s.* △ ʒj, *bezoard.* ♁*alis* ℈j,
sirupi de citro compositi, aquilegiæ a. ℥ß.
M. S. Bezoar-Träncklein auff etliche mahl.

Vel

℞. ▽ *cordialis Herc. Saxoniæ* ℥ij, *melissæ* ℥j, *mixturæ simpl. Paracelsi* ʒj, *sirupi de citro comp.* ℥iß.
M. S. Schweißtreibendes Träncklein uff drey mahl.

His exhibitis sudet æger per horæ quadrantem, cavendo tamen, ne nimium contegatur & oneretur lectis, pòst linteis mundis & calidis abstergatur & exsiccetur sudor.

Cordialia. Maximoperè quoque erit necessarium, ut si fortè debilitentur hisce diaphoreticis vires, ad cordialia & confortativa descendatur. Præparabimus ea modo sequenti.

℞. ▽ *scorzoneræ, ulmariæ, scabiosæ, persicariæ* a. ℥j, *sirupi cerasorum nigrorum, de rubo idæo* a. ℥j, *tinct. fl. tunicæ, rosarum, boraginis, buglossi* a. ʒj.
M. S. Stärck-Träncklein auff etliche mahl.

Vel

℞. ▽ *scorzoneræ, melissæ, galegæ* a. ℥j, *C. C. s.* △ *præpar. eboris s.* △ a. ℈ij, *sir. fl. tunicæ, de succo citri* a. ʒvj, *conf. alkerm.* ʒj.
M. S. kräfftiger Stärck-Tranck auff etliche mahl / wohl umbzurütteln.

℞. *seminis aquilegiæ, citri, cardui benedicti* a. ʒiij, *amygd. dulc.* ℥iß, c. s. q. ▽ *scabiosæ*, & *scorzon.* f. l. a. emulsio. Adde *C. C. s.* △, ♁ *diaphoretici, magist. perlar. corallior.* a. ʒß, *spiritus rosar.* gutt. x. Edulcetur *sacchari tabulati perlati* q. s.
S. Hertzstärckende Milch uff etliche mahl.

Horum medicamentorum usus continuandus est ab ægroto nostro, donec videamus bonâ fide naturam vires morbi superâsse, ac perfectâ & salutari crisi se ab illo liberasse.

Symptomatum curatio. SYMPTOMATUM curatio non est negligenda, sed factis faciendis, iis quantocyus obveniendum. Excellunt autem in ægro nostro sitis & æstus febrilis, sequentibus mitiganda.

℞. pomo-

Digitized by Google

℞. *pomorum citrinorum* n. ij.

Exime pulpam eamque rejectis seminibus in q. s. ▽ fontanæ coque. Decocto huic calenti adde flavum corticem ab albo liberatum. Perfrigeratis omnibus coletur, & edulcetur sirupo de succo citri.

S. Citronen Julep auf etliche mahl.

Vel

℞. *hordei mundi* Mij, *rad. scorzon.* ℥iß, *rasuræ C.C.* ℥j, c. s. q. ▽ font. coque. Colat. ℔j adde *sir. de rubo idæo, cerasor. nigr.* a. ℥j, *tinct. rosar.* ℥ß.

M. S. zugerichtet Gerstenwasser.

Hujus usus etiam esse potest loco potûs ordinarii.

℞. *tinctura rosar. violar.* a. ℥ß, -~ ⊕ ♂ *benè rect.* ʒij.
M. S. Kühl-und Stärck-Tinctur 50. biß 60. Tropffen in ein Nössel Bier.

Ad LINGUÆ ARIDITATEM & salebrositatem.

℞. *mucilag. sem. fœni græci, psyllii cum ▽ prunellæ & sempervivi extract.* a. ℥ß, ⊕ *cum* ♀ *ppt.* ʒß.
M. S. kühlender Schleim zur Zungen.

TOPICA salutari effectu seipsa commendant in infirmitatibus.

℞. *spec. cordial. temperat.* ʒiß, *fl. borag. buglossi, rosar.* a. p. j. *cort. citri flavi rec.* ʒj, *rasuræ ligni rhodii* ℈j, *aloes* ℈ß.
M. F. sacculi interpassati. n. ij.

Applicentur cum ▽ *cinamomi boraginatâ* carpi regioni. Spiritus theriacalis temporibus & pulsibus manuum illitus suo non carebit fructu.

IN DIÆTA NATURALI, tempore ebullitionis utatur VICTU tenui, ita tamen, ut ad statum vires sufficiant. Vitentur carnes, ova sorbilia, &c. quia statim à calore fortiori corrumpuntur. Cibi modicè refrigerent & adstringant. *Vinum* generosum non confert, nec cerevisia calidior, sed eligenda est tenuis, variis tincturis refrige- Diæta.

est eadem. Delirium adest & oblivio. Inappetentia, cibi fastidium, vomitus, sitis incompescibilis negotium facessunt. Urina sanorum similis, sudor frigidus. Maculæ interdum apparent latæ, lividæ, interdum morsibus culicum similes. In his apparent anthraces, in illis bubones. Metu infectionis territus æger selectissimâ utitur diætâ, ab omni talium ægrorum consortio alienus, præservantibus etiam utitur medicamentis. His non obstantibus, cum amicum invisurus de improviso videret funus educi, subitò terrore corripitur, quem excipit horripilatio per totum dorsum, & pòst calor ingens æstuosus. Assumtâ theriacâ sudat. Secundâ die inguen sinistrum tumere incipit. Petit consilium.

RESOLUTIO.

MORBUS, quo æger noster laborat, est PESTIS. *Affectus Essent.*

Adesse eam, ostendit ESSENTIALITER INHÆRENS malefidus invadendi modus. Primis in incunabulis latebat, ut anguis in herbâ, ità ut vix suspicio incideret de peste, mox ruptis repagulis gliscere, & ad modum ignis obvia depascere cœpit. Nunc verò in oculis omnium versatur promiscua & inclementissima epidemia trucidatio, etiam brevissimo temporis spatio. *1.*

CAUSÆ prægressæ, tempestas imprimis inæqualis, in quâ hyems veris, ver hyemis induit naturam, idem confirmant, quemadmodum etiam *2.*

EFFECTUS seu SYMPTOMATA FACULTATIS VITALIS: summa virium imbecillitas, & pulsus languidus, inordinatus, nonnunquam celer & frequens. *3.*

ANIMALIS facultatis actiones læsæ idem declarant.

RESPIRATIO adest inæqualis, luctuosis suspiriis intercepta. DELIRIA adsunt & oblivio.

NATURALES actiones multæ adsunt læsæ: vomitus, inappetentia, cibi fastidium, sitis inexhausta, urina sanorum similis, sudor frigidus, maculæ pulicum morsibus similes, anthraces, bubones.

SIMILITUDO etiam veram esse pestem declarat. Observa-

ſervavi aliâ in urbe eundem affectum cum hiſce ſymptomatibus, quem medici pro verâ peſte habebant.

Magnitudinis evidentia.

MAGNA eſt hæc peſtis, non levis, tum ratione affectæ partis, omnium nobiliſſimæ, quæ cor eſt, tum ratione diſpoſitionis in excellenti gradu. Ex genio pravo & mali moris magnitudo etiam ad oculum eluceſcit.

Eſt acutus morbus.

Inde porrò morbum illum non chronicum, ſed exquiſitè peracutum fuiſſe, liquidò apparet.

Dividuntur enim acuti in ſimpliciter acutos, in peracutos, & exquiſitè peracutos. *Simpliciter acutos* appellant, quorum fines ſe extendunt aliquantò longiùs ad 14. ſcilicet aut ipſum etiam diem 20. *peracutos*, qui ſeptimo, vel ad ſalutem terminantur aut mortem: *exquiſitè* denique *peracutos*, quorum curſus omnium celerrimus dierum ad ſummum trium aut quatuor.

Hunc morbum ad ultimam claſſem referendum, memorata hiſtoria teſtis eſt locupletiſſima, quippe mentio fit, tantas eundo vires acquiſiviſſe mali hujus atrocitatem, depaſcentisque vehementiam contagii, ut non ſolùm undiquaque locorum ſuis incolis ædes viduarit, ſed & correptos ipſo biduo aut certè triduo extinxerit.

Contagioſus eſt.

Contagioſus hic morbus eſt. Propria hæc indoles videtur peſtis; ut mediantibus effluviis venenatis ſe longè lateque diffundat.

τὸ ὑποκείμενον μόριον.

SUBJECTUM ſeu pars, quæ πρωτοπαθῶς afficitur, COR eſt, quippe hæc indoles eſt morborum malignorum, puta febrium malignarum, morbillorum & id genus aliorum, ut cor primò aggrediantur, & in ipſum vitæ archeum impetum faciant. Hinc dum fermentum illud malignum ſpicula ſua projicit, primâ quidem fronte opprimi velut videtur vis cordis ipſa, ſeu flamma illa vitalis, quæ, cùm tota eſt in propulſando hoſte, cujus jugo planè inſueto vix videtur ferendo, fit, ut frigus ac horripilatio in partibus deprehendantur externis, cùm calor non æquè influat nativus, in internis autem calor æſtuoſus, cùm fermentum illud malignum tortoris inſtar exagitet calidum innatum. Eadem ſe hic in ægro noſtro

nostro produnt: horripilatio scilicet, ac frigus in partibus externis, in internis verò calor æstuosus. Quamvis autem cor primariò afficiatur, reliquis tamen partibus venenum idem communicari, negari non potest. Ventriculi affecti, vomitus, cerebri, delirium ac oblivio, pulmonis, respiratio læsa, evidentia sunt argumenta. Venenum etiam aliis partibus insidias struere, indicio est, quòd calor æstuans non tantùm tenderit per dorsum, sed quod tumor etiam se prodiderit in inguine sinistro, secundo scilicet die ab usu assumpti medicamenti sudoriferi.

CAUSA IMMEDIATA hujus morbi est fermentum pestilens. *Causa immediata.* Etenim, cùm ingens sit in morbis malignis fermentatio, extra omnem controversiæ aleam est, quærendam proximam hujus mali causam esse in fermento maligno, in occultâ quâdam dispositione, seu μιάσματι, quod *Athanasius Kircherus* animatum & vermiculosum esse existimat.

Recentiores nonnulli in læsione salis, quatenus volatile illud fuerit redditum, causam fermentationis quærunt.

MEDIATA NATURALIS causa est I. TEMPERAMENTUM ægri calidum & humidum, quod vel maximè ad μιάσματα illa concipienda aptum est. *mediata.* Accedit HABITUS corporis cacochymicus, & raræ texturæ, quæ faciliùs transitum permittit illis effluviis, estque pro re natâ veneno resistendo facultas inferior.

In NON NATURALIBUS primas tenet aër. Ejus in signis ἀνωμαλία & inæqualitas in culpâ est. Hyems prægressa veris, ver hyemis induit naturam. Ex hâc temporum transformatione hyems fuit humida: ver frigidum: variique morbi epidemii nati, pleuritides, dysenteriæ, ophthalmiæ.

Ratio autem, quare præcedente hyeme humidiore, vere subsequente frigidiore, hæc in corpore mala orta fuerint, cognitu haut injucunda est; nimirum tali existente hyeme austrinâ ingens collecta fuit colluvies humorum: hi autem non difflati sed retenti fuêre, imò accumulati vere frigido, ob poros vi frigoris constrictos. Retenti putredinis & tandem malignitatis se subjecêre dominio.

 Ecli-

Eclipses ad aërem inficiendum symbolum, *nonnullorum sententiâ*, videntur suum adjicere.

Cibus & potus sicco pede prætereunda, cùm æger noster selectissimâ dicatur usus diætâ.

Insignis TERROR conspecto funere plurimum ad morbum producendum contulit.

Prognosis. Περιδιαγνώσεως τοῦ θανάτου καὶ ὑγιείας, ut in aliis acutis, *autore ipso dictatore libro 2. aphor. 19.* ita etiam in peste non semper & omninò certa est. Utplurimum instar hostis in insidiis latitantis, benigni genii speciem præ se fert & fausta promittit, sed mox malâ fide necem intentat. Tutius ergò videtur sigillum silentii ori imprimere. Veruntamen cum adstantes urgeant categoricam declarationem, AUDENDUM est. Fidem habentes præsentibus signis, spem salutis facimus,

BREVI quæ ægrum exhilarabit,

TERMINATIONIS salutari modo per bubonem in inguine.

ἡ ἴασις. CURATIO nititur INDICATIONIBUS ordinariis, curatoriâ, præservatoriâ, & vitali.

CHIRURGICÆ SANGUINIS MISSIONIS materiæ locus nullus, cum tumor jam se ostendat in inguine sinistro. Periculum est, ne à circumferentiâ deleteria materia revocetur ad centrum, à partibus ignobilibus ad nobiles.

Pharmacia. EX PHARMACEUTICO fonte conveniunt, alvus si obstructa appareat, LENIENTIA, *manna, sirupus rosarum solutivus*, vel horum loco

CLYSTER ex lubricantibus, quibus tamen alexipharmaca jungi possunt.

℞. *rad. lil. alborum, cichorii, scorzoneræ* a. ℥ß.
fol. scabiosæ, malvæ, pimpinellæ a. Mj, *scordii* Mß,
fl. violarum, chamameli, calendulæ a. p. j,
sem. lini ℥ß. *pulpæ tamarind.* ʒvj. *passul. mund.* ℥ß.
Coq. in s. q. aquæ communis. Colaturæ ℔j adde
electuarii lenitivi ℥ij, *ol. violar.* ℥ß. Misce. Applica.

Sine

Digitized by Google

Sine sale autem parari possunt hujusmodi clysmata, ne acrimoniâ suâ calcar addant fermentationi, hinc etiam olea aut planè non, aut exiguâ quantitate oportet addantur, cum facilè flammeam vim concipiant.

MALIGNITATI præcipuè est obviam eundum. Hæc omne fert punctum.

SUFFICIT *C. C.* ustum & philosophicè præparatum, insignem enim vim habet consopiendi fermentationem. *Simon Pauli* juvenem, cui flamma ipsa post usum vini adusti nimium ex ore prodibat, vel solo hoc medicamine asserit se restituisse cum admiratione. Ejus quoque usum præ reliquis deprædicat *Giselerus in observationibus pestis Brunsuicensis.*

℞. ⊖ *C. C. volatilis*, ⦶ *præparati* a. ℈ß, *lap. bezoar.* g̅. vj. Misce. S. Pülverlein auff zwey oder drey mahl.

Propinari potest in potiunculâ sequenti.

℞. *aquæ card. benedicti, scabiosæ, fl. aquileg.* a. ℥ij, *sir. de scordio* ℥j, *acetos. citri* ℥ß.
Misce D. S. Tränckklein zum Pulver.

Cum fructu & emolumento magno commendari potest sequens:

℞. *pulv. bezoardici albi* ʒj, ♁ *diaphoretici* ℈ß.
Misce. S. Stärck-Pulver auff fünff mahl.

Propinari potest in potiunculâ suprâ laudatâ, aut in aquâ scorzoneræ.

In formâ ELECTUARII officium promittit salutare:

℞. *conservæ fl. buglossæ, boraginis, melissæ* a. ℥j, *rad. scorzon. cond. cort. citri condit. fl. citri condit.* a. ʒij, *boli armenæ, terræ sigill. pulv. Mant. C.C. sine igne ppti* a. ʒj.
Cum *sir. acetos. citri* s. q. F. Electuarium.

De eo sumat æger ter aut quater in die, ad magnitudinem castaneæ.

Rotularum denique si arrideat forma, sequentem in modum possunt parari:

℞. *extr. card. bened. helen.* a. ℈j, ☍ *cinam. angel.* a. gtt. iiij, *sacchari canth. albiss. in aq. scorzoneræ soluti* ℥iij.

F. s. a. confect. in rotulis. S. Pestküchlein/davon alle Morgen zu nehmen.

℞. *aq. rosar. fragrant.* ℥iij. *aurant. cinam. violar.* a. ℥j. *boraginis, melissæ,* a. ℥ß, *ambræ, moschi* a. g. iij.

Misce S. Wohlriechendes Wasser.

Bubonis curatio. BUBONI in inguine applicandum tale cataplasma:

℞. *rad. althææ* ℥j, *fol. althææ, malvæ* a. Mj, *pulv. fl. meliloti, chamæm.* a. ʒij. *sem. lini, fœni græci* a. ʒiij.

Coq in s. q. aq. ad mucilaginem. Adde *ol. chamæmelini, violarum* a. ℥ß.

Misce D. S. Warmes Band.

℞. *ol. amygdal. dulcium, lil. alborum* a. ʒij, *ung. dialthææ* ℥ß, *pingued. gallinæ* q. s.

F. l. a. linimentum. S. Euserlich zertheilendes Sälblein.

℞. *emplastri dia chylon simplicis, de melilot.* a. ʒij, *theriac.* ʒß.

In malagma redigantur cum *ol. scorpionum*. F. emplastrum.

Maturus affectus si non rumpatur, officium faciat ferrum, & vis pandat viam.

Evacuato pure, mundificantia & consolidantia adhibeantur.

Diæta 1. IN DIÆTA NATURALI uti in omni morbo acuto, ita & hic cibus sit oportet tenuis. Potus non sit calidior justo. Vini usus interdicendus, aut ratione virium non nisi medicatum aut tenue concedendum.

2. IN VITALI AER sit temperatus. Malignitas ejus corrigatur suffimigiis. Præprimis merentur hic laudem baccæ juniperi, lauri, nec non suaveolentia, ut storax calamita, benzoe, succinum, xyloaloe. Pavimenta possunt conspergi aquis odoriferis.

3. IN ANIMALI exulent mœror, metus, ira, terror: locum obtineant lætitia, & firma futuræ convalescentiæ spes. Hæc vel sola animum erigere, & lætâ semitâ ad optatam metam ducere potest.

EXCRETA se rectè habeant. Si alvus minùs respondeat voto, leniente medicamento subducenda.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER V,
de
affectibus pulmonum.

CONSULTATIO I
de
tussi, raucedine, inappetentiâ, alvi fluxu.

HISTORIA.

VIr XL. annorum, habitûs carnosi, jecoris calidi & humidi, ventriculi frigidi, copiosi muci per nares excretioni, meridiano somno, ac otiosæ vitæ adsuetus, alvi siccioris, ante duos menses laborare cœpit raucedine & gravedine, quæ ipsi familiares sunt ferè singulis annis, circa autumnum adventante hyeme, sensim tamen ces- *Relatio.*

sare solent. Nunc nihil excernit per nares, sed conqueritur de tussi valde molestâ, cum excretione materiæ insipidæ albæ pituitosæ, non adeò crassæ, quæ ipsum die ac nocte infestat, noctu exacerbatur, somnosque valde interrumpit; cum per horam dormivit, cogitur se erigere & extussire. Rauca vox molesta est, & à crebrâ tussi fauces exulceratas esse & dolere refert. Inappetentia accedit, sine ullâ voluptate cibum sumit, & quidem in paucissimâ quantitate. Diarrhœa per intervalla accedit. A sex mensibus inordinatè vixit, vina generosa liberaliter bibit, & aliàs semper pauco cibo, ut potores strenui solent, est contentus. Urinæ crassæ sunt, & confusæ ad rubrum vergunt. Febriculâ videbatur laborare, quæ nunc tamen desiit. Quæ medicamenta hactenus propinata sunt, nihil profuere.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Quadriga affectuum. AFFECTUS, de quibus conqueritur ægrotus, sunt quatuor: tussis, raucedo, inappetentia, alvi fluxus.

1. *Tussis.* TUSSIS à *Galeno* βήξ dicitur. Adest enim, ut tussim describit *Galenus 2. de caus. sympt. cap. 4.* vehementissima quædam efflatio pectoris, quâ plurimus simul celerrimeque forâs actus spiritus impetu propellit ea, quæ vias suas obstruunt. Adest verè symptoma depravatorum motuum, qui fiunt operâ naturæ vi coactæ à causâ morbificâ. Tussis duplex est: humida & sicca. In nostro ægro humida est.

2. *Raucedo.* RAUCEDO *alter* est affectus, claram vocem non edit.

3. *Inappetentia.* INAPPETENTIA *tertius* affectus est. Adest fastidium cibi, sine abominatione tamen, quæ à *Galeno 1. epid. 1. comm. 28.* ἀσιτία dicitur, estque symptoma facultatis naturalis.

4. Alvi fluxus. ALVI FLUXUS *quartus* est affectus, facultatis retentricis imminutæ symptoma.

Partes affectæ. PARTES AFFECTÆ itidem quatuor sunt; PULMONES cum capite, ASPERA ARTERIA, cum larynge & faucibus: VENTRICULUS secundùm orificium suum sinistrum præcipuè autem ejus partem nervosam, & orificium dextrum, pylorus dictum, cum INTESTINIS.

CAUSA IMMEDIATA quadruplex est: *Causa quatuor.*

1. Irritamentum facultatis expultricis pulmonum in tussi. *1.*

2. Humectatio laryngis in raucedine. *2.*

3. Defectus & enervatio fermenti in inappetentiâ. *3.*

4. Retentio læsa in alvi lubricitate. *4.*

MEDIATA causa PROXIMIOR eadem est singulorum. *Mediata proximior.* Catarrhus delabens in fauces, pulmones, ventriculum & intestina, qui ægro familiaris olim tempore saniatis, in quo mucosa copiosè excernebantur, & circà hyemem augeri singulis annis, sponte autem cessare solebat, nunc sistitur planè & raptum habet ad fauces, & ex faucibus ad ventriculum & intestina.

Non generatur hic catarrhus in cerebro, eò quod excrementa privata & publica ibi congregentur, eaque defluant ad fauces. ex faucibus in asperam ârteriam & œsophagum.

Pauca cerebrum habet excrementa privata: publica, quæ ab *Argenterio* excogitata, ex toto corpore ad idem confluentia nulla, nec humorosa, nec vaporosa.

Figmentum est, cerebrum esse instar cucurbitæ aut alembici, aut instar tecti domus, quod vapores excipit, aut instar mediæ aëris regionis, in quâ ex terrâ adscendentes vapores condensentur, instarque pluviæ aut nivis in microcosmum decidant.

Occasionem horum catarrhorum præbet totum corpus. Hoc per arterias sanguinis atomos impuras, antequam ad cerebrum perveniat, non ampliùs in membranam nasi, sed potiùs in membranam faucium deponit.

Imbibit & transsudat membrana hæc atomos has in fauces hoc modo: Arteriæ, ex parte etiam venæ, in spongiosis faucium carnibus ἀραχνιοῦνται, ἀράχνης δίκην *araneorum telæ instar divaricantur* & δροσοειδῶς, δρόσου δίκην *roris in modum* transsudant, eo modo, quo alimentum & liquor in ollis novis fictilibus, chimicique vident, sal nitrum transsudare, dum flores nitri parant. Catarrhus hoc modo penetrans dum à membranâ non âlteratur, tenuis defluit

fluit in laryngem & pulmones; per œsophagum in ventriculum & intestina.

remotiores. REMOTIORES causæ NATURALES sunt

1. TEMPERAMENTUM calidum & humidum sanguineum, catarrhorum solitâ propensione ferax, &

HABITUS CARNOSUS plethoricus, pluribus excrementis scatens.

ÆTAS ad senilem, destillationum, *autore Hippocrate 3. aphor. 21.* feracem accedens, non leve momentum confert.

2. NON NATURALIUM CAUSARUM prima est AER AUTUMNALIS & HYEMALIS frigidus. Hic inspiratione attractus triplici modo catarrhos augere potest: 1. quidem communi ratione, quâ aër contrariatur actionibus naturalibus. 2. quatenus condensat in membranâ narium & maxillaribus glandulis humiditatem, quæ pluviæ instar deorsum labitur. 3. quatenus constringit membranas narium & glandulas maxillares, easdem ductusque salivales in unum cogit & exprimit, ut manus spongiam aquâ imbutam, eosdemque ad imas pellit partes.

OTIOSA & SOMNO MERIDIANO dedita vita superfluitates accelerare censetur à multis.

INORDINATA VICTUS RATIO & ALVUS ADSTRICTIOR occasionem cumulandi excrementitios humores præbent.

Ex his causis orti affectus, origo fuere omnium

Ratio symptomatum. SYMPTOMATUM. GRAVEDO exorta est, dum catar-
1. rhus copiosus supra modum per arterias deflueret in membranam nasi.

2. RAUCEDO, dum ad fauces, delapsus laryngem suo modo irrigavit, hinc sonus ille, in quo vocis essentia consistit, minus perfectè formari potuit à lateribus asperæ arteriæ.

3. TUSSIS in progressu temporis excitata satis molesta, dum catarrhus idem sensim incidit in cavitatem asperæ arteriæ. Excernitur insipida materia, quia biliosis & serosis succis, qui saporem alterare solent, haud miscetur.

4. NOCTU EXACERBATUR, cum in somnum inclinat æger

æger. Tunc catarrhalis materia quæ dum vigilat, sæpe excernitur, imò exscreatur, antequam perveniat ad pulmones, coacervatur in pulmonibus, hinc major turbatio. Accedit, quod, cum nox pituitæ patrocinetur, tunc temporis fluxus fit uberior, tussis autem hæc, cum sit adeò vehemens, quod de

RAUCEDINE & FAUCIUM EXCORIATIONE conqueratur, non mirum: facilè enim, à transitu enormi & molesto membrana faucium exasperari potuit. 5.

INAPPETENTIAM ex eodem catarrhi defluxu nasci, ratio est in promptu. A copiosis enim illis excrementis humidis irrigatæ partes nervosæ orificii ventriculi non sentiunt suctionem, hincque appetitus imminuitur: & si quis cibus illi exhibetur, illum sine voluptate assumit, quanquam ventriculum habet frigidum, qui benè solet appetere. Ab humido enim copioso planè laxatur ventriculi tonus. Enervat eadem catarrhalis materia ad œsophagi latera delabens FERMENTUM appetitûs stimulum & coctionis fomentum. 6.

ALVUS laxa est præter morem, intestina enim lubricantur ab eadem catarrhali materia, quæ tamen ipsi non multam creat molestiam. 7.

FEBRIS, quâ laboravit antehac, catarrhalis fuit. Id patet satis, quia habebat duas illas conditiones febris catarrhalis, propositas ab *Hippocrate 1. de morb. sect. 3. t. 3.* levis fuit, & non continua. 8.

Has duas conditiones febris catarrhalis proponit *Hippocrates loco citato*, his verbis: Aliquando TENUIS adest CALOR. Per primam conditionem tollit vehementiam febris, per secundam intermittentiam.

LEVIS fuit, quia materia putrescens multa habet spiracula.

NON CONTINUA, quia destillatio etiam intermittit, sed

ERRATICA, non verò ex ordine intermittentium, aliquem typum servantium, cum non pendeat à determinato humore aliquem certum typum servante. Materia enim destillans lenta mucosa pituita est, purum excrementum, decisum ex naturali coctione sanguinis imminutâ.

Hæc febris tamen ab aliquo tempore cessavit, nec rediit, nec hoc tempore adest.

προῤῥησις. PROGNOSIOS prima classis, SALUTEM concernens & MORTEM, benè sperare jubet.

ESSENTIALITER INHÆRENTIA, &

I. SPECIES MORBI benè habent. TUSSIS non est lethale malum per se: licet, nisi occurratur naturæ, per accidens lethalis evadere queat, quatenus ex continuo motu pulmonum aliquod vas rumpi & exinde sanguinis sputum & phthisis oriri potest. Ab hoc tamen sputo sanguinis speramus ipsum præservatum iri, quia, licet in tussi hâc pulmones vehementer concutiantur, difficulter tamen rumpuntur vasa, cum catarrhus non sit salsus, sed insipidus.

II. VEHEMENTIA morbi non est magna, quæ periculum vitæ minari queat. Verum quidem est, quod appetitum prosternat & fluxum alvi inducat, unde corpus valdè emaciatur, spes tamen est, hæc omnia mutatum iri cum tempore, & soluto catarrho, adhibitis roborantibus, ventriculum & intestina in integrum iri restitutum.

SYMPTOMATA nulla gravia adsunt.

CAUSAE etiam mites sunt. Negari quidem nequit, tussim foveri à rebelli catarrho, & inappetentiam ab hoc, tum ab inæquali temperie ventriculi & jecoris, sed firmam spem collocamus in pertinaci obedientiâ ægroti.

LONGI tamen TEMPORIS spatium ad curationem erit necessarium, cum generosa auxilia adhibita sint, quæ morbum tamen non imminuerunt, & hyems sit præ foribus. URINA crassa & confusa cum rubedine incendium jecoris, & humorum magnam arguit alterationem, quæ non nisi longo poterit emendari tempore.

MODUS EVENTUS ad salutem erit per πεπασμὸν *coctionem* seu maturationem ad justam incrassationem excrementitiis redactis humoribus, eorumque effluxu naribus recommendato. Hæc via curationis erit optima.

θεραπεία. CURATIO nititur INDICATIONIBUS.

CURA-

Digitized by Google

CURATORIA res præter naturam & singulos affectus aufferre jubet. Αἱ ἐνδείξεις.

PRAESERVATORIA causas respicit, quæ in parato stant vacuandæ, quæ minantur affluxum, sistendæ.

Galenus 6. de sanitate tuendâ c. 9. irridet eos, qui partium, ad quas destillatio decumbebat, curam suscipiebant, mittentem partem negligebant. Totum corpus ergò vacuandum, quod fomitem subministrat. Quæ superfluitates autem peccant motu & jam decidunt, illæ sistendæ sunt incrassantibus præcipuè & derivantibus.

PARTES RECIPIENTES fauces & pulmones, ventriculus & intestina roborandæ, ne ulterius admittant humorum fluentiam, & qui jam influxerunt, per expectorationem educendi & insensibilem discussionem digerendi.

MATERIAE PRAESIDIORUM desumendæ ex communibus fontibus. *Materia.*

E Χειρουργικῷ VENAESECTIO commoda fuisset, dum febris aderat: si tamen & nunc, ut ad aliqualem refrigerationem sanguinis ad ℥iij educatur, quis judicaret proficuum, nullatenus litem ipsi movebimus: præcipuè si febris revertatur, omninò necessarium illud judicamus. *Chirurgica.*

CUCURBITULAE scarificatæ proderunt dorso & scapulis, ut & cruribus applicatæ.

FONTICULUM ut admittat æger in brachio dextro, suademus, ad derivationem tenuis humoris à faucibus, qui motum conciliare solet fluenti destillationi, imò, si vellet admittere, approbaremus, si inureretur alteri pedi in parte silvestri tibiæ. Et ab hisce duobus præsens auxilium exspectamus in omni fluxu catarrhorum ad pectus.

A cauteriis seu potentialibus seu actualibus in suturâ coronali nihil nisi damnum ingens expectari posse judicamus.

Quamvis enim commendentur ab *Aetio*, *Avicennâ*, *Æginetâ* in simili casu, & *Galenus 5. meth. med. cap. 13.* in muliere Romanâ, quæ catarrho salso delabente in pectus cum periculo phthiseos & sputi sanguinis laborabat, adhibuerit medica-

 men-

mentum ex thapsiâ & stercore columbino, nihilominus neque actualia neque potentialia hîc approbare possumus.

Nititur hæc commendatio veteri hypothesi, cerebrum esse fontem catarrhorum, quæ tamen nunc expiravit.

CAUTERIUM IN SCROTO an cum commodo ægri adhiberi possit, non ineptè quæri posse videtur, cum *Hippocrates* multa nobis reliquerit de consensu testium & thoracis. Sic *1. epid. sect. 1.* tusses siccas testium tumore superveniente sublevatas esse ostendit. Hoc declarat *2. epid. sect. 2.* exemplo ejus, qui ab Alcibiade venerat febri laborans moderatâ. Huic ante judicationem testis sinister intumuit. Evanescente autem tumore ἔπυεν ὑπανθηρὸν *subfloridum spuit*. Sic *2. epid. sect. 5.* ait: quibus tussis sicca, non solvitur, nisi dolor fortis in coxam, crura, ἢ τὸν ὄρχιν *aut in testes*. Sin itaque abscessus talis in scroto fieret, videtur thoracem illo onere tussis sublevari posse.

Verùm nobis parum auxilii inde exspectari posse videtur, nam, præterquam quod magnum sit discrimen inter naturæ opera, num eodem modo abscessus naturâ & arte facti juvent, dubitatur, præsertim cum thorax in præsenti ægroto non laboret per essentiam, sed per consensum. Neque laborat inflammatione aliquâ, sed defluxione catarrhosæ materiæ. Accedit, quod licet tentare rem sit tutum, est tamen insuetum, unde licet seriò consuleretur, æger tamen non admitteret.

Pharmaceutica. II. ΦΑΡΜΑΚΕΙΑΝ accedimus. Totum corpus à saburrâ humorum est expurgandum & exsiccandum. Humor catarrhosus fluens incrassandus: ne ad pulmones fluat, impediendus: qui influxit, expellendus: & denique caput & pulmones roboranda.

Purgantes. VACUATIO TOTIUS non convenit, nisi blanda, quia alvus sufficienter sponte suâ fluxit. Interdum tamen necessaria est, ut catarrhosa illa materia, quæ intestina irrigat, educatur.

℞. *decocti fol. senæ* ℥iij, *tamarind.* ʒß,
M. factæ colaturæ adde
syrupi de cichor. cum rhab. ℥j. M. F. Haustus.

Ex

Ex alterantibus & purgantibus simul talis potio concinnari potest.

Purgantes simul & alterantes.

℞. *rad. cichorii* ʒiij, *fol. agerati* p. vj, *gialapii* ʒiij, *senæ* ʒij, *fl. viol.* p. ij,
Coq. in s. q. aq. font. Colat. ℥viij, adde
syr. de cichor. c. rhabarb. ℥j, *ros. solut.* ℥iß.
M. F. Potio. S. Tränckliein auff zwey mahl.

Nonnulli pilulas exhibent post cœnam, & sic in specie caput inde PARTICULARITER evacuari ajunt; sed non tantum speciale inde sperandum commodum. Exhibeantur manè jejuno & vacuo stomacho, & superdormiat æger per unam aut alteram horam, ut rectè censet *Septalius observ. med.* 164. Quantumvis autem hoc fiat, non tamen est evacuatio particularis, sed universalis.

Cerebrum, *ait Galenus 2. meth. med. cap. 12. & 9. de usu part. cap. 1.* evacuatur per palatum, nares, aures. Per palatum masticatoriis, per nares errhinis & sternutatoriis. Per aures nulli vacuationi locus.

Particularis evacuantia ista pro.

PARTICULARES hæ vacuationes locum habent in nostro ægro, non quidem quod cerebrum respiciamus, sed solum caput sub cerebro: nares, palatum, fauces.

In nostro ægro non conveniunt

APOPHLEGMATISMI, illos enim in faucium affectibus rejicit *Galenus 13. meth. med. cap. 11.* Idem enim esse *ait*, ac si intestinis laborantibus alvum, renibus urinam, stomacho vomitum movere velis, levi enim negotio omnem materiam ad fauces possent convertere.

nares.

NEC STERNUTATORIA conveniunt, illa enim in catarrho proscribit *Galenus 2. de caus. sympt. cap. 2.* caput enim nimis concutiunt & fluentem materiam concitant.

NASALIBUS blandis, errhina quæ dicuntur, res expedienda est. Videmus & observamus crebriùs, gravedinem spontaneam insequi, & humores ad nares provocatos per palati foramen in fauces & pectus præcipitari. Idem etiam in nostro ægro ptarmicis validioribus usurpatis contingere posset.

Digitized

Blandissima ergò ex solâ radice betæ, maceratâ in aquâ betæ: vel succus betæ & ol. chamæmeli adhiberi possunt.

℞. *succi betæ* ℥iß, *ol. majoran.* gutt. viij.
M. S. Nasensalbe.

Sistentia catarrhum VACUATO hoc modo toto per alvum, & vicinis naso & faucibus partibus, si remediis his non cedat malum, accedendum ad illa, quæ SISTENDI catarrhum vim habent. Talia sunt:

r. exsiccando. I. EXSICCANTIA, quæ corpus à saburrâ liberare possunt. Huic intentioni non potest commodius satisfieri, quâm usu alicujus decocti per multos dies ex *RADICE CHINÆ & SANDALIS.* A generosioribus illis, ut *GUAJACO* abstinendum censemus. Nimis calefacit exsiccatque, sicque in nostro ægro, qui macilentus in hoc morbo redditus est, non convenit. Ejus loco potest substitui lignum *lentiscinum*, quod ventriculum maximè roborat. Addantur, alterantia ad sanguinis refrigerationem; thoracica, ad pulmonum intemperiem corrigendam.

℞. *ligni lentiscini* ℥j, *rad. cichorii, fœnic.* a. ℥ß, *torment.* ʒij, *sem. anisi, fœniculi* a. ʒiij, *passularum minorum* ℔ ½
Coq. in l. q. aq. font. leniter tamen. Colat. ℔ij, adde *tincturæ viol. cum spir.* 🜔 *paratæ* q. s. curando, ne sapore fiat ingratum.
M. in fictili. S. Tranck uff vielmahl.

In hujus usu persistat per aliquot dies, horâ matutinâ nonâ & vespertinâ quartâ dos. ℥iij. Coctionis organa roborabit, cruda in universo corpore concoquet, crassa incidet, absterget, & omnia noxia per habitum exterminabit. Vel

℞. *rad. chinæ, sarsæ* a. ʒiß,
ligni sandali rubri, lentiscini a. ℥ß,
In *aquæ communis* ℔vj, *bulliant ad medietatem.*
Inter bulliendum adde in sacco:
fol. pulmonariæ Mj, *rad. cichorii* ʒiij,
fl. viol. p. vj, *passularum majorum* ℔ß.
M. F. Decoctum.

Adsumat

Adsumat singulis matutinis cyathum ad ℥iiij. Ante tamen semper adsumat bolum.

℞. *conserva rosar.* ⊖*lata* ʒij, *flor.* ♆ ℈ij, *specierum dia tragacanthi frigidi* ℈ß.
M. F. Bolus. S. Stärckzucker fürm Tranck zu nehmen.

Cooperiat se placidè in lecto ad levissimum cutis madorem.

Petrus Salius commendat decoctum *sandalorum*, quo solo multos præservavit à tabesciente dispositione, imò tabe ipsâ, periculum minante destillatione tenui salsâ.

II. INCRASSANTIA, quæ catarrhum sistunt, ejus impetum in pulmones inhibendo, sequuntur. Huic intentioni inserviunt tria præcipuè remedia proposita *à quibusdam* quorum duo efficacissima judicantur multiplici experientiâ comprobata, theriaca recens, bolus, ossa humana. *incrassando.*

I. THERIACA RECENS quatuor mensium proponitur *à Galeno 5. meth. med. cap. 13.* Habet enim prævalens opium sive papaveris succum, & eâ ratione somnum conciliat 2. fluxiones sedat 3. leviter incrassat. Assumatur singulis vel alternis diebus ad ʒß, vel ℈j. 1.

II. BOLUS ARMENA orientalis est, rubra illa & levis sola in linguâ posita & palato admota, noctu præsertim, quo tempore solet fieri destillatio, sistit catarrhum, & capitis mirum in modum robur addit, ut videatur βονθεια INCANTAMENTUM, habet enim vim theriacalem admirabilem. 2.

III. Tertium remedium, quod commendatur, fit EX OSSIBUS HUMANIS combustis & præcipuè cranio. 3.

℞. *pulv. oss. human. combust.* ℥j. *corall. rubr. rasuræ eboris* a. ʒj, *camphoræ* ℈j.
M. F. pulvis dos. ʒj. Detur in jure pulli.

Pulvis hic à multis licet æstimetur magni à proprietate ossium, imprimis cranii, nos illi tamen parum tribuimus.

Recentiores extollunt LAUDANUM OPIATUM. 4.

℞. *laud.*

℞. *laud. opiati* gr. iij. F. pilulæ ij. D. in pyxide
S. Nachtpillen.

℞. *magisterii anodyni* gr. iv. In chartâ S. anhaltend Pulver

DIACODIUM suum commendat *Galenus* sub linguâ detentum, *libro de comp. med. secund. loca*, factum ex papavere & melle, in tussi ex destillatione, quod in formâ tabularum præscripsit *Crato consil. Scholtz. 3.* Hic etiam erit ex usu.

Utiles sequentes erunt rotulæ.

℞. *spec. diatrag. frig.* ʒij *sem. papav. albi, melon. excort.* ā. ʒj. *nuc. moscat. pulverisat.* ʒß, *trochisc. de carabe, terr. sigill.* ā. ℈j, *mastich.* ℈ß. *fl.* ♃ ʒß, *sacch. albiß. in aq. fl. papav. rhœados sol. q. s.* ℥vj.
M. F. Rotulæ. In scatulâ. S. Küchlein.

Considératissimus medicus *Crato* in catarrho tenui ad pectus delabente commendavit *consiliis à Scholzio editis*, sequentes trochiscos.

℞. *nucis moschatæ* ʒj, *gummi Arabici* ʒß.
Redige in pulpam & misce cum aq. rosar. F. Trochisci sublinguales, qui caput roborant. Immutari possunt hunc in modum, addito opio.

℞. *opii thebaici selecti* ʒij.
Solve in vino malvatico in leni calore. Quod dissolutum, decantetur per filtrum linteum. Colatum exhalet.

Adde:

sacchari ℥ij, *cinamomi* ʒiij, *moschi* gr. vj, *gummi Arabici pulv. minutiß. ad consistent.* q. s.
F. trochisci parvi Dos. n. ij. iij.

Interdum iturus cubitum, in os sumat *sacchari rosati antiqui* modicum, & sub linguâ detineat, vel masticatum deglutiat.

Ex pectore evacuandum. EXPECTORANTIA ab aliquibus præscribi solent, ne catarrhus in pulmonibus collectus & ultra tempus detentus grumescat, putrescat, eorumque substantiam & vasa erodat, & tandem

tandem ulcere pulmonum facto suppurationem inducat aut tabem. Constant ex illis, quæ attenuandi vim habent.

℞. *oxymelitis simplicis* ʒij, *sirupi myrtini* ʒiij,
looh sani & experti ℥ß.

M. F. Looch. Detur cum baculo glycyrrhizæ.

Per intervalla lambendo assumat modicum.

Verùm à talibus eclegmatibus cavendum censemus, nam non tantùm illabuntur in pectus, sed etiam ventriculum, eumque debilitant.

Bechicis ergò illis frigidis suprà propositis contenti erimus. Hæc ore detenta & sensim liquefacta fluxum catarrhi in pulmones prohibent & tenuem catarrhum sensim in pulmones illabentem incrassant, ut faciliùs expectorari queat. De cætero

ROBORANDIS partibus malè affectis omnis opera impendenda, tum externis, tum internis. *Roborantia.*

EX INTERNIS ad corrigendam viscerum debilitatem convenit sequens: *Interna.*

℞. *conservæ ros.* ⊖*latæ* ℥j, *condit. pulpæ cydonior.* ℥ß,
pulpæ tamarind. prunellor. a. ʒiij,
rad. cichorii conditæ ʒij, *sp. aromat. rosati* ʒj,
magist. perlarum, coralliorum a. ℈j.
c. sirupo rubi Idæi q. s. M. F. Electuarium.
In pyxide. S. Stärckzucker.

℞. *ejusdem elect. cum sacchavo rosato tabulato antiquo*
F. aliqui boli, quos integros deglutiat, ut illæsis viribus ad ventriculum veniant.

Ad particularem pulmonis roborationem

℞. *conservæ ros. rubr.* ℥j, *boli armenæ* ʒij, *amyli, gummi tragacanthæ, sem. papav. albi* a. ʒß,
cum sirupo de papav. q. s. M. F. Electuarium.

℞. *conservæ betonicæ* ℥j, *pulmon. vulp. siccat.* ʒij,
cum sir. de hyssopo q. s. M. F. Electuarium.
S. in pyxide. Stärckzucker.

Specifica interna. Misceri his possunt, quæ pulmones à proprietate respiciunt. Inter hæc primas tenent ♀ & ex eo parati flores & balsamum, singula descripta in *chimiâ in artis formam redactâ*.

externa. EXTERIUS in calido catarrho commendat *Galenus 6. de sanit. tuendâ cap. 9.* frequentem usum BALNEI, quo caput abluat, sive fotum factum ex aqua potabili dulci. Hoc tamen meritò dissuadendum.

PEDILAVIUM ejus loco substitui potest ante cœnam.

Capiti ipsi SACCULI applicandi.

℞. *herb. betonicæ, lactucæ* a. Mj, *rasuræ C.C. cranii humani, eboris* a. ʒj.
M. F. cucupha.

Suffitus. SUFFITUS exsiccantes an usui esse possint, dubitatur. Reclamant *nonnulli*, adducentes *Hippocratem* docentem: aromatum suffitum ad multa utilem esse, nisi caput replerent. Sed hoc non est perpetuæ veritatis. Purgato corpore, venisque minus crudis succis refertis in habitu corporis, cerebro refrigerato, suffumigia aliqua tutò usurpari possunt, parata ex *nigellæ, præsertim Creticæ seminibus, cardamomo, calamo aromatico, thure, saccharo, aceto, pipere & similibus*, jejuno ventriculo bis aut saltem semel in die administrandis.

Stomachica. AD VENTRICULI specialem CONFORTATIONEM etiam respiciendum.

Hic cùm sit frigidus, calidis alterari desiderat. Sed tamen cavere oportet, ne jecur calidum ab his offendatur. Hoc commodè præstari potest iis, quæ vires suas non trajiciunt ultra hepar, sed in ventriculo languent.

Tale medicamentum licet *Galenus* afferat esse *dia trium pipereon*, rectius tamen præscribitur piper integrum, aut in duas partes dissectum, aut radicis galangæ modicum masticatum. Nam in utroque aromate est calor in partibus tenuibus, qui facilè à calore naturali evocatur, & postquàm in ventriculo exspiravit, jecur non offendit.

Sequuti Cratonis præceptum imperamus ipsi usum *radicis*

Digitized by Google

ticis cichorii condita, vel ſicco modo ſaccharo obductæ, Habet enim vim nobilem jecoris incendium reſtinguendi absque eo, quod ventriculum frigore ſuo lædat.

IN DIÆTA ut benè ſe gerat æger, neceſſe eſt. *Diæta*

IN NATURALI CIBUS ſit εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, temperatus. Cùm aliàs ſit parci cibi, contentus ſit juſculo aliquo, ovo recenti ſorbili, carne aſsâ vel elixâ. *1.*

Convenit uſus panis bis cocti, ſuper quo ſparſum ſit ſequens τράγημα.

℞. *panis albi toſti* ℥iij. *coriandri* ℥ß,
nucis moſchatæ, maſtichis ā. ʒiij,
ſacchari roſati tabulati ad pondus omnium.
M. F. Tragema. S. Magenpulver nach dem Eſſen.

POTUS ordinarius ſit cereviſia benè defecata.

VINO non omninò interdicatur. Sit autem πολυφόρον generoſum, quod multum aquæ ferre queat.

IN VITALI AER tepidus ſit, frigida enim omnia pectori inimica, *teſte Hippocrate 5. aphor. 24.* *2.*

Mutatio aëris calidi in frigidum & frigidi in calidum noxia. Inæqualitas irritat aſperam arteriam.

AFFECTUS animi ſequiores vitentur ſedulò.

IN ANIMALI diætâ MOTUS & QUIETIS temperamentum optimum. *3.*

SOMNI & VIGILIARUM eadem eſt ratio.

VIGILIARUM tempore os ſæpe abluat aquâ gelidâ. Ita *Celſus lib. 1.* in iis, quibus caput deſtillationibus obnoxium, os gelidâ ſæpius abluendum *ſcribit*, ſic enim meatus, per quos adſcendunt vapores, occludentur.

Quamvis ſcriptum ſit: eſuriat, ſitiat, vigilet, qui rheumata curat, illud tamen tantùm verum eſt de vigiliis, cùm ſuffocationis periculum à catarrho imminet.

SOMNUS moderatus noſtro ægro facilè concedi poteſt, in hoc enim ſiſtuntur fluxiones, & tuſſis quaſi ſuſpenditur. Concedi poteſt duabus horis à cœnâ, ſi ſit larga; unâ horâ, ſi parca.

In longo ſomno catarrhus pulmones intrat, nihilque expuitur, quod peſſimum, niſi aliquando expergeſiat à tuſſi.

DECUBITUS fiat in latus dextrum vel ſiniſtrum. Supinus ſemper noxius eſt, pronus enim in hoc ſitu eſt materiæ delapſus ad pectus. In deſtillatione ad pectus præſentaneum ſemper eſt remedium, ſi humili capite decumbant ægrotantes, materia enim, ubi declivitatem non reperit, in pectus non cadit. Et quamvis in hoc ſitu ſurſum detineri videantur, habere tamen cenſetur caput multa ſpiracula, per quæ inſenſibiliter exhalare queunt. Hoc pluribus explicat *Julius Guaſtavinius cap. 8.* ſed loquitur *ex veteri fundamento*, caput eſſe fontem catarrhorum.

VENERIS uſus morbis à pituitâ remedio eſſe cenſetur ab *Hippocrate & Ariſtotele.* Exiſtimamus, id de moderatâ intelligendum. Talis quæ corpus levat, non onerat, noſtro ægro non erit noxia.

CONSULTATIO II

de ſputo ſanguinis.

HISTORIA.

Relatio hiſtorica. VIr xxx. annorum, temperamenti calidi & ſicci, habitûs macilenti, venis amplis præditus, ante aliquot annos excrevit lapillos aliquot cum tuſſi & difficili reſpiratione, etiam per intervalla ſanguinem floridum. Ab eo tempore benè habuit. Nunc verò de improviſo, iter faciens in aëre frigido, aliquot dierum ſpatio, exſpuit ſanguinem cum tuſſi, ſine dolore, in magnâ aliquot librarum copiâ, ſpumoſum, floridum, per gutturnium quaſi & cum ſaltu effluentem. Varia ſunt tentata remedia, ſed nihilominus per intervalla redit malum. Ajunt illum adſuetum motibus corporis validioribus. In pronunciatione & ambulatione agilis ac promtus eſt. Potui vinorum generoſorum, cibis aromatibus conditis, ſale multo in cibis, & ob alvi

Digitized by Google

ob alvi ſtipticitatis incommoda pilulis aloëticis Francofurtenſibus crebrò utitur. Tentatur etiam affectibus animi ad τὸ πολὺ vergentibus, in adverſis facilè movetur ad iram, in ſecundis ad hilaritatem. Olim hæmorrhagiæ narium adſuetus aliquot annorum ſpacio liber ab eâ fuit. Nulla adhuc febrilis caloris advertuntur indicia. Metuens novos inſultus, imò etiam phthiſin ipſam, petit conſilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS ægri noſtri eſt αἱμόπτυσις, ἀνάῤῥηξις τοῦ αἵματος & ἀναφορὰ à *Græcis*: à *Celſo* ſputum ſanguinis dictum. *Affectus ſpecies.*

Hic affectus, cùm ὅλῳ τῷ γένει παρὰ φύσιν *toto genere p. n.* ſit, neque tamen morbus ſit, ſed à morbo vel intemperie & ſolutâ unitate originem ſuam habere videatur, meritò ad rerum præternaturalium, quæ morbum veluti umbra ſequuntur, ſymptomatum ſcilicet, claſſem refertur. Horum medici tres ordines ſtatuunt, & ſunt actiones læſæ, excreta ac retenta, ac qualitates mutatæ. Ad ultimam hanc non ſpectat, quia nullæ qualitates mutatæ obſervantur. Ad actionem læſam ſi reſpiciamus, manifeſtant ſe hæc in difficili reſpiratione. Ad retenta verò imprimis pertinere videtur, nam ea excernuntur quæ retineri debebant. Suo affectus hic ſe prodit indicio, cruentâ nimirum ſputatione, quæ omnium incurrit in oculos.

SUBJECTUM, ET PARS AFFECTA quænam ſit, diſpiciendum, & colligendum præcipuè ex modo ejectionis ſputi. *τὸ ὑποκείμενον μόριον. adſignatum κατ' ἀρχήν.*

NON ejicitur EX CAPITE: anteceſſiſſet enim dolor capitis gravativus & ſonitus aurium.

Non ex ORIS PARTIBUS, videlicet palato, gurgulione, aut gingivis: ſimplici ſpuitione enim ejiceretur.

Nec ex ASPERA ARTERIA: ſanguis enim ille eſt paucus, ruber, & cum leviori tuſſi ejicitur.

Nec ex PARTIBUS THORACIS, à contuſione aut vulnere aliquo; ſanguis enim ſolet eſſe niger, & in grumum

Digitized by Google

concretus, excernitur etiam per tussim quidem, sed non sine dolore partis læsæ: in ægro nostro autem nullus dolor.

EX VENTRICULO etiam non excernitur; parvâ copiâ ac interdum pituitâ vel bile commixtus sanguis vomitu ejici solet, quod in nostro ægro non est.

NEC EX HEPATE procedit, aut SPLENE, nulla enim viscerum horum affectorum adsunt indicia.

κτ' ἐσιν. VERA PARS AFFECTA in hoc sputo sanguinis est PULMO. Ὁκόσοι, *inquit Hippocr. 5. aphor. 13.* αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τουτέοισιν ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται. *Qui sanguinem spumantem extussiunt, iis ex pulmone educitur.* In hoc ægro sanguis qui extussicitur, est spumosus. Ergò ἐκ τοῦ πνεύμονος τοιαύτη ἐστὶν ἀναγωγὴ, *ex pulmone hac est eductio.*

PULMO constat membranâ, parenchymate, vasis levibus sanguifluis, venâ arteriosâ & arteriâ venosâ, asperis cartilaginosis aërem continentibus. In ægro nostro adficitur secundùm levia vasa venosa ac arteriosa, imprimis autem arteriæ leves patiuntur. Testatur id sanguinis florida & spumosa constitutio, deinde copia: in magnâ enim quantitate excernitur. Modus excernendi non solùm rivulosus, sed & saltuosus quasi, arteriam læsam indicat.

Non dubitamus, affici etiam venas vicinas. Magna enim est utrarumque adfinitas & propinquitas.

Utraque vasa deponunt sanguinem ὀργασμῷ concitatum in membranas, circulos semicirculares asperæ arteriæ connectentes.

PARENCHYMA læditur ex accidente, ut & aspera arteria.

Causa immediata, CAUSAM excretionis hujus quærenti reddimus IMMEDIATAM læsionem retentricis pulmonis, solutionem continui seu ἀναστόμωσιν arteriarum. Aberrat retentrix à proprio scopo, quia non retinet id quod retinere debebat; solutio continui excitatur à variis causis.

mediata proximior, MEDIATÆ PROXIMIORES causæ, quæ expultricem stimulant, & solutionem unitatis inducunt, sunt humores ⊖lini, ⦶trosi, erodentes, in vasis redundantes, qui illa rumpere ac reserare possunt.

REMO-

REMOTIORES mediatæ ad producendos humores facientes *remotiores.*

RES NATURALES, sunt variæ: 1. Temperamentum viri hujus calidum ac siccum. 2. Ætas juvenilis disponit ad hanc ægritudinem. Disponit autem non tam ratione sui, quàm ex accidente, ob inordinatatam victus rationem, aut ob flavæ bilis redundantiam. *1.*

RES NON NATURALES, quæ huc quoque symbolum suum contulère, sunt AER nimis ad caliditatem & siccitatem inclinans: fecit enim tali tempestate iter satis molestum. Motus pectoris in vocis elevatione, & celer incessus in ambulatione sanguinem accendunt, & ad ὀργασμὸν concitant. *2.*

Excellit in causarum numero VICTUS, ex consuetudine calidior, nempe usus ciborum aromatibus conditorum, ac sale maceratorum, etiam vinorum generosorum. ALOETICARUM pilularum usum non nemo posset inter causas sputi sanguinis numerare, sed videntur absolvi posse ab hoc crimine.

HÆMORRHAGIA narium longo tempore suppressa in causâ est hujus cruenti sputi.

AFFECTUS ANIMI suum etiam conferunt.

RES PRÆTERNATURALES hûc etiam faciunt, LAPILLI nimirum in pulmonibus ante aliquot annos generati, mirabili naturæ succumbentis infortunio, qui pulmonem miris modis debilitare potuerunt. *3.*

Ex his causis generatus affectus, enarrata excitavit symptomata. *Symptomata:*

TUSSIS oritur, ob irritationem membranæ internæ asperæ arteriæ. *1.*

RESPIRATIO difficilis est, ob dilatationem pulmonis impeditam, ab infarctu materiæ extraneæ. *2.*

LAPILLI seu tophosi grandines in pulmonibus coaluère, raro exemplo, ob lapidescentem quendam succum. *3.*

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ SALUTIS. DE eventu affectus hujus quid sperandum, & quo loco is habendus, idem sentimus cum *Hippocrate 4. aphor. 25. αἷμα ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν. Sanguinem supernè ferri qualiscunque sit, malum.* Malum *Praedictio 1.*

lum est hoc in ægro nostro sanguinis sputum, in ratione *signi*, quia magnum notat excessum: malum est in ratione *causæ*, quia minatur syncopen, si sisti nequeat & phthisin, tandem marasmi ferax. Bonâ tamen spe erigendus æger. Comprobatum experientiâ, magnas sanguinis eruptiones minùs periculosas, quàm parvas. In nostro larga est ἀναγωγή. Extra enim vertitur sanguis, non subit intus in ipsum parenchyma, à quo introitu puris sputum metuendum.

FEBRIS expers est hæc ἀναγωγή. Ergò benè sperandum.

2\. LONGITUDO ET BREVITAS etiam ponderanda. Παροξυσμὸν hunc brevi terminatum iri confidimus, RECIDIVAM tamen timemus.

3\. MODUS EVENTUS. Consolidatum tandem iri speramus vulnus, & ægrum ad senectutem perventurum, imò quantumvis recrudescat sæpiùs, vitæ filum non iri abruptum. Exempla & promontoria bonæ spei prostant plurima. Notabile apud *Plinium lib. 11. cap. 38.* Multis per ora profluvium fit stato tempore, ut nuper Macrino Visco viro prætorio, & omnibus annis Volusio Saturnino, urbis præfecto, qui nonagesimum etiam excessit annum. Solum hoc in corpore temporarium sentit incrementum.

Reficiendum ergò ægrum censemus hoc fido solatio, *Hippocratis* prognosticum in ipso non habiturum locum 7. *aphor. 15.* ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις, ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις, *à sanguinis sputo puris sputum, à puris sputo tabes.*

Curatio. CURATIO maturanda est, σπουδάζειν δεῖ τὴν θεραπείαν, ne ægro ex nimiâ sanguinis profusione alia gravia symptomata superveniant, vel planè enervetur. Tantò ergò alacrius conceptâ spe salutis petitioni assurgemus, ac curationem, quantum in nobis situm, aggrediemur.

Indicatio. Illa autem nititur INDICATIONE curatoriâ, præservatoriâ, ac vitali.

1\. CURATORIA sanguinem jubet sistere. Scopo huic satisfacit revulsio. Si nimia plethora adsit, evacuandus & revellendus, vas apertum obturandum ac conglutinandum.

2\. PRÆSERVATORIA universum corpus præcipit mundare.

Digitized by Google

dare. Intemperies calida ſicca alterantia, parenchyma debilitatum roborantia, & demum aſtringentia indicat.

VITALIS indicatio reſpicit vires, quæ in hoc ſputo ſanguinis non levem alterationem ſentiunt, ideò earum reſtauratio & conſervatio, ne æger dubiæ ſpei exponatur, attendatur. 3.

AUXILIORUM MATERIÆ depromuntur ex tribus fontibus uſitatis: CHIRURGICO, PHARMACEUTICO, DIAETETICO. *Materia præſidiorum.*

FONS CHIRURGICUS primo loco occurrit. Cum plethora adſit, & conſueta ſanguinis per nares evacuatio adhuc ferietur in noſtro ægro, & adhuc in principio vires firmiores ſint, ſanguinem ſenſibiliter vacuantes materiæ conveniunt. Tundenda eſt vena MEDIANA, & ſi in aliquo latere præcipuè gravitas advertatur, etiam in illo brachio parùm & per vices ſanguis ad ℥ij vel iij detrahatur. *Chirurgia.*

CUCURBITULAE ſcapulis & cervici, ad majorem verò revulſionem etiam pedibus applicentur, bisque cum ſcarificatione reiterentur.

INSENSIBILITER EVACUANTES materiæ, ex accidente ſanguinis affluentis revulſione factâ etiam ſunt ex uſu. FRICTIONES ergò & LIGATURÆ ſuum faciunt officium.

PHARMACEUTICUS ſequitur fons. Ex eo largiorem ſperamus commoditatem: ſint autem refrigerantia, & contemperantia, quia corpus ægri eſt bilioſum & ſanguis acrior. Ad ſopiendam acredinem prodeſt ſeq. julepus. *Pharmacia*

℞. *ſir. de roſis ſiccis* ℥ij, *aq. roſarum, papav. rhœados, plantaginis*, a. ℥j, ⊖*lis prunellæ* ℈j. M. F. Julepus. *præparans*

S. Julep auff vier mahl Abends und Morgends darvon zu trincken.

Poſt mitigationem fervoris, ut humor bilioſus ſubducatur, opera danda. *evacuans lene.*

℞. *rhabarb. electi* ʒij, *pulpæ tamarind.* ℥j.
Infundantur in *aq. burſæ paſtoris* per noctem.
Manè coquantur. Colaturæ expreſſæ ℥iij.

adde

mannæ Alex. puriss. ℥iv, *sirupi rosati solut.* ℥j.
M. F. potio. S. Purgier Tränckfein auff einmahl.

Validius. ℞. *radic. gialapii* ℈j, *crystall.* ♀*ri* ℈ß, *ol. cinamomi* gt.j.
M. S. Purgier-Pulver auff einmahl.

κλύσμα. Si primis diebus minus purgaverit, potest sequens CLYSTER concinnari.

℞. *rad. nymphææ* ℥ij, *fol. polygoni, plantaginis, mercurialis, brancæ ursinæ, violar.* a. m. j,
sem. papav. albi, portulacæ ℥ij, *rad. bryoniæ* ℥ij.
coque in s. q. aq. font. Colaturæ ℞. ℔j. Dissolve
elect. lenitivi ℥ij, *ol. violac.* ℥j, ⊖*lis communis* ʒj.
M. F. clyster. Applicetur horâ quartâ pomeridianâ.

διουρητικά. DIURETICA in usum trahi possunt, ut serum sanguinis minuatur, si periculum sit præcipitationis ad thoracem. Indicationi huic satisfacit, sine omni periculo ⊖ *prunellæ* cum ♀re paratum. Refrigerat simul. Datur pulverisatum ad ℈j. in *aquâ plantaginis*.

Vel

℞. *magist.* ⊕*tri* ⊖*lati* ℨ. v, *aq. fœnic. petrosel.* a. ℥ij,
M. In vitro S. Harntreibendes Wässerlein.

℞. *aquæ petroselini, fœniculi* a. ℥iß,
sirupi de althæâ Fernelii ℥j, *spir.* ⊖*lis*, ♀*ri* a. ℈ß,
M. S. Harntreibender Safft.

Alterantia. ALTERANTIA intemperiem viscerum & sanguinis sequuntur, & simul confortantia.

℞. *spec. diamarg. frigidi* ʒj, *diatrion sandal.* ℈ij, *diapenidii* ʒß,
trochisc. de rhabarbaro, spodio a. ℈j,
sacchari albi in aq. cichorii q. s. soluti ℥vj.
M. F. Rotulæ. S. Stärck-Küchlein.

℞. tinctu-

Digitized by Google

℞. *tincturæ ♂ adstring.* ʒß. *sir. corall.* ʒij, ▽ *bursæ past.* ℥ij.
M. S. kräfftiger Tranck offt zu gebrauchen.

Proderit etiam hæc potio.

℞. *sirupi papav. simplicis, coralliorum rubror.* a. ℥j,
acetosæ, violar. a. ℥ß,
▽ *acetosæ, borag.* a. ℥j, *conf. alkermes* ʒij.
Misce in fictili. S. Stärck-Safft.

EMULSIO elegans est hæc:

℞. *amygd. dulc. decort.* ℥j,
sem. 4. frigid. maj. ʒj, *papav. albi* ʒiij.
Contunde. F. l. a. emulsio dilutior cum
▽ *rosarum, nymphææ, plantaginis, buglossi* a. ℥ij.
Expressione per linteum factâ,
adde
corall. ppt. margaritar. ppt. a. ℈j, *C.C. usti* ʒß.
Edulc. *cum sacchara perlato q. s.*
Detur ad pyxidem terream. S. Stärckende Mandelmilch.

Demum VAS APERTUM obturandum & congluti-nandum. *obturantia.*

℞. *conservæ symphyti* ℥j, *rosar. antiq.* ℥ß,
mucilag. ichthyocollæ cum aq. rosar. confectæ ʒj,
gummi arabici, tragacanthæ a. ʒiß,
corallior. rubr. pp. ℈ij, *succini albi,*
boli armenæ orient. sang. draconis orient. depur. a. ℈j.
Cum s. q. *sir. myrtillorum & pilosellæ*
M. F. Electuarium. In pyxide terreâ. S. Lattwerg.

Sanguinis effluxum sistentia sequuntur *Αἱμοστατικά.*

℞. *sp.* 🜍*li* ℈ß. *aq. plantag.* ℥iiij, M. F. potiuncula.
S. Sonderlich Wässerlein. dos. cochl. j vel ij.

℞. *lapidis hæmatit. ppt.* ʒiß, *boli armenæ ppt.* ʒj,
emuls. sem. papav. & portul. sacch. a. q. s. M. F. rotulæ.
S. Küchlein gegen das Blut auswerffen.

℞. *mucilag. gummi arab. & tragac. cum aq. plantag. extr.* ʒij, *mumiæ, mastichis* a. ʒj, *sacchari rosati q. s.* F. pilulæ sublinguales.

℞. *succi portulacæ* ℥xij, *sacchari* ℥viij.

Coquantur in sirupum, quô utatur æger frequenter, sensim lambendo.

Hæmatite lapide cum succo mali punici & granatorum, vel cum succo polygoni in iis, qui largius sanguinem rejiciebant, usus est *Trallianus lib. 7.* magno cum emolumento.

Proderit sequens mistura.

℞. *sirupi papav. simpl.* ℥ß, *papav. errat.* ʒvj, *corallior.* ℥j, 🜄. *plantag. polygoni, portulacæ,* a. ℥j, *sperniolæ Crollii compos.* ℈ß.

Misce. S. Blutstillender Safft. Detur cochlear j. aut ij per vices.

Narcotica. IN NECESSITATIS CASU possunt abhiberi NARCOTICA.

℞. *laudani opiati* g. ij. F. pilulæ n. ij. In pyxide dentur S. Stärck-Pillen.

Adsumantur circa noctem in cochleari cerevisiæ.

℞. *magist. anodyni Rolfinciani* g. ij, *sperniolæ compos.* g. v, *magist. C.C. phil. calcinati* g. ij.

M. in chartâ. D. Nachtpulver. Detur eodem modo, in cochleari cerevisiæ.

Cum noster æger purulentam spuitionem & phthisin metuat, præscribemus ipsi aquam restaurantem, quæ ipsum præservet ab hoc periculo.

℞. *pulm. & hepar vituli* n. j, *cochlear. select.* n. xx, *cancror.* n. x, *carnis caponis alas* ij, *cum pectore, medullæ panis silig. calid.* ℥viij, *sanguinis porci unius anni recent. mactati* ℔ j, *rad. cichorii, scorzoneræ, fœniculi* a. ʒiij, *chinæ, sarsaparillæ* a. ʒij, *rhapontici,*

cinæ-

cinamomi a. ℥iij, *schœnanthi* ℥j,
herb. agrimoniæ, cuscutæ, aspleni, absinthii,
card. bened. centaur. min. epatic. nobilis,
taraxaci, endiviæ, veronicæ a. Mj,
sem. 4. frigid. major. ℥ß, *anisi* ℥ij,
fl. borag. buglossi, rosar. rubr. a. Mß.
aq. fontanæ q. s. Digerantur per biduum & destillentur lento calore.
S. aq. restaurans, sumat quovis die haustum.

IN DIÆTA NATURALI, quæ primum obtinet locum, CIBUS sit frigidus & conglutinans. Utatur in cibis hordeaceâ ptisanâ & ejus cremore. PULMENTA ex milio, orizâ, pruna ungarica acida utiliter offeruntur. Prosunt pulpæ malorum acidorum. Inter FRUCTUS excellunt amygdala & nuces pineæ. In Æsculapii templo, quod olim fuit in insulâ Tiberinâ, reperta tabula marmorea, Græcis literis exarata, quibus NUCLEI PINI sanguinem rejicientibus ex pectore commendantur. Habeat hos in condimentis & pulmentis in crebro usu. LAC vetustatis suffragio imprimis commendatur: sit caprinum. Extingui potest nonnunquam in eo chalybs candens. Comedat etiam æger pedes vitulorum & imprimis cervorum juniorum. 1.

POTUS sit aq. hordei. Vinum rubrum tenue subastringens ipsi quoque concedi potest. Fugiendi cibi nimis calidi, sicci & aromatibus conditi, plurimoque sale inspersi, vina etiam generosa.

IN VITALI diætâ, eligatur AER temperatus: vitetur calidus & siccus. Econtra sese æger exponat frigido & sicco, qualis ultimo autumno & medio vere esse solet. 4.

IN ANIMALI somnus in hac intemperie viscerum calidâ sit moderatus, ne incalescat sanguis. VIGILIÆ etiam temperentur, ne acres humores excitentur. 5.

MOTUS corporis sit moderatus, & potiùs quiescat. ALVUS servetur lubrica. ANIMI PATHEMATA intra limites inclusa sunt servanda.

CONSULTATIO III
de
pleuritico.
HISTORIA.

Historica relatio. NObilis xxxv. annorum, temperamenti calidi & ſicci, cujus parentes ſæpè ſimili affectu laborarunt, qui & annis elapſis itidem dolorem ſimilem in eodem loco, ſed qui fomentis fuit discuſſus, perſenſit, nuper etiam tertianâ intermittente laboravit, hyeme iter faciens, veſperi domum redux, cùm vinum generoſum Creticum copiosè bibiſſet, inſignem rigorem perſenſit per horam durantem, poſteà incaluit cum ſiti. Febris manifeſta in progreſſu tertio quoquè die exacerbari ſolita. Dolorem punctorium inſignem in latere dextro circa medium percepit, qui ex decubitu in latus ſiniſtrum oppoſitum fuit auctus & circa veſperam viſus ad jugulum aſcendere. Tuſſis primò ſicca, pòſt humida, rubris, pallidis & flavis ſputis miſta, ſed raró & in paucâ quantitate. Adeſt ſpirandi difficultas pulſusquè inæqualitas ſerrinâ cum duritie juncta: gena dextra ruber. In brevi hoc decubitu appetitus eſt proſtratus & concidit imus venter. Alvus laxior die quinto virium infirmitatem adfert.

RESOLUTIO.

Affectus ſpecies. AFFECTUS, de quo conqueritur ægrotus, eſt Pleuritis. Hæc ſi ut *ſymptoma* accipiatur, eſt quod à *Celſo* dicitur dolor lateris, à *Plinio* lateris compunctio. Telum *Q. Serenus Sammonicus* vocari populariter, ait, eò, quòd inſtar teli dolor pungitivus infigi, & pungere videatur. Inde etiam hodiè ab Italis, *la punta* dicitur. Sin ut *morbus* conſideretur, eſt inflammatio, prout definitur *à Galeno 6. aphor. 33.* Et hoc modo morbus non ſimplex eſt, ſed compoſitus ex morbo intemperiei, conformationis & ſolutæ unitatis.

Eſt

Est autem inflammatio non levis, sed συςρεφικὴ, in quâ humores confluunt, ceu populus ad seditionem motus, & ceu fibræ in nodo arboris in se invicem convolutæ. *Est inflammatio συςρεφικὴ, humida.*

Inflammatio duplex est ξηρὴ ϗ ὑγρὴ, *sicca & humida.* In ægro nostro humida est, ἐκ ῥεύματος θερμοῦ τὸ μόριον καταλαμβάνοντος *ex influxu humoris pleuram infestantis orta*, non sicca.

ADESSE pleuritidem patet ex quinque illis pathognomonicis signis *à Galeno 5. de locis affectis cap. 3.* allegatis, & 1. de *constit. artis cap. 5.* repetitis. *Præsentiam affectûs indicant signa.*

DOLOR adest, & quidem pungitivus, qui versus jugulum extenditur, & à decubitu super partem sanam valdè exacerbatur. 1.

SPIRATIO frequens est & assidua. 2.

PULSUS adest durus & parvus, quem si fictitio nomine serrinum quis appellare voluerit, non repugnamus. 3.

FEBRIS adest acuta, conjuncta cum vigiliis, & intensâ siti. 4.

TUSSIS etiam manifesta est, quâ pauca tamen excreta sunt in principio, ita, ut potius irritus tussiendi fuerit conatus: nunc verò liberaliùs sputum procedit. 5.

Hæc antecessit RIGOR ingens. VERAM & EXQUISITAM adesse pleuritidem ex iisdem elucescit indiciis. Et sic hujus morbi dignotio est verè scientifica.

MAGNA est hæc pleuritis, 1. *secundùm dignitatem partis.* Non respondet quidem eminentiæ cerebri & cordis, sed tamen vehementiam passionis introducit ἐναισθησία *sensûs exquisita ratio*, unde dolorificum symptoma, & respirationis ad vitam necessariæ impedimentum.

2. *Secundùm propriam dispositionis essentiam* etiam magna est, ὄψει καὶ δυνάμει, *aspectu & virtute.* Magnus adest à naturali statu recessus utroque modo.

PARS AFFECTA pleura est, in latere thoracis dextro, pars membranea, costis subtensa: unde & ὑπεζωκὸς *succingens* dicitur, peritonæo admodum similis, *autore Galeno 7. de administrat. anatom. cap. 2.* *τὸ ὑποκείμενον μόριον designatur.*

Nihil *κατὰ θέσιν.*

κατ' ἀρσιν. Nihil in hoc affectu patitur MEMBRANA *jecoris*, quæ *referente Galeno 2. de locis aff. cap. 9.* deceperat medicum Siculum. Dolor enim magis est punctorius, quàm gravativus. Major hic respirationis læsio, quàm in epatitide. Pulsus durus adest: in epatitide undosus. Tussis hic in progressu humida, in epatitide sicca. Dolor ad jugulum vergens pleuritidem manifestò indicat.

DIAPHRAGMA non inflammari docet absentia delirii.

PERIPNEUMONIAM primariam non adesse, docet absentia doloris gravativi, & difficillimæ sublimis respirationis.

Duplex pleura membrana inflammatur. Pleura DUPLEX est, docente *Galeno de constit. art. med. cap. 15.*; quarum, quæ interna pulmones attingit, crassior est, quæ externa costas attingit, tenuior est, & modò una, modò altera inflammari potest, alterâ illæsâ. In nostro ægroto utraque inflammatur. Magis tamen interna, quæ pulmones respicit, quia decubitus in parte sanâ intolerabilis ipsi est. Docuit autem *Galenus de const. art. medic. capite 15.*: si pars exterior ipsius pleuræ circa ossa phlegmone valentiùs obsessa fuerit, super latus sanum faciliùs decumbunt, opprimuntur, si super affecto cubent latere: econtra, si super affectum latus decumbunt, sine molestiâ, interna.

An verò præter pleuram in nostro ægroto aliæ partes etiam in thorace afficiantur, disquisitione indiget.

Sola inflammari potest pleura. SOLAM inflammari posse, non facilè negaverit, qui fabricam pleuræ perspectam habet, vasis enim plurimis est dotata. ARTERIÆ ejus amplæ sunt in ingressu, quæ in progressu exiliores & subtiliores fiunt.

Simul in ægro nostro inflammantur In nostro ægro impossibile videtur, solam pleuram tàm vehementi inflammatione affici posse, non communicatâ affectione vicinis partibus duabus, musculis intercostalibus internis & pulmonibus.

musculi. Atque hoc de MUSCULIS INTERCOSTALIBUS quilibet fortè libenter concesserit, cùm venas habeant communes, per quas influxus sanguinis in eos satis patens via parari potest.

De

Digitized by Google

an etiam pulmones?

De PULMONIBUS an coafficiantur, res magis dubia. Facilè quidem partes hæ se mutuò contingentes mutua mala participare queunt, sed VIÆ, per quas communicatio fieri possit, non adeò sunt evidentes.

Per NUDUM CONTACTUM communicari inflammationem à pleurâ pulmonibus, aliqui nolunt admittere.

VENAS etiam non habent communes; cum pleura ramos accipiat ab ἀζύγῳ & thoracicâ, pulmo à venâ arteriosâ, & arteriâ venosâ.

Inde concludi posset, in nostro ægro pleuram solam inflammari, nihil patiente pulmone.

Asseritur pulmonum coaffectio.

Verùm in aliam secedimus sententiam. Æger noster idem experitur fatum, quod plurimi, in quibus apertis, post obitum, pulmones simul inflammati, saniosi, & purulenti sunt deprehensi.

Potest solus contactus primos aperire fores coinflammationi. 2. per fibrarum certis quibusdam in locis interventum, bis in cadaveribus à nobis observata cohæsio. 3. transitus purulentæ materiæ ex pleurâ per pulmones complementum addit. 4. Probabilis ratio, non ἀποδεικτική in ægro nostro addi potest, rubedo genarum. 5. Experientia *Plateri*, & aliorum in multis pleuriticis pulmones simul inflammatos fuisse contestatur.

Affici potest pleura secundùm partem supernam, infernam, mediam. In nostro ægroto in principio afficitur secundùm mediam, postea tamen etiam affecta fuit circà supremam, dolor enim post quartum diem ascendit ad jugulum.

Affici potest pleura secundùm fibras, vel secundum vasa. In nostro ægroto secundùm utramquè partem afficitur, tàm vasa, quàm ipsam substantiam. Utraque afficitur phlegmone sive inflammatione.

Causa immediata.

CAUSA IMMEDIATA, quæ ἀμέσως pleuritidem hanc inducit, est ῥεῦμα συνιστάμενον.

mediata.

MEDIATA est ῥεῦμα ὁρμώμενον, *affluxus sanguinis in pleuram.* Hic cum varius esse possit, sanguineus, biliosus, pi-

tuitosus, melancholicus: in nostro tamen ægroto est sanguineus ex prædominio, ex subdominio biliosus.

Pleuritides utplurimum sunt biliosæ; unde etiam die tertiâ suas habent exacerbationes, *Galeno 1. aphor. 12.* teste. In ægro nostro biliosam esse pleuritidem, testatur eadem tertiana periodus.

Præterea biliosam pleuritidem esse, patet ex materiâ ex pallido flavescente, quam die tertio extussivit. Docuit autem *Galenus 6. aphor. 33.* pleuritidem, quæ cum flavis & pallidis sputis est, ex biliosis humoribus ortum trahere; quemadmodùm quæ cum spumosis, ex pituitosis; quæ cum nigrioribus, ex melancholicis; quæ cum rubris, ex sanguine.

Sanguis hic biliosus genitus fuit à corde calido, nec in jecore & vesicâ fellis à calidis & siccis aromis biliosi & pancreatici succi liberatus, accedente διαχωρήσει fluxit ad pleuram duplici modo; tùm attractus, tùm transmissus. Postquam enim vinum generosum biberat, incaluit totum corpus; & sanguis in venis dispersus ad pleuram fluxit, attractus quidem à calore thoracis, transmissus à robore viscerum principalium.

Sanguis hic biliosus copiâ fuit multus, qualitate calidus, acris, δυνάμει activus, non in pleurâ per συναθροισμὸν generatus, sed ab extra, dominante mistâ cacochymiâ, per ῥευματισμὸν, ad pleuram delatus substitit, firmam eligens sedem, & συνεχῆ φλεγμονὴν excitans inflammationem.

remota. MEDIATÆ REMOTÆ causæ inter RES NATURALES sunt

1. 1. ÆTAS ad similem constitutionem vergens; scribit autem *Cœlius Aurelianus* senes facilè tentari pleuritide.

2. DEBILITAS PECTORIS HÆREDITARIA multum huc confert. Ea consistit in humiditate excessivâ pleuræ & partium vicinarum, quæ illas aptas reddit ad fluxiones suscipiendas. Similis est æger noster illis, quos refert *Hercules Saxonia*, se novisse, qui sæpissimè incidebant in pleuritidem, eorumque parentes similibus cum doloribus crebrò fuisse conflictatos.

NON NATURALES. AERIS hyemalis constitutio hùc contulit. Hæc cum frigida simul fuerit, eò graviùs viscera respirationi inservientia læsit. 2.

VINI GENEROSI LIBERALIOR POTUS potentissima causa fuit. Pleuritides, *verba sunt Hippocratis 1. de morb.* fiunt, cùm potiones copiosæ & fortes fiunt. Percalescit enim totum corpus, ac humectatur à vino, maximè autem bilis & pituita. Incalescentes autem humores ὀργασμῷ concitati hinc inde fluunt, & cùm in pleuram ex naturali dispositione debilem impelluntur, inflammationem excitant.

Ex his causis generata inflammatio fuit ἀθρόως ἐν ἀκαιρῷ καὶ ἀμερεῖ χρόνῳ κατὰ πρώτην εἰσβολὴν καὶ παροξυσμόν, *simul & confertim in momentaneo & indivisibili tempore, quoad primam invasionem & paroxysmum.*

SYMPTOMATA cum eâ nata plurima, quorum hæc est ratio. *Ratio symptomatum*

RIGOR, qui omnes pleuritides antecedere solet, exortus fuit, postquam biliosus sanguis ex multâ potentis vini potione percaluit, ad fluxum dispositus & commotus fuit valdè, & per corporis ambitum divagari cœpit. In eo rigore totum quidem corpus refrigeratum est, maximè tamen latus ipsum ex propriâ naturâ suâ excarne, nudum ab omnibus munimentis, cum ab internâ parte nihil ei adhæreat, quàm sola thoracis cavitas. Hinc factum, quod latus rigorem & refrigerationem maximè senserit. Hoc autem rigente vel refrigerato, cum frigidi sit constringere, factum est, ut tum caro lateris, tum venæ condensatæ, contractæ, & convulsæ sint, & expresserint humores ab ambitu corporis ad partes intimiores, & præcipuè ad pleuram, in quâ fuit excitata inflammatio, lenis in principio, quæ dolorem excitavit. 1.

DOLOR primo loco in suâ διαγνώσει adsignatus à *Galeno*, vehemens fuit, ob partis tum *ἐυαισθησίαν exquisitam sensionem*, tum continuum motum. Ex inflammatione & dolore latus ac membrana magis incalescens, à vicinis tum arteriis, tum carnibus traxêre confluentes humores. Inde subitò nata fuit pleuritis, adeò ut inflammatio suo spatio

non contenta, ASCENDERIT AD JUGULUM, ob materiæ ὀργασμόν. AUGETUR dolor hic ex decubitu super partem sanam, quia, cùm maxima inflammatio sit in pleuræ parte internâ, in illo situ apostema tunc pendet, & cum sit quid ponderosum, auget continui solutionem, & consequenter dolores, ut explicat *Galenus 1. de constit. art. cap. 15.* Nec solùm dolor huic inflammationi conjungitur; sed etiam adest

SPIRATIO difficilis, pars enim respirationi dicata afficitur. Species autem difficultatis ab affectu potius dependet, quàm parte. PARVA est, quia pulmones sufficienter dilatari non possunt; dilatationem enim ulteriorem DOLOR non admittit. TUMORQUE magnum spatium cavitatis occupat. MAGNA autem cum esse debeat ob usum auctum, cogitur natura supplere frequentiâ, minori interpositâ quiete, quod parvitas præstare nequit, & hinc respiratio FREQUENS.

PULSUS alterationem etiam secum adfert inflammatio hæc 1. eam quæ à febre sejungi nequit, 2. illam, quæ ex formâ affectæ partis pendet. PARVUS enim est, & frequens, qualis in febribus esse solet. DURUS tamen simul, quia pleura nervosa est, & dura, & dum per inflammationem magis tenditur, una secum partes tendit vicinas, atquè ipsas arterias, & per eam duritiem fit pulsus durus, & minor etiam, quàm pro ratione febris conveniebat. Hic ὁ ἐμπριστικός QUASI SERRINUS etiam appellari solet, quia ut serra modò elevatur modò deprimitur. Hunc tamen *Hercules Saxonia* fictitium esse ait.

FEBRIM infert hæc inflammatio continuam & acutam: quia inflammatio est in membro cordi vicino. Hæc febris augetur de tertio in tertium diem, ob prædominium bilis.

TUSSIS eam inflammationem insequitur. Ex pleurâ enim, quæ satis tenuis est, facilè aliquid exsudare potest humiditatis, quæ ob vicinitatem pulmonis raræ substantiæ communicata, pòst exspuitur; pulmones etiam inflammati tussim excitant.

Tussi autem hâc in nostro ægroto in principio parum vel nihil exspuitur; 1. quia inflammatio est maxima, cum tantâ

Digitized by Google

tantâ meatuum adstrictione, ut nihil ex hâc effundatur. 2. materia est cruda, viscida & tenax.

Hæc sufficiant de essentiâ hujus affectus, causis, & symptomatibus. Sequitur nunc

PROGNOSIS. De EVENTU quid sperandum, colligere possumus ex *Hippocrate 1. de morb.* cum pleuritidem refert inter morbos *ἐνδοιαστὰς dubios*, qui aliquando perdunt, aliquando non. *Κινδυνώδεις periculosi* tales à *Galeno* appellantur morbi, ad utrumque qui vergunt extremum, more & indole suâ mali ac funesti, non tamen omnem salutis adimentes spem, sed ita comparati, ut de ægrorum copiis salus & mors ambiguo ludant marte. *Prædictio*

In nostro ægro fatalis est ad mortem. Periculum vitæ subesse ostendunt *Fontes indiciorum periculi vita.*

I. ESSENTIALITER INHÆRENTIA:

1. SPECIES MORBI. Pleuritis est exquisita 1. loci affecti 2. causæ ratione.

2. VEHEMENTIA & magnitudo terrorem incutit.

II. CAUSÆ non juvantes nihil boni promittunt. A medicamentis adhibitis non fuit sublevatus.

III. SYMPTOMATA malè ominantur I. ACTIONUM LÆSARUM.

1. VITALIS, pulsus est durissimus.

2. NATURALIS actionis læsiones accedunt. Ad oblata non rectè habere & cibos appetere signum malum. Circa abdomen attenuatio. At *Hippocr. 1. aphor. 35. in quovis*, inquit, *morbo partes ad umbilicum attinentes πάχος ἔχειν crassitudinem habere melius, quàm maciem.*

3. ANIMALIS facultas debilis est & variè affligitur. Licet mente constet, neque deliret, respiratio tamen est valdè laboriosa, præcipuè à decubitu super partem sanam.

II. EXCRETA etiam periculi magnitudinem portendunt. Per SPUTUM ejecta, præterquam quod tardè appareant & paucâ quantitate, imperfectè etiam sunt cocta, imò planè cruda & heterogenea, cum aliis malis signis conjuncta, & præcipuè virium imbecillitate.

ALVUS, licet toto morbi decursu non respondeat, ni-

ſi irritata à medicamento, die tamen quinto per duarum horarum ſpatium quinquies dejecit; non quod expelleretur materia peccans ad partem ignobilem: ſed per conſenſum hepatis, organorumquè nutritioni dicatorum, quorum retentrix erat debilitata. Et talis alvi fluxus ſimilis eſt illi, de quo loquitur *Hippocrates 6. aphor. 16.* item *1. de morb.: à morbo laterali alvi fluxus malum. Si qualia oportet purgentur, confert, & facilè ferunt*, ait *idem 1. aphor. 25. & 1. aphor. 2.* Hic nulla conferunt ratione humoris peccantis. Nihil enim ex parte affectâ detrahitur; nulla tolerantia ratione virium, quia ex fluxu major debilitas.

Hæc indicia gravia ſunt, moriturum ægrum portendentia.

longitudinis & brevitatis ſens. LONGONE, an BREVI temporis ſpatio, decidit

1. SPECIES morbi. Inter breves morbos recenſetur ab *Hippocrate de morbis.* Imò pleuritis eſt acutiſſimus morbus: unde etiam pro exemplo morbi acuti, *libro de rat. vict. in acut.* proponitur, dum eorum rectam victus rationem proponere intendit. Si verò aliquando longiùs, quàm ſit terminus morbi acuti, ut in Anaxione, protrahatur, hoc ſit *ἐκ μεταπτώσεως ex decidentiâ*, non verò ex propriâ naturâ, qui caſus non tollit, quin acutus ſit propriâ naturâ talis.

2. ACTIONES LÆSAS ſi intueamur, morbus ſtatim ad magnam vehementiam devênit, certo argumento, brevi terminatum iri, *aphorismi ſeptimi, libri 1.* præſagio.

modi eventus ſens. MODUS EVENTUS etiam ponderandus. In pleuritide in genere triplex aſſignatur modus eventûs ab *Hippocrate libro 1. de morb. 15.*

1. I. PER PUTREDINEM & EXPECTORATIONEM, cum materia cocta ex abſceſſu reſudans per ſcreatum educitur, & per hunc modum liberantur ægri intrà terminum morborum acutorum: die ſeptimo, ſi pus coctum appareat tertio: die 11. 14. ſi pus appareat ſeptimo, aut ad ſummum 20. *ex Galen. 1. aphor. 12.*

2. II. PER SUPPURATIONEM alter eſt terminationis modus

Digitized by Google

modus. Per hunc modum evadunt aliquando quadraginta diebus ab eruptione, purgati: aliquando pereunt lentâ morte tabescentes, tum scilicet, quando materiam non possunt expectorare.

III. PER CORRUPTIONEM & SUFFOCATIONEM terminatur nonnunquam ex affluxu novæ materiæ; & tales antiqui vocabant βλητὺς *percussos, sideratos, sidere tactos.* Similes enim illis sunt, tum ob mortis celeritatem, tum quod observabatur mortuis latus esse lividum, ut annotavit etiam *Hippocr. 1. de rat. vict. in acut. t. 35.*

Pleuritis in nostro ægroto terminabitur ad mortem brevi, fortè intra terminum acutorum die 8. vel 9. per tertium modum nempe corruptionem. *Επίκρισις.*

CURATIO instituenda, in *Curatio.*

METHODO CURATIVA observatis INDICATIONIBUS.

CURATORIA ante omnia morbum auferendum esse monet. Hanc excipit

PRAESERVATORIA. Auferri enim non potest, nisi causa è medio tollatur. Humor biliosus, quatenus copiâ peccat, evacuandus, quâ motu, revellendus, quâ influxit, digerendus.

REVULSIO non est necessaria, ne humor magis infigatur, aut in pulmones delapsus excitet peripneumoniam. Hæc est *Galeni* de jecoris phlegmone sententia, *11. methodi med. c. 16.* quæ ad pleuritidem applicari potest.

Imò licet *Arabes* repellentibus utantur, *Galenus* tamen *12. meth. cap. 7.* usum eorum improbavit in affectibus thoracis, ne materia ab extra ad intra pellatur.

VITALIS indicatio viribus totius per diætam, cordis per cardiaca consulere jubet.

MATERIAE PRAESIDIORUM indicatorum desumuntur

I. EX FONTE χειρεργικῷ. *Chirurgia.*

VENAESECTIO à veteribus commendata fuit in maximis inflammationibus, autore *Galeno 1. aphor. 23.* etiam ad animi deliquium. Institui consuevit, modò in latere opposito, modò eodem.

In

In ægro nostro minus consultum judicamus sanguinem mittere, ne sputum illud paucum sanguineum planè supprimatur.

An locum habeat operatio chirurgica nempe παρακέντησις, quæritur? ℞. Non habet locum in principio, sed factâ suppuratione, non semper tamen. Fieri enim potest, ut pars materiæ evacuetur ex facto foramine, major pars retineatur, fistulosumquè ulcus relinquatur, maximo ægri detrimento, & tandem exitu funesto. Præterea exulceratio interiùs vergit versùs pulmones, exterius versus cutim.

Pharmaceut. Leniter educentia. Ex PHARMACEUTICO fonte conveniunt *leniter* evacuantia. Validiora enim sputationem supprimere possent.

Commendari potest ægro unum ex tribus præstantissimis remediis, quibus *Ludovicus Septalius animadv. medicis* multos, qui jam suffocari videbantur, restituit, *mel rosatum solutivum* cum butyro recenti: *manna cum* ol. *amygdalor. dulc.* & *oleum olivarum* cum aquâ fontanâ coctum.

Proderit horum loco ol. *lini*, quod *Conradus Gesnerus* in pleuritide epidemicâ profuisse, & alvum copiosè & liberaliter movisse refert *Tabernamontanus*.

Si fortè nauseabundus sit æger, poterit ei talis præscribi haustus.

℞. *rhabarbari Alexandrini* ʒij, *pulpa tamarindorum* ℥ß,
fl. cordialium a. p. j, *spica, cinamomi* a. ℈j,
Decoq. in suff. quantitate aquæ. In colaturæ ℥iiij dissolve
sirupi rosati solutivi ℥j, *cichorii cum rhabarb.* ℥ß.
M. F. Haustus. S. Lindertränklein.

CLYSTER talis esse potest.

℞. *fol. malvæ, althææ* a. Mß, *rad. althææ, tussilag.* a. ℥ij.
hordei Mj, *sem. anisi, fœni græci* a. ℥ß, *fic. pingulum* n. x.
Decoq. in suffic. quant. aq. In colaturæ ℔j solve
electuarii diacatholici ℥j, ol. *violati* ℥ij, *salis gemmei* ʒij.
M. F. Clyster.

Dum

Digitized by Google

Dum hæc fiunt, omni studio incumbendum, ut vires roborentur, incendium à febre ortum temperetur, & materia per tussim educatur.

CONFORTANTIA sunt sequentia. *Confortantia*

INTERNA. *interna.*

℞. *conservæ violar. purpur.* ℥ij, *condit. pyror. moscatell.* n. xij,
spec. cordial. temper. ʒj, *conf. alkermes de hyacintho* a. ʒj,
feculæ ari ʒiß, *sirupi de hyssopo* q. s. *spir.* 🜔 ℈ß.
M. F. Electuarium. Obducatur *folio* ☉ *duplici*.
In fictili pyxide latâ. S. Stärckzucker.

De eo sumat per vices quantitatem nucis castaneæ, & superbibat statim cochlear aquæ veronicæ.

Sequentem pulverem ex usu esse posse existimamus.

℞. *corall. rubr. præp.* ℈j, *margarit. præp.* gr. vj,
C. C. usti præp. ℈ß, *cornu monocerotis* gr. ij,
sapphiri, smaragdi, rubini ppt. a. gr. iij.
F. Pulvis subtilissimus. Detur duabus vicibus manè in haustu aquæ cardui mariæ.

℞. *rad. scorzoneræ* ℥ß, *pentaphylli* ʒij, *fl. cordial.* p. iij,
sem. melonum, plantag. mali citri a. ʒij, *rasuræ C. C.* ʒiij.
Decoq. in s. q. aq. In colaturæ ℔j dissolve
succi berberum, acetosellæ, ribium a. ℥ß,
confect. hyacinthi ʒj, *spir.* ⊕*li* gut. vj,
oxysacchari q. s. ad edulcationem. M. F. Julepus.

Convenit loco hujus alius ex aquarum & siruporum permistione paratus:

℞. *aquæ boraginis, scorzoneræ* a. ℥iiij,
succi ribium, berberum a. ℥j,
julepi rosati q. s. ad gratum saporem. S. Stärckjulep.

EXTERNA his conjungantur tum ad robur, tum ad temperandum febrilem calorem facientia. *externa.*

℞. *aq. hederæ arboreæ, verbenæ* a. ℥iij,
spec. cordialium temperatarum ʒß, 🜍 *rosacei* ʒß.

M. F. Epithema. Applicetur temporibus & pulsibus cum sacculo ex speciebus pro epithematibus ad pulsus paratis.

Expectorantia. EXPECTORANTIA, Βηχικὰ & sputum promoventia dicta.

interna. INTERNA sequuntur. Duabus debent esse prædita virtutibus 1. vias & meatus, per quas educi debet, leniant. 2. materias educendas concoquant, quæ crassæ, attenuent, quæ viscidæ, incidant, donec fiant proportionata objecta virtuti expulsivæ.

Electuarium. Tale est ELECTUARIUM *de styrace* dictum.

Decoctum. DECOCTUM si placet ægroto, tale fiat:

℞. *glycyrrh. rasæ & contusæ, rad. althææ* a. ℥ß,
fol. capilli ♀ris Mß, *sem. 4. frig. maj. malvæ* a. ʒj, *anisi* ʒß,
passul. major. enucl., jujubar. a. p. x, *flor. cordial.* a. p ij.

Decoq. in s. q. aq. hord. In ℔j. colaturæ solve
sirupi capilli ♀neris, mellis rosati a. ℥ß.
M. F. Potio. In fictili. S. Lößetränckleín.

Vel

Potio. ℞. *aq. fl. papav. rhœados, cardui benedicti, eryngii* a. ℥ij,
spiritus antipleuritici ʒj, *sir. fl. acaciæ* ℥ij, *spir. ♀ris* ℈ß.
M. in fictili. S. Ablößetränckleín.

Vel

℞. *sirupi violarum, jujubarum, de glycyrrhizâ* a. ℥j,
aquæ cardui mariæ, buglossi a. ℥ß.
M. pro duabus dosibus.

Eligmata. Posteà utatur sequenti *Ecligmate*.

℞. *sacchari penidii, spec. diatragacanthi frigidi in tab.* ʒß,
sirupi violarum, jujubarum, de glycyrrhizâ a. ℥j,

M. pro *ecligmate* in pyxide latâ. S. Ablöß-Safft.

℞. *looh de farfarâ, sani & experti* a. ℥ß,
lapid. ♋ pp. ℈j, *cum sirupo de glycyrrhizâ q. s.*

M. F. ἐκλεικτόν. Detur cum baculo glycyrrhizæ.

EXTERNIS

EXTERIUS ad humectationem viarum & materiæ ipsius, competit fomentum & unguentum; vel vesica bubula *ol. amygdalino* repleta. Externa.

℞. *fol. althææ* M℔, *chamameli cum toto* Miiß, *sem. anisi, lini, fœni græci* a. ℥iij, *furfurum* M℔.
Decoque s. q. aq. Colatura detur.

F. Fomentum cum spongiâ linteo obvolutâ, ne cutis adstringatur.

Commodior est inde paratus SACCULUS. Vel

℞. *unguenti pleuritici Mynsichti* ℥ß.
In fictili. S. Seiten-Sälblein.

℞. *ungv. dialthææ sine gummatibus* ℥j, *pectoralis* ℥ß, *pinguedinis muris montani* ℥j, *ol. violacei* ℥ij, *anisi, fœnic.* ℚ. a. gut. vj, *camph.* ℅ *amygd. dulc. soluta* ℈j.
M. F. Unguentum.

Applicetur cum chartâ bibulâ.

Hoc unguentum pluris à nobis æstimatur, quàm *folium brassica* butyro inunctum, magnoperè commendatum *à Foresto* & *Hercule Saxoniâ*.

Talis fotus est commodus:

℞. *fol. malvæ, bismalvæ, flor. chamameli, meliloti, violar.* a. M℔, *sem. lini* ℥j.

F. Decoctio in aq. comm. pro ℔iß. Decoctum calens in vesicam infusum lateri dolenti admoveatur aliquoties.

Deinde χρίσματι inungatur sequente:

℞. ℅ *amygdalorum dulcium, violarum, chamameli* a. ℥ß, *pingued. galli, caponis* a. ℥iij, *ceræ parum.* F. Unguentum.

EMPLASTRUM fiat ex panno rubro theriacâ vel mithridatio obducto.

Bartholetus laudat emplastrum de caulibus.

SPECIFICA ANTIPLEURITICA, quæ tàm manifestâ, Specifica.

quàm occultâ qualitate agunt, à nonnullis magni æstimantur.

Simplicia. Inter SIMPLICIA probata sunt: *flores papav. rhœados*, ex quibus *succus*, *sirupi* & ▽ parantur. Sunt virtutis magnæ; præsertim si addatur *sp.* ♀. Inter *herbas*: *card. mar. benedictus*, *scabiosa*, *malva arborea*: *eryngium* ob signaturam commendatur.

Ex *partibus animalium* excellunt *rasura tali leporini*, *dentis apri*, *mandib. lucii piscis*, *rasura cornu monocerotis*.

Composita. COMPOSITA inter excellit *pulvis pleuriticus Augustanorum*. Valdè commendatur à *Cornachino*, & in Italiâ celebre est *secretum ducis Urbini*, *ex ol. sem. lini* ℥iij & *rasurâ dentis apri* ʒj. M. S. Sonderbar Oel.

Sin hoc ægro fuerit molestum, commendatur *pulvis specificus Rolfincianus*.

℞. *rasura dentis apri*, *mandibulæ lucii piscis*, *coralliior. rubr. pp.* a. ʒj. *priapi tauri*, *cervi* a. ℈j, *pulv. fl. papav. rhœados* ʒij, *sacchari violacei* ℥j.
M. F. Pulvis. Detur in aquâ cardui benedicti ℈j.

CRUOR HIRCI certis ceremoniis enecti commendatur ab *Helmontio*. Suspendit hircum cornibus alligatis postremis pedibus, & testes resecat. Sanguis, qui, usquè dum exspirat, & moritur, effluit, excipitur & siccatur. CEREMONIAE hæ nullius usus. Sanguis hic non plus habet efficaciæ, quàm reliquus totius corporis.

His omnibus κατὰ λόγον iam judicio administratis, si non appareat sputum, verendum est, ne inflammatio in abscessum suppuretur.

Suppuratio hæc nequè potest, nequè debet impediri, sed potius promoveri.

INTERIUS ergò convenit sequens decoctum:

℞. *decocti fic. ping. vel decoct. pectoral.* ℥vj, *butyri recent.* ℥j.
M. Bibat cochlearia duo per vices. Commendatur ab *Hercule Saxoniâ*, & aliis. Maturationem maximè adjuvat.

Epipha-

Digitized by Google

Epiphanius Ferdinandus hist. 45. in pleuritide ad suppurationem tendente, pure non procedente quæ ipsum nunquam fefellerunt, sputum purulentum promovendo, commendat graviora & altiora remedia. 1. *pilulas de terebinthinâ lotâ cum ▽ hordei.* 2. *fumum nicotianæ.* 3. *decoctum nicotianæ* cum *sacchara*, per quod intelligit sirupum.

Exhiberi potest permistus cum aquâ cardui mariæ.

℞. *sirupi nicotianæ* ℥ij, *aq. card. mariæ* ℥ij.
In fictili. S. erhebt-Tränckleiu.

PILULIS in ægro nostro locus esse potest. Commendatur terebinthina *à vetustate* tussientibus & phthisicis.

FUMUS TABACI in dubium vocari potest multis nominibus, ob caliditatem & siccitatem. Levis videtur opera, quæ accedere potest ab ejus usu in gigantæo morbo.

SIRUPUS vix ita temperari poterit, ut palato ægri arrideat: quin potius acrimoniâ minatur molestiam, & emeticâ potestate etiam *ὥσπερ ἐκλεικτὸν ut lambile* usurpatum ventriculi subversionem.

EXTERIUS sacculi, & unguenta, ut & cataplasmata antè memorata, acri studio commendentur.

DIÆTA non negligenda NATURALIS. Duo rerum præter naturam se in pleuriticis offerunt genera: intemperies & morbus organicus. Duplex ergò status considerandus: intemperiei & tumoris. In *statu intemperiei* in principio tenuiter cibandum, ne natura à πεπασμῷ se convertat ad πέψιν. In statu tumoris pleniùs est cibandum, ut augeantur vires, ad expectorationem quæ sunt necessariæ. Neque timendum, avocatum iri calorem à πεπασμῷ ad πέψιν, à coctione materiæ morbificæ ad coctionem ciborum, quia jam apparet tussis humida variis sputis mista. Avocatio hæc modica non infert tantum incommodi, quin pòst majori erit usui, cùm vires inde acceperint refocillationem. Observari hic meretur præceptum summi dictatoris, *si os humescat, ptisanam majori quantitate sorbendam dato.* Humescit autem os circà pleuritidis benignum statum. *Diæta naturalis.*

In ægro nostro deplorato observentur hæc, quantum fieri potest.

MATERIÆ conveniunt variæ. SORBITIONES ex cremore hordei seu ptisanæ. EMULSIONES seminum melonum, amygdalorum dulcium cum seminibus frigidis, & aquâ cardui benedicti paratæ. JUSCULA concinnentur ex carnibus gallinarum. Ova sorbilia conveniunt. Utatur etiam eduliis solidiusculis, sputo procedente, ut carnibus gallinarum elixis & assatis.

Adsumere sæpius potest *pomum borsdorfianum*, thure masculo pulverisato repletum, sub cineribus coctum, vel in fornace. Superbibat haustum *aqua cardui benedicti.*

POTUM assumere jubemus aquam hordei, cui sint incocta *semina* quædam discutientia, *anisi, fœniculi,* & *passulæ minores.* Cerevisia tenuis sit, eique instilletur *tinctura fl. papaveris rhœados.*

VINUM modicum concedi potest, præcipuè dulce: tale enim sputum promovet. Nec obstat, quod non prosit biliosis, faciat sitim, exsiccet sputum, materiam in flatum vertat. Ab incommodis his in nostro nihil periculi. Vires sunt tyranni omnium indicationum.

MULSA aqua cum utilitate magnâ exhiberi potest, pectori amica.

Vitalis, IN VITALI fit AER purus & temperatus, ad caliditatem nonnihil vergens. Floribus odoratis suavis reddatur, pro spirituum refectione.

Animalis. ANIMALIS etiam diæta commendanda. Alvus semper lubrica servetur clysteribus lenioribus, ex monitu *Hippocratis 6. de rat. vict. acut. 4. t. 32.* excrementa enim illa retenta, & in flatum conversa dolorem augent, flatu ad locum dolentem ascendente.

Vigiliæ si adsint, temperentur emulsionibus amygdalorum dulcium. Hypnotica opiata in exilium relegentur, ne *ἀνακάθαρσις* inhibeatur. Πάθημα animi moderata sint, ira & tristitia omni modo prohibita.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO IV
de
peripneumonico.
HISTORIA.

VIr temperamenti calidi, ex prædominiô ficci, habitûs corporis densi, consistentis ætatis x x x annorum, varios committebat in victu errores, aëri frigido, factâ crebrâ permutatione cum hypocausto, hyemali tempore se exponens, somno diurno pomeridiano, cui antè adsuetus non erat, sæpè indulgens, & largiori pôst corporis motui, promiscuè deditus diætæ ciborum calidorum, frigidorum, viscosorum, anguillarum, limacum, cochlearum, carnium suillarum, vaccinarum, fructuum etiam horariorum, vinorum generosorum, Rhenanorum, Hispanicorum, artificialium Hippocraticorum, & claretorum, postquam ad iram commotus ob convitia famam ejus tangentia in duellô cum antagonistâ se accendisset, hinc illum turbante motu animi, illinc corporis vehementiori, cum saltu aliquoties cogeretur ictum gladii eludere & subterfugere, tandemquè compositis rixis pace factâ, animis reconciliatis, longiori potu in conviviô irenicô se inebriasset, sequenti nocte sensit febrilem CALOREM per totum corpus diffusum, SPIRANDI quandam DIFFICULTATEM, non mediocrem, sed μετέωρον sublimem, frequentem & magnam, quæ tamen interdum in parvitatem mutatur. RESPIRATIO hæc est: aërem efflat calidum, & quò copiosior efflatur, eò majus levamen sentit. PULSUS MAGNUS, undosus, languidus, mollis. PECTORIS adest ANGUSTIA, sine dolore tamen, ANXIETAS adest, & CORPORIS JACTATIO, δυσαρέστησις IMPOTENTIA ad motum, OCULI rubent, SITIS intensa. DOLOR se extendit à mediô ad scapulam, & quidem GRAVATIVUS. DELIRIUM leve per intervalla. TUSSIS SICCA, imò saliva tenuis primò, mox humida, spumosa. LINGUA subflava, interdum subalbida

Historica relatio.

sinistri

ſiniſtri lateris, GENA ſiniſtra rubet intenſè, ſed fugaci viciſſitudine.

RESOLUTIO.

Affectus Species. MORBUS, quô æger laborat auxilium noſtrum implorans, eſt PERIPNEVMONIA. Hæc ſecundùm nonnullorum opinionem à περὶ τῶν πνευμόνων, quòd circa pulmones ſit, derivatur. *Nonnullis* præpoſitionem περὶ *de* ſignificare lubet, ita ut inſigniatur de PNEVMONIA.

Verè PNEVMONIAM adeſſe, ſatis ſuperquè propoſita infallibilia ſigna, quæ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν τῆς ὐσίας λόγον ἐνεόντων καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων *ab eſſentialiter inexiſtentibus, eſſentiamquè conſequentibus*, effectibus, cauſis, & ſimilitudine ſumuntur, indicant.

Adeſt febrilis calor, per totum corpus diffuſus, ſpirandi difficultas, μετέωρος *ſublimis*, frequens & magna. Reſpiratio efflat aërem calidum. Pulſus magnus, undoſus, languidus, mollis. Pectoris adeſt anguſtia, anxietas, impotentia ad motum, corporis jactatio, oculorum rubedo, ſitis intenſa. Dolor gravativus. Delirium per intervalla. Tuſſis ſicca, ſaliva tenuis, humida, ſpumoſa. Lingua ſubflava apparet, ſubalbida interdùm ſiniſtri lateris. Genæ ſiniſtræ rubedo intenſa conſpicitur.

CAUSÆ prægreſſæ tales fuêre, quæ morbo huic producendo fores feneſtraſquè patefacere potuerunt.

SIMILITUDO adauget ſuſpicionem hunc morbum eſſe. Ante biennium civem quendam, in quô eadem indicia, eaſque cauſas deprehendebam, medicamentis antiperipneumonicis curatum vidi.

ESSENTIÆ ratione altiori mentis indagine illum ſi perpendimus, eſt morbus intemperiei calidæ cum materiâ.

MOTUS ratione eum ſi examini ſubjicimus, morbus acutus eſt, paucis enim diebus aut cum ſanitate redeunt in gratiam, aut citâ pereunt ægri morte; ſin minus, empyema ſupervenit.

MAGNUS eſt tum ratione ipſius viſceris nobiliſſimi, tum ob cordis vicinitatem, ut & reliquorum ſymptomatum, affectum hunc concomitantium, reſpectu.

SUBJE-

SUBJECTUM seu partem affectam esse pulmonem, viscus corporis nostri organici nobile, respirationis organum primarium, unô ore concedunt omnes. *τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

Quod verò præ dextrô pulmonis lobô sinister magis sit affectus, ex genæ sinistræ rubedine, sinistrique lateris linguæ subalbedine patescit.

CAUSÆ unde malum hoc dependet, jam in theatrum producendæ veniunt. Hæc vel immediata est, vel mediata. *Causa:*

IMMEDIATA est intemperies calida ab affluxu humorum consimili intemperie peccantium orta. *ἄμεσος.*

MEDIATA PROXIMIOR sunt humores calidi & tenues, sanguis scilicet, & bilis pituitæ permixta. *mediata proximior.*

REMOTIOR est vel naturalis, vel non naturalis. *remotior.*

NATURALIS est, quæ ad humorum prædictorum in corpore ægri congeriem multum fecit.

I. TEMPERAMENTUM CALIDUM & SICCUM præ cœteris humoribus biliosis copiosè generandis aptum natum est. SICCITAS superveniens habitum corporis ægroti nostri adeò densum reddidit, ut humores in vapores resoluti per ἄδηλον διαπνοὴν transpirare non potuerint.

II. AETAS consistens anni trigesimi *autore Hippocrate 3. aphor. 30.* ad hujus morbi generationem inclinat.

NON NATURALIS. AER accusatur frigidus, aliàs pectori inimicus, cui factâ hypocausti permutatione ægrotus noster se exposuit. Hic poros constringendo ἄδηλον διαπνοὴν impedivit. Inde factum, ut retentæ fuligines fuerint in corpore cumulatæ, quæ deinde putredinis labe corruptæ febrile generarunt incendium.

SOMNUS POMERIDIANUS, cui antè non adsuetus fuit, multas superfluitates coacervavit, earumque discussionem prohibuit, & malo huic manus porrexit auxiliatrices.

MOTUS corporis suum contulit in duello symbolum.

VICTUM ordinatum non observavit æger, dum cibos modò calidos, modò frigidos, modò viscosos, ut anguillas, cochleas, carnes suillas, fructusquè horarios similesquè ingessit, ex quibus omnibus pituitosi & biliosi humores, qui

non adeò sunt prostratæ, medicamenta ritè assumit, præscriptô utitur victu. Elucet etiam bonum signum materiæ coctionis, dum sputum ejicitur humidum.

Curatio. CURATIO, desperata quantumvis videatur salus, maturanda, ægerque non deserendus.

Indicationes. Nititur hæc INDICATIONIBUS.

1. CURATORIA indicat intemperiem pulmonis calidam ab humoribus calidis ortam, per medicamenta frigida esse alterandam.

2. PRÆSERVATORIA in id incumbit, ut humor qui influxit, digerentibus discutiatur, affluens retrahentibus revellatur & derivetur, nec non intercipientibus ac repellentibus inhibeatur, fluxurus tandem evacuantibus detrahatur.

VITALIS quâ hîc maximè opus, vires, ne subitò prosternantur, respicit. Hæ quantum fieri potest augendæ, titubantes sustentandæ, partes principes, cor, cerebrum, & pulmones, roborandæ.

Horum præsidiorum MATERIÆ depromuntur ex tribus usitatis fontibus.

Chirurgia. EX CHIRURGICO suademus VENÆ SECTIONEM. Non pauci eam ob virium dejectionem, quam ex pulsu languidô hariolantur, in dubium vertunt: talem verò non semper denotare virium languorem, sed facultatis vitalis ac pulsativæ oppressionem, satis superque liquet. Secetur itaque vena brachii basilica in principio in latere opposito: sed non quantitate nimis excedente, ne æger in syncopen labatur, educatur sanguis. Iterari ea potest in alterô latere, si vires permittant.

CUCURBITULÆ venæ sectionis vices, si æger ab eâ abhorret, obire possunt.

FRICTIONES non negligendæ.

Pharmacia. EX PHARMACEUTICO fonte, quæ primas vias aperiunt, depromimus LENIENTIA. Commendamus talem clysterem ano immittendum:

℞. *foliorum malvæ, althææ, violarum* a. Mj.
fl. cham. meliloti a. Mß. *rad. althææ, lilior. albor.* a. ℥ij.
sem.

sem. lini ℥j, *fœni græci* ℥ß, *hordei* Mj,

Coquantur in s. q. aq. font. ad consumtionem tertiæ partis. Colaturæ ℔i adde

℞. *electuarii lenitivi* ℥i, ○○ *chamæmelini, amygdal. dulcium, violacei,* a. ℥ß, ⦶ ♁iati ʒj.
F. l. a. Clyster tepidè injiciendus.

SUPPOSITORIA non negligenda.

℞. *spec. hieræ* ʒij, ⊖ *gemmæ* ℈ß, *mellis q. s.*
F. l. a. Suppositorium. Illinatur ○○ *communi.*
D. ad chartam. S. Stuhlzäpfflein.

Per os adhibeantur LENIENTIA talia: *Lenientia per os exhibenda.*

℞. *seri caprini* ℥iij, *sirupi cichorii c. rhabarb. crystall.* ♀ ʒj.
F. l. a. Potio. S. Lindertränklein auf einmahl.

Vel

℞. *electuarii lenitivi* ℥j, *pulpæ cassiæ* ℥ß, *rhabarbari* ʒj, *seminis citri* ʒß.
M. F. l. a. Bolus. S. Lenitiv-Bissen auf einmahl.

Vel, si placet ægro pulveris forma,

℞. *crystallorum* ♀ ℈j, *pulv. gialapii* ℈ß, ⦶ ♁iati g̃. v.
M. F. Pulvis. S. Lindpulver auff einmahl.

PILULÆ lenitivæ Francofurtenses, ♀eæ Schröderi, pilulæ Rolfincianæ, maximâ leniendi vi pollent.

℞. *massæ pilular. de aloë violatâ* ℈ß, *dacrydii* g̃. viij. *Præparantia.*
F. l. a. Pilulæ xv. cum mucilagine tragacanthæ.
S. Digestiv-Pillen auff einmahl.

Vel

℞. *rhabarbari electi* ʒß, *resinæ scammonii* ℈ß, *spir. cinamomi* gut. v, *sir. rosarum solutivi q. s.*
M. F. Bolus. S. Digestiv-Bissen auf einmahl

PRÆPARANTIA presso pede sequuntur.

In ægro nostro minus consultum judicamus sanguinem mittere, ne sputum illud paucum sanguineum planè supprimatur.

An locum habeat operatio chirurgica nempe παρακέντησις, quæritur? ℞. Non habet locum in principio, sed factâ suppuratione, non semper tamen. Fieri enim potest, ut pars materiæ evacuetur ex facto foramine, major pars retineatur, fistulosumquè ulcus relinquatur, maximo ægri detrimento, & tandem exitu funesto. Præterea exulceratio interiùs vergit versùs pulmones, exterius versus cutim.

Pharmaceut. Leniter educentia. Ex PHARMACEUTICO fonte conveniunt *leniter* evacuantia. Validiora enim sputationem supprimere possent.

Commendari potest ægro unum ex tribus præstantissimis remediis, quibus *Ludovicus Septalius animadv. medicis* multos, qui jam suffocari videbantur, restituit, *mel rosatum solutivum* cum butyro recenti: *manna cum* ☍ *amygdalor. dulc.* & *oleum olivarum* cum aquâ fontanâ coctum.

Proderit horum loco ☍ *lini*, quod *Conradus Gesnerus* in pleuritide epidemicâ profuisse, & alvum copiosè & liberaliter movisse refert *Tabernamontanus*.

Si fortè nauseabundus sit æger, poterit ei talis præscribi haustus.

℞. *rhabarbari Alexandrini* ʒij, *pulpæ tamarindorum* ℥ß, *fl. cordialium* a. p. j, *spicæ, cinamomi* a. ℈j,
Decoq. in suff. quantitate aquæ. In colaturæ ℥iiij dissolve *sirupi rosati solutivi* ℥j, *cichorii cum rhabarb.* ℥ß,
M. F. Haustus. S. Lindtränckleín.

CLYSTER talis esse potest.

℞. *fol. malvæ, althææ* a. Mß, *rad. althææ, tussilag.* a. ℥ij, *hordei* Mj, *sem. anisi, fœni græci* a. ʒß, *fic. pinguium* n. x.
Decoq. in suffic. quant. aq. In colaturæ ℔j solve *electuarii diacatholici* ℥j, ☍ *violati* ℥ij, *salis gemmei* ʒij,
M. F. Clyster.

Dum

Dum hæc fiunt, omni studio incumbendum, ut vires roborentur, incendium à febre ortum temperetur, & materia per tussim educatur.

CONFORTANTIA sunt sequentia. *Confortantia*

INTERNA. *interna.*

℞. *conserv. violar. purpur.* ℥iij, *condit. pyror. moscatell.* n. xij, *spec. cordial. temper.* ʒj, *conf. alkermes de hyacintho* a. ʒij, *fecula ari* ʒiß, *sirupi de hyssopo* q. s. *spir.* 🜍 ℈ſ.

M. F. Electuarium. Obducatur *folio* ☉ *duplici.* In fictili pyxide latâ. S. Stärckzucker.

De eo sumat per vices quantitatem nucis castaneæ, & superbibat statim cochlear aquæ veronicæ.

Sequentem pulverem ex usu esse posse existimamus.

℞. *corall. rubr. præp.* ℈j, *margarit. præp.* g. vj, *C. C. ust. præp.* ℈ß, *cornu monocerotis* g. ij, *sapphiri, smaragdi, rubini ppt.* a. g. iij.

F. Pulvis subtilissimus. Detur duabus vicibus manè in haustu aquæ cardui mariæ.

℞. *rad. scorzoneræ* ℥ß, *pentaphylli* ʒij, *fl. cordial.* p. iij, *sem. melonum, plantag. mali citri* a. ʒij, *rasuræ C. C.* ʒiij.

Decoq. in s. q. aq. In colaturæ ℔j dissolve *succi berberum, acetosellæ, ribium* a. ℥ß, *confect. hyacinthi* ʒj, *spir.* ⊕*li* gut. vj, *oxysacchari* q. s. ad edulcationem. M. F. Julepus.

Convenit loco hujus alius ex aquarum & siruporum permistione paratus:

℞. *aquæ boraginis, scorzoneræ* a. ℥iiij, *succi ribium, berberum* a. ℥j, *julepi rosati* q. s. ad gratum saporem. S. Stärckjulep.

EXTERNA his conjungantur tum ad robur, tum ad temperandum febrilem calorem facientia. *externa.*

℞. *aq. hederæ arboreæ, verbenæ* ā. ℥iij,
spec. cordialium temperatarum ʒß, ♆ *rosacei* ℥ß.

M. F. Epithema. Applicetur temporibus & pulsibus cum sacculo ex speciebus pro epithematibus ad pulsus paratis.

Expectorantia. EXPECTORANTIA, Βηχικά & sputum promoventia dicta,

interna. INTERNA sequuntur. Duabus debent esse prædita virtutibus 1. vias & meatus, per quas educi debet, leniant. 2. materias educendas concoquant, quæ crassæ, attenuent, quæ viscidæ, incidant, donec fiant proportionata objecta virtuti expulsivæ.

Electuarium. Tale est ELECTUARIUM *de styrace* dictum.

Decoctum. DECOCTUM si placet ægroto, tale fiat:

℞. *glycyrrh. rasæ & contusæ, rad. althææ* a. ℥ß,
fol. capilli ♀ris Mß, *sem. 4. frig. maj. malvæ* a. ʒj. *anisi* ʒß,
passul. major. enucl., jujubar. a. p. x, *flor. cordial.* a. p ij.

Decoq. in s. q. aq. hord. In ℔j. colaturæ solve
sirupi capilli ♀neris, mellis rosati a. ℥ß.
M. F. Potio. In fictili. S. Lösetränklein.

Vel

Potio. ℞. *aq. fl. papav. rhœados, cardui benedicti, eryngii* a. ℥ij,
spiritus antipleuritici ʒj, *sir. fl. acaciæ* ℥ij, *spir.* ♆*ris* ℈ß.
M. in fictili. S. Ablösetränklein.

Vel

℞. *sirupi violarum, jujubarum, de glycyrrhizâ* a. ℥j,
aquæ cardui mariæ, buglossi a. ℥ß.
M. pro duabus dosibus.

Eligma. Posteà utatur sequenti *Ecligmate.*

℞. *sacchari penidii, spec. diatragacanthi frigidi in tab.* ℥ß,
sirupi violarum, jujubarum, de glycyrrhizâ a. ℥j,

M. pro *ecligmate* in pyxide latâ. S. Ablösj-Safft.

℞. *loob de farfarâ, sani & experti* a. ℥ß,
lapid. ♋ *pp.* ℈j. *cum sirupo de glycyrrhizâ q. s.*

M. F. ἐκλεικτόν. Detur cum baculo glycyrrhizæ.

EXTERNA

EXTERIUS ad humectationem viarum & materiæ ipsius, competit fomentum & unguentum; vel vesica bubula ol. amygdalino repleta. Externa

℞. *fol. althææ* Mβ. *chamameli cum toto* Miiß, *sem. anisi, lini, fœni græci* a. ℥iij, *furfurum* Mβ.

Decoque s. q. aq. Colatura detur.

S. Fomentum cum spongiâ linteo obvolutâ, ne cutis adstringatur.

Commodior est inde paratus SACCULUS. Vel

℞. *unguenti pleuritici Mynsichti* ℥ß.

In fictili. S. Seiten-Sälblein.

℞. *ungu. dialthææ sine gummatibus* ℥j, *pectoralis* ℥ß, *pinguedinis muris montani* ℥j, *ol. violacei* ℥ij, *anisi, fænic.* ⊗. a. gut. vj, *camph.* ⚬ *amygd. dulc. soluta* ℈j. M. F. Unguentum.

Applicetur cum chartâ bibulâ.

Hoc unguentum pluris à nobis æstimatur, quàm *folium Brassicæ* butyro inunctum, magnoperè commendatum *à Foresto & Hercule Saxoniâ.*

Talis fotus est commodus:

℞. *fol. malvæ, bismalvæ, flor. chamameli, meliloti, violar.* a. Mβ, *sem. lini* ℥j.

F. Decoctio in aq. comm. pro ℔iß. Decoctum calens in vesicam infusum lateri dolenti admoveatur aliquoties.

Deinde χεῖρισμα inungatur sequente:

℞. ⚬ *amygdalorum dulcium, violarum, chamameli* a. ℥ß, *pingued. galli, caponis* a. ℥iij, *ceræ parum.* F. Unguentum.

EMPLASTRUM fiat ex panno rubro theriacâ vel mithridatio obducto.

Bartholetus laudat emplastrum de caulibus.

SPECIFICA ANTIPLEURITICA, quæ tàm manifestâ, Specifica

 quàm

quàm occultâ qualitate agunt, à nonnullis magni æstimantur.

Simplicia. Inter SIMPLICIA probata sunt: *flores papav. rhœados*, ex quibus *succus*, *sirupi* & ▽ parantur. Sunt virtutis magnæ; præsertim si addatur *sp.* ♀. Inter *herbas*: *card. mar. benedictus*, *scabiosa*, *malva arborea*: *eryngium* ob signaturam commendatur.

Ex *partibus animalium* excellunt *rasura tali leporini*, *dentis apri*, *mandib. lucii piscis*, *rasura cornu monocerotis*.

Composita. COMPOSITA inter excellit *pulvis pleuriticus Augustanorum*. Valdè commendatur à *Cornachino*, & in Italiâ celebre est *secretum ducis Urbini*, ex *ol. sem. lini* ℥iij & *rasura dentis apri* ʒj. M. S. Sonderbar Oel.

Sin hoc ægro fuerit molestum, commendatur *pulvis specificus Rolfincianus*.

℞. *rasuræ dentis apri, mandibulæ lucii piscis, coralliior. rubr. pp.* a. ʒj. *priapi tauri, cervi* a. ℈j, *pulv. fl. papav. rhœados* ʒij, *sacchari violacei* ℥j.

M. F. Pulvis. Detur in aquâ cardui benedicti ℈j.

CRUOR HIRCI certis ceremoniis enecti commendatur ab *Helmontio*. Suspendit hircum cornibus alligatis postremis pedibus, & testes resecat. Sanguis, qui, usquè dum exspirat, & moritur, effluit, excipitur & siccatur. CEREMONIAE hæ nullius usus. Sanguis hic non plus habet efficaciæ, quàm reliquus totius corporis.

His omnibus κατὰ λόγον cum judicio administratis, si non appareat sputum, verendum est, ne inflammatio in abscessum suppuretur.

Suppuratio hæc neque potest, neque debet impediri, sed potius promoveri.

INTERIUS ergò convenit sequens decoctum:

℞. *decocti fic. ping. vel decoct. pectoral.* ℥vj, *butyri recent.* ℥j.

M. Bibat cochlearia duo per vices. Commendatur ab *Hercule Saxoniâ*, & aliis. Maturationem maximè adjuvat.

Epiphæ-

Digitized by Google

Epiphanius Ferdinandus hist. 45. in pleuritide ad suppurationem tendente, pure non procedente quæ ipsum nunquam fefellerunt, sputum purulentum promovendo, commendat graviora & altiora remedia. 1. *pilulas de terebinthinâ lotâ cum ▽ hordei.* 2. *fumum nicotianæ.* 3. *decoctum nicotianæ* cum *saccharo*, per quod intelligit sirupum.

Exhiberi potest permistus cum aquâ cardui mariæ.

℞. *sirupi nicotianæ* ℥ij, *aq. card. mariæ* ℥ij.
In fictili. S. erhebe-Tränckleín.

PILULIS in ægro nostro locus esse potest. Commendatur terebinthina *à vetustate* tussientibus & phthisicis.

FUMUS TABACI in dubium vocari potest multis nominibus, ob caliditatem & siccitatem. Levis videtur opera, quæ accedere potest ab ejus usu in gigantæo morbo.

SIRUPUS vix ita temperari poterit, ut palato ægri arrideat: quin potius acrimoniâ minatur molestiam, & emeticâ potestate etiam *ὥσπερ ἐκλεικτὸν ut lambile* usurpatum ventriculi subversionem.

EXTERIUS sacculi, & unguenta, ut & cataplasmata antè memorata, acri studio commendentur.

DIÆTA non negligenda NATURALIS. Duo rerum præter naturam se in pleuriticis offerunt genera: intemperies & morbus organicus. Duplex ergò status considerandus: intemperiei & tumoris. In *statu intemperiei* in principio tenuiter cibandum, ne natura à *πεπασμῷ* se convertat ad *πέψιν*. In statu tumoris pleniùs est cibandum, ut augeantur vires, ad expectorationem quæ sunt necessariæ. Neque timendum, avocatum iri calorem à *πεπασμῷ* ad *πέψιν*, à coctione materiæ morbificæ ad coctionem ciborum, quia jam apparet tussis humida variis sputis mista. Avocatio hæc modica non infert tantum incommodi, quin pòst majori erit usui, cùm vires inde acceperint refocillationem. Observari hic meretur præceptum summi dictatoris, *si os humescat, ptisanam majori quantitate sorbendam dato.* Humescit autem os circa pleuritidis benignum statum. *Diæta naturalis,* [illegible]

In ægro nostro deplorato observentur hæc, quantum fieri potest.

MATERIÆ conveniunt variæ. SORBITIONES ex cremore hordei seu ptisanæ. EMULSIONES seminum melonum, amygdalorum dulcium cum seminibus frigidis, & aquâ cardui benedicti paratæ. JUSCULA concinnentur ex carnibus gallinarum. Ova sorbilia conveniunt. Utatur etiam eduliis solidiusculis, sputo procedente, ut carnibus gallinarum elixis & assatis.

Adsumere sæpius potest *pomum borsdorfianum*, thure masculo pulverisato repletum, sub cineribus coctum, vel in fornace. Superbibat haustum *aqua cardui benedicti.*

POTUM assumere jubemus aquam hordei, cui sint incocta *semina* quædam discutientia, *anisi, fœniculi,* & *passulæ minores.* Cerevisia tenuis sit, eique instilletur *tinctura fl. papaveris rhœados.*

VINUM modicum concedi potest, præcipuè dulce, tale enim sputum promovet. Nec obstat, quod non prosit biliosis, faciat sitim, exsiccet sputum, materiam in flatum vertat. Ab incommodis his in nostro nihil periculi. Vires sunt tyranni omnium indicationum.

MULSA aqua cum utilitate magnâ exhiberi potest, pectori amica.

Vitalis, IN VITALI sit AER purus & temperatus, ad caliditatem nonnihil vergens. Floribus odoratis suavis reddatur, pro spirituum refectione.

Animalis. ANIMALIS etiam diæta commendanda. Alvus semper lubrica servetur clysteribus lenioribus, ex monitu *Hippocratis 6. de rat. vict. acut. 4. t. 32.* excrementa enim illa retenta, & in flatum conversa dolorem augent, flatu ad locum dolentem ascendente.

Vigiliæ si adsint, temperentur emulsionibus amygdalorum dulcium. Hypnotica opiata in exilium relegentur, ne *ἀνακάθαρσις* inhibeatur. Παθήματα animi moderata sint, ira & tristitia omni modo prohibita.

CON-

CONSULTATIO IV
de
peripneumonico.
HISTORIA.

VIr temperamenti calidi, ex prædominiô ficci, habitûs corporis denfi, confiftentis ætatis xxx annorum, varios committebat in victu errores, aëri frigido, factâ crebrâ permutatione cum hypocaufto, hyemali tempore fe exponens, fomno diurno pomeridiano, cui antè adfuetus non erat, fæpè indulgens, & largiori pòft corporis motui, promifcuæ deditus diætæ ciborum calidorum, frigidorum, vifcoforum, anguillarum, limacum, cochlearum, carnium fuillarum, vaccinarum, fructuum etiam horariorum, vinorum generoforum, Rhenanorum, Hifpanicorum, artificialium Hippocraticorum, & claretorum, poftquam ad iram commotus ob convitia famam ejus tangentia in duellô cum antagoniftâ fe accendiffet, hinc illum turbante motu animi, illinc corporis vehementiori, cum faltu aliquoties cogeretur ictum gladii eludere & fubterfugere, tandemquè compofitis rixis pace initâ, animis reconciliatis, longiori potu in conviviô irenicô fe inebriaffet, fequenti nocte fentit febrilem CALOREM per totum corpus diffufum, SPIRANDI quandam DIFFICULTATEM, non mediocrem, fed μετέωρον *fublimem*, frequentem & magnam, quæ tamen interdum in parvitatem mutatur. RESPIRATIO hæc eft: aërem efflat calidum, & quò copiofior efflatur, eò majus levamen fentit. PULSUS MAGNUS, undofus, languidus, mollis. PECTORIS adeft ANGUSTIA, fine dolore tamen, ANXIETAS adeft, & CORPORIS JACTATIO, δυσαρέστησις IMPOTENTIA ad motum, OCULI rubent, SITIS intenfa. DOLOR fe extendit à mediô ad fcapulam, & quidem GRAVATIVUS. DELIRIUM leve per intervalla. TUSSIS SICCA, imò faliva tenuis primò, mox humida, fpumofa. LINGUA fubflava, interdum fubalbida *Hiftorica relatio.*

finiftri

sinistri lateris. GENA sinistra rubet intensè, sed fugaci vicissitudine.

RESOLUTIO.

Affectus Species. MORBUS, quô æger laborat auxilium nostrum implorans, est PERIPNEVMONIA. Hæc secundùm nonnullorum opinionem à περὶ τῶν πνευμόνων, quòd circa pulmones sit, derivatur. *Nonnullis* præpositionem περὶ *de* significare lubet, ita ut insigniatur de PNEVMONIA.

Verè PNEVMONIAM adesse, satis superquè proposita infallibilia signa, quæ ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν τῆς ὀσίας λόγον ἐνεόντων καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων *ab essentialiter inexistentibus, essentiamquè consequentibus*, effectibus, causis, & similitudine sumuntur, indicant.

Adest febrilis calor, per totum corpus diffusus, spirandi difficultas, μετέωρος *sublimis*, frequens & magna. Respiratio efflat aërem calidum. Pulsus magnus, undosus, languidus, mollis. Pectoris adest angustia, anxietas, impotentia ad motum, corporis jactatio, oculorum rubedo, sitis intensa. Dolor gravativus. Delirium per intervalla. Tussis sicca, saliva tenuis, humida, spumosa. Lingua subflava apparet, subalbida interdùm sinistri lateris. Genæ sinistræ rubedo intensa conspicitur.

CAUSÆ prægressæ tales fuêre, quæ morbo huic producendo fores fenestrasquè patefacere potuerunt.

SIMILITUDO adauget suspicionem hunc morbum esse. Ante biennium civem quendam, in quô eadem indicia, easque causas deprehendebam, medicamentis antiperipnevmonicis curatum vidi.

ESSENTIAE ratione altiori mentis indagine illum si perpendimus, est morbus intemperiei calidæ cum materiâ.

MOTUS ratione eum si examini subjicimus, morbus acutus est, paucis enim diebus aut cum sanitate redeunt in gratiam, aut citâ pereunt ægri morte; sin minus, empyema supervenit.

MAGNUS est tum ratione ipsius visceris nobilissimi, tum ob cordis vicinitatem, ut & reliquorum symptomatum, affectum hunc concomitantium, respectu. SUBJE-

SUBJECTUM seu partem affectam esse pulmonem, viscus corporis nostri organici nobile, respirationis organum primarium, unò ore concedunt omnes. τὸ ὑποκείμενον μόριον.

Quod verò præ dextrô pulmonis lobô sinister magis sit affectus, ex genæ sinistræ rubedine, sinistrique lateris linguæ subalbedine patescit.

CAUSÆ unde malum hoc dependet, jam in theatrum producendæ veniunt. Hæc vel immediata est, vel mediata. Causa:

IMMEDIATA est intemperies calida ab affluxu humorum consimili intemperie peccantium orta. ἄμεσος.

MEDIATA PROXIMIOR sunt humores calidi & tenues, sanguis scilicet, & bilis pituitæ permixta. mediata proximior.

REMOTIOR est vel naturalis, vel non naturalis. remotior.

NATURALIS est, quæ ad humorum prædictorum in corpore ægri congeriem multum fecit.

I. TEMPERAMENTUM CALIDUM & SICCUM præ cœteris humoribus biliosis copiosè generandis aptum natum est. SICCITAS superveniens habitum corporis ægroti nostri adeò densum reddidit, ut humores in vapores resoluti per ἄδηλον διαπνοὴν transpirare non potuerint.

II. AETAS consistens anni trigesimi *autore Hippocrate 3. aphor. 30.* ad hujus morbi generationem inclinat.

NON NATURALIS. AER accusatur frigidus, aliàs pectori inimicus, cui factâ hypocausti permutatione ægrotus noster se exposuit. Hic poros constringendo ἄδηλον διαπνοὴν impedivit. Inde factum, ut retentæ fuligines fuerint in corpore cumulatæ, quæ deinde putredinis labe corruptæ febrile generarunt incendium.

SOMNUS POMERIDIANUS, cui antè non adsuetus fuit, multas superfluitates coacervavit, earumque discussionem prohibuit, & malo huic manus porrexit auxiliatrices.

MOTUS corporis suum contulit in duello symbolum.

VICTUM ordinatum non observavit æger, dum cibos modò calidos, modò frigidos, modò viscosos, ut anguillas, cochleas, carnes suillas, fructusquè horarios similesquè ingessit, ex quibus omnibus pituitosi & biliosi humores, qui

affectui huic anſam ſuppeditare potuerunt, tanquam ex fonte promanarunt.

Vina generoſa immoderatè ingurgitata, dûm totum corpus reddidere calidum, vaſa replevêre, & ſic mali hujus cauſa fuêre.

IRA, quam ob convitia famam ejus tangentia concepit, à productione mali hujus non excludenda.

Symptomatum ratio. SYMPTOMATA quæ hîc concurrunt, nunc penſitanda veniunt.

1. CALOR adeſt febrilis per totum corpus diffuſus, ob cordis, quod fons caloris, illumquè per omnes corporis partes mediante circulatione diſtribuit, viciniam.

2. SPIRANDI DIFFICULTATIS cauſa eſt partim ipſius organi reſpirationis primarii læſio, partim ſpatium thoracis ob inflammationem anguſtum, partim etiam bronchiorum anguſtia, quæ non permittit reſpirationis organa debito modo diſtendi & dilatari.

3. FREQUENS, magna & μετέωρος iſta eſt propter uſum auctum, & frequentem irritationem.

4. PARVA interdum ob inflammationis tumorem, aëris vias coarctantem, ut ſatis ille penetrare non valeat.

5. RESPIRATIO eſt calida, quia pulmo nimis inflammatus, & quò copioſior aër attrahitur, eò magis æger levamen ſentit.

6. PULSUS deprehenditur magnus, ob febris vehementiam, nimio impetu arterias pervadentem.

7. LANGVIDUS fit ob contractam ab ingenti intemperie impotentiam.

8. UNDOSUS & MOLLIS fit à ſanguine pituitoſô arterias inundante atquè humectante, præcipuè etiam, quia morbus in molli membro.

9. PECTORIS anguſtia à bronchiorum compreſſione ortum ducit.

10. ANXIETAS deſperata ex difficili reſpiratione naſcitur.

11. CORPORIS JACTATIO ob ſuffocationis oritur periculum.

12. IMPOTENTIA ad motum, quia liberè pulmones non reſpi-

respirant: aucto enim motu major requiritur respiratio, quæ in difficili respiratione prohibetur.

INTENSA OCULORUM & genæ sinistræ RUBEDO conspicitur, fervidus enim sanguis ob levitatem ad partes superiores sese extollit, consistit ibidem & per cuticulæ tenuitatem, veluti per vitrum colorem suum ostendit. 13.

SITIS adest intensa, ob calorem febrilem, appetitu enim abolito, natura non potest refici, nisi potu. 14.

DOLOR se extendit à medio ad scapulam. Hoc fit non ratione partis affectæ, sed ligamentorum & membranæ pulmoni ac costis alligatæ. 15.

GRAVATIVUS est dolor iste. Ex materiâ multâ in membro per se insensili, & solummodò mediante membranâ exteriùs incingente percipitur. 16.

DELIRIUM leve ægrum per intervalla divexat, ob vapores è sanguine pituitoso bili misto ortos, caput petentes. 17.

TUSSIS SICCA, & saliva tenuis est, quia materia adhuc est cruda, & non benè cocta: humida & spumosa fit tum ratione partis ex quâ prodit, tum ratione caloris. 18.

LINGUA SUBFLAVA præsagit, morbum hunc non ex purâ bile esse productum, sed ex bile cum pituitâ permixtâ: interdum subalbida conspicitur, si calor remittit, nec sanguinis portio in bilem vertitur. 19.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ nunc consideranda est. Prædictio.

I. SALUTIS & MORTIS respectu. Præsagimus quò morbus hic plus habeat periculi, quàm laboris, paucique eô correpti evadant. Exigua spes est, quia pulmo sinister maximè est inflammatus. Inflammatio hæc habetur periculosior propter sinistrum cordis ventriculum, in quô elaborantur spiritus vitales. Prætereà cordis virtus vicini pulmonis inflammationem sine noxâ ferre non potest. 1.

II. DURATIONIS ratio si ineatur, brevis est terminationis, quia est morbus acutus: paucorum dierum curriculo vitam cum morte commutant: si non pereant, evadantquè die criticô, empyema seu suppuratio supervenit.

III. EVENTUS boni spes remanet, dum vires adhuc

non adeò sunt prostratæ, medicamenta ritè assumit, præscriptô utitur victu. Elucet etiam bonum signum materiæ coctionis, dum sputum ejicitur humidum.

Curatio. CURATIO, desperata quantumvis videatur salus, maturanda, ægerque non deserendus.

Indicationes. Nititur hæc INDICATIONIBUS.

1. CURATORIA indicat intemperiem pulmonis calidam ab humoribus calidis ortam, per medicamenta frigida esse alterandam.

2. PRÆSERVATORIA in id incumbit, ut humor qui influxit, digerentibus discutiatur, affluens retrahentibus revellatur & derivetur, nec non intercipientibus ac repellentibus inhibeatur, fluxurus tandem evacuantibus detrahatur.

3. VITALIS quâ hîc maximè opus, vires, ne subitò prosternantur, respicit. Hæ quantum fieri potest augendæ, titubantes sustentandæ, partes principes, cor, cerebrum, & pulmones, roborandæ.

Horum præsidiorum MATERIÆ depromuntur ex tribus usitatis fontibus.

Chirurgia. EX CHIRURGICO suademus VENÆ SECTIONEM. Non pauci eam ob virium dejectionem, quam ex pulsu languidô hariolantur, in dubium vertunt: talem verò non semper denotare virium languorem, sed facultatis vitalis ac pulsativæ oppressionem, satis superque liquet. Secetur itaque vena brachii basilica in principio in latere opposito: sed non quantitate nimis excedente, ne æger in syncopen labatur, educatur sanguis. Iterari ea potest in alterô latere, si vires permittant.

CUCURBITULÆ venæ sectionis vices, si æger ab eâ abhorret, obire possunt.

FRICTIONES non negligendæ.

Pharmacia. Ex PHARMACEVTICO fonte, quæ primas vias aperiunt, depromimus LENIENTIA. Commendamus talem clysterem ano immittendum:

℞. *foliorum malvæ, althææ, violarum* ā. Mj,
fl. cham. meliloti ā. Mß, *rad. althææ, lilior. albor.* ā. ℥ij,
sem.

sem. lini ℥j, *fœni græci* ℥ß, *hordei* Mj,
Coquantur in s. q. aq. font. ad consumtionem tertiæ partis. Colaturæ ℔i adde

℞. *electuarii lenitivi* ℥j, ℴℴ *chamamelini, amygdal. dulcium, violacei,* a. ℥ß, ⊕ ♃*iati* ℥j.
F. l. a. Clyster tepidè injiciendus.

SUPPOSITORIA non negligenda.

℞. *spec. hieræ* ʒij, ⊖ *gemmæ* ℈ß, *mellis q. s.*
F. l. a. Suppositorium. Illinatur ℴℴ *communi.*
D. ad chartam. S. Stuhlzäpfflein.

Per os adhibeantur LENIENTIA talia: *Lenientia per os exhibenda.*

℞. *seri caprini* ℥iij, *sirupi cichorii c. rhabarb. crystall.* ♀ ʒj.
F. l. a. Potio. S. Lindeträncklein auf einmahl.

Vel

℞. *electuarii lenitivi* ℥j, *pulpæ cassiæ* ℥ß, *rhabarbari* ʒj, *seminis citri* ʒß.
M. F. l. a. Bolus. S. Lenitiv-Bissen auf einmahl.

Vel, si placet ægro pulveris forma,

℞. *crystallorum* ♀ ℈j, *pulv. gialapii* ℈ß, ⊕ ♃*iati* g. v.
M. F. Pulvis. S. Lindpulver auff einmahl.

PILULÆ lenitivæ Francofurtenses, ♀eæ Schröderi, pilulæ Rolfincianæ, maximâ leniendi vi pollent.

℞. *massæ pilular. de aloë violatâ* ℈ß, *dacrydii* g. viij. *Præparantia.*
F. l. a. Pilulæ xv. cum mucilagine tragacanthæ.
S. Digestiv-Pillen auff einmahl.

Vel

℞. *rhabarbari electi* ʒß, *resinæ scammonii* ℈ß, *spir. cinamomi* gut. v, *sir. rosarum solutivi* q. s.
M. F. Bolus. S. Digestiv-Bissen auf einmahl.

PRÆPARANTIA presso pede sequuntur.

Vel

℞. *sirupi de hyssopo, capill.* ♀, *betonicæ* a. ʒij,
▽ *betonicæ, cichorii, endiviæ, centaurii min.* a. ʒiß,
misturæ simplicis camphoratæ ℈ß.
D. in fictili. S. Digestiv-Tråncklein auff einmahl.

Purgantia. Materiâ præparatâ & digestâ, PURGANTIA sunt præscribenda.

℞. *pulveris rhabarbari* ℈j, *scammonii* ♁*ati* a. ℈ß,
crystall. ♀ g. viij, ⊖ *juniperi* vg. iiij, *cichorii* g. ij.
F. l. a. Pulvis. S. Purgierpulver auff einmahl.

Vel

℞. *extr. rhabarb.* ℈j, *scammon. sandal.* ℈ß, *seri lactis q. s.*
Dissolvantur in mortario. Addatur
sirupi rosar. solutivi ℥j, *cichorii cum rhabarb.* ℥ß.
F. l. a. Potio. S. Purgiertråncklein wohl umbzurůtteln auff einmahl.

Vel

℞. *pilular. de rhabarbaro* ℈j, *scammonii* ♁*ati* g. vj,
cum ⁓ *centaurii minoris*
F. l. a. Pilulæ. S. Purgier-Pillen.

VOMITORIA, si vitiosos humores in ventriculô stabulantes ad pulmones affluentes animadvertimus, proficua erunt.

℞. *oxymellis scillitici* ℥j, ▽ *hordei simplicis* ℥v.
M. F. Haustus. S. Brechtranck auff einmahl.

Vel

℞. *conservæ fl. persicorum* ʒj, *pulveris asari* ℈j,
sir. flor. persicorum q. s.
S. Brechzucker auff einmahl.

Διουρητικά. DIURETICA talia esse possunt.

℞. ⊖ *juniperini, corticum ovorum* a. ʒß,
S. Treibsaltz.

℞. *spir.* ⊖ ʒj, *vini odorif.* ℥viij, *sir. althææ* ℥j.
S. Urintreibendes Tråncklein / darvon vor und nachmittage 4 Löffel voll zu nehmen.

DIAPHO-

DIAPHORETICA, si ferre ea æger præ nimiô æstu poterit, his succenturiantur. *Diaphoretica.*

℞. *bezoardici mineral.* g. viij, *lapidis bezoar* g. iv, ♁ii *diaphoretici* ℈ß.

M. F. Pulvis. D. in chartâ. S. Schweis-Pulver auff einmahl.

Vel

℞. *tincturæ* ♀. ℈j, *spiritus ejusdem* ℈ß.

M. D. in vitro. S. Mixtur zum Schweis im warmen Bier.

EXPECTORANTIA etiam specifica, & sputum provocantia hic magni momenti. *Sputum promoventia.*

℞. *radic. glycyrrhizæ, malvarum* a. ℥j, *flor. violarum*, M j, *prunor.* no. x, *jujubar.* no. xx, *sem. 4. frigidor. maj.* a ʒij, *anisi* ʒj.

Fiat decoctio in ▽ cucurbitæ.

℞. *colaturæ* ℔j. Dissolve in eâ *sirupi violarum* ℥iij.

S. Außführender Lufftranck auff etlich mahl.

ALTERANTIA ET CONFORTANTIA nunc subjungenda. *Alterantia confortantia.*

℞. ▽ *buglossi, fumariæ, endiviæ* a. ℥iß, *rosar.* ℥j, *margaritarum pp. corallior. pp.* a. ʒß, *sirupi acet. citri, granat. acidor.* a. ℥iß, *papav.* ʒiij, *spir.* ⊖*is* *gutt.* vij.

Misceantur pro julepo. S. Kühl und Stärck-Julep wohl ümbzurütteln auff etlich mahl.

Vel

℞. *sem. 4. frig. major.* a. ʒj, *papav. albi*, ʒß, ▽ *cichorii* ℥iij, *tussilag.* ℥j, *fl. nymphææ* ℥ij, *rosarum* ℥j.

F. l. a. Emulsio. Colaturæ adde *C. C. philosoph. pp.* ʒij. Edulcetur. *rotul. man. Christ. perlat*, q. s. D. in fictili. S. Kühl- und Stärckmilch.

EXTER-

EXTERNE *oleum rosaceum, nymphææ, lil. albor. chamæmelinum, unguentum refrigerans Galeni* pulmonis regioni illitum conducit.

FOMENTA ex decocto malvarum, radice althææ, seminum lini, fœni græci magnarum hoc in affectu sunt virium.

Diæta FONS DIAETETICUS nunc proponendus restat, qui triplex: vitalis, naturalis, & animalis.

naturalis, In NATURALI fugiendi omnes cibi amari, acidi, glutinosi, viscidi, ut sunt anguillæ, cochleæ, carnes suillæ, fructus horarii, notoriæ fugacitatis. E contrario præscribendus victus tenuissimus, cibi εὔχυμοι καὶ εὔπεπτοι, ut ptisana, carnes caponum, juscula carnium, galli gallinacei cum sem. 4. frigidorum majorum cocti.

POTUS sit aqua hordei cum passulis minoribus, radice glycyrrhizæ: cerevisia secundaria probè defecata, nec vetusta & acida. Releganda vina generosa, Rhenana, Hispanica, & omnia artificialia. Si verò desideret æger vinum ad refocillandas ac sustentandas vires, porrigatur aquosum, quod non adeò calidum.

Vitalis, VITALIS AEREM præscribit temperatum, non nimis frigidum, qui pectori inimicus, non nimis calidum, quia exsiccat, humores adurit, bilemque generat.

animalis. In ANIMALI fugiendi MOTUS corporis vehementiores, ne doloris impatientiâ se hinc atque inde jactitet, & in orbem volutet, sed sedulò hortandus, ut quietum se in lecto gerat, ne calori det incrementum, & humorum affluxum promoveat.

ANIMI PATHEMATA etiam cane pejus & angue vitanda, quia & hæc sanguinem fervidiorem & concitatiorem reddunt, ut ad partem obsessam ruat.

SOMNUS & VIGILIAE sint moderatæ, si somno nocte dari locus non potest, die per aliquot ad minimum horas in molli componat membra grabato, ne vires penitus labascant.

ALVUS sit lubrica, & semper aperta.

CON-

CONSULTATIO V
de
empyico.
HISTORIA.

Miles annos natus XXXI, temperamenti quoad totum corpus, imprimis verò epar & lienem calidi & ſicci, quoad ventriculum frigidi, vulnus ex improviſo accepit in pectore, cultro lato, in dextrâ parte ſub claviculâ deorſum verſus, & introrſum, & quia ſpiritus ſonitu non exibat è vulnere, de læſione pulmonum dubitatum fuit: ſanguis in parvâ copiâ effluxit. Hic chirurgo concreditur. Poſtquàm vulnus conſolidatum, percipit immenſæ gravitatis ſenſum & calorem in parte dextrâ thoracis: difficulter reſpirat, adeſt tuſſis perpetua, cum excretione ſputi purulenti: dolor nullus continuus internus, ad coſtas tamen aliquis, ſitis: fluctuatio quædam advertitur moto thorace, ut & anxietas cordis, & cibi faſtidium: vigiliæ adſunt: interdum ſyncope imminet. Facies tota albida, turgidula: genæ dextræ fugax rubor. Febris putrida lenta perpetuò infeſtat: de die mitior, circa veſperam exaſperatur, & noctu vehementior eſt: aliaque ſymptomata ſimul ingraveſcunt, ut in ſingulis exacerbationibus nocturnis potiùs de funere cogitatum & exequiis, quàm exequendis medicorum præceptis. Singulo mane reſtitutus videtur. Nunc ſputum remittit, & noctu paucus ſudor apparet. Poſcit opem medici. *Relatio*

RESOLUTIO.

SYMPTOMATA in hoc ægro varia ſunt: omnia in unum conſpirant *Affectus ſpecies.*

AFFECTUM, quem Græci ἐμπύημα appellare ſolent: unde illi, qui hoc affectu laborant, ἔμπυοι, καὶ ἐμπυικοὶ, quaſi dicas ſuppurati ſeu purulenti, dicuntur. Quamvis autem ἐμπύημα in genere omnem ſuppurationem ſignificet: in ſpecie

in ſpecie tamen nomen id ſuppurationi ſive purulentiæ, quæ in thorace colligitur, adſcribitur.

Hujus empyematis nonnulli duas ſpecies determinant: prima eſt, quandò pus in ipſâ cavitate pectoris detinetur, altera, quandò pus inter pleuram vel coſtas aut in pulmone colligitur. Nos noſtrum affectum ad priorem ſpeciem referimus, & propriè ac ſpecialiſſimè nominamus Empyema, cum tantùm in cavitate thoracis ſit puris collectio.

Adnumeramus eundem morbis organicis, nimirum conformationis; primarioquè ad morbos cavitatum, in magnitudine videlicet deficiente, referimus, qui defectus eſt anguſtia thoracis facta à repletione.

Poteſt etiam inter ſymptomata retentorum, quoniam id, quod ſecundum naturam excerni debebat, præter naturam retinetur, recenſeri.

Affectum hunc adeſſe, colligere licet ex signis enumeratis gravitate & calore, difficili reſpiratione, tuſſi purulentâ, fluctuatione, anxietate cordis, cibi faſtidio & lentâ febre.

τὸ ὑποκείμενον μόριον. pars affecta eſt cavitas thoracis dextra, quæ à ſiniſtrâ per mediaſtinum diſtinguitur. In hâc, non in ſiniſtrâ pus continetur, quod patet ex ſenſu gravitatis, fluctuatione & calore in eodem latere.

secundario afficiuntur partes in thorace contentæ, ut ſunt primò pulmones. Id demonſtrant tuſſis cum excretione purulentâ & difficilis reſpiratio, quæ, quia pulmo à circumfuſo pure gravatur, ut liberè moveri non poſſit, propterea aliqua puris pars à rarâ pulmonis ſubſtantiâ imbibitur, & hinc pulmo humidior & gravior redditur, bronchiaque ejus à pure imbibito obſtruuntur, ortum ducit. Deinde diaphragma, quod à ſuperincumbente pure deprimitur, & ad difficilem reſpirationem inducendam cum pulmonibus conſpirat, etiam afficitur. cor quoque non parum affici, anxietas cordis & febris putrida confirmant. Cibi faſtidium affectum ventriculum, præcipuè verò ipſius orificium ſuperius, oſtendit.

causa

CAUSA IMMEDIATA est pus, nullum habens exitum è cavitate, sed ibidem conclusum, substantiâ & vapore vicinis partibus infestum. *Causa immediata.*

MEDIATA CAUSA PROPINQUIOR est sanguis è vulnerato pulmone affluens extra venas & arterias, ceu propria sua conceptacula, in cavitatem effusus, putrescens, inque saniosam & purulentam materiam conversus. *Mediata propinquior.*

REMOTIORES CAUSÆ hîc nullæ aliæ adsignari queunt, quàm præter naturam contingens illa vulneratio facta lato cultro. *Remotior.*

In vulnere hoc quantumvis læsus fuerit pulmo, inter deligandum NULLUS SPIRITUS EXIVIT, quia vulnus musculorum intercostalium obliquum labia sua contraxit, & nulla apertura, ut in recto tramite inflicto vulnere fieri solet, relicta. *Symptomatum ratio.* 1.

SANGVIS paucus, quia intercostales arteriæ & venæ exiguæ, ab obliquâ concidentia præolusæ, exitum sanguini denegant. 2.

IMMENSÆ GRAVITATIS SENSUS adest clauso vulnere externo. Pondus enim puris adest. 3.

CALOR dextri lateris oritur à putredine. 4.

RESPIRATIO DIFFICILIS adest, ob dilatationem pulmonis impeditam, tum ob ejus læsionem, tum musculorum & diaphragmatis infirmitatem. 5.

TUSSIS adest perpetua ob continuam irritationem & 6.

PURULENTUM SPUTUM, fomes enim adest amplus puris. 7.

DOLOR nullus, quia membrana pulmonum exesa & corrupta; parenchyma autem insensile: AD COSTAS tamen aliquis, pleura enim à pure infestatur. 8.

SITIS, ob faucium alterationem à pure extussito. Fluctuatio ob puris motum, in diversas positiones moto corpore. 9.

ANXIETAS cordis tacto à pure pericardio. 10.

CIBI FASTIDIUM ob consensum superni orificii ventriculi. 11.

12. FACIES ALBA turgida, iis, quos ἐψημένους excoctos vocat *Hippocrates*, non dissimilis.

13. GENARUM rubor eorum, quibus pulmones incensi, proprium symptoma, ob vaporum per arteriolas circulato sanguine adscensum.

14. FEBRIS noctu exacerbatur, cum omnium virium prostratione. Omnes morbi ferè sub nocturnum adveniens tempus ingravescunt, quia tum fit admirabilis motus contrarius motui vigiliarum. Coctio aggreditur naturales & præternaturales humores imprimis purulentos. At dum pus fit, febris augetur. Calor qui de die cum aurorâ in totum corpus dispergitur, noctu revocatur ad centrum. Inter vigilandum animus variis colloquiis distrahitur, non percipiens sua mala; solitudo sibi vivit, & suis mœroribus, tota in meditationem mali intenta, corpus etiam affligit.

15. AURORA MICANTE, & die ingruente omnia hæc remittunt. Remittit & nocturnus paroxysmus, noctis dominatus cedit diurno, calor noctu concentratus expanditur, vigorque accedit membris.

16. SPUTUM remittit, ob languorem expultricis.

17. SUDOR paucus, ob exsolutionem roridarum humiditatum.

Prædictio. PROGNOSIS sequitur. Ex his causis ortus, & his symptomatibus comitatus affectus PERICULOSUS est. Essentialiter inhærentia symptomata, & causæ omnes summum pravitatis attingunt gradum. Quædam circumstantiæ quidem benè sperare jubent, ut ætas florens, vires apparentes mediocres, non sinistrum, in quod cor secundùm mucronem inclinat, latus afficitur, sed dextrum, à quo remotior; sed plures fatalitatis indices, inter quos non leviter respiciendum est sputum remittens, arguit enim non parciorem puris irritantis proventum, sed expultricis facultatis infirmitatem.

Ἐφίδρωσις *paucus sudor* notat in empyicis retentricem facultatem succumbentem.

LONGAS MORAS non nectet affectus. BREVI æger

quatuor-

quatuordecim dierum curriculo peracto, iter adornabit in cœlestem paradisum, (nisi magnis remediis ægro morigero succurratur) & quidem illo

EVENTUS MODO, qui terribilis est medico & ægro, nimirum SUFFOCATIONE, obstructis à puris copiâ bronchiis, & cordis à putridis vaporibus exsolutis viribus.

CURATIO ergò maturè aggredienda. CAUSAE efficientes curationis erunt natura & ars. Plus hîc præstabit ars manuali operatione, quàm natura medicatione. Fulcitur curatio duobus firmamentis: indicationibus & præsidiorum materiis. *Curatio.*

CURATORIA rem præter naturalem auferre jubet. 1.

PRAESERVATORIA urget puris è thorace ejectionem. Hæc feliciùs succedet, si habeatur ratio 1. facultatis animalis, quæ materiam è thoracis cavo inferiori debet compellere, & sursum movere, quò exspuatur. 2. viarum per quas fit ejusmodi compulsio. 3. denique materiæ, quæ à facultate per jam dictas vias compelli debet. 2.

VITALIS indicatio vires respicit. 3.

Hisce indicationum scopis ut satisfiat, confugiendum erit ad tres vulgatos remediorum fontes, chirurgicum, pharmaceuticum & diæteticum.

Consultissimum quidem esset, ut auspicium curationis fieret à *chirurgico* fonte, & salutaris illa anchora quæreretur, unicum in hoc affectu refugium, APERTIO nimirum thoracis per παρακέντησιν, sed quia æger obnixè rogitat, ut bonæ diætæ regulis & medicamentis per aliquot dies innitamur, fortè hâc viâ adhuc quid præstari posse sperans, strictamque promittat obedientiam, ipsi gratificandum, & HOC AGE attendendum, ut virtus animalis expulsiva musculorum thoracis intercostalium, diaphragmatis, & musculorum abdominis, reficiatur.

CIBI sint boni succi facilisque coctionis, ac prorsus nihil; vel saltem minimùm saliti. Sint ptisana hordeacea cum caponum pulpâ contusâ permixta: gallinarum alæ, *Diæta naturalis.*

 caro

caro pullorum gallinaceorum teneriorum, hædorum, vitulorum, ova recentia sorbilia. Cibi condiantur hyssopo, fœniculo &c.

POTUS conveniens est hydromel, præcipuè hyssopo conditum. Vinum oligophorum etiam concedi potest ratione ventriculi, cum febris non sit magna.

LIBERALIORI manu porrigatur, quantumvis morbus sit in statu.

2. *Vitalis.* VITALIS aëris attendit rationem. Ad libitum ægri temperetur. Si frigidior arrideat, illi concedatur: si calidior, non dissuadeatur. Temperatus tamen utrinque erit optimus.

3. *animalis.* IN ANIMALI dividantur somnus & vigiliæ, ut justus in utroque observetur modus.

Pharmacia. PHARMACIA occupata esse debet in usu medicamentorum 1. quibus materia detergitur & ad expectorationem disponitur, interius quæ propinantur. 2. externis, quæ instrumenta expectorationis, nempe musculos thoracis, in expulsione cum pulmonibus maximè se exercentes, respiciunt, insistendum est, 3. vires harum partium internis & externis reficiendæ.

Roborantia. PULMONEM ROBORANTIA, materiamquè detergentia sunt sequentia:

1. ℞. *sirupi de prasio, glycyrrhizæ, capillorum ♀* a. ℥jß,
spiritus ♆ ℈ß, *florum ♆* ℈j, *extr. glycyrrhizæ* ʒß,
aquæ hordei saccharatæ ℥iij,
M. detur in fictili.

Sumat æger manè & vesperi ante cœnam cochlearia ij. vel iij.

2. Utilis est ad hanc intentionem mixtura sequens

℞. *misturæ simplicis* ℥ij. *sp. ♆ acidi elix. prop.* a. ʒj,
extracti glycyrrhizæ, angelicæ a. ℈ij,
essentiæ violarum, salviæ, florum ♆, benzoës a. ℈j,
sirupi capillorum ♀, glycyrrhizæ, de prasio a. ℥j,
spiri-

spiritus veronicæ saccharati ℥iß.

Misceantur omnia exactè, digerantur lentissimo igne indita in cucurbitam vitream, appositoque alembico & recipiente clausis juncturis per 2. vel 3. dies, donec in fundo vasis appareat hypostasis crassa & spissa, reliquum clarefieri & rubescere incipiat instar rubini. Purum ab impuro separato per inclinationem, hoc est clarum à turbido. Quod si quid in digestione exstillaverit, illud adde colaturæ, quæ iterum per filtrum coletur. Colatura servetur in vitro benè claudendo, & capsulæ lineæ ex ligno sicco indendo.

S. mistura detergens pus ex pulmone & thorace.

DOSIS à ℈j, ad ʒj, ij. manè & vesperi.

Deterso & præparato hoc modo pure, illud ad expectorationem est incitandum: & quoniam pus videtur esse biliosum, quale à corporis habitu bilioso & epatis lienisque constitutione calidâ produci solet, convenient sequentia. Expectorantia.

℞. *capill.* ♀, *scabiosæ* a. Mj, *seminis malvæ* ʒj,
hordei mundi ℥ß, *amygd. dulcium, pinear.* a. ʒj,
passularum ℥ß, *florum violarum* p. ij, *ficuum* n. vj.
Coq. in aq. simpl. Colaturæ ℞. ℥vj, adde
sirupi capillorum ♀, *violarum, glycyrrhizæ* a. ℥ß.
M. F. Haustus pro ij. dosibus.

vel crebrò utatur sequenti linctu:

℞. *rotularum diaireos simplicis, diatrag. frig.* a. ʒij,
passular. enucleat. ℥ß, *jujub.* n. vj, *ficuum* n. iij,
seminis malvæ ʒj, *sacchari penidii* ℥j,
cum *sirupo violarum* q. s. f. Linctus.

EXTERNA EXPECTORANTIA non sunt negligenda. Externa.
Musculi thoracis sunt liberandi à tensione & duritie, INUNCTIONE affecti lateris.

℞. ⚱ *amygd. dulc. recens expressi* ℥ij, *butyri recentis* ℥j,
medullæ cervinæ, adipis anserinæ a. ℥ß,
M. F. linimentum. Detur in pyxide latâ: S. Sälblein die Brust damit zu schmieren.

Fotus

Fotus talis paretur:

℞. *althææ, malvæ, enulæ,* ā. Mj,
seminis lini, fœni græci ā. ℥ij,
florum chamameli, meliloti ā. p. iiij.

Fiat decoctio in aquæ simplicis f. q. quâ foveatur latus affectum thoracis.

Cautio. Notandum tamen, in his non esse diu persistendum, ne musculorum robur, cujus maxima hîc est necessitas, dissolvatur, & ob laxitatem alienis fluxionibus admittendis thorax magis aptus afficiatur.

Cardiaca & stomachica. Cordi, & ventriculo subveniendum auxiliaribus crebrò assumtis medicamentis.

℞. *conservæ rosarum, buglossi, borag. acetosæ, acetosellæ* ā. ℥j,
specier. diamarg. frig. ʒß, *cort. citri cond.* ʒvj,
calami aromatici conditi ā. ℥j,
elix. propr. ℈iß, *extr. angel.* ℈j, *cort. citri* ℈ij,
olei cinamomi gt. vj, cum *sirupo florum boraginis*

F. Electuarium. In pyxide terreâ. S. Stärckzucker.

Vel utatur sequenti potione:

℞. *specierum de margaritis frig.* ʒß, *conf. de hyacintho* ℈j,
sirupi acetos. citri ℥j, *aq. acetosæ, rosarum* ā. ℥j.
M. S. Tränckleîn auff zwey mahl.

℞. *pulv. bezoard. albi* ʒj, *bezoardici* ☉ ℈j, *conf. alkerm.* ℈j.
Terantur in mortario marmoreo. D. in pyxide terreâ.
S. Hertzstärckendes Pulver.

Chirurgia. CHIRURGICUS jam fons enodandus, si priores parvam spem fecerint.

Φλεβοτομία. IN V. S. nisi febriculæ ratione levis, spes, neque etiam in cucurbitulis, frictionibus & fonticulis.

DUO supersunt præsidia: ustio & sectio.

καῦσις. USTIONE egent, *inquit Galenus 6. aphor. 27.* qui tantam habent puris copiam, ut ejus per sputum expurgandæ nulla spes sit, atque ipsos magna spirandi urget difficultas, propter loci angustiam quæ & ipsa eos urere cogit.

USTIO

USTIO familiare Ægyptiis eſt medicamentum in pleuriticis ſuppuratis, & empyemate thoracis. Sed noſtro ſeculo venit in deſuétudinem.

Præfertur SECTIO. Admitti poteſt in ægro noſtro, 1. cum ſit floridæ ætatis, 2. ea virium ratio, ut perferre posſit. 3. morbus ſit in principio. 4. pulmones non ſint adeò corrupti. *παραχειρήσεως.*

TEMPUS aptum eſt, cum æger eſt in actu exſpirationis. Spiritum quantum poteſt emittat, ut pulmones concidant, ne offendantur à ſcalpello. *Recta administratio ratione temporis,*

LOCUS eligendus eſt aptus non in anteriore nec poſteriore parte thoracis, ſed laterali, inter V & VI coſtam aſcendendo. Ne arteriæ, venæ, nervi lædantur, in parte ſuperiore ſextæ coſtæ ſectio eſt inſtituenda. Ne fibræ muſculorum intercoſtalium lædantur, pro ductu harum ſectio transverſim fiat. *loci,*

INSTRUMENTUM eligatur idoneum ad faciendam ſectionem. CULTER ſeu SCALPELLUS alius eſt rectus, alius curvus. RECTUS ſive ſit anceps, ſive ex alterâ parte tantùm incidens, non eſt aptus. CURVUS falcatus ex internâ cavâ parte incidens, ex externâ parte ob ſecuritatem partium obtuſus convenit. Non tamen quælibet ejus eligenda ſpecies, ſed illa ſolùm, quæ σκολοπομαχαίριον dicitur, per excellentiam *acutus culter* dictum. Factâ ſectione ad educendum opus eſt cannulâ argenteâ alatâ foramini exactè reſpondente. *inſtrumenti,*

MODUS ſecandi talis eſt: locus incidendus primò atramento notetur; hinc inſtrumentum ſcolopomachærium dictum applicetur ad VI coſtam & primum cultro obliquo paulum dividatur. Hinc obliquè ad poſteriora & ſuperiora versùs axillam progrediatur ſectio: & inſtrumentum eò uſque paulatim adigatur, donec in cavitatem thoracis penetret. *modi ſecandi,*

Fiat autem foramen exiguum, ne interiores partes ab aëre frigido offendantur: ne pus confertim effluat, cannula argentea exactè foramini reſpondens immittenda, quæ ſit tantæ longitudinis, ut pulmones non tangat, & hanc ob cauſam in extremitate recurvata. In fiſtulam hanc indatur *foraminis.*

turunda, quò pus, quantum velis & quocunquè tempore velis, exhauriri & rursum detineri queat. Quotidiè & quidem primo die ℥vj emittantur, postea singulis diebus, ne vires dissipentur. Et si non liberè exeat pus, æger, *monitu Gal. 5. meth. med. cap. 8.* in incisam partem inclinatus tussiat, corpusque concutiat.

Perforatio costæ

Nonnulli PERFORATIONEM COSTÆ magni faciunt. Ab hâc tamen abstinendum censuimus. Cum eâ opus est, nudata costa post ablatam cutim, perforatur modiolo, donec hic perveniat ad cavum thoracis.

CONSULTATIO VI

de phthisico post sanguinis sputum.

HISTORIA.

Historica relatio.

JUvenis xxx. annorum, temperamenti calidi sicci, capillis crispis flavis præditus, in actionibus promtus & agilis, in convivio hilaris, vinum generosum liberaliter ad temulentiam bibens, choreis se postquam exercuisset cum virginibus, palmâ decretâ illi, qui continuare diutiùs motum posset corporis: tandem incepit de improviso spuere sanguinem spumosum, floridum, sine dolore, cum tussi ad dimidii canthari mensuram. Inde territus reliquit sodalitium. Ab eo tempore lecto affixus per tres menses idoneis medicamentis usus parciùs quidem sanguinem extussit sine dolore, sed tamen singulis diebus ad minimum ejicit dimidium cochlear sputi cruenti, sordidi & purulenti. Macies adest totius corporis. Accedit pallor & difficilis respiratio, quasi spiritum per arundinem reddat: rubet sinistra gena: calor adest mitis & indolens, diutius tangentibus acrimoniæ sensum exhibet. Interdum circa vesperam tertio quoquè die exacerbatur. Corpus duabus horis post sumtum cibum incalescit, præcipuè in volis manuum. Sudor nocturnus copiosus adest. Ejectum sputum carbonibus injectum fœtet; aquis exceptum

exceptum petit fundum. Pulſus eſt parvus, frequens & imbecillis. Urina quoad colorem & ſubſtantiam non eſt à naturali aliena.

RESOLUTIO.

Varia & multiplicia in ægro noſtro occurrunt SYMPTOMATA. Horum quædam referri poſſunt ad læſas actiones. *Affectus ſpecies.*

Vitalis in corde afficitur calore p. n. miti & indolente: pulſus parvus, frequens & imbecillis redditur.

In *animali* occurrit reſpiratio difficilis.

In *naturali* macies & ἀτροφία ſeſe exhibent.

Ad *qualitates mutatas* alia referuntur: pallet facies, rubent genæ, corpus mox poſt ſumptum cibum incaleſcit, interdum circa veſperam tertio quoque die exacerbatur calor, qui in volis manuum major adeſt.

Ad *excreta* pertinet ſputum fœtidum, ſudor copioſus. Urina ſecundùm colorem & ſubſtantiam non eſt à naturali aliena.

Dependent omnia hæc ſymptomata ab uno AFFECTU, qui Græcis φθίσις dicitur, ἀπὸ τοῦ φθίνειν *abſumere, corrumpere*: quibusdam πτύσις, ἀπὸ τοῦ πτύζειν *ſpuere* & Latinis tabes. Hanc reverà adeſſe, ceu ſigna indubitata, allegata ſufficienter declarant ſymptomata.

PARS AFFECTA ſunt pulmones cum ſuis partibus, parenchymate, ſubſtantiâ carnosâ, bronchiis, vaſis & membranis, quæ ab acribus humoribus pati & exulcerari poſſunt. *τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

Pulmo eſt διμερὴς *bipartitus.* Non exiſtimo, utrumque exulceratum eſſe, ſed ſolùm ſiniſtrum. Id declarat 1. decubitus in latus dexterum difficilior. Cum ſic pendulus fiat, continuitatis ſolutio augetur, 2. linteum madidum vel cataplaſma per utrumque latus extenſum citiùs in ſiniſtro latere exſiccatur. Gena ſiniſtra rubet.

Per conſenſum verò cor & totum corpus laborant. COR ob accenſionem, cui affecti pulmones ſuo ventilandi munere ſecundùm naturæ inſtitutum inſervire,

eamque è medio tollere non possunt. Inde succedit febris ex accensis spiritibus vitalibus orta. CORPUS exsiccatur secundùm humiditatem roridam solidorum corporum, deinde solidæ partes ipsæ: cor tamen non exsiccatur secundùm proportionem totius corporis.

Causa proxima. CAUSA PROXIMA est ulcus pulmonis, exortum ab humoribus *acribus*, qui suâ mordacitate porosam, raramque pulmonis substantiam erodunt & corrumpunt; & *putridis*, qui suâ putredine pulmones imbecilles reddunt, & ob expultricem debilitatam fœdos pariunt abscessus.

procatarctica. CAUSÆ PROCATARCTICÆ fuerunt varii in diætâ commissi errores, ut usus vini generosi crebrior & liberalior, nimia in choreis cum virginibus ducendis exercitatio, quibus non tantùm sanguis æstuavit, sed etiam violento motu absque omni dubio perrupit vas sanguifluum, unde de improviso incepit sanguinem spuere spumosum, floridum sine dolore cum tussi ad dimidii canthari mensuram.

Ratio symptomatum. Ex his causis affectus hic exortus, enumeratis stipatur SYMPTOMATIBUS, quorum hæc reddi potest ratio.

1. SPUTUM SANGUINIS spumosi & floridi sine dolore cum tussi adest, ob vasa, venas & arterias unitatis solutionem patientes. SPUMOSUS hic est sanguis, ob agitationem pulmonum, sero se illi permiscente. Sero autem aquoso pulmones semper irrigantur, ad faciliorem motum, inde eorum spongiosa & porosa substantia semper deprehenditur madida. Humor ille, qui aliàs tenuis, ex motu pulmonum creberrimè facto, æstuque nimio crassior redditur, & in spumam convertitur, accedente sanguinis copiâ spumæ immiscetur & unà cum illâ ejicitur spumosus. FLORIDUS hic est sanguis, quia recenter per *vasculum* exit: SINE DOLORE, paucis enim parenchyma pulmonis constat nervis, & vasorum tunica insensilis est.

2. TUSSIS adest, quia nullo alio modo sanguis, qui spirandi organo molestus est, à facultate expultrice, nisi per tussim excuti potest, rarissimè per screatum, nisi cum in faucibus

Digitized by Google

cibus hæret. Cum autem ab eo tempore lecto affixus per tres menses idoneis medicamentis fuerit usus: parcius sanguinem & minori cum dolore exclusit; PARCIUS forsitan ob consolidationem ruptæ venæ, quæ beneficio medicamentorum vel quietis, ulteriorem sanguinis affluxum prohibuit; SINE DOLORE, ob rationem allegatam.

Attamen singulis diebus ad minimum ejicit dimidium cochlear sputi cruenti, sordidi & purulenti; DIMIDIUM COCHLEAR, ob materiæ ad exclusionem non elaboratæ inopiam; sputi CRUENTI, ob remanentiam sanguinis in inanibus spatiis pulmonum subsistentis in pus nondum conversi; SORDIDI, ob attractum aërem humidiorem, qui ulcus sordidum reddere solet: PURULENTI, quia factâ aliquali suppuratione in ulcus transit.

PALLOR & MACIES accedunt ob febrem ab ulcere ortam, quæ mutatur in hecticam, & totius corporis partes tàm spermaticas, quàm sanguineas calore suo consumit.

RESPIRATIO difficilis quasi spiritum per arundinem reddat, adest non solùm ob facultatis imbecillitatem, sed & quia bronchia pulmonis obstruuntur, tum ob puris copiam, quæ ab ulcere in ea transmittitur, tum ob multa excrementa, quæ in pulmone debilitato colliguntur.

RUBENT GENÆ, quia à sumto cibo ad supernas vapor igneus accedit partes, notatque quodnam latus, dextrum vel sinistrum, sit adfectum.

CALOR adest mitis & indolens, quo se hectica prodit, cùm non tantùm corpus, sed & cor exsiccatur secundum humiditatem roridam solidorum corporum, hoc magis magisque post cibum sumtum aucto non tantùm acrimoniæ sensum exhibet, verùm etiam circa vesperam tertio quoque die exacerbatur.

CORPUS DUABUS HORIS POST SUMTUM CIBUM incalescit, ob fermentationem cibi, & debilitatem facultatis concoctricis, quæ causa adscensûs vaporum in magnâ copiâ, qui calorem præternaturalem auget, & tam diu præcipuè in volis manuum durat, donec cibus sit distributus.

SUDOR NOCTURNUS copiosus adest, eò quod facultas retentrix valdè debilis, quæ naturales humores & excrementitios retinere nequit; noctu talis est præcipuè, quia tùm majores fiunt colliquationes, copiosiores evaporationes, & ob silentium & quietem diurnis curis cuncta acerbiora videntur, quàm die.

8. EJECTUM SPUTUM CARBONIBUS INJECTUM fœtet, quia corruptum longitudine moræ: aquis exceptum PETIT FUNDUM, ob crassitiem & gravitatem.

9. PULSUS PARVUS, FREQUENS & IMBECILLIS: *parvus* ob virtutem debilem, usum imminutum & arteriæ duritiem: *frequens*, ob necessitatem movendi in corde, cùm scil. sanguis in corde nimium incalescit, cordique ob calorem est molestus; *imbecillis* ob virtutem debilem, spirituumque dissipationem.

10. URINA quoad calorem & substantiam non est à naturali aliena, exinde nullo indiget singulari judicio, nonnunquam in affectu confirmato apparet oleaginosa, ob colliquationem.

Prædictio.

1. PROGNOSIN SALUTIS & MORTIS scire desiderant astantes. Adfectus hic valdè periculosus est, ratione GENERIS, quia adest ulcus. In principio sanationem suscipere ulcera pulmonum, quæ inflammationis sunt expertia, brevique temporis intervallo consolidari posse notum est, ex *Galeno 5. methodi medendi cap. 8.* in progressu incrementi non item.

Ratio hujus difficultatis est, 1. quod medicamenta integris viribus ad locum ulceratum pervenire nequeant. 2. pulmo semper moveatur, consolidatio autem fiat quiete.

Spem quandam salutis affulgere confirmat *Hipp. 2. prædict.* si sputum facilè tussi rejicitur, album & æquale, uniusque sit coloris.

Ulcus nostri ægroti non est recens, sed antiquum. Adest sputum cruentum, sordidum, purulentum, varium, carbonibus injectum fœtens, quod præ cæteris futuræ mortis signum habetur.

II. RON-

Digitized by Google

II. LONGITUDINIS & BREVITATIS prognosticum magni est momenti. Chronicus fit morbus, & multos in annos protrahitur, cum callosum evadit ulcus. In nostro ægroto adest inflammatio, inde etiam metus, ne chronicus evadat morbus, & ægro commoriatur. 4.

III. MODUS EVENTUS etiam considerandus. Optandum quidem esset, ut ad salutem terminaretur, consolidato ulcere, quò pulmones ventilandi munere fungi possent, sed verendum, ne ad mortem terminetur per exsiccationem humiditatis roridæ solidorum corporum, & ipsius etiam substantiæ, indeque calor naturalis extinguatur & humidum consumatur. 5.

Licet autem exigua salutis spes adpareat, cum tamen sæpè sanitati restituantur, qui morti proximi æstimantur, & humanum benignumque artis auxilium, etiam in desperatis cum morbis contendere jubeat, ut vehementia eorum refrenetur, quædam remedia proponemus, indicationibus artificiosè inventis correspondentia.

INDICATIONES autem illæ sumuntur à tribus: à morbo curativæ; à causâ morbi præservativæ; à viribus vitales. *Indicatio.*

CURATORIA morbum ipsum respicit, & sanandum ulcus præcipit: eo tanquam indicante primario hujus affectus sublato, omnia symptomata cessant. Ulcus autem præprimis abstergendum, mundificandum, putrilagine exsiccatâ uniendum, & pulmonis caro regeneranda. *Curatio.* 1.

PRÆSERVATORIA causas attendit, sanguinis acredinem demulcendam, catarrhosas à capite defluxiones avertendas, & alios errores, qui vel ulcus excitare & fœdum reddere possunt, corrigendos indicat. 2.

VITALIS de viribus, in quarum robore maxima salutis spes sita est, solicita est. Hæ sunt duplices, totius & partis. Vires *totius* indicant sui conservationem, per alimenta boni succi, facilis concoctionis & distributionis: Vires *partis* per medicamenta similis temperaturæ. Et quia in hoc affectu primariò pulmo laborat, per appropriata hic est con- 3.

fortan-

fortandus, cordis intemperies calida temperanda, totius verò corporis macies humectantibus atque restaurantibus reficienda.

Materia præsidiorum MATERIA remediorum, quibus his indicationibus satisfacimus, desumitur ex tribus fontibus.

Chirurgia, Vena sectio. IN CHIRURGIA VENÆ SECTIO primùm se offert. In principio hujus affectus dum vires integræ, largaque in corpore sanguinis copia potuisset conducere; nunc confirmato affectu nullus ei locus.

Cucurbitula. CUCURBITULÆ scarificatæ loco venæ sectionis, seroso sanguini evacuando commodæ videntur.

FRICTIONES leves nonnunquam conveniunt.

Pharmacia IN PHARMACIA maxima salutis spes collocanda. Hæc suppeditat varia remedia, tum ad causæ morbificæ sublationem, tum ad consolidationem ulceris pulmonum & partium principum confortationem necessaria.

Inter hæc primum locum obtinent EVACUANTIA LENIA.

Potio. ℞. *rad. tussilaginis, glycyrrhizæ* a. ʒiij,
seminis anisi, fœniculi a. ʒj, *florum scabiosæ, betonicæ* a. pj,
passularum minorum ℥ß, *ficuum* n. ij,
fol. senæ electæ s. stip. ℥ß,
F. decoctio in aquâ scabiosæ, violarum a. q. s.
In colaturæ ℥v. dissolve
cremor. ♀*ri* ʒj, *spir.* ⊖ *gutt.* iij,
aq. cinamomi ʒiß.
M. pro haustu. S. Laxier-Träncklein.

Pulvis. ℞. *crem.* ♀*ri cryftall.* ℈. v, ♀*ri* ⊕*ati* ℈. iiij,
dacrydii ♁*iati* ℈. viij, *ol. anisi* ℈. ij.
M. F. Pulvis pro unâ dosi. S. Laxier-Pulver auff einmahl.

Pilulæ. ℞. *MP. cochiarum cum dacrydio* ℈ß,
resinæ gialappæ ℈. iij, ℅ *cinam.* ℈. iij, *cum aq. endiv. q. s.*
F. Pilulæ no. V.
Deaurentur, denturque in pyxide. S. Laxier-Pillen auf einmahl.

A CLX-

A CLYSTERUM usu licet nonnulli abstineant, veriti distensionem corporis & difficilem respirationem, tamen tutò infundi possunt tam ad sordes evacuandas, quàm ad nimiam corporis caliditatem & siccitatem restingvendam. Clyster.

℞. *rad. althaea, lil. alborum, polypodii* a. ℥ß.
cichorii ʒiij, *herbæ tussilaginis, verbasci, scabiosæ, veronicæ, violarum, flor. nymph.* a. Mß,
seminis lini ʒj, *fœni græci* ʒiß.
F. decoctum in s. q. aquæ communis ad ℥viij.
Colaturæ adde
sirupi dia sereos Andernaci, de spinâ cervi a. ʒvj,
ol. chamamelini, anethi a. ℥j, *rosacei* ʒiij.
M. pro enemate.

VOMITORIA ob fortem motum, quo ulceris consolidatio impeditur, & vasa, quia debilia, facilè rumpuntur, rejiciuntur, vellicante aurem *summo dictatore sect. 4. aph. 8.* *Emetica dissuadentur.*

ULCERIS curatio requirit alterantia. Ea varia sunt: incrassantia, detergentia, mundificantia & consolidantia.

INCRASSANTIA in præcipiti acrium humorum à toto corpore ad pulmones lapsu adhibentur. *Incrassantia.*

℞. *conservæ rosarum rubrar. antiquæ, violarum* a. ℥ß,
diacodii ʒj, *boli armeniæ pptæ* ʒß. *Cum sirupo jujubino,*
F. Electuarium, ad castaneæ magnitudinem exhibendum.

Si æger usu rotularum delectetur, subjungendæ sunt hæ:

℞. *spec. diatragacanthi frigidi, sem. papav. albi, coriandri ppti* a. ʒj. *nuc. moschat. tostarum, thuris, mastich.* a ʒß, *trochiscor. de cambe* ℈j,
ambræ gryseæ gr. vj, *sacchari in aq. scabiosæ soluti* ℥vj.
F. l. a. rotulæ.

ABSTERGENDO etiam ulceri succurrendum & MUNDIFICANDO. *mundificantia.*

℞. *sir. de masticbe, jujubis, papav. errat. capill.* ♀ a. ℥j, *aquarum tussilaginis, scabiosæ* a. ʒx, *portulacæ, caponis simpl.* a. ʒvj, *oxysacch. scillit.* ℥ß. M. ad vitrum. S. Safft zum öfftern gebrauch.

℞. *conservæ herbæ costæ* ℔. j. In pyxide terreâ mundâ S. Sonderbare Latwerg. Dosis tuberculis duobus castaneæ constat.

consolidantia. QUÆ CONGLUTINANDI VI POLLENT, ulcere à sordibus liberato, non negligenda sunt.

℞. *conservæ rosar. rubr. antiquæ* ℥ij, *veronicæ, scabiosæ* a. ℥ß, *boli armeniæ pptæ, lapidis hæmatitidis ppti* a. ʒj, *terræ sigillatæ pptæ, pulmon. vulpis ppti* a. ℈ij,
Cum *sirupo de symphyto & myrtino*,
F. Electuarium ad magnitudinem nucis juglandis assumendum.

Confortantia interna, Pro RESTAURATIONE virium suadentur morsuli *Hieronymi Mercurialis*, quos summis evehit laudibus. Illi hoc modo conficiuntur:

℞. *carnis caponis* ʒiß, *testudinum, cancror. fluviatilium* a. ℥j, *sem. papaveris albi, nucleorum pini, dulc.* a. ℥ß, *gummi tragac.* ʒiij, *cinamomi, caryophyllorum, sem. fœnic.* a. ℈j. *sacchari optimi in aq. ros.* soluti. q. s. F. l. a. Morsuli. Horum dosis ʒij. 3. hor. ante prandium.

externa. EXTERNA conveniunt, tum ob materiæ expectorationem, tum ob ulceris consolidationem. Expectorationi proficuum est *unguentum resumptivum Galeni* pectori & spinæ; consolidationi verò *emplastrum diasulphuris Rulandi* spinæ applicitum.

DIÆTA

DIAETA demùm exactissima instituenda, & ad unguem sanctè observanda, Consistit ea in sex rerum non naturalium administratione. *Diæta*

CIBUS sit εὔχυμ☉, concoctu facilis, citoquè nutriens, ratione febris infrigidans; ratione ulceris abstergens, ut juscula gallinæ, capi. Ex QUADRUPEDUM genere carnes capi, vervecis, vituli, hœdi; ex AVIUM genere, carnes gallinæ, perdicis, vitelli ovorum. Elixa assis præferuntur. PISCES saxatiles, qui refrigerant & humectant; cancri fluviatiles, testudines nemorales. Ranæ à plerisque maximè commendantur. Ex FRUCTIBUS pyra, pruna damascena, Jenensia, pasulæ majores & minores in *aquâ buglossi* vel *rosarum fragrantium* lotæ, amygdala dulcia, pistaciæ & pineorum nuclei conveniunt. *1. naturalia*

POTUS esto cerevisia hordeacea & triticea, vel ratione ventriculi frigidioris vinum oligophorum, quia τὴν πέψιν καὶ διάδοσιν *concoctionem & distributionem* adjuvat.

AER sit temperatus & magis ad siccitatem inclinet, ratione ulceris. Hinc in conclavi, si non sit conveniens, arte contemperandus vel herbis dispersis, vel odoramentis accensis.

MOTUS corporis non convenit, sed quies. Ante cibum tamen, si vires permittant, leve quoddam deambulationis exercitium proficuum. *2. Vitalia,*

SOMNUS sit moderatus. Septem horis dormisse sat est juvenique senique. Longior viscerum calorem auget, brevior exsiccat. Cùm tamen somnus humectet, minus incommodi ex paulò longiori, quàm breviori oritur. *3. animalia.*

ALVI PIGRITIA corrigenda suppositoriis, enematibus ex hordeo, malvâ, violis, cum cassiâ pro clysteribus, oleo olivarum, nymphææ.

ANIMI PATHEMATA, tristitiam, iram, timorem, curas & hujus generis affectiones similes tanquam pestem fugiat. Ab animo hominis medicinas pendere vetustatis est decretum. Inquietus est, morosus, timoribus mortis circumdatus, impatiens. Purgari debet canticis, & modulationum suavitate puritati & divinitati suæ restitui.

CONSULTATIO VII

de

phthisicâ.

HISTORIA.

Relatio historica. ILlustris virgo XIX. annorum, staturâ mediocri, temperiei sanguineæ, colorisque rubicundi, angusti & restricti thoracis, ut à tergo in morem alarum promineant operta scoptula, nata parentibus phthisicis, adsueta victui sicco ex carnibus fumatis itemque piscibus salitis, magnâ intemperantiâ & absque ordine, otio dedita, primis mensibus flores imminutè apparere sensit circa annum XIIX. cum dolore gravativo circa hypochondria. Postmodum, cum fortè fortunâ aquis sese nudis pedibus commisisset, iisque diutiùs immorata fuisset, totalis suppressio fuit subsecuta. Nullâ ob id sui curâ, adeoque neglectim prorsus habitâ hâcce suppressione, paulò pòst circa autumnum insolitâ quâdam respirandi difficultate cum tussi siccâ, deinde humidâ, lentâ, viscidâ, glutinosâ, sanguineis atomis intermistâ, sine dolore tamen, simulque circa pectus angustiâ fuit correpta. Hæc excèpit extenuatio & macies totius corporis & febris pusilla, æqualis. Sumto cibo augetur calor, imprimis circa noctem: sputum sordidum, purulentum, aquæ injectum fundum petens. Vox rauca est: nullus in pectore dolor: frequens lipothymia, itemque fœtor anhelitus & rejecti sputi. Pulsus celer & frequens, decubitus tolerabilior in latere sinistro. Ægra metuens phthisin petit auxilium.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUS, de quo ægra conqueritur, est PHTHISIS perfecta, propriè dicta, quam κατ' περιουσίαν Athenienses Φθόην appellabant, alii κύνν.

ADESSE phthisin, patet ex infallibilibus signis in historiâ enumeratis. Illa petuntur ab essentialiter inhærentibus, effectibus, causis, & similitudine.

Spiran-

Spirandi adest difficultas, tussis sicca, pòst humida, thoracis angustia, extenuatio corporis, febris lenta, à cibo sumto & circa noctem quæ augetur, sputum purulentum adest & fœtidum cum aliis criteriis.

CAUSAE prægressæ tales fuêre, quæ phthisin excitare potuêre.

SIMILITUDO etiam indicium præbet. Visa ante annum virguncula, in quâ eadem symptomata, eædemque causæ aderant. Hæc ab omnibus medicis pro phthisicâ habita fuit.

PARS AFFECTA est pulmo cum suis partibus, parenchymaticâ carnosâ, spongiosâ, vasis & membraneis vesiculis, itemque bronchiis, siquidem difficulter respirat & sputum cruentum extussit. τὸ ἐμπνεύμονον μόριον.

PER CONSENSUM cor patitur & totum corpus: COR, quatenus materia purulenta & sanguis intemperatior accedit ex vicinis pulmonibus, sicque non tantum intemperiem in corde accendit, sed & frequentem irritationem, unde non tantùm motus fermentationis in corde mutatur, sed & sanguis acrior, siccior & calidior redditur. CORPUS totum incalescens exsiccatur, secundùm humiditatem roridam solidorum corporum.

An unus an uterque pulmo lædatur, adeò exactè dijudicari nequit. Decubitus tamen tolerabilior in sinistro latere idem magis pati ostendit. Nec adeò liquidum, an pars superior, an media, an inferior afficiatur. Non ignotus est modus, quo per cataplasma id exploratum fuit.

CAUSA IMMEDIATA hujus affectus est exulceratio substantiæ pulmonum. Causæ: immediata,

MEDIATA PROXIMIOR est sanguis biliosus acris & corruptus, salinis corrosivis atomis imprægnatus, à toto corpore, factâ circulatione ad pulmonem accedens, ibique per ἀναστόμωσιν, διαίρεσιν vel διαπήδησιν in parenchyma ejectus idem corrodit & exulcerat. Hôc factô, Archeus pulmonum furibundus redditus, posteà succum nutrititium non mediata, proximior.

 in

in alimentum, ſed in pus convertit, ac ita continuæ purulentæ materiæ ejectioni anſam præbet.

remotior. REMOTIOR cauſa NATURALIS eſt 1. TEMPERAMENTUM ſanguineum. Id patet ex colore cutis rubicundo. 2. ÆTAS FLORENS altera cauſa eſt. Φθίσιες, *autore Hippocrate 5. aphor. 9.* *μάλιστα γίγνονται ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτέων, μέχρι τριήκοντα καὶ πέντε. Tabes iis maximè ætatibus fiunt, quæ à decimo octavo ſunt usque ad trigeſimum quintum.* 3. ANGUSTIA & CONSTRICTIO PECTORIS, CONFORMATIOQUE πτερυγώδης *alata*, ob quam ſanguis liberè moveri non poteſt, huc facit.

Τὸ *συγγενικὸν φθινῶδες, connata gentilitia inclinatio tabifica* hîc omne fert punctum.

EX REBUS NON NATURALIBUS primas tenet AER AUTUMNALIS inæqualis, fluxionum ferax. OTIO & inordinatæ victus rationi ex carnibus malæ digeſtionis, & piſcibus ſalſis conſtanti, dedita vita in culpâ eſt. Inde continuò partes acres in ſanguine ſunt cumulatæ, quæ huic malo auxiliatricem manum porrexerunt. Imprimis *τῶν γυναικείων ἐπίσχεσις evacuatio menſtrua ſuppreſſa* potentiſſimè diſpoſuit ægram ad hoc infortunium, delato ſanguine ſuperfluo ad reſpirandi organum utiliſſimum. Sanguis in utero retentus acrimoniam ac corruptionem acquirens, lege circulationis ad cor refluus, in pulmonum ſubſtantiam depoſitus, hoc malum promovit.

RES PRÆTER NATURAM, apertio vaſorum, quæ fortè fuit initio διαπήδησις, patentes SANGUINIS SPUTO aperuit fores. Hoc nigerrimum tandem calculum adjecit, omnem rem in conſummatam malitiam præcipitavit, & ulceri anſam in manus porrexit.

ratio ſymptomatum. Ex his cauſis orta phthiſis à pulmonis ulcere, non mirum eſt, quod gravibus his ſtipata ſit ſymptomatibus, quæ eam ſemper comitantur, & ab eâ nunquam faciunt divortium.

1. RESPIRATIO adeſt DIFFICILIS ob facultatem imbecillam, quia bronchia pulmonum obſtructa à puris copiâ.

TUSSIS

TUSSIS adeſt, & quidem neceſſariò, quia nullo alio modo ſanguis ibi effuſus & naturæ moleſtus excuti poteſt. 2.

SINE DOLORE eſt tuſſis, quia παρέγχυμα pulmonum, ob nervorum majorum defectum, tùm tunicæ apertorum vaſorum ἀναισθησίαν, indolens.

MACIES totius corporis ſequuta fuit: pulmones enim in conſenſum trahunt officinam ſanguificationis, cor, illudque ſordidè ſimul, mediante ſanguinis circuitu, inficiunt: imò ſanguinem, per parenchyma pulmonum, ex dextro cordis ventriculo quem accipiunt craſſiorem, ſiniſtro ventriculo cordis communicandum non ſolùm non depurant, ſed etiam magis magiſque inquinant. Hic inidoneus redditus ad debitam elaborationem, poſtmodum ad partes corporis ablegatus, cum propter corruptionem inſignem à pulmonibus putridis acceptam, in ſubſtantiam earum cedere non poſſit, ſequitur neceſſariò macies. 3.

FEBRIS PUSILLA adeſt ob calorem mitem & indolentem, quô ſignô ſe prodit hectica febris. πάντων τῶν πυρετῶν ἑκτικῶν κοινὸν βληχρεῖς τε εἶναι καὶ ἴσοις. *Omnibus febribus hecticis commune eſt, quod puſillæ ſint & æquales.* 4.

CALOR AUGETUR ſumto cibo, ob fermentationem ciborum, ubi poſtmodum particulæ calidæ & acriores cibi potuſque, per ductum chyliferum ad cor accedentes, à ſpiritu & ſanguine fervidiori & acriori, factâ fermentatione, diſſolvuntur, perinde ut in calce vivâ contingit, cùm aqua affunditur. 5.

SPUTUM SORDIDUM ejicitur, ob aërem attractum humidiorem, qui ulcus pulmonum ſordidum reddere ſolet. 6.

PURULENTUM eſt ſputum, quia ſuppuratione in ulcus tranſit.

AQUIS EXCEPTUM FUNDUM petit, ob craſſitiem & gravitatem.

VOX RAUCA 1. ob facultatis imbecillitatem 2. etiam ob obſtructionem pulmonum meatuum, eorundemque à materiâ purulentâ oppletionem. 7.

FREQUENS LIPOTHYMIA ob impeditum motum fermen- 8.

fermentationis in corde à materiâ putridâ & corruptâ ex vicinis pulmonibus putrefactis eò delatâ.

9. FOETOR ANHELITUS & SPUTI REJECTI oritur, ob insignem putredinem & corruptionem pulmonum, unde sputum ob moram facilè sibi tale malum imprimit.

10. PULSUS ADEST CELER & FREQUENS, ob frequentem irritationem & ob varias in corpore ab ulcere exhalationes & mutationes.

11. URINA OLEAGINOSA est ob febrem hecticam, & σύντηξιν pinguedinis & solidarum partium resolutionem.

Prædictio. PROGNOSIS tribus hisce absolvitur capitibus, quorum 1. agit de SALUTE & MORTE. 2. LONGITUDINE MORBI & BREVITATE 3. EVENTUS MODO.

1. I. Præter generale, idque malum prognosticum quod *Hipp. lib. 4. aph. 25.* posuit, *αἷμα, inquiens, ἄνω μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν, sanguinem supernè effundi, qualiscunque sit, malum;* longè deterius est, quod legimus *apud eundem l. 7. aph. 15.* ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις, κακόν. *A sanguinis sputo puris sputum, malum.* Τὸ lethale nostræ ægræ superaddit, *l. 5. aph. 11.* ἢν πτύσμα, ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, θανάσιμον. *Si sputum, quod extussiunt, carbonibus injectum, graviter oleat, lethale.* Febris quoque pessimum signum.

2. II. Longus non erit hic morbus, siquidem magna jam facta pulmonum exulceratio, quam manifestò indicat sputum purulentum, sordidum, itemque difficilis respiratio, & frequens lipothymia, ex quâ, circa finem autumni

3. III. SUFFOCATIONE ægram vitam finituram colligimus, obstructis pulmonum bronchiis. Id ipsum innuit *Hipp. lib. 7. aph. 16.* ἐπὶ πύου, *dicens,* πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχεται, ἀποθνήσκουσι. *Ex puris sputo tabes & fluxus, cum sputum retentum sit, moriuntur.* Hoc etiam *Galenus in comm.* confirmat & ulterius explicat.

Curatio. CURATIO, licet hæc phthisis confirmata sit, ita ut ne mica quidem salutis spei supersit, non negligenda tamen, nec absque auxilio ægra linquenda. Propter humanum benignum-

nignumque artis auxilium contendere cum morbo hoc oportet, ut tædia affectus palliativâ curâ demulceantur.

Ad tres INDICATIONES respiciendum est, curatoriam, præservatoriam & vitalem, ULCUS postulat detergentia: FEBRIS refrigerantia & humectantia: TABES corporis refectionem, viriumque instaurationem requirit.

MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico & diætetico. *Materia præsidiorum.*

CHIRURGIÆ nullus datur locus, siquidem est morbus confirmatus, viresquè prorsus sunt lapsæ. Nec V. S. cum in finem institui potest, ut suppressio sanguinis menstrui tollatur, quod ob diuturnitatem viresquè prorsus lapsas tàm altas egerit radices, ut corrigi nequeat, linquimus igitur fontem chirurgicum, & progredimur ad pharmaceuticum. *Chirurgia.*

PHARMACIA offert evacuantia & consolidantia pulmonum ulcus, febrilem æstum mitigantia, & tandem confortantia. *Pharmacia.*

VOMITORIIS hic nullus locus, ob periculum suffocationis.

PURGANTIA sint lenissima & levissima. Videntur verò hic maximè accommodari posse CLYSTERES, qui & corpus à sordidis humoribus probè purgare, & ipsius caliditatem & siccitatem simul corrigere possunt. In usum vocetur sequens

℞. *herb. V. emollient.* M. j ß, *fl. chamæm. meliloti* a. p. iij, *rad. althææ, malvæ, violar.* a. ʒij, *sem. anisi, fænic.* a. ℥j. *Clyster.*
Coq. in s. q. aquæ ℞. colaturæ ℔j, adde *elect. bened. laxativæ* ℥j, *ol. nymphææ, violarum* a. ʒij, *sal. gemmæ* ʒj. Misce.
Detur in vesicâ & applicetur calidè cum canali.

Per os alia adsumi possunt cum *sero lactis caprini*, in formâ liquidâ: cum *conservâ rosarum* in formâ boli: item *sirupus ros. solutivus*, *rhabarb. manna* &c. vel sequens potio.

℞. *hord. integri* p. vj, *glycyrrh. passul. mundat.* a. ℥ß, *jujubar* n. xij, *flor. borag.* Mß, *viol. buglossi* p. ij.
Coq. in suff. q. aq. fontanæ. Colat. ℔ß adde *sir. de cichor. cum rhab. rosar. sol.* a. ℥j, *manna sel.* ℥ß.
M. S. potio ad plura præbia.

Vel etiam in usum poterit revocari *sirupus magistralis Riverii*, qui egregiè mundificat sanguinem à serosis & acribus ichoribus & humoribus, & est sequens.

℞. *fol. buglossi utriusq., fumariæ, lupuli, cichorii, endiviæ, agrimoniæ, plantaginis, polytrichi* a. M. j, *summitatum asparagi, verbenæ, euphrasiæ* a. M. ß, *sem. cucurbitæ* ʒß, *melonum* ʒj, *endiviæ, cuscutæ, cicerum rubrorum* a. ʒij, *rad. glycyrrhizæ rasæ, passularum mundat.* a. ℥j, *prunor. dulc. par.* vj, *senæ mundatæ* ℥iiij, *rad. polypodii querni* ℥ij, *agarici in panno raro ligati* ʒvj, *macis* ʒiij, *flor. cordial.* a. p. V.
Coquantur in s. q. aq. fontanæ ad ℔. jß. Colaturæ adde *succi pomor. redolent. sacchari albi* a. q. s.
F. sirupus perfectè coctus, aromatisetur *sandalo citrino*. Pòst in eo *rhabarb. elect. antiqu.* contusum in panno raro lig. ad ℥j suspendatur. Capiat ℥ij cum jusculo in mensâ.

abstergentia & consolidantia interna, ULCERI succurrimus medicamentis detergentibus, mundificantibus & consolidantibus, cum certo tamen respectu ad febrem.

℞. *conservæ veronicæ, nymphææ, violarum* a. ℥j, *rad. cichor. conditæ* ℥ß, *spec. diatrag. frigidi, pulv. Haly contra phthisin* a. ʒj.
Cum sir. de *hedera terrestri* F. Electuarium.

℞. *conservæ ros. antiq.*, ℥iß, *hederæ terrest. botryos*, a. ʒvj, *pulv. Haly contra phthisin recentiss. præparat.* ʒvj, *cinerum* ♋ ʒiß, *sir. violar. hederæ terrestris* a. q. s.
M. F. Electuarium.

℞. *looh*

℞. *looh sani & experti, de pulm. vulp. de pineis* a. ℥ij, *pulv. Haly contra phthisin* ʒiij, *sir. de hederâ terrestri, de jujubis* a. q. f. ad consistentiam.
S. Dicker Safft wider die Lungensucht.

℞. *lact.* ♎ ʒß, *magist. coralliorum, perlarum* a. ℈ß, *emuls. sem. melon. c. aq. tussilag. factæ* ℥iiß, *julepi rosarum* ʒvj, *aq. cinam.* ʒiij, *sacch. perl. q. s.*
M. S. Wundsafft.

Multùm hic laudatur *conserva rosarum* cum *julepo rosarum.*

EXTERNA medicamenta ulceris sanationem adjuvare possunt, si vapor eorum & halitus per os & nares inspiratione attrahatur, ut ex *thure, mastiche, benzoino gummi.* *Externa.*

℞. *gummi hederæ* ʒiß, *myrrhæ* ʒß, *resinæ benzoes, styracis calam.* a. ʒiß, *succini* ʒß, *hypocist.* ℈ij, *sem. coriandri* ʒj, *flor. rosar. rubr. viol.* a. p. iij, *sand. citrini* a. ʒiij.
Pulverisf. & excipiantur *mucilag. gummi tragacanthi.* Fiant trochisci pruni injiciendi.
S. Rauchküchlein.

Inungatur thorax & spinæ dorsi pars mitigante aliquo.
℞. *unguenti resumptivi* ℥iß. S. Brust-Sälblein.
℞. *ung. resumpt.* ℥iß, *refr. Galen. rosati Mes.* a. ʒiij, *ol. amygdalorum dulcium* ʒiiß.
M. D. in pyxide S. Sälblein zum schmieren.
Vel
℞. *mucil. sem. psyll. cydon. cum aq. viol. q. s. extr.* a. ℥iij, *ol. violar.* ℥ß, *butyri recent. loti in aquâ viol.* ℥j, *camphoræ* ℈jß. S. Sälblein zum Rücken.
℞. *gummi tragacanthæ, arabici* a. ʒj.
Infundantur *in aquâ rosac.* per diem & noctem.
Adde *olei oliv.* ℥ß, *butyri rec.* ʒß, *salis prun.* ʒij, *camphoræ* ℈j, *lactis muliebris q. s.*
Detur S. Sälblein.

Emplastra etiam præscribi & imponi possunt. *Emplastra.*

℞. *emplastri diasulphuris Rulandi* ℥iij.
Malaxetur *cum oleo amygdal. d.*
Extendatur super linteum & apponatur.

Vel

℞. *gummi tacamahacæ* ℥j. Extendatur super alutam:
S. Pflaster.
Imponatur super latus suspectum, & ad costarum latera.

FEBRILI ÆSTUI consulimus sequentibus:

℞. *aq. flor. nymphææ, cichorii, sempervivi* a. ℥ij,
sir. de nymph. ℥iß, *tinct. viol. rosar.* a. ℨj.
S. Kühl und stärcktranck.

Vel

℞. *succi granat. acid.* ℨij, *berberum, rib.* a. ℥ß,
confect. alkerm. ℨij, *sir. corall.* ℥ß. *aq. pulm. vit.* ℥ij.
Kühlender Stärcktranck.

Pro potu ordinario potest sequens decoctum præscribi.

℞. *herb. tussilag. veron. scabiosæ, marrubii, hyssopi* a. Mj,
rad. helenii, polypodii, glycyrrhizæ a. ℥j,
fl. violarum, rosarum, buglossi a. p. iij,
pass. min. ℥ij, *jujubarum, sebesten* a. n. XVI.
Coqv. in aquæ fontanæ ℔. IV. ad mediet. in fine addantur
cinnamomi ℨiiij, *seminis anisi* ℨß. Colatura
S. täglicher Tranck.

confortantia. CONFORTANTIA variè possunt præscribi. In formâ morsellorum commodum erit sequens:

℞. *amygd. dulc. excort. pistac. mund. pin. recent.* a. ℥ß,
conservæ rosr. rubr. antiquæ, veronicæ a. ℥ij,
rad. cichorii conditæ, scorzon. cond. a. ℥j,
terræ sigillatæ, bol. armeniæ a. ℨß,
spec. Haly contra phthisin ℨij, *corall. præparat.* ℈j,
sacchar. in aq. tussilag. solut. q. s. M. F. Morsuli.
S. Stärck-Morsellen.

Vel

℞. *carn. cancror. fluviat. in aq. pect. coct.* ℥ij,
conservæ rosar. Damasc. ℥iß, *pinear. mundat.*

Digitized by Google

pistac. virid. amygd. dulc. per noct. in aq. scabiosæ maceratarum ℥j, *sacch. albi in* ▽. *pulm. vituli sol. q. s.* In fine addatur
ol. nucis mosch. expressi ʒß.
M. F. Morsuli.

℞. *amygd. dulc. excort.* ℥j *sem. 4. frig. maj.* a. ʒj, *aq. ror. majalis* ℥v, *borag. viol.* a. ℥vj.
F. Emulsio. Colaturæ adde *corall. præparat.* ʒß, *perlar. præparat.* ℈j. *sacch. canar. q. s.* S. Stärckmilch.

℞. *conservæ viol. cichorii, buglossi* a. ℥j, *herbæ costæ* ℔ß *cum sirupo hederæ. q. s.* F. Elect.

℞. *sp. diamargar. frigidi* ʒj. In scatula D.

℞. *pulv. analept. rubri Rolfinc.* ℥iiij.
In scatulâ S. Nehrpulver.

MORSULI refectivi Mynsichti prosunt.

AQUA MIRABILIS *Epiphanii Ferdinandi historiâ* 20. magnæ ad impinguandum efficaciæ, *à gravissimis autoribus* prodesse censetur in hecticâ, ab aliis parvi, & non sine ratione æstimatur. Non habet *πεἰγλισχρον* viscidum illud, quod nutrit. Nihil præter phlegma inde destillatur. Gluten illud alimentosum, in quo omnis nutriendi vis, non transcendit alembicum.

Inter CHIMICA eligitur *antihecticum*, cujus compositionem tradit *chimia in artis formam redacta Rolfinciana.*

Electrum hoc multos habet adversarios. Sit ita. Abundet quilibet suo sensu. Herba porrigatur illi, qui giganteos morbos pygmæis novit edomare consiliis.

℞. *sp. diamarg. frigidi* ʒij, *antihect. Poterii* ʒiij.
In scatulâ S. nehrendes Stärckpulver. Dos. ij Messerspitz.

℞. *sp. diasaturni Mynsichti* ʒj, *pulv. bezoard. albi* ʒij. S. Pulverlein. *Dos.* 4. Messerspitz.

DIÆTA consistit in legitimo sex rerum non naturalium usu. *Diæta*

I. NATURALIS. CIBI sint boni succi, faciles coctu & nutrimenti multi, cujusmodi parantur ex hordeo, avenâ, amygdalis, amylo, oryzâ, passulis, pineis &c. Juscula bonarum carnium, caponum, gallinarum juniorum, perdicum conveniunt. Paretur restaurativum ex carne caponis, perdicis, coxâ vitulinâ, cum nuce moschatâ, cinamomo, in vino per noctem maceratis, & vasi vitreo inditis. Orificio & juncturis clausis coquantur in aheno aquâ repleto per aliquot horas. Exemto vase & aperto, separatur jus. Carnes expressæ addantur, & pinguedo separetur. Expressis & gelatinis deperditæ partes commodè resarciuntur. Ova sorbilia & lac prosunt. Nutritiam lactis vim confirmat exemplum infantum, qui solo hoc contenti non modò probè nutriuntur, sed etiam humidam substantiam, quam habent, plurimùm augent. *Galen. 5. meth. med. c. 12.* post muliebre asininum commendat. Verùm ex usitatis longè præstantius est lac caprinum, cùm magis serosum, & proinde vi abstergendi majori præditum sit, quam abstersionem in purulentis pulmonibus maximè requirimus. Huic non absimile est vaccinum. CARO TESTUDINUM, CANCRORUM, & RANARUM magis commendatur à consuetudine quàm utilitate. Præferuntur succi.

POTUS, si abstergendum, sit aqua hordei cum pauco melle: vel etiam lac caprinum porrigatur cum saccharo, *autore Platero* Exhibeatur LAC VACCINUM cum saccharo rosato tabulato, *autore eodem.* Hydromel tenue etiam prodest.

2. II. VITALIS. AER sit temperatus, ad siccum tamen vergens magis, propter ulcus.

3. III. IN ANIMALI DIAETA alvus clysteribus teneatur in officio.

SOMNUS & QUIES ambabus faveant manibus.

ANIMI PATHEMATA sinisteriora vitentur. Sensuum recreatio quocunque modo fieri potest, procuretur.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO VIII
de
asthmatico.

HISTORIA.

VIr temperamenti frigidi & humidi, natus parentibus similì affectui olim obnoxiis, quadraginta annorum, variis diætæ adsuetus erroribus, hypochondriacus, sputator, flagrante sirio mediis canicularibus diebus, faciens iter per biduum, tertiò die demum redux conqueritur de gravitate pectoris, tarditate ad consueta munia, & aliud quodlibet perficiendum, sentit fluctuationes in hypochondriis & eructationes præter rationem, noctù parùm & obscurè incalescit. Tandem desubitò difficili, densâ & frequente respiratione, nullâ præsente febre, nullâ tussi, corripitur, tantâ cum vehementiâ, ut præ frigidi aëris cupiditate fenestras aperiri jubeat. Quælibet domûs pars ad trahendum spiritum ipsi parva est. Erectâ cervice spiritum ducit, os aperiens, manus utrinque lecti lateribus applicat, se sic scapulis elevatis liberiùs spiraturum sperans, imò quò plus aëris attrahit, eò pluri se indigere non voce, cujus usus ipsi parcus, sed gestibus, innuit. Petit consilium. *Relatio historica.*

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Ægrum hunc laborare difficili & communi illô affectu, qui appellatur ASTHMA, & illam ejus speciem, quæ vocatur *ὀρθόπνοια*, patet ex signis in historiâ recensitis, fidelissimis, quorum aliqua sunt *συνεδρεύοντα*, aliqua *παθογνωμονικά*. *Affectus species.*

Adest RESPIRATIO LAESA, densa, frequens, nullâ præsente febre, ADEO ANXIA, ut non nisi magnâ anhelatione, sibilo, erectâ cervice, & apertis fenestris aëre satietur.

SUBJECTUM PRINCIPALE est pulmo, viscus illud, cunctis animantibus spiritum ducentibus à naturâ concessum. *τὸ ἀνα- χείμῳον μόριον.*

sum: & quidem quoad arteriæ asperæ propagines cartilaginosas, imò ipsa vasa sanguiflua.

Afficitur pars aliqua duplici modo; vel καθ' ἰδιοπάθειαν, *per essentiam*; vel κατὰ συμπάθειαν, *per consensum*.

Per consensum in præsente ægro hypochondriaco afficitur pulmo.

SECUNDARIUS locus affectus est thorax, & latiùs loquendo totum corpus.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est bronchiorum pulmonis angustia. Cum per hasce vias liberè aliàs secundùm naturam spiritus ferri debeat, utpote quò vita nostra minimè carere potest, fit, si liber ille itus & reditus intercipiatur, ut ad difficultatem illam spiritûs hæc peregrinatio redigatur.

Mediata proximiores, MEDIATAE CAUSAE PROXIMIORES asthmaticæ orthopnœæ variæ constituuntur a ...ortoribus; humores vitiosi, viscidi, & tuberculum crudum.

Humores sensim colliguntur nonnunquam in pulmonibus, & in asperam arteriam irrumpunt, vel aliundè elevati vapores illuc irruptiones faciunt.

Hæc orthopnœa non oritur ab humoribus sensim in pulmonibus generatis, sed flatuosò sanguine, ex hypochondriis elevatô, & per arteriam venosam ad pulmones delato, ibiquè bronchia comprimente.

remotiores naturales, MEDIATAE NATURALES sunt TEMPERAMENTUM ægri calidum & humidum, laxos reddens pulmones.

HAEREDITARIA dispositio & gentilitium jus seminali contagiô quasi per odorem materno sanguini communicata huc faciunt.

ÆTAS XXXX. annorum auget incrementum hujus affectûs.

non naturales. NON NATURALIUM agmen ducit AER, calidus, siriis æstuans ardoribus, & διάχυσιν *diffusionem* humorum excitans.

ITINERIS labores eandem promoverunt.

IN VICTU commissi errores suum momentum contulerunt.

Ex

Digitized by Google

Ex his causis nata orthopnœa, non mirum est, quod sequentia habuerit symptomata. *Symptomatum ratio.*

GRAVITAS pectoris exorta à testudineâ bronchiorum pulmonis coarctatione. 1.

ALACRITAS ad peragenda munia indè impedita. 2.

FLUCTUATIONES hypochondriorum ortum debent materiæ moveri incipienti. 3.

ERUCTATIONES à cruditatum ventriculi resolutione. 4.

INCALESCENTIA nascitur ex novâ chyli ad sanguinem accedentis accensione. 5.

FEBRIS nulla adest: nulla enim humorum in venis putredo. 6.

TUSSIS nulla, nec sicca, nec humida, in lèvibus pulmonum arteriis hæret labes, non in asperis bronchiis. 7.

RESPIRATIONIS ERECTA cervice necessitas oritur ob impedimenta viarum coarctatarum in bronchiis. 8.

CREBRAM loci mutationem molitur, ob δυσαρέστησιν & displicentiam. 9.

OS aperit, refrigerium quærens suo malo, pleniùs adductô aëre. 10.

MANUS lateribus lecti applicat, sperans elevatione scapularum dilatationem costarum consequi faciliorem. 11.

PROGNOSIS hujus affectûs sequitur. *Prædictio eventus salutis & mortis.*

Periculô quidem haud caret, non omni modo tamen desperatus est dicendus.

Periculum non parvum exin oritur, quoniam afficitur pars principalis, pulmo scilicet, qui aliàs vocatur cordis flabellum, & per consequens hôcce læsô totum corpus læditur.

Periculum augere videntur gravissimorum symptomatum vehementia. Meliora tamen speramus.

Brevi terminabitur hic paroxysmus. *longitudinis.*

De totali ablatione in futurum nullam spem facere possumus. Redibit morbus crebrius.

CURATIO nititur tribus INDICATIONIBUS ordinariis. *ἡ ἴασις καὶ ἐνδείξεις.*

αἱ ὕλαι τῶν ἰαμάτων. IN PAROXYSMO MATERIAE PRAESIDIORUM ex triplici fonte, chirurgico, pharmaceutico ac diætetico desumuntur.

Chirurgia. I. CHIRURGIA consistit in sensibiliter evacuantibus sanguinem.

sanguinis missio per V. S. VENAESECTIO præstantissimum in hoc affectu est remedium, adstipulantibus omnibus ferè medicis.

Tempus ad venam secandam certum definiri nequit. Statim, cum necessitas urgeat, viriumque adsit integritas, adhiberi potest.

Locus. Ad generalem sanguinis emissionem brachii vena est tundenda, & quidem mediana. Ad specialem basilica, quæ cum thoracicâ habet communionem, scindi potest.

Quantitas. Tantum sanguinis emittendum, quantum vires permittunt.

frictiones. FRICTIONES & LIGATURAE crurum ac brachiorum ad revellendum, nec non pectoris & dorsi ad meatus dilatandum, sunt instituendæ.

cucurbitulæ. CUCURBITULAS, & scarificatas, & non scarificatas, quæ aliàs ventosæ nuncupantur, nemo medicorum profuturas unquam negabit, nec negare potest. Non autem pectori, ne constrictione factâ motus ad respirandum necessarius impediatur, sunt applicandæ: sed ad finem dorsi, vel ad ilia apponantur, ut humoribus in loca longinqua detractis vitalium partium robur eò meliùs vindicetur.

Pharmacea. II. Ex PHARMACEVTICO fonte conveniunt non solùm lenientia, verùm etiam validiora purgantia.

CLYSTER talis esset commodus:

℞. *herbæ marrubii, hyssopi, capilli* ♀ a. m. j,
radicis ireos Florentinæ, bryoniæ a. ℥ß,
seminis carthami in petiâ ligati ʒvj, *agarici albi* ʒij.

Coque in sufficiente quantitate ▽ simplicis.

In colaturæ ℔j. dissolvantur *electuarii hieræ picræ cum agarico* ʒvj. F. l. a. Clysma.

Difficilis hæc est injectio, cùm æger decumbere nequeat

queat, ob suffocationis metum. Omnis tamen lapis est movendus, ut ægro succurratur.

Exhiberi potest continuante paroxysmô purgans per os.

℞. *pulveris laxativi vegetabilis* ℈j, *elæosacchari anisi* g. iij.
In cochleari cerevisiæ calidæ misce cultellô. Exhibeatur, & adsumantur XII. cochlearia cerevisiæ ejusdem.

ALTERANTIA his conjungenda & DISCUTIENTIA. *Alterantia.*
Excellit hic aqua seu spiritus asthmaticus delineatus *ordine & methodô commentatoriâ p. 685.*

Magnæ virtutis est in paroxysmis asthmaticis *spiritus ♀ philosophicus* ex ♀ & *viridi æris* paratus *Rolfincianus.*

In usu horum medicamentorum persistere potest, & acquiescere per vices.

DOSIS aquæ asthmaticæ adscendit ad cochlear j.

Spiritus exhibetur ad ℈ß. in haustu cerevisiæ calidæ, vel frigidæ,

Magnæ exspectationis est sequens potio:

℞. *aquæ asthmaticæ* ℥ij, *cinamomi, sirupi violar.* a. ℥j.
M. F. Potio. Datur ℥j. per vices.

SPECIFICA sunt, singulari quæ proprietate vaporosum sanguinem in levibus arteriis dominantem prosternere valent. *Specifica interna.*

Excellit in horum numero *gummi ammoniacum* solutum in *aquâ veronicæ* vel *hyssopi*, leni calore, & in *vino Rhenano* exhibitum.

℞. *florum* ♀ *per se* *torum* ℈j, g. ij,
benz. g. v, *croci* g. ij, *moschi* g. j, *sacch. ad pondus omnium.*
M. datur, quantum cultelli cuspide tolli potest, in cochleari vini.

EXTERIUS convenit *Emplastrum diasulphuris Rulandi.* *externa.*
Compositum hocce in usum optime trahi potest:

℞. *mucilaginis radicis althææ, seminis lini, fœni græci, cum* ▽ *hyssopi* [illegible] a. ℥iij, *pulv. rad. ireos Florent.* ℥iß, *gummi ammoniaci in vino helenii soluti* ℥ij.
cum sufficienti quantitate ☍ *irini, amygdalorum dulcium* & *ceræ* F. Linimentum. S. Brust- und Lufft-Salbe.

EXTRA PAROXYSMUM, cùm is debellatus est, ne novus redeat, opera danda, & quidem tempore commodô, vere vel autumnô.

Evacuantia. Conveniunt hîc itidem EVACUANTIA & ALTERANTIA.

Lenientia. LENIENTIA vel LENITER PURGANTIA:

℞. *decocti radicum quinque aperientium* ℥ij, *sirupi de floribus quatuor cordialibus* ℥ß, *extracti rhabarbari* g̃. vij, *gialapii* g̃. iv, *elæosacchari fœniculi* g̃. iij.
M. F. Potiuncula. D. S. Laxiertranck auff einmahl.

Vel

℞. *foliorum senæ Alexandrinæ* ℥iij, *rhabarb. Alexand.* ℥j. stent in infusione per noctem in ▽ *fumariæ* s. q. locô tepidô, manè coletur, colaturæ ℥iv. addatur
sirupi rosarum solutivi ℥j, *elæosacchari citri* g̃. vj.
M. F. Potiuncula. S. Laxier-Safft. pro dosi.

Potest in usum trahi *electuarium diacatholicum*, *pilulæ* de *aloë rosatâ, violatâ, Francofurtenses, Glassianæ.*

Præparantia. PRAEPARANTIA his succedunt:

℞. *seri lactis depurati* ℥jv. *essentiæ fumariæ* ℥iij, ♁ *liquidæ* ℥j, *sirupi de fumariâ simplicis* ℥ij.
D. S. Digestiv-Träncklein auff zwey mahl.

Vel

℞. ▽ *boraginis, endiviæ, rosarum,* a. ℥iij, *sirupi rosarum, fumariæ, endiviæ, violarum* a. ℥iß.
M. F. Potiuncula. D. S. Præparir-Träncklein auff 3 mahl.

Ex

Ex chimicorum forulis convenit *acidum* ♀, ⊖*lum* ♂, *fecula ari*, & *hepaticum rubrum*.

PURGANTIA variis modis parata exhiberi queunt: *Purgantia*

℞. *pulveris mechoacanna alba* ℈j, *scammonii* ♁*rati* g̃. ij, *resinæ gialapii* g̃. iv, *fecula ari* g̃. vj, ☍ *still. anisi* g̃. ij.
M. F. cum *sirupi de marrubio* & ▽ *asthmatica Imperatoris Rudolphi* ſ. q. Potiuncula. D. S. Purgierender Brust-Tranck wohl umbzurütteln.

Vel in forma PILULARUM:

℞. *extracti diacarthami* ℈j, *resinæ gialapii* g̃. ij.
cum *essentiâ helenii* F. Pilulæ. D. S. Brustpillen auf 1. mahl.

Vel

℞. *MP. hieræ picræ cum agarico* ℈j, *extr. rad. esulæ* g̃. vj.
cum *elixir proprietatis*. F. Pilulæ. D. S. Purgierende Brustpillen.

Si BOLUS arrideat:

℞. *conf. fumar.* ʒj, *pulv. cathol. purg.* ℈j, *ref. scamm.* g̃. vj.
cum ſ. q. *sirupi de fumariâ* F. Bolus. D. S. Purgierzucker auff einmahl.

Sin æger MORSULIS delectetur:

℞. *conservæ rosar. absinthii* a. ʒß, *cond. zingib. Ind.* ℥ß, *resinæ gialapii* g̃. viij, *scammonii* ♁*rati* g̃. vj, *sacchari in* ▽ *menthæ soluti* ℥j.
M. F. l. a. Morsuli n. v. illinantur ☍ *acori*, vel *nucis moschatæ*. D. S. Purgier-Morsellen auff einmahl.

Si PANDALEON placeat:

℞. *conservæ florum enulæ*, *hyssopi* a. ʒß, *specierum diaireos* ʒiß, *magisterii benzoini* ℈ij.
cum ſ. q. *sacch.* in ▽ *hyssopi* soluti F. l. a. Pandaleon.

An VOMITORIA adhibere liceat, non immeritò in dubium vocatur, quia illa motum inferunt nimis vehementem & violentum. Multi tamen suadent, ea omninò cum fru- *Vomitoria.*

etu usurpari posse, præcipuè si materia in ventriculo aut hypochondriis hæserit.

Si itaquè talia exhibere lubet:

℞. *conf. ocul. samb.* ʒj, *pulv. asari* ℈j, *sir. de cinnellâ parum.*
F. l. a. Bolus. D. S. Brechzucker auff einmahl.

Vel in forma PILULARUM.

℞. *extracti asari* ℈ß, ☿ *vitæ correcti* g. iij,
D. S. Brechpillen auff einmahl.

Diuretica. DIURETICA quoquè suam afferunt utilitatem, ideoquè

℞. *seminis violarum* ʒiij, *milii* ☉*is*, *saxifragiæ* a. ʒj.
Cum s. q. ▽ *ononidis* & *saxifrag.* vel *florum calcatrippæ*
F. l. a. Emulsio, edulcetur *sirupo de succo fragorum.*
S. Harntreibende Milch auff einmahl.

Vel

℞. *herb. hederæ terrestris, parietariæ, saxifragiæ* a. M. j,
rad. restæ bovis, petrosel. fragar. vincet. urticæ a. ℥ß,
sem. urticæ ʒij, *milii* ☉*is*, *genistæ, lappæ major.* a. ʒj,
gran. alkekengi ʒiij, *mell. colati* ℔j, *aceti* ℔ß, ▽ *font.* ℔jv.
Stent in infusione, posteà colentur, colaturæ infund.
florum cyani, calcatrippæ, genistæ a. p. iij.
posteà iterùm colentur. D. S. Harntreibender Meth auff vielmahl.

Diaphoretica. DIAPHORETICA non sunt excludenda, quapropter:

℞. *misturæ bezoardicæ Rolfincii* ʒß.
D. S. Schwitz-Mistur auff einmahl.

Vel

℞. ▽ *cordialis Saxoniæ* ℥j, *scorzoneræ* ℥ß,
magisterii C. C. spinarum viperarum a. g. iij,
bezoardici ☉*aris* g. ij.
D. S. Kräfftiger Hertz- und austreibertranck auff einmahl.

Vel

Vel

℞. *rob sambuci* ℥j, *C.C. sine* △, ♁ *diaphoretici* a. ℈j.
F. l. a. cum *spiritûs florum sambuci* g. vj. Bolus. D. S.
Schweißtreibender Zucker auff einmahl.

ALTERANTIA nunc sequuntur, possuntquè esse talia: *Alterantia.*

℞. ▽ *fontanæ* ℔vj, *sacchari albissimi* ℥v,
succi citri expressi ℥ij, *sandali rubri* ʒiij.
Coque & despuma. D. S. Alterir-Tranck.

Vel

℞. *rad. glycyrrhizæ, polypodii querni* a. ℥j, *iridis Florentinæ,*
fœnic. a. ℥ß, *helenii* ʒij, *folior. marrubii albi* m. j.
florum violarum, boraginis, farfaræ, scabiosæ a. p. j,
dactylorum recentium enucleatorum n. x,
passularum mundatarum ℥j, *seminis anisi* ℥ß.
Coque in s. q. ▽. ℞. colaturæ ℔ij, adde
sir. de hyssopo, violati a. ℥iij, *oxymellis cum agarico* ℥ij.
M. D. in fictili. S. Brusttranck.

CORROBORANTIA sunt sequentia: *Roborantia.*

℞. *elect. resumtivi* ℥j, *carnis* ♋ *fluviat. in* ▽ *pector. coctæ* ℥iß,
pinear. mundatar. pistacior. a. ℥j, *antihect. Poterii* ʒij.
cum s. q. *sacchari* in ▽ *pulmonis vitulini* soluti.
F. l. a. Morsuli. S. Stärck-Morsellen.

Vel

℞. *conservæ violarum, florum boraginis* a. ℥iij,
pulveris radicis glycyrrhizæ ℥ß,
florum 🜍 *myrrhatorum* ʒj, *pulveris ireos Florentinæ* ʒß,
confectionis alchermes ʒß, ☍ *macis* g. v, *sir. violat. q. s.*
M. F. Electuarium, de quo sæpiùs aliquid capiendum.

SPECIFICA ultimò locò, quæ non solùm qualitatibus manifestis intemperiem & infarctus pulmonum expediendi, eorundemque tonum conservandi, sed & occultis, uti censentur ab autoribus, virtutibus prædita, sunt adjungenda. *Specifica interna.*

Talia

Talia sunt VITIS ALBA, & ▽ ex eâ destillata, quam summis extollunt encomiis *Petræus in nosologiâ*, & *Finckius enchiridii dogmatico-Hermetici capite 13.*

CROCUS pulmonum anima & vita, aurumque vegetabile *ab Angelo Salâ* vocatur.

PULMONARIAM, tàm saxis, quàm arboribus, adhærentem propter signaturam deprædicat *Crollius tractatu de signaturis.*

RADIX IREOS excellit.

PULMO VULPIS vinô ablutus & exsiccatus. *Looh* item de eodem.

OLEUM FRAXINI mirificum habetur præsidium.

PULVIS ONISCORUM, seu millepedum mirè prodesse dicitur.

SPIRITUS ♀ DULCIS verum pulmonis habetur curativum.

🜍 omne videtur mereri punctum, ideò omnibus fermè medicamentis bechicis admiscetur.

Commendantur ex eo parata, *flores, lac, balsamum, rubinus* 🜍, *balsamum compositum anisatum.*

Externa. EXTERIUS ad humorum in pectore consumptionem

1\. SUFFUMIGIA parari solent, hâc tamen cautione, ne in ipsâ accessione adhibeantur propter suffocationis periculum, & aëris liberi, quô æger tunc maximè indiget, interceptionem. Hinc

℞. *foliorum tussilaginis siccatorum* ℥j, *thuris, mastiches, styracis* ana ʒß, *sulphuris* ℈j,
Excipiantur pulverisata *terebinthinâ.* F. l. a. Trochisci.

2\. ℞. *gummi juniperini* ℥ij, *tacamahacæ, succini* ana ℥j, *thuris, mastichis* ana ʒß, *styracis calamitæ, benzoës* ana ℈j.
M. D. S. Rauchpulver wider die Flüsse.

3\. LINIMENTIS regio pectoris & thoracis illinenda.

℞. ☍ ma-

℞. ⚭ *macis destillati* ℈j, *rosmarini*, *succini* a. ℈ß,
angelicæ, *hyssopi* a. gr. vj, *benzoini* gr. jv.
M. D. in vitro. S. Stärckend Haupt- und Brust-Oel.

℞. *unguenti pectoralis* ℥j, *pinguedinis humanæ* ʒvj,
olei amygdalorum dulcium ʒiij.
D. S. eusserliches Sälblein.

℞. *stercor. hirundinum* ℥iv, *farinæ fabarum*, *hord.* a. ℥ij,
⚭ *lilior. albor. chamæmeli* a. ℥iij, *butyri recentis* ℥j.
F. Cataplasma.

Vel

℞. *florum malvæ*, *liliorum alborum* a. M. j,
radicis althææ, ℥ij, *ficuum pinguium* n. viij.
seminis fœni græci, *lini* a. ℥ß.
nidi hirundinum n. j.

Coque in s. q. seri lactis ad putrilaginem. Trajiciatur per setaceum. Addantur
albi græci ℥j, *noctuæ combustæ* ʒij.
Cum s. q. ⚭ liliorum alborum & chamæmeli F. l. a. cataplasma. S. Pflaster eusserlich auffzuschlagen.

III. DIÆTA in actu curationis conveniens & necessaria restat. *Diæta*

IN NATURALI diætâ CIBI sint boni succi optimiquè nutrimenti, moderatè calefaciendi, incidendi & attenuandi vim habentes. *r.*

IN VITALI AER sit temperatus, liber, purus, nullis vaporibus crassis ac nebulosis inquinatus, vitetur frigidus & humidus: is enim motûs pectoris instrumenta torpida reddit. *a.*

POTUS sit cerevisia probè defecata & clara, cui in fermentatione salvia, hyssopus, thymus & alia injecta. Vinum quoquè tenue, subdulce, ab omni ♀ liberatum, & speciebus pectoralibus incidentibus & attenuantibus correctum, concedi potest.

Digitized by Google

3. IN ANIMALI MOTUS AC QUIES in mediocri servanda statu. Τὰ σχήματα ῥιπίζοντα *figuræ* membrorum *allevantes*, quæ ut melius habeamus, in causâ sunt, in variis commendantur *à summô dictatore*, affectibus.

Observavit illas hactenus æger in suæ respirationis actu. Cervicem dum posteriora versus inclinat, observat τὸ ῥιπίζον σχῆμα *figuram sublevantem* mediam, quâ præternaturalis respirationis euripus minùs præcipitatur. Facili tramite meat inspiratio, quæ fit aeris ἕλξει *tractu*, & exspiratio, quæ fit ὤσει *pulsu*. Faciliùs sic excipitur aer per patulas nares, ceu regiam viam, os apertum, ceu viam subsidiariam sensim compendiosiori via manat per fauces in asperam arteriam: & easdem repetit vias.

Dum lateribus lecti manus applicat, elevantur scapularum ossa, liberiusque thorax dilatari potest à musculis. Minuitur pondus, à scapulis & brachii ossibus quod augetur. Continuet hanc posituram æger.

Informatus per aures etiam spiritum duci, instanter petiit, meatum illum dilatari, sed de dilatatione, ejusdem possibilitate, & utilitate ad votum non impetravit responsum.

SOMNUS & VIGILIÆ modum excedere haud debent. Somnus à cibo statim angue pejus fugiendus. Nocturnô tempore capite coopertô magisquè elevatô dormiat æger, atquè semper in latere magis, quàm in dorso. Vigil quoquè eô se debet in lecto componere modô, quo faciliùs spirare valet.

EXCRETA & RETENTA maximè observanda. Alvus omni tempore teneatur lubrica. Veneris exercitium minimè conceditur, cum asthmaticis maximum inferre soleat incommodum.

ANIMI PATHEMATA nimia, ira, tristitia, timorquè, excutienda.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.
LIBER VI, de affectibus ventriculi.
CONSULTATIO I de cardialgiâ laborante.
HISTORIA.

VIr temperamenti calidi & ficci, colore totius corporis hepaticis maculis flavis aspeiso, gracilis, calore cutis acri, mordaci, hispidis præcordiis, capillis flavis, fiticulofus, XL annorum, matutino tempore amarum in ore sentiens saporem, in fingultus pronus, pulsus ostendens magnos, ingenio agili excellens, ad iram pronus, mediâ æstate iter instituit, diætâ ciborum calidorum, aro- *Historica relatio.*

matibus conditorum, & vinorum Hispanicorum delectatus, urinas advertens biliosas, conturbatur non parum: domum redux moderatiùs vivens videtur quidem meliùs habere, sed vespertinâ in multam noctem compotatione & comessatione commotis humoribus, & in veneris exercitiis corpore concitato, post mediam noctem sentit circà scrobiculum cordis interiùs continuam dolorosam lancinationem, sudorem cum extremorum frigore, syncopes metu, & summâ anxietate, variâque corporis jactatione hinc & inde factâ, ita ut neque in extremis membrorum figuris, in quibus musculi vel penitus flectuntur, vel extenduntur, neque in mediis, quæ ab extremis motûs æqualiter distant, acquiescat, sitis adest intensè avara, inappetentia ciborum, oris amaror, nausea, biliosi vomitus per intervalla accedunt amari & flavi. Hos excipiunt vertigines, brevi tamen transeuntes. Petit consilium.

RESOLUTIO.

Affectus species.

AFFECTUS, quo ægrotus noster affligitur, est *καρδιαλγία*, quasi *ἄλγος τῆς καρδίας* dolor oris ventriculi, à loco affecto & symptomate ita dictus. Aliàs ab *Hippocrate* in *prognosticis* *καρδίας πόνος*, in *epidemiis* *καρδιωγμὸς* nominatus, Germ. Nagen des Magens / Hertzweh / Hertzdrücken oder Hertzgespan.

Non adest simplex *καρδιαλγία*, sed conjuncta cum ANXIETATE & JACTATIONE CORPORIS.

In numerum SYMPTOMATUM ACTIONIS LÆSÆ & quidem DEPRAVATÆ meritò recipitur, quæ morbum, ut umbra corpus comitantur.

Cùm duplex sit *καρδιαλγία*, *ἐμετώδης καὶ ἀνέμετος*, notandum, hanc esse eam, quæ vomitibus conjuncta est, speciem.

Adesse AFFECTUM CARDIALGICUM, ostendunt lancinationes circà scrobiculum cordis continuæ, cum extremorum frigore, syncopes metu, anxietate & corporis jactatione, siti, inappetentiâ ciborum, amarore oris, nausea, vomi-

Digitized by Google

vomitus biliosi, per intervalla accedentes, amari, flavi, vertigines

MAGNUM est symptoma, ratione partis nobilioris laborantis & affectionis vehementiæ.

PARS AFFECTA est ventriculus secundùm orificium sinistrum, quod vulgi non solùm consuetudine, verùm etiam à medicis στόμαχον appellatum fuisse scribit *Galenus*. Ab antiquitate etiam καρδία digno suæ majestatis insignitur titulo, ob gravissima symptomata, quæ ejus affectionibus supervenire solent, similia iis, quæ verè cordi accidunt. τὸ ἐπιχείλιον μόριον.

Eveniunt autem illa, *ὅτι νευρωδέστατον καὶ εὐαίσθητον καὶ αἰσθητήριον πῶς, quia nervosissimum & exquisito sensu præditum* ob sextæ conjugationis nervos, idem coronæ instar cingentes. Situs cordis huc non leve momentum confert. Dignitati hujus partis tantum tribuit *Helmontius*, ut totum animæ sensitivæ regimen in eo cum rationali facultate sedem elegisse, scribere non vereatur

Cum verò duæ in orificio hoc occurrant partes, nervosæ, & carneæ, secundùm utramque affici credendum.

Patitur autem per essentiam.

CAUSA hujus mali duplex constitui potest: ἄμεσος καὶ ἔμμεσος, immediata & mediata. *Causæ*

IMMEDIATA est solutio continui, quæ à re distendente & divellente oritur. *immediata*

MEDIATA PROXIMIOR sunt humores biliosi, acres, salini, mordaces, & nidorosæ cruditates. *mediata proximior,*

Chimici tartareas impuritates accusant. Nullum dubium, quin ⊖ia acria & corrosiva interdum sint admixta.

ACOREM suum corruptum hic quoque accusare posset *Helmontius*.

REMOTIORES CAUSÆ NATURALES sunt temperamentum totius corporis biliosum, ut & ipsius ventriculi, in quo acre etiam fermentum generatur. Εὐαισθησία singularis orificii etiam est in causâ. Arguitur illa à crebris singultibus. Biliosæ inclinationis argumentum sunt maculæ illæ hepaticæ dictæ communiter, ubique apparentes, calor to- *remotiores.*

tius corporis acris, mordax, hispida præcordia, flavi capilli, sitis, oris amarities, in singultum pronitas, pulsus magni, ingenii agilitas καὶ εὐφυΐα.

NON NATURALES sunt, iter mediâ æstate, quâ calor nativus languet, autore *Hippocrate 1. aph. 15.* sub ardenti æstu institutum, in quo corpus valdè agitatum caloribus. CIBORUM & VINORUM calidorum usus non solùm humores accendit, sed etiam accensionis hujus in urinæ coloribus vestigia signat. Accedit iteratis diætæ erroribus novus excessus comessationis & compotationis, ut & luctæ venereæ mox post cibum sumtum. Noxiam autem crudam venerem multorum malorum ream arguunt medicinæ proceres.

Ratio symptomatum Ex his causis natus affectus, non mirum quod sequentia habuerit symptomata. Eorum nunc reddenda est ratio, & quidem

1. CONTINUA adest circà scrobiculum cordis LANCINATIO, pars enim affecta exquisiti est sensûs.

2. EXTREMORUM adest frigus, concurrunt enim calor & spiritus intrò ad auxilium tàm nobili parti ferendum.

3. SYNCOPES adest METUS, ob dissipationem vitalium spirituum.

4. ANXIETAS & VARIA adest CORPORIS JACTATIO, brevisque in mediâ vel ad eam proximè accedente figurâ commoratio, quia æger, quamvis impotens sit ad motum, præ impatientiâ tamen, alias aliò projicit partes, speratque etiam consequi figuram dolore carentem. At nullam invenit. Hinc jactationis saxum revolvit, & se miris modis debilitat.

5. SITIS oritur ob intemperiem ventriculi calidam & siccam, cruditatisque nidorosæ abundantiam.

6. INAPPETENTIA ciborum adest, resolvitur enim orificium appetentiæ sedes, & fermentum acido-salinum, partim ab intemperie calidâ absumitur, partim etiam à corruptis biliosis succis ad ventriculum transmissis à naturâ suâ, ut fami excitandæ fiat ineptum, adulteratur & alienatur.

7. AMARITUDO ORIS adest ob cruditatum biliosarum præ-

Digitized by Google

præsentiam, quæ tunicæ, ori & ventriculo communi, talem saporem suppeditat.

NAUSEA & VOMITUS adsunt amari & flavi ob easdem causas. 8.

VERTIGINES se hisce sociant, ob singularem compassionem, quæ inter caput & stomachum intercedit, natam ob positivam communionem venarum & arteriarum, cum communitate materierum, & simplicem sine communitate per nervos. 9.

Orificio huic & cerebro quoque mutua intercedit familiaritas, ratione gentilitatis & substantiæ membraneæ similitudinis, item ratione societatis in operis communione, deferunt enim utræque animalem spiritum.

Helmontius hic si interrogaretur, sensum omnem cum reactione rejiceret, & ad actionem ignoti regiminis omnia referret.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ jam attendenda, & *Prædictio.*

I. SALUTIS & MORTIS ratione, verum est, quod docuit *Plinius*, asperrimos esse calculorum à stillicidio vesicæ dolores, proximum stomachi. Historiæ veteres exemplum habent, Cajum Proculejum in maximo stomachi dolore, præ impatientiâ gypso epoto sibi consciviſſe mortem. 1.

CARDIALGIA omnis est PERICULOSA ob copiam & vehementiam symptomatum, ac curatu difficilis, nisi auxilium maturum feratur. Licet affectus hic in ægro nostro multas egerit radices, speramus cum Deo & die, remediis convenientibus cessurum, si æger diætæ legibus sese accommodaverit, est enim conjunctus cum vomitibus, quibus liberatur natura à magnâ vitiosorum humorum saburrâ.

Spes etiam est, si æger hâc vice pristinæ sanitati restitutus, præservativa remedia per tempus aliquod sumserit, à malò in futurum præservatum iri.

II. LONGITUDINEM & BREVITATEM si ad rationis examen revocemus, speramus similiter, ægrum BREVI liberatum iri. Ea enim est natura morborum, à calidis qui oriuntur causis, quod breviores sint. 2.

III. MODI

3. III. MODI EVENTUS ratione, AD SALUTEM verget extirpatâ medicamentorum, & naturæ ope vitiosâ materiâ.

Curatio CURATIO duplex: una in paroxysmo, altera extrà paroxysmum.

in paroxysmo. Indicationes. A PAROXYSMO liberari potest observatis INDICATIONIBUS, præservatoriâ & vitali.

1. PRÆSERVATORIA respicit causas per se & per accidens tales.

PER ACCIDENS tales sunt symptomata, dolor & sudor.

DOLOR indicat anodyna, 1. παρηγορικὰ mitigantia. 2. sanantia. 3. ὑπνωτικὰ καὶ ναρκωτικά.

SUDOR, & per eum contingens immodica vacuatio, indicant adstringentia.

PER SE causa est MATERIA in ventriculo collecta. Hæc quatenus peccat QUANTITATE evacuanda, per os si sursum vergat, per alvum, si deorsum. Ut peccat vitioso MOTU, revellenda per urinam: ut peccat QUALITATE acri, contemperanda epicerasticis. Quatenus est IMPACTA, revellenda clysmatibus, & κάτω καὶ ἄνω καθαρτικοῖς.

2. VITALIS INDICATIO roborandas affectas partes inculcat.

Rectus administrandi modus. ADMINISTRATIO temporis ratione variat. Si causæ per accidens magis urgeant, illis primò contraeundum; sin causæ per se, hæ è medio tollendæ.

Materia præsidiorum in paroxysmo MATERIÆ desumuntur ex consuetis fontibus.

IN PAROXYSMO SUDOR compescatur, INTERIUS *Galenus* commendat theriacam. EXTERIÙS conveniunt epithemata aquæ frigidæ quibusdam in locis, ad pulsûs loca applicata.

DOLORI SEDANDO ἐπικεραστικὰ sunt imparia. Omne punctum fert *opiatum laudanum* ad ℥ iij. exhibitum.

Si verò sudor & dolor curationem ad se trahant, SANANTIA anodyna, quæ CAUSAM respiciunt attendenda.

Chirurgica, VENÆ SECTIONEM divinum illud ac salutare levamen

Digitized by Google

men, æger admittat. Magno morbo magnum remedium est. Aperiatur mediana.

CUCURBITA magnâ cum flammâ expectationi satisfacit, si ventri adplicetur.

FRICTIONES extremorum prosunt.

FONS PHARMACEUTICUS sequitur. Ad evacuationem materiæ ante omnia commendamus sequens enema: *Pharmaceutica.*

℞. *herba chelidon. maj.* mij. *cent. min. pariet.* a. miß, *hordei, prunor. damascen.* a. mj, *sem. anisi fœnic.* a. ℥iv.
Coq. in s. q. seri lactis caprini. Colaturæ ℞. ℔j.
In his solve *elect. de psyllio* ℥ß, *mellis rosati solut.* ℥j, ⊖ ♀ri ʒß.
M. F. Clysma. Applicetur.

PURGANTIA per ALVUM sequuntur. *Purgantia.*

℞. ▽æ *cichorii* ℥iij, *sirupi violarum solutivi* ℥ß, *pulv. cholagogi Quercetani* ℈j, *spiritus citri* ℥. iv.
M. F. l. a. Potio. D. in fictili. S. Laxiertranck auf einmahl.

AD VOMITUM si æger inclinet, & εὐέμετος sit, prodest *oleum olivarum* cum ▽ tepidâ.

His ἀνω καὶ κατωτερικοῖς opiata misceri non debent.
Ἐπικεραστικὰ contemperantia conveniunt.

INTERIUS ⚇ *olivarum dulcium*, cum cerevisiâ vel jure alterato seminibus citri. LACTIS *caprini* usus proficuus est, & *serum* ejusdem.

EXTERIUS conveniunt fomenta sicca, ex scutellâ vel olleo operculo, sacculi stomachales, & humida ex *vino albo cum spongiâ.*

CORROBORANTIA sunt: *micæ panis* intincta in *succo granatorum, spir.* ⊕li & *vinum absinthites.* *Roborantia interna.*

℞. *florum stœchados Arabicæ, rorismarini* a. p. ij, *radicis calami aromatici* ʒij, *zedoariæ* ʒj, *cinam. electi* ℥ß, *cubeb.* ʒij, *spec. diamarg. fr. diamb.* a. ʒj, ⚇ *citri, ligni rhodii* a. ℥. v. *sacch. albi ad pondus omnium.*
F. Tragea. S. Starck- und Magentrisenetb.

Cochlear dimidium inspergatur super orbiculum panis similaginei in vino & succo granatorum macerandum.

externa. EXTERNA regioni ventriculi adhibita multum conferunt ad ægri salutem. In hunc finem

℞. ♁ *cydonior. rosar. myrtini* a. ℥ß, *pulv. sandali rubri* ʒj, *trochisc. de campb.* ℈j, ♁ *ligni rhodii* ℈ß, *aceti & ceræ parum.* F. Unguentum.

Curatio extra paroxysmum Chirurgica. CURATIO sequitur, quæ fit EXTRA PAROXYSMUM. E FONTE CHIRURGICO

Commendamus singulare ac nobile illud auxilium, VENÆ SECTIONEM, eo in loco, qui patet ex antecedentibus.

Pharmaceutica. EX FONTE PHARMACEUTICO, auxilia vel toti corpori prospiciunt, vel parti laboranti succurrunt. Inter hasce primò occurrunt LENIENTIA, primas vias expurgantia.

℞. *radicis gentianæ, cichorii* a. ℥j, *herbæ menthæ, centaurii minoris, endiviæ,* a. m$ß$. *flor. ceras.* p. iij, Coq. in s. q. ▽. ℞. colaturæ ℥x, adde *electuarii de mannâ Zacuti Lusitani* ℥j, *rosati Mesue* ʒiij, ♁ *chamæmeli* ℥iij, ⊖ ♀ ʒß. M. F. Clyster. Applicetur tepidè.

Biliosi humores, calidi & acres, PRÆPARANTIA frigida & humida requirunt. Prosunt hîc ▽ & *tinctura rosarum.*

℞. ▽ *rosarum, nymphææ* a. ℥iij, *sirupi acet. citri* ℥j, *spiritus* ⊕*li* ♁*tis q. s. ad amicabilem saporem.* D. in fictili. S. Digestiv-Träncklein.

HUMORIBUS ita præparatis, ordinis ratio postulat, ut ad ulteriorem evacuationem accedamus, & humorem peccantem κάτω commodis catharcticis educamus.

℞. ♀ri ⊕lati ℈. vj, *scam.* ♁*ati* ℈. xij, *elæosacch. anisi* ℈. vj. M. F. Pulvis. S. Purgierpulver auff einmahl.

VOMITUS erit proficuus, copia enim humorum vitiosorum ventriculum gravat.

℞. ⊖ ⊕li ex 🜍 parati ℈j.
S. Brech-Saltz auff einmahl. Exhibeatur cum liquore convenienti.

DIAPHORETICA ut radices hujus mali faciliùs evellantur, conveniunt.

℞. *pulv. bezoardici albi* ℈ß, *cinnabaris* ♁ii gr. v, *trochisc. de viperâ* gr. iv, ⊖ *rutæ* gr. ij, *ligni rhod.* gr. ij.
M. F. Pulvis.

DIURETICIS aliquid juvaminis adscribitur.

℞. ▽ *ononidis* ℥iij, *sirupi de endiviâ* ʒj, *essentiæ alkekengi, scolopendrii, fumariæ*, a. ℈j, *spiritus* ⊖ii ℈j. M. S. Harntreibender Tranck.

CONFORTANTIA non sunt negligenda.

℞. *confect. pretiosæ Mynsichti, specier. diamarg. frig.* a. ʒj, *conservæ rosar.* ⊕latæ ʒij, *corticum citri condit.* ʒj, *confect. alchermes* ʒj, *sacchari soluti in* ▽*â melissæ* ℥vj.
F. Confectio in Morsulis.

DIÆTA NATURALIS singularem expostulat curam. *Diæta.*

CIBUS sit εὔχυμος, εὔπεπτος, καὶ εὐκοίλιος *boni succi, facilis coctionis, alvo favens*, cremor hordei, panatella. Panis optimus succo granatorum imbutus adsumatur. Abstinentia vitetur. In vino cardiacorum vita, sit autem ὀλιγοφόρον. 1.

IN VITALI DIÆTA aër sit purus, lucidus. 2.

IN ANIMALI SOMNUS sit moderatus, & potius longior, quàm brevis. 3.

QUIES malum, quod motus exasperat, sedat.

ALVUS in officio detineatur.

Digitized by Google

CONSULTATIO II
de
chylificatione pravâ laborante.
HISTORIA.

Relatio historica.

ADolescens XXIII. annorum, temperamenti calidi & sicci, macilentus, boni appetitûs, decimo nono ætatis anno, aliquibus prægressis in diætâ erroribus, Baccho sacris & Cereri: usus enim cibis promiscuis, ferculis multis & variis, fructuum horariorum esu, multis sessionibus, ita ut nonnunquam nullo ciborum ordine observato, quater de die comederit, & in multam noctem biberit, conqueritur de ventriculi indispositione. Effluit ipsi circa quartam matutinam ex ore, sugendo tamen, sine tussi materia liquida, alba, salsa & amara. Salsa ab anno apparuerunt: amara à quatuor annis. Interdum salsa præcedunt, sequuntur amara, interdum invertitur ordo. Modò salsedo sola sentitur sed raró. Lingua supernâ parte sicca, alba ferè totâ die. Hyeme parcior, viscidior, tenacior, viridior; æstate liberalior, tenuior, albicantior est materia, & cochlearis dimidii integri quantitate, & ultra ejicitur. Durat hæc affectio per annos quatuor. Appetitus inde non dejicitur. Somnus naturalis. Cætera benè habent. Varia expertus est remedia, at omnia frustrà.

RESOLUTIO.

Affectus species.

AFFECTUS, de quo æger conqueritur, est CHYLIFICATIO LAESA, quæ aliàs *ἀπεψίας imbecillitatis* ventriculi nomine salutatur.

ESSENTIAE ratione affectus non est ex censu MORBORUM, cùm non à partium constitutione læsâ dependeat, sed est SYMPTOMA, cùm læsionem istam tantummodo sequatur, & est symptoma ACTIONIS LAESAE propriæ ventriculi, quo coctio justis, quibus debebat, non absolvitur terminis.

Dico,

Dico, symptoma esse actionis propriæ ventriculi, hæc enim est CHYLIFICATIO, quæ propriè & principaliter, ut *αἱμάτωσις* cordi, ab exortu est insita.

MAGNUM est symptoma. Hæc enim actio dum ritè peragitur, pro totius corporis vigilat salute, sin minùs, à læsione totum corpus nil nisi omnis generis mala expectare potest, vitium enim primæ coctionis non corrigitur in secundâ, nec tertiâ.

Læditur hæc actio, non quidem ablativè, ut in *ἀποσιτία*, sed diminutè & depravatè, ita ut *βραδυπεψία* adsit, & *δυσπεψία*, eaque *ὀξυρεγμιώδης, καὶ κνισσώδης acida & nidorosa.*

Appetit æger cibum, nullamque inde singularem sentit molestiam neque die, neque nocte, sed circa quartam matutinam solùm. Tum cogitur sugere, & sugendo attrahit materiam acidam, amaram, salsam, quæ etiam ex ore effluit.

De hâc variæ examinandæ sunt sententiæ. Φλέγμα. *autore Galeno 3. aphor. 12. διὰ βραχεῖαν ψύξιν γενόμενον ἢ βραχὺ γλυκύτητος ἔχον, ἢ μὴ δὲ μίαν ἐναργῆ ποιότητα, pituita ab exiguâ quæ fit frigiditate, nullam ad gustum manifestam qualitatem, aut certè paucam dulcedinem præ se ferens,* forte non est.

Nec BILIS, cùm ea colorem communicet flavum.

An SERUM, dubitari potest. Nonnulli id ex liene per vas breve cum sanguine derivant. Hoc quantitate abundans, CHYLIFICATIONIS negotium impedire potest. Ex hujus abundantiâ fluctuationes ventris & murmura oriuntur, cùm ebulliens in flatus attollitur. Hinc oritur literatorum mastix, & malum familiare, *πάθος φυσῶδες*, affectus hypochondriacus, qui etiam ægro negotium facessit.

Verosimilius est, hanc effluentem materiam esse FERMENTUM VENTRICULI CORRUPTUM.

Fermentum hoc dum benè habet, cujus sit naturæ, disquiri meretur.

Vulgò statuitur FERMENTUM, succus acido salinus, qui se gustu & visu prodit, in embryonibus in cavitate ventriculi sapienti naturæ consilio contentus, in adultis inter

by Google

tunicam ventriculi crustosam glutinis instar hærens, qui ciborum reliquiis auctus, coctionem ciborum promovet.

FERMENTUM hoc acceptum BILI ferunt alii. His tamen adsensus præberi nequit, cùm ordinariâ naturæ lege in ventriculo non reperiatur. Licet enim in voracibus animalibus ductus ex vesiculâ fellis in ventriculum observati fuerint, id tamen ad naturæ lusum potius referri meretur, nec ab eo ad reliquorum viventium naturalem constitutionem valet consequentia.

SERUM arteriosum nominat *Deusingius*, quod ad ventriculum pertingens peculiari ejusdem vi alteretur, & fermenti rationem induat.

A SUCCO PANCREATICO derivant alii.

MELANCHOLIÆ, quam per vas breve in ventriculum derivari volunt, adscribunt *nonnulli*.

Nonnullis videtur suppeditari hoc fermentum ab arteriis stomachicis.

Alii salivam ab ore suppeditatam censent.

Vera sententia esto, esse reliquias ciborum naturæ instituto in ventriculo relictas, ad fermentandum ingestum cibum à naturâ destinatas.

τὸ ὑπο-κείμενον [illegible]ν.

SUBJECTUM est VENTRICULUS, id patet tùm ex ægri relatione, quâ se molestiam circa ventriculi regionem percipere fatetur, tum ex eo, quòd materia per œsophagum sine tussi adscendat, non verò per asperam arteriam cum tussi.

Afficitur VENTRICULUS secundùm utrumque orificium. DEXTRUM nimis est clausum, ita ut chylus justo non descendat tempore: non unâ vice descendit ad inferiora chylus, sed pedetentim, justum temporis observans intervallum. SINISTRUM minùs rectè clauditur, sed transmittit corruptum illud fermentum in œsophagum. FUNDUS etiam malè habet.

Afficitur VENTRICULUS per se, sive per essentiam, simul etiam per consensum hypochondriorum, infirma

Digitized by Google

Infirma etiam habet viscera sub iis contenta, ventriculum jecur, lienem, pancreas.

CAUSA duplex constitui potest, ἄμεσος καὶ ἔμμεσος. *Causa: immediata,*

IMMEDIATA est alteratricis facultatis frustratio ob facultatem læsam.

Læditur hæc ab INTEMPERIE ceu MEDIATA PROXIMA CAUSA, partim calidâ, partim frigidâ, cum modò acoris adsit sapor, modò amaroris, quæ ad κνισώδην referri potest. Vel, si malis INTEMPERIEM FRIGIDAM solam, illa etiam admitti potest. Ad legitimam χύλωσιν requiritur calor, tùm ventriculi, tùm ciborum. Ventriculi calor augeri potest calore vicinarum partium naturali, sed nihil hinc inde spei, cum ventriculi tonus planè vacillet. Inde etiam non potest non sequi depravata χύλωσις. *mediata, proxima.*

Inducitur hæc intemperies frigida 1. à viciniâ refrigerantium 2. quantitate & qualitate peccantium ciborum, adeoque partim resolutione, partim suffocatione.

Chimicorum proceres sequi qui amat, & ille causam, quam in medium adducat, reperiet, nempe ⊖ resolutum, amicum confœderationis jugum ☿ii & 🜍is exuentem.

EX FERMENTATIONIS PATRONORUM mente corrumpi potest fermentum à ventriculi impuritatibus, pravisque à liene communicatis vel inspiratis vaporibus. Ut illud, bonum si sit, præest vitæ gubernaculo, naturæ vitalis specificum est donum, continet principium transmutationis, ejus est primaria causa, & absque eo nulla fit transmutatio & coctio; ita etiam si malè habet, nulla fit chylificatio naturæ conformis instituto.

HUMOR PANCREATICUS si hic accusandus, dici posset, coctionem & ventriculi archeum turbari à flammeâ materiâ ex intestino jejuno succo pancreatico peccanti mistâ, ascendente.

REMOTIORES MEDIATÆ NATURALES symbolum conferunt in TEMPERAMENTUM VENTRICULI FRIGIDUM. Frigidus naturâ venter ad appetendum valet plurimùm, *remotiores.*

mùm, ad coquendum minimè. Licet CALIDUM sit totius temperamentum, frigidam tamen VENTRICULO inducere potest TEMPERIEM. FRIGIDITAS adest non quidem POSITIVA, sed PRIVATIVA, cum calorem ventriculi, calor jecoris & vicinarum partium absumat.

2. Ex REBUS NON NATURALIBUS merito AEREM CALIDIOREM accusamus. Hic coctionem debilitat.

Inde hyeme æger parciorem materiam emittit, ÆSTATE copiosiorem, evidenti argumento, quòd coctio brumali tempore laudabilior sit. Ventres hyeme & vere naturâ sunt calidiores, *lib. 1. aphor. 15.*

MOTUS corporis defectu peccans, etiam suum confert ἐπιβάλλον μέρος. Indulsit noster æger intempestivæ quieti, multis sessionibus, quæ minùs commodè adhibitæ tantùm abest, ut coctionem facilitent, quin potiùs morentur.

VICTUS RATIO in nostro ægro sub causarum clypeo latet.

CIBUS peccat in nostro, quantitate, qualitate & utendi modo. Ingessit quater de die cibum, & priori nondum concocto, alterum ingurgitavit. Delectatus est fructibus horariis, frigidis, mali succi, & difficilis coctionis. Fercula varia promiscuè, nullo debito ciborum ordine observato, amavit. His obruitur ventriculi calor. Ut modico oleo admisto viget & nutritur lucerna, ab immodico verò suffocatur; sic etiam ventriculi calor debitâ ciborum proportione sustentatur, ab excedente verò cumulo vel planè extinguitur.

In multam noctem sæpè bibit. Quî aliter de hoc homine natura disponere potuit, quin maculam coctioni inureret.

ANIMI affectus impediunt coctionem. Refocillationem spirituum disgregavit subitanea post cibum sumtum diligentia & studium, & à coctione spiritus præposterè avocavit.

3. Ex REBUS PRÆTER NATURAM omnem facit paginam intemperies viscerum adjacentium calida, δυσκρασία est

eſt inter ventriculum & jecur: hoc calidum, ille frigidus: inde naturalis coqui communis vigor languet.

SYMPTOMATA etiam attendenda. *Ratio ſymptomatum*

NON NISI VALIDA ſuctione ſurſum attrahitur mate-
ria hæç fermentalis corrupta, lenta enim eſt ac viſcida. 1.

ATTRAHERE eam æger cogitur, quia irritatur expul- 2.
trix facultas.

NON RETINETUR à naturâ irritatâ, quia non eſt ei 3.
amica, ſed adverſa.

SUCTIO ut accedat neceſſe eſt. Non ſufficiunt expel- 4.
lendo membranoſæ fibræ ventriculi obliquæ: nec carneæ fibræ, œſophagiæi muſculi, ſed pharyngiæi faucibus dicati in auxilium adſciſcuntur.

TUSSIS NULLA adeſt, quia in pulmonibus non col- 5.
ligitur materia.

VOMITU non ejicitur, quia materia pauca eſt. 6.

SALSA eſt materia & AMARA. Talis ſaporis eſt na- 7.
turaliter habens fermentum, quem corruptum etiam & alienatum æmulatur.

CUR à quatuor annis affectus hic affligit ægrum? ℞. 8.
ab eo tempore primum erroribus diætæ indulſit.

CUR non ſemper idem ordo in excretione obſervatur, 9.
ſed modò ſalſa procedunt &c. ℞. Naturam pro arbitratu ſuo modò illa, modò hæc prius ejicere, prout hæc vel illa magis ſunt moleſta.

LINGUA ſupremâ parte ſicca eſt, alba ferè totâ die, 10.
exſugitur enim, & humiditate naturâ ſpoliatur. Alba eſt totâ die, quia per ſalivales ductus non irrigatur.

HYEME parcior eſt materia, coctio enim ob ἀντιπερί- 11.
στασιν tum vegetior, & minor corruptio.

PROGNOSIS ſequitur I. SALUTIS & MORTIS. Ma- *Prædictio.*
ximi momenti eſſe hunc affectum, indicare videtur generalis 1.
illa ab Hippocrate, ceu ex tripode enunciata ſententia: ventris ſtupor omnium confuſio. Speramus meliora, cùm ſaltim chylificatio ſit imminuta. Actiones aliæ BENE HABENT, functiones multæ ad vitam ſimpliciter, & benè

peragendum necessariæ ritè peraguntur, vires non sunt prostratæ, somnus adest naturalis, nec appetitus dejectus. Cum etiam non tàm per se, quàm per sympathicam infirmitatem hypochondriorum lædatur ventriculus, adhuc amplior bonæ spei adest proventus. Videtur enim hoc vitium quàm plurimum pendere ab erroribus externis. Inde modò diætæ regulis se astrinxerit, & obœdientiam, quam promisit, præstiterit, cum Deo & die in pristinum statum restitutionem expectamus.

2. LONGIORIS MORÆ videtur hoc SYMPTOMA, cùm jam tum per annos duraverit. A frigidis etiam qui oriuntur causis affectus, longiores consveverunt esse iis, qui à causâ calidâ.

3. MODI EVENTUS ratione, AD SALUTEM vergere potest eductâ vel medicamentorum, vel naturæ ope vitiosâ fermenti saburrâ, & restagnante in ventriculo materiâ, aliisque bonæ notæ cibis & medicamentis subministratâ laudabilioris fermenti materiâ, ut vigor redeat pristinus ventriculo.

Curatio. CURATIO nititur Methodo medendi & materiis præsidiorum.

Indicationes. METHODUS medendi occupata est in tribus indicationibus eruendis: Curatoriâ, Præservatoriâ, & Vitali.

Materia præsidiorum. MATERIÆ præsidiorum ex tribus sumuntur fontibus: Chirurgico, Pharmaceutico, Diætetico.

Chirurgia. CHIRURGIA generosum licet sit remedium, hic tamen adeò necessaria non videtur: locum enim habet non quidem in intemperie simplici, sed materiali, & conformationis, calidis morbis, inflammatione, & humoribus biliosis: nisi fortè admittenda esset ratione intemperiei calidæ jecoris, quæ calorem suffuratur ventriculo.

Possemus itaque hâc de causâ in nostro ægro V. S. in brachio ad ℥iij. iv. admittere..

Promtiorem & aptiorem nobis præstat operam FONS PHARMACEUTICUS.

Pharmacia. Fermentum quod in ventriculo stabulatur corruptum, educendum. Huic scopo inserviunt LENI-

Digitized by Google

LENIENTIA per os & alvum. Inter lenia vomitoria primas tenet ▽ *tepida mista cum oxymel. simpl.* vel *compos.* Hæc *teste Celso*, vel nunquam sine vomitu sumitur. ▽ *raphani* etiam vomitum movet. *Quercetanus* laudat sequens. *Lenientia.*

℞. *mannæ vomitor.* ℈j. Exhibeatur cum *sir. scillit.*

LENIENTIA per alvum non negligenda. Sunt ea calefacientia & abstergentia, in intemperie ventriculi frigida: mitia tamen securiora sunt, ne ventriculum offendamus.

Galenus 8. de compos. medicam. probat *aloën.* Exsequi potest commendationem *aloe correcta*, *rosata*, vel *violata*.

PILULARUM forma multis gratia. Facient officium *pilulæ trium regnorum Rolfincianæ*, *Francofurtenses*, & *Glassianæ*, vel

℞. *MP. cholagogæ Quercet.* ℈ij, *essent. aloeticæ Rolfinc.* ℈ß.
F. l. a. pilulæ 36. Involvantur *magisterio C. C.*
D. in pyxide. S. Laxier-Pillen auff dreymahl im Anfang der Mahlzeit zu nehmen.

PRÆPARANTIUM loco sint *oxymel simpl.* & *compos. cryst.* ♀, & reliqua ♀*sata.* *Præparantia.*

℞. ⊖ *absinthii* ℈ß, *centaurii min.* ℥. vj,
♀*ri* ℥. iij, *elæosacch. menthæ* ℥. ij.
M. D. in chartâ triplici distinctâ pro tribus dosibus, in jusculo sumendis.

Jam materia per PURGANTIA propriè dicta educenda ἄνω vel κάτω. Quoniam hîc materia adscendit, & cum humor, *autore Hipp. 1. aphor. 21.* educendus sit, quorsùm vergat, ex usu esse possunt VOMITORIA. *Purgantia.*

℞. ⊖ ⊕*li* ℈j, *sacchari canthi albi* ℈ß,
M. D. in chartâ. S. Brechsaltz uff einmahl.

PER ALVUM PURGANTIA etiam adsocianda.

Digitized by Google

℞. *trochisc. albandal.* ℈ß, *gialapii* g. vij. *extracti Rolfinc. catholici* ℈ß, *sir. cinamomi q. s.*
F. Pilulæ n. XXIII. D. S. Purgier-Pillen auff einmahl.

℞. *magist. gial. cryst.* ♀*ri* a. g. IX. *elaeosacch. anisi, citri* a. g. ij.
M. F. Pulvis.

Hæc materia peccans cùm non possit pelli ad circumferentiam, DIAPHORETICA vix ex usu esse poterunt.

Nec DIURETICIS adeò magnum levamen persentiet.

Alterantia. Eductâ itaque vitiosâ saburrâ, ALTERANTIA succenturianda. Satiùs autem est hìc temperatè calida adhibere, ne in alterum extremum delabamur.

℞. *elix. stomach. Rolf.* ʒj, *propr. cum essent. absinth. par.* ʒß.
M. D. in vitro. S. Magen-Elixier. 30. gt. pro dosi.

℞. *essentiæ menthæ* ʒß, *misturæ de tribus* ʒiß.
M. D. in vitro. S. Magen-Mistur. Dos. 20. gt.

Specifica. SPECIFICA qui magnifaciunt, laudant tunicas ventriculi gallinacei, *Riverius lib. IX.* ut singulare extollit, cùm hanc vim à ⊖e tunicarum ventriculi fixo derivet. Elici enim posse ⊖ ex ventriculo affirmat. Sed hoc de medicamento suum exponit *Galenus* judicium, falsam & vanam esse promissionem, quæ de hujus virtute circumfertur *lib. II. de simpl. med. facult.*

AROMATA nonnulla alterantium vice esse possunt, *Piper, Zingiber in Indiâ conditum.* Imprimis adjumenti quid sperare jubemur à *Cratone in cons. med.* si deglutienda grana integra *piperis* præscribamus. Hæc enim uti optimè emendant intemperiem ventriculi frigidam, ita etiam hepati nullum afflant caloris augmentum, sed ut deglutita sunt, excernuntur.

ROBORARE ventriculum ELECTUARIO, non erit inconveniens.

℞. *cons.*

Digitized by Google

℞. *conf. rosarum* ⊖*latæ*, *menthæ* a. ℥iv, *corticum citri*, *aurantiorum condit.* a. ℥j, *nuc. moschatæ cond.* n. j, *pyror. moscatellinor.* n. viij, *magisterii coralliorum* ℈j, *perlarum* ℈ß, *rad. ari pulverisatæ* ʒj, *sir. conservat. zingib.*
F. q. f. Electuarium.
D. in vase. S. Stärck-Magen-Lattwerge.
Præbeatur ter in die magnitudine nucis castaneæ.

THERMÆ an ex usu esse queant, quæritur. *Galenus* eas commendat, cùm dejectoriâ virtute polleant. *Thermæ.*

ACIDULARUM ad usum tanquam ad sacram anchoram confugimus, cùm hepar æstuet, & hypochondria malè habeant. Ægranæ sunt convenientes. Multorum annorum curriculo horis matutinis & vespertinis bibebantur: nunc verò solis matutinis. His solis etiam contentus vivat æger noster. *Acidulæ*

TOPICA, quæ ad corrigendam ventriculi intemperiem applicari possunt, minùs tutò applicantur anteriùs ob viciniam hepatis, sed spinæ ventriculi è regione apponantur. *Topica.*

℞. *ceroti stomachalis* ℥ij. Distendatur in aluta rubrâ, applicetur spinæ.

BALSAMUM STOMACHALE potest esse tale:

℞. ℴℴ *nuc. moschatæ expressi* ʒj, *anisi*, *cumini*, *fœniculi*, *absinthii*, *menthæ* a. g. v, *balf. de peru* ʒß.
D. in pyxide. S. Magen-Balsam. Inungatur eo scrobiculus cordis.

DIÆTÆ REGULÆ observandæ

NATURALIS: cibus sit ἐυπεπ]@- ἔυχυμ@-, καὶ ἐυώδης. Panis sit benè subactus, cibi benè aromatisati, justo temperati moderamine. Bis de die capiat cibum, parcior sit cœna prandio. Potus concedi potest vinum tenue, vel simplex, vel medicatum, absinthites robur conciliat ventriculo, vel panis irrigetur vino, ne jecori caliditas vini noxam inferat. *Diæta*

Digitized by Google

α. AER in VITALI sit temperatus, ad frigidiusculum vergens.

β. EX ANIMALI. ANIMI AFFECTUS temperandi. Studia instituantur non statim cibo adsumto, sed interposito unius aut alterius horæ intervallo.

Ut MOTUS moderatus omninò confert coctioni, ita QUIES intempestiva nocet.

VIGILIIS absumuntur spiritus, SOMNO refocillantur. Somnus cibos concoquit, & humores excoquit. Vitetur diurnus. Inchoetur decubitus in latere sinistro, ad coctionis initium facilitandum: continuetur in dextro, ut chylus sensim per pylorum descendat in intestina, sicque fundum minus mole gravet & pondere.

VENERI, cùm vires enervet, calorem nativum depauperet, & spiritus absumendo corpus debilitet, omnem portam claudimus.

ALVUS si naturâ lubrica non sit, arte solicitanda.

CONSULTATIO III

de cholerâ humidâ laborante.

HISTORIA.

Relatio historica. VIr reverendus, triginta quinque annorum, temperamenti calidi & humidi secundùm jecur & cerebrum, frigidi autem secundùm ventriculum, causarius, mense Junio per octiduum correptus fuit quodam fluore alvi, dejicit singulis diebus sexies, septies, unde valdè debilitatus, in publicum sine periculo λειποθυμίας prodire non potuit. Die quodam, quô præter consuetudinem se vehementius moverat in choreâ, esui suillæ carnis, & vini usui liberalius indulserat, ad iramque commoveri se passus erat, alvus soluta octies est. Circà vesperam correptus est dolore sub scrobiculo cordis punctorio, mordicante & divellente, per quadrantem horæ durante, evomitque materiam heterogeneam, flavam & pituitosam, alternis vicibus vomit, & alvum dejicit

Digitized by Google

jicit per duos dies, perſeverante eodem dolore ventriculi, & angore cordis, nonnunquam quidam ſpasmus crurum accedit & ſingultus, extremorum frigiditas, ſyncope, quæ tamen interdum remittunt. Febri tamen caret. Ante tres ſeptimanas inordinatè vixit, nuptiis enim ruri interfuerat, carnes fumo induratas avidè comedit, quas tamen non poteſt concoquere, vina Rhenana bibit, Venereis armis nimis prodigè uſus. De agendis ſolicitus eſt.

RESOLUTIO.

AFFECTUS eſt CHOLERA, quam, licet *Alexander Trallianus* nomen accepiſſe ſcribat *libro 7. cap. 16.* ἀπὸ τῶν χολάδων, *ab inteſtinis*, quæ *Hippoc.* χολάδας vocat, nos tamen imitati *Cælium Aurelianum*, *lib. 1. acut. cap. 19.* nomen hujus morbi natum judicamus, ἀπὸ τῆς χολῆς, quoniam & infrà & ſuprà bilis excernitur, ſic *Galen. 2. methodi medendi cap. 2.* refert hunc affectum inter morbos, qui à causâ putatâ nomen acceperunt, imitatus Gnidios medicos, qui ἀπὸ τῆς χολῆς, ſemper fieri judicabant. Quamvis autem ſemper id verum non ſit, cùm interdum etiam ab aliis oriatur humoribus, nihilominùs antiquam appellationem retinebimus. *Affectus Species.*

ADESSE CHOLERAM, ſatis patet ex formâ & modo excretionis. Adeſt enim moleſtiſſima toto genere ſymptomatica, nata à feritate indomitorum humorum, unà pariter ſurſum deorſumque κακοήθεα τρόπον vacuandi non faciens, ſed naturam exſolvens excretio, quâ eodem tempore per ſuperna & inferna excernit heterogeneam materiam. Hanc autem choleræ propriæ eſſe docuit *Galen. 3. de ſympt. cauſ. c. 2.* Neque ſolùm adeſt excretio per ſuperna & inferna, quæ in complicato affectu ex vomitu & alvi fluxu adeſſe etiam poteſt, verùm conjuncta eſt ſymptomatibus graviſſimis. Dolor adeſt orificii ventriculi punctorius, mordicans, & divellens cum angore cordis, & interdùm cum levi palpitatione, reſpirationequè ſatis concitatâ.

ADEST itaque CHOLERA, non quidem, SICCA quæ fit à ſpiritu flatuoſo & acri, ſed HUMIDA, excernitur enim materia heterogenea, flava & pituitoſa.

PARS

Digitized by Google

τὸ ὑποκείμενον μόριον.

PARS AFFECTA in cholerâ constituitur à *Celso lib. 4. cap. 11.* VENTRICULUS & INTESTINA. Inde etiam commune ventriculi & intestinorum vitium appellat, dubitatquè, an magis ventriculus, an intestina laborent. Hanc dubitationem solvit *Galenus 3. de caus. sympt. c. 2.* præcipuum locum affectum in cholerâ esse ventriculum, secundariò intestina & gulam. Ideoquè statuendum est in nostro ægroto, VENTRICULUM esse partem primariò affectam, intestina autem secundariò.

VENTRICULUS affici potest secundùm totum, vel secundùm partem. In nostro ægroto cholerico afficitur denominativè secundùm totum, principaliter autem & inhæsivè secundùm utrumque orificium æqualiter, nam vomitus & dejectio æquali infestant vehementiâ.

VENTRICULUS affici potest, vel per essentiam, vel per consensum.

In nostro ægroto afficitur partim per essentiam, partim per consensum: per essentiam quidem à cruditatibus in ipso collectis, magis tamen per consensum, irruentibus in ipso acribus humoribus collectis in jecore & vasis mesaraicis.

Causa immediata.

CAUSA efficiens IMMEDIATA una erit ex duabus symptomaticæ vacuationis causis, quas proposuit *Galenus 3. de natural. facult. cap. 13.* immodica irritatio expultricis, vel imbecillitas retentricis.

In nostro ægroto vacuatio hæc immodica fit ob immodicum motum expultricis utriusque orificii irritatæ. Quamvis retentrix simul sit læsa, tamen quæ primò & præcipuè offenditur, est expultrix, quâ offensâ consequenter etiam læditur retentrix.

Mediatæ proximiores.

MEDIATAE causæ quæ utiles præbent indicationes, & ad quas dirigitur curatio, PROXIMIORES sunt HUMORES biliosi, pituitosi, acres, non simplici solùm peccantes irritamentô, sed peculiari & specificâ, quæ ad antimonialem rectè referri potest, κακοηθείᾳ & corruptione, & in puncto momentoque temporis imprimi potest. Diuturna morborum

borum generatio: impressio verò formæ morbificæ ἐν ἀκαιρεῖ χρόνῳ fieri potest.

Humores hi peccantes, hoc modo geniti, partim in ventriculo, partim in jecore & vicinis locis collecti, bonos quoque humores alios infecerunt, & corruperunt, quemadmodum in hypercatharsi medicamenta humores movere, fermentare, ea ad proclivem ad intestina lapsum instigare solent.

In VENTRICULO geniti sunt, ob læsam coctionem & chylificationem. Læsa est chylificatio in nostro ægroto

I. ob FACULTATEM LAESAM, INTEMPERIES frigida adest, introducta 1. non per extinctionem 2. nec per suffocationem caloris 3. nec per marcorem, sed 4. per resolutionem caloris, à jecoris vicini caliditate. Vix enim benè concoquere potest, cui jecur est præcalidum: siquidem caliditas illa extranea ventriculi humidum naturale resolvit, & calorem nativum extingvit. Insitus quidem calor juvatur ab alterius membri calore si is sit temperatus: destruitur autem si is sit intemperatus.

II. OB ERROREM EXTERNUM etiam chylificatio læsa est ab erroribus in diætâ.

Has ob causas læsæ chylificationis generatæ sunt hæ cruditates in ventriculo, quæ tamen non suffecerunt ad introducendum affectum tàm sævum, sed necesse fuit, in aliis partibus similes cruditates coacervari, & quidem

IN JECORE & VENOSO GENERE, unde etiam cholera definitur insignis & reciproca materiæ translatio, à toto ad ventriculum & intestina. In jecore autem fuisse tales cruditates coacervatas mirum non est, cùm errores primæ concoctionis in secundâ non corrigantur.

REMOTIORES MEDIATÆ CAUSÆ sunt res naturales, non naturales, & præter naturam. *remotiores*

INTER NATURALES excellit IMBECILLITAS VENTRICULI *in retentrice* utriusquè orificii. In naturalibus facultatibus autem id observatur, ut contrariâ læsâ, contraria *naturales,*

fiat fortior. IMBECILLITAS etiam adest *in concoctrice*, unde multæ generantur cruditates. Utraque imbecillitas cùm sit insignis, fit, ut sæpè per intervalla affectus redeat.

Εὐαισθησία seu *acutus exquisitusquè* ventriculi *sensus* ex orificiorum raritate & texturæ teneritudine hîc locum habet, ventriculumque ægroti ad patiendum aptum reddit.

Neque renuit ἐπιβάλλον μέρος conferre ÆTAS. Ætatem juvenilem excessit. Τοῖς δ' ὑπὲρ τὴν ἡλικὴν χολέραι.

non naturales. INTER RES NON NATURALES AER ab anni tempore alteratus occasionem præbuit. JUNIUS mensis occupat æstatem æstuosam, humores concitantem. Θέρεϊ δὲ μάλιστα πάθος τὸ δὲ ἡ ὥρη θέρεος, *æstate malum hoc grassatur*, scribit *Aretæus.*

MOTUS corporis in choreis ducendis in multam noctem commovit humores.

VICTUS prava ratio ferè omne punctum fert. Quod Bianti pugili apud *Hippocratem* accidit *5. epidem.* idem & nostro ægro. Uterque modum excessit in esu carnium porcinarum, & ebrietate vini odorati.

IRA ad subversionem non mediocrem ansam porrexit.

Symptomatum ratio. Ex his causis ortus affectus, non mirum, quod in consortium sequentia adsciverit SYMPTOMATA.

1. DOLOR ventriculi exortus est, dum humores acrimoniâ suâ orificium superius lancinaverunt, & copiâ nervosam & fibrosam ejus substantiam distenderunt.

2. VOMITUS & ALVI DEJECTIO ingruerunt, irritatâ ab iisdem expultrice, & alternis vicibus ægrum debilitarunt, cruditatibus interdum etiam simul per arterias in ventriculi & intestinorum cavitatem incidentibus.

3. ANGOR cordis & pulsus interceptus conjuncti fuerunt huic vomitui, propter vicinitatem situs & vasorum communionem. Maximum esse utriusque partis, cordis & ventriculi orificii consensum, antiqui testari voluerunt, dum, *ut refert Galenus 4. aphor. 17.* καρδίας appellationem cordi & superno orificio communem tribuerunt.

Atquè

Atquè hæc sufficiant de essentiâ & causis horum affectuum. Sequitur

EVENTUS. De quo quid sperandum, ut sciatur, ante omnia considerandus fons SALUTIS & MORTIS. Periculosus est affectus, essentialiter INHAERENTIUM speciei & vehementiæ ratione. *Prædictio.* 1.

SPECIEI ratione CHOLERA est periculosa ex suâ naturâ.

VEHEMENTIA est magna, propterea etiam metuendum, ut vires ad finem morbi perdurent.

SYMPTOMATA adsunt pro gravissimis habita ab antiquitate: extremorum frigiditas, syncope, *συνολκὴ τῶν μηρῶν crurum & surarum convulsio*, singultus.

Cùm tamen sæpè monstra occurrant in eventibus morborum, non ex toto desperabimus. Videmus enim sæpè periculosè decumbentes evadere. Qui Athenis ægrotabat ex cholerâ, vires habebat languidas, excretiones enormes, singultus notabiles, attamen accepto medicamento helleborato convaluit miraculosè. Ideò nequè hîc spem abjiciemus, & ne in ullâ officii parte desimus, celeriter succurremus.

BREVIS enim est morbus, acutusque imò acutissimus. 2. *Alexander Trallianus* in omnibus morbis acutis properandum esse docet ad curationem, maximè omnium autem in cholerâ. Ἀναβολὴ μὲν γὰρ ἐπὶ πάντων τῶν ὀξέων νοσημάτων κακόν: ἐπὶ δὲ τοῦ πάθους τούτου ἡ τυχοῦσα τῆς θεραπείας ὑπέρθεσις οὐχ ἁπλῶς βλαβερὰ, ἀλλὰ καὶ παντελῆ φθίσιν ἐπιφέρει πολλάκις. *Dilatio in omnibus morbis acutis nociva est: in hoc autem affectu etiam exigua ac levis curandi mora haud simplicem offensam, sed etiam absolutam tabem inducit.*

Acutum morbum esse choleram nonnulli negant, cùm careat febre. Dixit autem *Hippocrates* inseparabilem ab acutis esse febrim. Sed facilis est responsio, illum loqui non de omnibus acutis, sed de iis solùm, quæ cum inflammatione sunt acuti. Cholera autem sine febre acutus est morbus, quia habet duos acutorum characteres vehementiam & brevitatem, imò nonnunquam uno aut altero die hominem interimit.

In nostro tamen ægroto speramus brevi curatum iri, & ut notetur etiam

MODUS EVENTUS, terminatum iri factâ sufficienti materiæ evacuatione per alvum & vomitum, quæ nunc temporis impetum movet ad has partes. Sequitur nunc

Curatio. CURATIO. Si de

METHODO CURATIVA sit sermo, nititur INDICATIONIBUS duabus: quarum una fluxum, altera vires respicit.

Primum locum obtinent CURATORIA & PRAESERVATORIA. Quamprimùm fieri potest, humores acres, qui raptum habent ad ventriculum & intestina, I. quâ peccant quantitate, evacuandi. II. quâ acrimoniâ, contemperandi. III. quâ motu, 1. fluxibilitas incrassanda. 2. viæ, per quas fluunt constringendæ. 3. expultrix ipsa obtundenda. Malignitas & peculiaris corruptio specificis, si nota esset, generalibus autem, cum ignota sit, edomanda.

VITALIS sequitur indicatio. Vires corroborandæ totius & cordis, maximè enim illæ dissipantur, ergò regenerandæ. Ventriculus etiam corroborandus, ne humorem influentem recipiat.

Rectus horum remediorum usus jubet urgenti occurrere, & quia in nostro ægroto affectus vehemens quidem est, sed tamen in mediocri gradu, denique per intervalla dolor, convulsio, & syncope inducias, ordinariam curationem instituere possumus, inchoando ab illis, quæ vacuant materiam irritantem, & acrimoniam ejus contemperant. Deinde accedere possumus ad roborantia, & astringentia.

Materia præsidiorum. Chirurgia. MATERIARUM ex fonte chirurgico

Prima occurrit venæ sectio. Non convenit, neque indicatur, neque vires eam ferunt. Inter præsidia chirurgica nullum ex usu est, quam revulsionis gratiâ, VINCULA dolorifica in externis, tam manibus quam pedibus applicata, quia dejectio & vomitus pari infestant vehementiâ.

Cucurbitulæ. CUCURBITULAS cœcas applicari jubent quidam ventri-

ventriculi regioni, ad vomitum sistendum; sed nisi materia probè expurgata fuerit irritans, ab iis abstinendum. Applicari autem possunt externis coxis, natibus & brachiis ad revulsionem & retractionem humorum fluentium à centro ad circumferentiam.

Φαρμακεία. Eo usquè vacuatio humorum adjuvanda & facilitanda, quousque conatus adest, nausea & materia irritans, tum per vomitum, si dejectio major, tum per secessum, si vomitus major. Et quia in nostro ægroto tàm vomitus, quàm dejectio æquè molesta sunt, interdum est adjuvandus vomitus, interdum alvi dejectio. *Pharmacia.*

Vomitoria per *τὰ ἄνω* vacuantia quidam nunquam exhibenda esse judicant, quantumvis dejectio sit major, dicentes: acria excrementa non esse dirigenda ad partem, in qua magna symptomata oriri possunt. Tale autem est orificium ventriculi supernum. Nihilominus sumus in illâ sententiâ, ea non posse omninò in cholerâ improbari, non quidem FORTIA, qualibus usus *Hippocrates* in ægroto decumbente Athenis, mirum enim est, ipsum ab helleboro cum lenticulæ decocto exhibito, non fuisse è vivis sublatum, aut minimum pejus habuisse, sed *Vomitoria.*

LENIA *ἀνακαθαρτικά* præcipuè in pronis ægris, non quidem talia, quæ valdè humectant & glutinosa sunt, ut olea, lac, sed ea quæ non adeò relaxant: ut oxymel & decoctum raphani, eaquè in minori copiâ.

Ideoque & nostro ægroto cum fructu exhiberi poterit jus pulli, in quo decocta sunt *semina citri*. In colaturæ dimidiâ parte dissolve *oxymel simplex* ad ℥ij.

MALIGNITATI resistentia hîc addenda, si vestigia ejus advertantur.

℞. *florum juglandium exsiccat. pulveris* ʒj.
D. in chartâ. S. Brechpulver uff einmahl.

Exhibeatur in jure gallinæ ad ℔¼

℞. *sori caprini vel vaccini* ℔ß. *oxymellis scillitici* ℥ij,

 radicis

radicis zedoariæ pulverisatæ ʒj,
M. Dimidium porrigatur, si non respondeat voto vomitus, altera medietas etiam propinetur.

Clyster. CLYSTERES lenientes & abstergentes, per τὰ κάτω etiam conveniunt, sine sale, quia bilis per se stimulat.

℞. *juris carnium vitulinarum* ℔ß,
decocti hord. ℥viij, *olei florum verbasci* ℥j.
M. F. Clyster. Applicetur.

Alius clyster à *Platero* commendatus, *observ. lib. p. 753.*

℞. *radic. lilior. albor. exsiccat.* ℥ij, *althææ* ℥iij,
herbæ malvæ, betonicæ ā. Mj,
flor. chamæmeli, meliloti, furfuris ā. Mß,
sem. fœni græci ℥ij, *citri*, ℥ß, *sennæ* ℥ß.
F. Decoctum. Colaturæ ℔j adde
mellis rosacei ℥j, ☍ *chamæmelini* ℥j,
benedictæ laxativæ ℥ß, *succi betæ* ℥j.
M. F. Clyster.

Purgantia. Per os quæ exhibentur PURGANTIA, etiam conveniunt. *Petrus Faber* summis laudibus extollit ☿. *dulcem* ad ʒß,
in conservâ rosarum ʒj. S. Purgier-Zucker.

Acquiescere satius est in vegetabilibus, cum irritatio major videatur evacuatione.

℞. *gialapii resinosi pulv.* g. xvj, *perlar. ppt.* g. ij.
M. F. Pulvis. S. Laxier-Pulver.

Hoc modo materiæ dum detrahimus per alvum, non negligi debent, quæ lenissimè movent SUDOREM.

℞. *bezoardici mineralis, lapid. bezoardici animalis orientalis* ā. g. ij, *C. C. sine igne calcinati* ℈ß.
M. F. Pulvis. S. Bezoardisch Schweiß-Pulver.

His

His subjungantur, quæ CONTEMPERANDI humores acres & malitiosos vim habent. Varia esse possunt.

INTERNE excellunt EMULSIONES *amygdal. dulc.* cum *sem. refrigerantibus.*

Addi possunt astringendi vi prædita, ut *succus granatorum acidorum* & *mororum.*

℞. *amygdalorum dulcium enucl.* ℥ij, *sem. 4. frig. major.* a. ʒij, *nucl. persicorum* ʒj.
F. Emulsio *in* ▽ *hordei* ℔iß, *veronicæ* ℥ij, Adde *julepi rosarum* ℥iij, *succi granatorum, mororum immaturorum* a. ℥ß. S. Stärck-Mandel-Milch.

Hæc emulsio habet egregias dotes, contemperandi humores, & parum adstringendi laxum ventriculum.

EXTERIUS similiter humectantia & retundentia acrimoniam humorum usurpari queunt in formâ

FOMENTI. Spongia cum decocto *radicis alth. malvæ* applicetur scrobiculo cordis, cum juvamento.

ROBORANTIA tandem, cum fluxus videtur declinare, conveniunt, eo momento exhibenda, cum videbitur nimis vehementi impetu ad dictas partes affluere. Talia sunt astringentia illa, quæ vim habent fluxum sistendi. *Roborantia interna.*

Inter INTERNA MALUM cotoneum excellit, excavatum, repletum cerâ, sub cineribus calore lento excoctum: Paria facit PANIS tostus vino madefactus, cum *sacchàro rosato tabellato.*

Crystalli pulverem ad ℈j in *conservâ rosarum* assumere potest cum summâ utilitate.

Neque, quam Alexander Trallianus ceu singularem commendat mentham ἡδύοσμον *benè odoratam*, ὡς μέγιστον βοήθημα *ceu maximum auxilium* omittat æger. Ejus enim decoctio magnas dotes obtinet.

℞. *conservæ rosarum* ⊖*latæ* ʒi, *rad. cichor. cond.* ℥ß, *pulv. cydonior. cond.* ℥iß, *spec. diatrion. sandal.* ʒi,

pulv.

pulv. nucis moschatæ ʒij, *sacch. rosati antiqui* ℥ij,
syrupi granatorum acidorum q. s.
M. F. Conditum ex quo deglutiat tuberc. nuc. jugland.
Detur sæpiùs *crusta panis* tosta, intincta *vino rubro.*

℞. *tinct. coralliorum, cum succo citri* ʒij.
In vitro. S. Corallen-Tinctur.

externa. EXTERIUS scopos omnes explent EMPLASTRA *de crustâ panis*, & *diaphœnicon* super alutam vel separatim, vel conjunctim expansa & extensa.

℞. *crustæ panis tosti* ℥iiij.
Maceretur in *succo granat. omphacio*, vel *aceto ipso*, contundatur & per cribrum transmittatur, adde
succi cydoniorum ℥iij, *ol. rosacei omphac.* ℥ß,
pulv. rosarum, myrtillorum a. q. s.
M. F. Emplastrum. S. Magen-Pflaster.

℞. *crustæ panis tostæ.* Inebrietur *succo granatorum vel vino rubro astringente.* Conspergatur *pulv. nuc. moschatæ, caryophyllorum, cinamomi* a. q. v.
M. Applicetur calidè.

℞. *ol. nucis moschatæ expressi* ʒiij,
absinthii, menthæ, mastiches a. gut. x,
M. F. Balsamum.

SYMPTOMATIBUS etiam occurrendum inprimis vigiliis, & nimio fluxui.

Scopis omnibus satisfacit *laudanum opiatum* magnâ circumspectione vel emulsionibus miscendum, vel in pilulari formâ exhibendum.

MAGISTERIUM *anodynum* etiam convenit. DOSIS utriusquè eadem g. j. ij. iij. iiij. pro ratione urgentiæ. Describitur *chimiâ in artis formam redactâ.*

Diæta DIÆTA his accedat commoda, naturalis, vitalis, animalis.

In

IN NATURALI CIBUS sit εὔπεπτος καὶ εὔχυμος. 1.
Convenit largior in principio, ne vires concidant, contemperans humorem fluentem, ne acrimoniâ noceat, nullâ vi adstringendi præditus, ne noxia retineantur. Detur jus pulli cum pane similagineo. Cremor ptisanæ, pyra & cydonia cocta sub cineribus conveniunt, cum adstringendum. Refectis viribus solidiores cibi conveniunt, carnes caponum, pullorum, perdicum, assæ potius quàm elixæ, aspersæ succo cydoniorum aut granatorum.

POTUS sit vinum tenue, vetus: vinum, ut viribus consulatur sit meabile: ut penetret, vetus: ut mitificandi vim habeat, detur parcâ manu, ne alvus fluctuet. Nihil æquè firmabit vires, naturæ enim ὁμοιότατον & ideò εὐπροσφυέστατον. Conceditur & hordei decoctum cum julepo, & guttis aliquot spiritus ⊕li, vel 🜍ris.

VITALIS diæta respicit AEREM. Ille sit temperatus, non admodùm lucidus, neque frigidus, odoramentis illustratus, illis præcipuè, quæ reficere cor, & dissipatum sanguinem restaurare possunt. Tale est pomum citri naribus admotum. 2.

ANIMALIS diæta claudat agmen. SOMNUS omni modo curetur. πέττει μὲν ὁ ὕπνος, *inquit Galenus, coquit somnus* & multis succurrit beneficiis. SOMNUS omnibus cruditatibus maximo remedio, placidâ ac suavi sensuum omnium tranquillatione surrepens omni metu ac periculo solutum ægrum reficit, & salutis planè jubet esse securum, utpotè omnes corporis compescens excretiones, præter sudoris halituosa effluvia. 3.

Affectibus omnibus frenum imponendum.

Consolationes addantur, ipsum restitutum iri ab hoc malo, ne contristatus animus, tanto citius succumbat. Cùm jocosis & lepidis sermonibus delectetur, illis opera danda, *Φαρμακείης χάριν, ceu medicinis.* Ὁ πονῶν δεῖται τῆς ἀναπαύσεως, ἡ δὲ παιδιὰ χάριν ἀναπαύσεως. *Laborans animo & corpore indiget relaxatione, jocus est relaxationis gratiâ.*

Nnnn CON-

CONSULTATIO IV
de
salivatione laborante ægro
HISTORIA.

Relatio historica.

VIr temperamenti calidi & humidi, habitu corporis plethorico, placidis Jovialibus excellens moribus, natus parentibus eidem affectui obnoxiis, annorum XXX, adsuetus jam huic evacuationi, degens in aëre calido & humido, quietæ vitæ deditus, somno largiori indulgens, inordinatè vivens, & olim sudoribus & urinæ excretione copiosâ sublevatus, nunc aliud clima ad mare Balthicum incolens, vere declinante, conqueritur de copiosâ salivâ sine tussi & vomitu. Molesta hæc illi est assiduò, non solùm jejuno; sed etiam pranso, & post cœnam, imò in publicis congressibus solennibus, dum fiunt in templo conciones, ita, ut ante pedes iis finitis, magnæ spumosæ, spongiosæquè appareant paludes. Nonnunquam similis materia liquidior quasi per gutturnium effluit, aquosa ut à fontanâ discerni nequeat. Displicet sibi ipsi æger, & petit consilium.

RESOLUTIO.

Affectus species.

AFFECTUS est SALIVATIO, exspuitio crebra, πτυαλισμὸς, σιαλισμὸς dicta in Græciâ.

Salivæ vox æquivoca est. Nonnunquam sumitur pro quovis lento humore; nonnunquam pro eo, qui sponte ex ore fluit in senibus & infantibus; nonnunquam qui effluit è pene lasciviente. Hi hoc loco non attenduntur. Strictè hîc intelligitur liquor, qui ex ductibus salivalibus & glandulis σιαλόχοις excernitur, voluntatis jussu.

Adesse hunc affectum non opus est evincere rationibus. INDICIA in historiâ recensita id sufficienter declarant. Excretio tenuis humiditatis adest sine tussi & vomitu, & quidem assidua, vel ad minimum per brevia intervalla frequentior & copiosior, quam naturalis consuetudo requirit. EXCRETIONIS modus sine tussi & vomitu, singularem hanc esse salivationem ostendit.

MAGNI-

Digitized by Google

MAGNITUDINEM habet adjunctam.

SUBJECTUM RECIPIENS PRINCIPALE sunt οἱ ἀδένες σιαλόχοι GLANDULÆ SALIVALES, παρίσθμια, cum in isthmo sitæ, ἀντιάδες, cum è regione sibi oppositæ, *Hippocrati* σπόγγοι, quia humores ut spongia imbibunt, dictæ. Non verò hæ tantùm accusantur, nec solæ, sed ex mente *Whartoni in adenographiâ, & Stenonis l. de musc. & glandulis*, alia præterea corpora glandulosa, ut glandulæ maxillares, & ductus salivales, collectum laticem propè gingivas, ubi finem eorum papilla ostendit, effundentes. Parotides glandulas, quæ vasa salivalia in buccæ interioris centro fermè exhibent, his meritò adnumeramus. His adsociandæ, quæ in parte superiori palati ut & propè linguæ latera copiosè observantur. Ipsa lingua, cum substantia ejus spongiosa apta sit ad recipiendas humiditates, ut recipiens subjectum meritò accusatur. Nec oris musculi planè abeunt immunes. τὸ ὑποχείμενον μόριον.

CAUSA IMMEDIATA est irritatio facultatis expultricis naturalis in quibusdam corporis partibus, quæ serosis humiditatibus scatent. *Causa immediata.*

MEDIATÆ PROXIMIORES sunt HUMORES SALIVALES, seu MATERIA AQUOSA AC LYMPHATICA, quæ præcipuè QUANTITATE hîc peccat, interdum tamen etiam QUALITATE, prout acris est & naturam ad expellendum stimulat. *mediata proximiores.*

EX *chimicorum* mente, SALIBUS RESOLUTIS humoris salivalis abundantia attribuitur.

Non diffitemur multum huc conferre posse ACIDUM PANCREATICUM SUCCUM.

Singuli hi humores peccare possunt quantitate cum exundant: qualitate cum tenues fiunt: motu cum adfluunt.

In ore generari non possunt κατὰ συναθροισμὸν *per congestionem*, sed aliunde adfluunt κατὰ ῥευματισμὸν *per fluxionem* in toto corpore plethorico generati

MANDANS est TOTUM. Hoc cum potentiâ superet omnes partes quod redundat, in quamlibet debilem partem deponere potest, eligit autem hîc os & linguam.

Digitized by Google

VIÆ TRANSMITTENTES salivales has humiditates ad fauces sunt vasa ARTERIOSA, quæ cum sanguine puro salivalem talem laticem advehunt, nec non VENOSA, tenore circuitus sanguinis Harvejani, revehentia, quæ superfluum & sanguinis nutrititii, insimul aquosam colluviem adducunt.

LYMPHATICA vasa humorem aquosiorem in glandulas etiam deponunt.

Vetustatis suffragio ventriculus & cerebrum omne ferebant punctum.

IN MODO FLUXIONIS locum habet receptio & expulsio.

RECIPIUNT fauces & os salivales succos. Debiles illæ sunt partes & raræ, madore aliàs perfluentes, emunctoriæ variarum humiditatum. Recipiunt etiam attrahendo variis in motibus calefactæ. PULSIO locum habet in toto corpore robusto.

Adjuvat hos motus NATURALIS LIQUIDORUM inclinatio, & innata, PRÆTERNATURALIS etiam ad motum propensio.

EXCITATUR hæc à *ζέσει καὶ διαχωρήσει ἀπὸ τῆς μίξεως τρόπῳ*, *fermentatione & segregatione à mistionis modo.*

remotiores naturales, MEDIATÆ REMOTIORES NATURALES causæ sunt TEMPERAMENTUM ad generandum serosam colluviem aptum. Tale est CALIDUM ac HUMIDUM, & plethorica dispositio. In AETATE consistente ad humores tales generandos aptâ versatur æger. HAEREDITARIA dispositio inclinationem auget. CONSUETUDO naturalem quasi induit habitum. Quod enim sæpè fit, vicinitatem habet cum eo, quod semper.

NON NATURALES dictæ multum suppeditant momenti.

non naturales. I. AER CALIDIOR & HUMIDIOR, quali æger hactenus usus fuit, humores attenuat & fluxiles reddit. Clima & mare Balthicum quod jam incolit æger, multum huc facere judicamus. VERNUM tempus humores hyeme collectos, & ob *ἀδιαπνευστίαν* adauctos fudit, & fluxiles reddidit.

II. QUIETA VITA cruditates auget, nulla enim ibi discussio.

III. SOMNUS LONGIOR calefaciendo colliquat, & diffundendo resolvit.

IV. CIBUS ac POTUS, *quantitate, qualitate, &*

utendi

Digitized by Google

utendi modo peccantes ad generationem hujus humoris abundè faciunt.

V. EXCRETORUM ac RETENTORUM cum decens non habita ratio fuerit, humores tales facilè augeri potuerunt.

URINA cùm subsistat, & SUDOR in corpore alias assueto legitimè non profluat, humores coacervantur, & ad CAPUT & FAUCES facilè mittuntur.

Ex hisce causis natus affectus est & adducta conjuncta habet SYMPTOMATA. Oriuntur *Ratio symptomatum.*

COPIOSA & ASSIDUA SALIVATIO & EJECTIO MATERIÆ à continuo illo affluxu humorum serosorum per vasa lymphatica ad fauces, ob eorum abundantiam. 1.

Sine TUSSI & VOMITU fit, quia humor ad arteriam asperam & organa respirationi dicata non pervenit, & præterea acris & stimulans non est, sed aquosus & potiùs dulcis. 2.

LIQUIDIOR nonnunquam est hæc materia, cum non diu detinetur. 3.

PROGNOSTICA SIGNA eventus subnectere convenit. *Prædictio.*

SALUTIS ac MORTIS ratione salivatio per se nec periculosa est nec etiam adeò mala, mala tamen est, quatenus vitiatam corporis dispositionem & exinde facilè sequentes graves morbos prænunciat. 1.

LONGITUDINEM tamen minatur, consvetudo enim hæc jam tum transiit in habitum. 2.

MODUS EVENTUS ad SALUTEM sperabilis, exsiccatis fontibus per obsequiosam diætæ emendationem & commodam medicamentorum continuationem. 3.

CURATIO methodo medendi & materiis præsidiorum nititur. *Curatio.*

MEDENDI METHODUS tribus innititur fulcris.

INDICATIO CURATORIA respicit affectum ipsum, cumquè è medio tollendum esse præcipit. *Indicatio curatoria.*

PRÆSERVATORIA circa causarum plenariam abolitionem est solicita. Et cum humorum & quidem serosorum colluvies hic accusetur, eò omnes intendit vires, quo per *Præservatoria.*

Digitized by Google

decentia vacuantia & alterantia medicamenta illi huomores educantur.

Vitalis. VITALIS indicatio virium robur acquirendum observare jubet: præcipuè viscera primæ & secundæ coctioni dicata ad statum naturalem deducere desiderat.

Materia præsidiorum. MATERIÆ PRÆSIDIORUM ex tribus usitatis fontibus petuntur.

Chirurgia. FONS CHIRURGICUS maximè salutarium auxiliorum præbet instrumenta. Inter ea primo occurrit VENÆ SECTIO. Imminuitur eâ copia serosorum humorum, quibus demptis, morbi vis tanta esse nequit.

Secanda est mediana aut basilica in principio. Et si fortè unicâ sectione totum malum non cedit, iteratis vicibus apertio reiterari poterit.

Cucurbitula. CUCURBITULÆ scarificatæ venæ sectionis vicariæ existunt.

Vesicantia. VESICANTIA, si nimis magna & refractaria sit copia humorum serosorum, multum de iis educunt.

Pharmacia. PHARMACEUTICUS sequitur FONS, è quo lenientia, purgantia, alterantia ac roborantia tàm interna quàm externa desumi poterunt.

Lenientia. LENIENS quod primas evacuat vias, poterit esse sequens:

℞. *extracti foliorum sennæ* ℈j, *massæ pilular. aloeticar. rosarum solutivarum, de tribus* a ʒß, ♀ri ⊖lati ℈ß.
Misceantur omnia exactè. Fiant cum sufficienti quantitate *sirupi de 5. radicib. aperientib. pilulæ.* Dentur. Signentur linde Pillen / davon allezeit über den andern Tag 9. biß 15. zu nehmen.

Similiter ex *5. radicibus*, ut & *herbis aperientibus* ac stomachum placidè calefacientibus parata in vino aut cerevisiâ infusa proderunt.

Digerentia. DIGESTIVA, quæ purgantibus immediatè præmittuntur, sequuntur. Commendamus tale:

℞. *tragematis stomachalis Quercetani*

ex radi-

ex radice ari ℈j, *cremoris* ♀*ri* a. g. xv.
Misce f. l. a. pulvis. S. Digestiv-Pulver auff drey mahl.

℞. *aquarum menthæ, agrimoniæ, cuscutæ* a. ℥iß,
sirupi de 5. radicib. aperient. ℥ß, *de cichor. simpl.* ℥ß,
epatici rubri, pulv. cachectici a. ℈ß.
M. F. l. a. potiuncula. D. in fictili. S. Digestiv-Träncklein wohl umbzurütteln auff drey mahl.

PURGANTIA subjungenda, quæ pro diversitate excedentium humorum & partium laborantium è variis ingredientibus confici possunt. In abundantiâ seri sequens adhiberi poterit. *τὴν κάτω κάθαρσιν κινέοντα.*

℞. *massæ pilul. panchymagog. aurear.* a. ℈ß, *resinæ gial.* g. v. 1.
M. cum quantitate sufficiente *sirupi de epithymo.*
F. l. a. pilulæ n. XXIX. Aspergantur *pulvere cachectico Quercetani*, vel *epatico rubro.* D. in pyxide. S. Purgier-Pillen auff einmahl.

Cum pituitosi humores simul peccant,

℞. *pulv. laxat. vegetab. Rolfincii* ℈j, *resinæ scammon.* g. IV, 2.
feculæ ari g. ij, ⁂ *macis destillati* gt. ij.
M. F. l. a. Pulvis D. S. Sonderlich Purgier-Pulver auff einmahl.

Quæ per superiora purgant & VOMITORIA appellantur, interdum etiam ad extirpandum affectum multum valent, & præcipuè si nimiæ humiditates & viscosa materia in ventriculo & circa partem ejus superiorem restagnent. *τὴν ἄνω κάθαρσιν κινέοντα.*

℞. *croci metallor. absinthiaci,* g. iij, *sir. de cinam.* ℥ß.
M. D. in fictili lati orificii. S. Brechsafft auff einmahl.

℞. *cond. pulpæ aurant.* ʒij, ♁*rii vitæ* g. v, *feculæ ari* g. iij.
M. D. S. Brech-Lattwerg auff einmahl.

Quæ

Digitized by Google

Diaphoretica. Quæ subtiliorem materiam educunt, & DIAPHORETICA seu sudorifera in foro practicorum audiunt, commendantur interdum, præcipuè si per consensum hepatis aut aliorum viscerum primæ & secundæ coctioni destinatorum ventriculus laboret.

℞. *aquar. cardui benedicti, scorzoneræ* a. ℥vj,
sirupi de fumariâ simplicis ℥ij,
⊖*is volatil. cordis & sanguinis cervi* g̃. v. vel vj.
M. F. l. a. potiuncula. D. S. Schwitz-Träncklein / wohl umbzurütteln auff einmahl.

℞. *bezoardici mineralis* g̃. v, *C.C. philosoph.* ℈ß.
D. ad chartam. S. Schwitz-Pülverlein auff einmahl.

Diuretica. Hûc etiam reducenda sunt DIURETICA, quæ serum in sanguine superfluum possunt educere feliciter.

℞. ⊖*is ononidis, saxifragiæ* a. ℈ß,
lithospermi g̃. vj. *magisterii oculor.* ♋, g̃. xv.
M. F. l. a. pulvis. D. in chartâ. S. Treibe-Pulver auff drey oder vier mahl.

Alterantia & confortantia. ALTERANTIA & ROBORANTIA hæc excipiunt. Variari debent prout intemperies affectum excitans variat. Si intemperies frigida ac humida accusetur, ea adhibenda quæ placidè calefaciunt & exsiccant.

℞. *conf. menthæ, melissæ, flor. aurant. ager.* a. ℥j, *rosar.* ℈iij,
cond. zingib. Indici ℥j, *acori, galangæ, nuc. mosch.* a. ʒv,
specierum diarhodon Abbatis ʒß
Cum *sirupo conserv. nucis juglandis* q. s. f. l. a. electuarium.
D. S. Sonderliche Stärck-Lattwerg.

Hâc intentione commendantur *theriaca*, ut & *tragema stomachale Quercetani*, *elixir stomachale ex aromatibus*.

Si contrà CALIDITAS accusetur, per placidè infrigidan-

gidantia, ſubacida & ſubadſtringentia, ALTERATIO & ROBORATIO erit inſtituenda.

℞. *conſervæ acetoſæ Hiſpanicæ, roſarum ⊖latæ,*
oxalidis minoris a. ℥j, *è toto citro* ʒij,
pulpæ aurantiorum conditæ, citri conditæ a. ʒiij
berberum conditar. ribium conditarum a. ʒv,
ſpecier. diatrag. frigidi, lapidum ⊗ *præparat.* a. ℈j,
ſirupi acetoſitatis citri, cydoniorum a. ℥ß.

Conſcindantur conſcindenda & miſceantur ſecundùm artem cum *ſacch. roſati in aq. cydon.* & *acet.* q. ſ. ſoluti ℥viij.

F. l. a. Morſuli pondere ʒß.

Dentur in ſcatulâ mundâ. S. Stärck-Morſellen davon allezeit Früh und Abends zu nehmen.

Spiritus ⊖li, ac ſerum lactis cum antè dictis ſubacidis & ſubadſtringentibus alterata hic etiam proſunt.

Alterantium claſſi adſocianda, quæ SINGULARI quadam VI fluxum ſiſtunt, & partes oris roborant & exſiccant. Talia ſunt folia myrti, balauſtia, roſæ rubræ, plantago, myrrha, maſtiche, cum aquâ hordei aut lacte in ore detenta.

GARGARISMATA alii laudant, rejicit tamen *Sennertus*, & metuendum eſſe dicit, ne per gargariſationem plus materiæ pituitoſæ ad fauces feratur.

Si refractaria ſit ſalivatio & dictis non obtemperet, uti ſæpiſſimè contingit, ut ſi à ☿rii inunctione fuerit facta; tunc generoſiora remedia quærenda ſunt, & ad *laudanum opiatum*, quod hîc inſtar omnium ſe habet, & mira præſtat, confugiendum.

℞. *magiſt. anodyni* gr. IV. *trageæ ſtomach. Quercet.* gr. vj. M. D. S. Flußſtillend Pülverlein gegen die Nacht.

Externa TOPICA dicta interna comitentur, ſi frigiditas cum humiditate peccet, emplaſtra, unguenta, cerata ac ſacculi regioni ventriculi impoſita laudantur. τοπικά.

℞. *emplaſtri de cruſtâ panis, ſtomachalis Cratonis* a. ℥j,
ſtomachalis Mynſichti ℥ß.

Malaxetur ℥ *mastichino*, extendatur in alutâ rubrâ, obducatur syndone, & interpassetur in formâ consuetâ. D. S. Magen-Pflaster.

℞. *ungv. stomach. usual.* ℥ß. D. S. Magen-Balsam.

Si calida intemperies accusetur, jubet *Galenus* extrinsecus imponere ventriculo *folia viridia vitis, cotonia, portulacam, ramenta cucurbitæ contrita.*

Cerotum sandalinum corio superinductum, ut artis est, etiam non inutiliter adhibebitur.

Diæta. Ultimus fons DIÆTETICUS jam est attendendus. Hujus præcepta si observantur, cita, tuta, & jucunda curatio fieri potest.

1. I. NATURALEM juxta diætam sit victus omnis εὔχυμος καὶ εὔπεπτος. Quantitate non luxuriet, qualitatibus heterogeneis non inquinetur. Adhibeantur cibaria placidè adstringentia & moderate calefacientia, præcipuè si intemperies frigida peccet. Condiantur aromatibus, si ventriculus valdè refrigeratus. Tempus assumendi quoque observetur, cum ex inordinatâ ingestione nil nisi humorum saburram fieri notum sit.

POTUS cerevisia sit benè defecata & vi aperiendi prædita.

2. II. In VITALI AER purus, serenus, & in qualitatibus primis temperatus eligatur, si non sit naturâ talis, arte paretur, & contra ejus injurias ventriculi & pectoris regio integumentis convenientibus muniatur.

3. III. In ANIMALI MOTUS corporis moderatus & in excessu non peccans multùm ad curationem facit; non tamen statim ante cibum, aut post eum sumptum instituatur.

SOMNUS ac VIGILIÆ justo tempore adsint & in neutro peccetur.

ALVUS aperta est servanda, quæ si officii immemor, pilulis aloëticis Francofurtensibus aut similibus sui officii admoneatur.

ANIMI PATHEMATA omnia sint sedata, MENS tranquilla cum spe restitutionis vivat.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI, ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ

ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER VII, de affectibus inteſtinorum.

CONSULTATIO I de dyſenteriâ laborante.

HISTORIA.

VIr xxx. annorum, temperamenti calidi & ſicci, inordinatæ victus rationi non adſuetus, autumnali tempore liberaliter utitur fructibus horariis, pomis, prunis, uvis, muſto, iter confecit quinque dierum equo vectus in loca, ubi regnat dyſenteria, vindemiæ tempore magnam vim vini nondum defecati ingeſſit, & benè potus cubitum ivit. His ita peractis, continuum dolorem & Hiſtoricæ relatio.

tormina advertit circa umbilicum & ventriculum, ſenſimque ingraveſcentes roſiones. Excreta continua ſunt varia, porracea, aquoſa, mucoſa, purulenta, ſanguine miſta, in plicas torta, fibroſa, cruſtoſa, imò carnea ramenta. Ructus edit acidos, frequentiùs nidoroſos. Vomitus per intervalla & teneſmus adſunt. Febricula advertitur. Vigiliæ & cordis anxietates adſunt. Petit conſilium & auxilium.

RESOLUTIO.

Affectus [illegible].

AFFECTUS, quo cum ægrotus noſter conflictatur, eſt dyſenteria, ſeu difficultas inteſtinorum, quam latiniſſimus medicorum *Celſus lib. 4. cap. 15.* indigitavit tormina.

Galenus 3. epidem. comment. 3. t. 70. duplicem conſtituit dyſenteriam: *unam* ſanguineam, quæ fit copioſo ſanguine confluente per venas ad inteſtina; *alteram* ulceroſam, quæ ab exulceratione inteſtinorum oritur.

Ulceroſa adeſt in præſente noſtro ægroto. Id oſtendit SUBSTANTIA excretorum, quæ non eſt purus ſanguis, quantitate & qualitate peccans, ſed materia heterogenea, porracea, mucoſa, fibroſa, modico ſanguini permiſta. Oſtendit idem MODUS EXCERNENDI continuus, & cum torminibus ingentibus. In hepaticis & melancholicis excretio utplurimùm eſt interpolata & indolens. SIMILITUDO confirmat ulceroſam eſſe dyſenteriam.

Ante annum circiter obſervabatur affectus in alio ægro, qui ab omnibus pro tali habebatur.

Affectus ergo eſt dyſenteria propriè dicta, ulceroſa, quæ à *Galeno 2. method. med. cap. 2.* refertur inter morbos, qui à ſymptomate & parte affectâ nomen acceperunt. Poteſt etiam ad ſymptomata referri, in excretione immodicâ, & facultatis expultricis.

Non poteſt vocari magna hæc dyſenteria, nec parva, ſed mediocris, contagioſa tamen eſt, & inficere poteſt. Non eſt in fieri, ſed conſummata.

τὸ ὑποκείμενον μόριον.

PARS AFFECTA. Afficiuntur in hoc affectu INTESTINA non ſolùm craſſa, verùm etiam tenuia.

CRASSA

CRASSA affici verosimile est, utpote per quæ tota colluvies transit.

TENUIA affici, ostendit tum doloris acuties, tenuia enim intestina propter substantiæ tenuitatem exquisitiori sensu prædita sunt. Idem ostendit præterea locus doloris, circa &, infra umbilicum enim, ubi tenuia intestina sedem habent suam, tormina potissimùm advertuntur.

Permistio sanguinis cum purulentâ mucosâ materiâ in tenuibus ulcus esse ostendit.

Febricula exulcerari talem partem, quæ vasis plurimis scatet, ostendit.

Exulcerantur itaque utraque intestina.

Exulcerantur autem non leviter, sed satis profundè. In *principio mucosæ partes* excretæ fuerunt, jam & ipsæ intestinorum *crustæ* quæ tunicam interiorem nervosam succingunt, & solent ex excrementis tertiæ coctionis intestinorum enasci. Imò exulcerationem jam passa est ipsa *interior tunica* quibusdam in locis, quemadmodum ex *plicis ipsius* excretis satis apparet, imò eousque exulceratio hæc processit, ut ipsa oscula vasorum, quæ in tunicam internam hiant, sint abrasa, hinc copiosus sanguis simul fecibus permistus excernitur.

Duplici modo pars aliqua affici potest: aliquando per essentiam, aliquando per consensum. Intestina in nostro ægroto afficiuntur per essentiam; in principio tamen per consensum totius corporis, ex quo copiosa excrementa ad cavitatem intestinorum delata fuêre.

CAUSA IMMEDIATA est irritatio continua expultricis facultatis intestinorum exulceratorum. *Causa immediata,*

MEDIATÆ PROXIMIORES, quæ irritationem hanc inducunt, sunt biliosi humores. *mediatæ proximiores,*

Humores hi non solùm sunt calidi, & eatenus fluxiles motumque accelerant, sed etiam acres, qualitates antimoniales & colocynthiacas æmulantes, & eatenus facultatem excretricem stimulant, simulque peculiari intestinis inimici proprietate,

quam à singulari *μιάσματι* contraxerunt, eaquè ratione fermentant humores & similem iis dispositionem affricant, unanimesquè ad intestina præcipitantur, eorum naturale temperamentum lædunt, concoctionem turbant, unitatem solvunt, eademque exulcerant.

Si quis contendat cum *chimicis*, salia corrosiva hic dominari, aut cum *Helmontio* Archeum à causis occasionalibus irritatum expellere humores, cum eo non litigabimus.

Coacervantur hi humores in intestinis, non per *συναθροισμὸν congestionem*, sed *ῥευματισμὸν affluxionem*.

Affluunt ex toto corpore, & per arterias majores in medias, ex mediis in minimas mesentericas deferuntur, & per oscula earum cavitati intestinorum communicantur, fermentatione & segregatione concitati.

remotiores. REMOTIORES causæ, quæ ad generationem horum humorum vitiosorum faciunt, & genitis pravam illam dispositionem dysenteriæ peculiarem imprimunt, ut ad intestina confluant, variæ constitui possunt, naturales, non-naturales & præter naturales.

NATURALES CAUSÆ sunt sequentes: TEMPERAMENTUM calidum & siccum, ratione cujus multi vitiosi humores calidi, biliosi generantur.

ÆTAS juvenilis multum de caliditate participat, & humorum acrimoniam auget.

RES NON NATURALES suum huc contulerunt symbolum. AER AUTUMNALIS ob suam *ἀνωμαλίαν* seu inæqualitatem humores movens.

MOTUS corporis insuetus equestris non solum movit, verùm etiam concitavit eosdem.

VICTUS ratio inordinata non parvam operam contulit. Usus enim est fructibus horariis, pyris, pomis, prunis, quorum talis est natura, ut facilè in acres & mordaces ejusmodi humores convertantur, & promtè corruptioni & putredini sint obnoxii. Atque tanto major inde noxa, quantò attentius æger bonæ diætæ regulis erat addictus. To *ἀσυνήθες inconsveta vivendi ratio* ex meliori in pejorem versa summo fuit detrimento.

FERMEN-

FERMENTATIO eorundem humorum à musto adaugeri potuit.

RES PRÆTER NATURAM, CONTAGIUM multum contulit momenti, ad hydram hanc producendam. Iter enim fecit per loca suspecta. Mite tamen hoc est contagium, non admodùm virulentum.

Ex hisce caussis genitus affectus subitò emicuit, & sequentia secum traxit

SYMPTOMATA. EXCRETIO est CONTINUA, irritatio enim vehementiæ nullum invenit modum. *Symptomata.*

VOMITUS oritur ob consensum intestinorum, & præcipuè coli. 1. 2.

TORMINA adsunt ob solutionem continui. 3.

ROSIONES ob acrimoniam humorum per ora vasorum in intestina transeuntium. 4.

MUCUS excernitur, hic enim internæ intestinorum superficiei naturaliter adhæret, & à multis chylus esse judicatur. 5.

CARUNCULÆ vel potius MEMBRANULÆ sunt portiones abrasarum plicarum. 6.

SANGUINOLENTA nonnunquam est excretio, ob vasorum abrasionem. 7.

PURULENTUM quod excernitur, non est illud solum quod ex corruptione & exulceratione intestinorum, sed etiam ab affluentium humorum corruptione & in pus conversione oritur. Peculiaris dispositio est intestinorum, quæ hoc modo mutationem instituit, & non alio. 8.

RUCTUS audiuntur, quia calor ventriculi reviviscens cibos in flatus resolvit. 9.

Hæc sufficiant de naturâ hujus affectus, de cujus eventu &

PROGNOSI, quid sperandum sit, ratione SALUTIS & MORTIS, colligi potest ex *Hippocrate 4. aphor. 26.* cum inquit: si dysenteriâ laboranti veluti carunculæ dejiciantur, lethale est. Rationem addit *Galenus in commento*, quia carnem & cicatricem induci spes nulla. *Prædictio.* 1.

In nostro ægroto tales carunculæ, i. e. portiones internæ

ternæ tunicæ, quæ in plicas formatur, excernuntur. Non sine periculo vitæ ergò æger esse videtur.

Verùm salva res est. Observatum est in dysentericis nonnunquam substantiam ipsam intestinorum abradi & exulcerari posse, ægrum tamen convalescere, eoquè facilius, si plicæ solum excernantur. *Hippocrates* ergò de profundâ exulceratione intelligendus.

Et bonam spem confirmat, quod adsint alia indicia salutis. Nam exulcerata potissimùm sunt intestina crassa, minùs profundè autem tenuia.

Spem hanc confirmat, quod dejectiones sint non SINCERAE, quas malas pronunciat *Hippocrates 7. aphor. 23.* sed multis aquosis humiditatibus permistæ.

Et jam RUCTUS apparent, signo evidenti, naturam jam aggredi coctionem & cibum concoquere.

Nec obstat, quod adsit vomitus. VOMITUS accidere potest propter consensum crassorum intestinorum, & imprimis coli, quod ventriculi fundo subtenditur.

4. LONGITUDINIS prædictio attendenda. Longus erit morbus, quia mora temporis requiritur, ut ulcera intestinorum mundificentur, & ad cicatricem perducantur. Et hoc

5. in modo EVENTUS unica salutis spes & ancora sacra.

Curatio. CURATIO bonâ hâc spe conceptâ, aggredienda, cynosurâ methodi medendi & INDICATIONUM ceu scopo præfixâ.

Duo communissima indicantia, res secundùm & præter naturam hic occurrunt.

Res præter naturam amoliendæ: secundum naturam conservandæ.

Indicationes. INDICATIO à rebus præter naturam petita triplex est. CURATORIA respicit ulcus, quod cùm sit soluta unitas, expostulat unionem: quatenus sordidum est, abstersionem. Id quod abrasum est quantum fieri potest, reponendum per mundificantia, incarnantia & cicatrisantia.

PRÆSERVATORIA respicit causas, quæ unionem ulceris impediunt. Humores biliosi acres, quâ peccant co-

piâ

piâ evacuandi: quâ peccant motû ad intestina, divertendi: imò si ille nimius, inhibendi & sistendi: quâ mordacitate, temperandi.

SISTENTIA nimiam fluxionem non conveniunt in principio. Intempestivitas hæc melancholiam, pleuritidem, hydropem accersere solet; sed in progressu, & cum virium jactura insignis imperat.

MITIGATORIA respicit symptomata duo, tenesmum & tormina. SOPIENDA hæc sunt ANODYNIS, & quidem hoc ordine. 1. ἰώμενα, sanantia causam auferunt. 2. παρηγορικὰ sensum tactus demulcent. 3. ναρκωτικὰ inducendo stuporem sensum doloris auferunt.

A rebus secundùm naturam petita indicatio VITALIS dicta, itidem triplex est: una respicit naturalem dispositionem temperamenti, conformationis & unitatis intestinorum, altera causas hujus dispositionis, tertia ipsa accidentia, actiones nimirum naturales. Singula hæc cum reliquis visceribus transmittentibus benè attendenda. Et cum contagii ratio habenda, alexipharmacis etiam opus est.

MATERIAE PRAESIDIORUM desumuntur ex fonte *Materia præsidiorum.*

I. CHIRURGICO. VENAE SECTIO à nonnullis rejici solet. Verùm quia sanguis cum excrementis miscetur, idemque in habitu corporis contaminatus est, tutò administrari potest ad revulsionem sanguinis impetuosè fluentis, febrim quæ supervenire potest, & calorem jecoris & acrimoniam humorum refrenandam. Adest quidem magna virium imbecillitas, sed adest etiam magna exulceratio. *Chirurgia.*

Instituatur autem in principio in venâ brachii medianâ, ad revulsionem, & non unâ vice absolvatur, sed repetitis vicibus, & quidem minimo facto foramine, licet hæc conditio non semper observetur. In principio vires constant, prohibetur sanguinis ad partem affluxus, intestinorum inflammatio, atquè acrium humorum generatio. Sequitur fons

II. PHARMACEUTICUS. PURGANTIA primò adhibean- *Pharmacia*

Purgantia mitiora. beantur, magnâ tamen cum cautione, ne humores irritentur, dolorque augeatur.

Prosunt igitur mitiora, qualia sunt *sir. ros. solut. rhabarbarum, myrobalani chebulæ.*

Clysteres. CLYSTERES conveniunt, quia [in intestinis] crassis etiam stabulatur malum, cum facilè materiam possint educere. Parentur ex *lacte caprino* seu *vaccino*, vel *decocto hordei.* Adjiciantur *vitelli ovorum*, & addatur *oleum omphacinum* ob vim adstringentem. Primò injiciuntur CLYSTER leniter humectans.

℞. *lactis caprini* ℔iß, *vitell. ovor.* n. ij,
ol. rosati ℥ij, *mucilag. sem. psylli* ℥ij.
Hæc benè permista per siphonem atriplum immittantur.

Succedat detergens clyster ex ▽ *hordei, mucilag. sem. cydoniorum cum oleo omphacino.*

℞. *aquæ hordei* ℔j, *mucil. sem. cydoniorum ol. omphac.* a. ℥ij.
M. F. Clyster.

Deinde, gossipio vel linteo decocto adstringente madido anus comprimatur.

Per os sumenda. PER OS adsumta DEJECTORIA sive LENITER DETERGENTIA non nimis adstringentia conveniunt: *tamarhendi, myrobalani,* & *riwand Tsini.*

Tamarindorum & *myrobalanorum citrinarum* decoctum, cum *sirupo de cichorio cum rhabarbaro* exhiberi potest: vel sirupus hic mistus cum *aquâ plantaginis* æquali utriusquè proportione ad ℥j mensuram. *Riwand* non per se, nec tostum, sed *aquâ rosarum* ter humectatum & rursum lento calore exsiccatum porrigatur ad ʒß, vel ʒj.

Ἐμετικά. VOMITORIORUM habenda ratio, præcipuè si æger colluviem vitiosam in ventriculo *ἀνάῤῥοπον sursum vergentem* percipiat.

℞. *juris pulli semine citri alterati* ℔j,

Vel

Vel

℞. *aq. hordei simpl.* ℔ß, *ol. amygdal. dulcium* ℥j. M.

Salis vitrioli usum, quantumvis mite sit, dissuademus.

SUDORIFERA, cum contagii adsit suspicio, conveniunt, ex *lapidis bezoardici* ℈ß, cum *C. C.* ℈j. *Ἱδρωτικά.*

℞. *bezoard. orientalis* g. v. *pulv. bezoard. comp.* g. x.
Detur in chartâ, S. Schwitz-Pulver.

DIURETICA non omittenda, suadent practici. Sed quæ commoda aut momentanea in tam præcipiti humorum motu esse queunt, non liquet. Suspendemus ergo solicitudinem de iis rectè inveniendis & administrandis. *Διουρητικά.*

Corpore hoc modo purgato CONTEMPERANTIA acrimoniam, calorem & fluxum conveniunt. Inter *Επικεραστικά.*

INTERNA per os exhibenda excellit LAC, & quidem *chalybeatum*, nisi adsit febris. Hujus loco sirupus aliquis, ut de *pomis borstorfianis*, vel *julepus rosaceus* est ex usu refrigerans & humectans.

SUCCUM ABSINTHII propter facultatem intestina roborandi & somnum inducendi, ut & hederæ terrestris à multis commendatum, non amplectimur.

CLYSTERES EMPLASTICI hic locum habent. *Clysteres.*

1.

℞. *herb. malvæ, chamam. Romani* a. Mj,
plantaginis septinerviæ, hordei excortic. a. Mij.
Coq. in suff. q. aq. fontanæ. Colaturæ adde
succi plantag. ℥ij. M. detur in fictili & applicetur.

2.

℞. *capitis vervecis, pedum & intestin. ejusdem q. v.*
Coq. in aq. fontanâ. q. s. Colaturæ ℔j½ adde
succi plantag. rec. express. ℔ß.
M. Fiat clyster sæpius iterandus.

His administratis ad ulceris consolidationem proximiùs accedatur. *Consolidantia.*

Digitized by Google

PER OS exhibeatur ELECTUARIUM magnæ efficaciæ.

℞. *conf. rof. vet.* ℥iij, *cond. cydon.* ℥ij, *cort. aurant. citri* a. ℥j, *croci* ♂ *astring.* ℈ij, *corall. perlar. præpar.* a. ℈j, ℅ *ceræ* ℈ß, *sir. cydon.* q. s.
M. F. Electuarium. Detur in pyxide terrea. S. Stärck-Zucker.

℞. *tinctura* ♂ *astring.* ʒij. In vitro. S. Anhaltende essens. Dos. g̃. x.

CLYSTER exsiccans & adstringens hæc præstat. Potest fieri decoctum *fol. plantag. radic. consolidæ majoris, cum thure, mastiche, in suff. q. aq.* & injici.

Roborantia. ROBORANTIA GENERALIA hic locum habent. *Pulvis bezoardicus albus ad pondus* ℈ß, *in cochleari vini malvatici, Petri Simeonis*, vel *Rhenani*.

1.

2. EMULSIONES cordiales etiam exhibendæ.

℞. *seminum 4. frig. maj.* a. ʒiß, *amygd. dulc.* ℥ß, *aq. portulacæ* ℥iij, *lactucæ* ℥ij, *nymph. plantag.* a. ʒx.
F. l. a. Emulsio. Colaturæ adde
magist. C. cervi, perlarum ppt. corall. ppt. a. ℈j, *sacchari perlati q. s. ad gratum saporem.*
M. S. Krafftmilch offt zu gebrauchen.

Vel

℞. *sem. papav. albi* ℥iß, *acetosæ*, ʒij, *amygd. dulc. excort.* ℥j, *aq. dysenter.* ℥xiv. Colat. adde *sacchari perlati ad gratiam.* F. l. a. Emulsio.

Θελκτικά. Interna. SYMPTOMATUM, ut doloris, torminum, tenesmi, vigiliarum, nimii fluxus etiam ratio habenda.

INTERIUS omnibus his obviam it *laudatum opii medicamentum* ad g̃. iij in pilulari formâ exhibitum.

℞. *magist. anodyni Rolfinciani* g̃. iiij.
Exhibeatur in cochleari cerevisiæ frigidæ vel vini Rhenani.

CLYSTE-

Digitized by Google

CLYSTERES anodyni locum habent ex capite & pedibus vervecum parati.

EXTERNA fluxum inhibent & calorem demulcent, ut: *externa theriaca cum bolo armenâ* toti ventri illita.

℞. *fl. rof. rubr.* Mij, *fummit. abfinth. pontici, menthæ* a. Mj,
nuc. mofchat. rad. cyperi, maftichis, galangæ a. ℥j.
E linteo albo F. facculus, ficcus vel in vino calefactus.

BALSAMUM STOMACHALE tale concinnetur.

℞. ⁂ *nucis mofchatæ expreffi* ℥ß,
gom. afphaltici nigri pulverif. minutiffimè q. f. ad colorem nigrum.
Stent per noctem. Mifceantur
ambræ gryfeæ g̃. ij, *mofchi orient.* g̃. vj,
⁂ *deftill. lavendulæ, caryophylli, cinamomi, menthæ, majoranæ* a. g̃. vj, *fuccini* a. ℈ß, *juniperi* ʒß.
M. F. balfamum regioni ventriculi applicandum.

INSESSUS ex *frondibus viridibus quercûs, baccis myrtillorum*, à nonnullis commendatur, additis
menthâ crifpâ, calamenth. abfinthio, agrim. hyffopo, falviâ, fl. fambuci a. Mj.

DIÆTA his omnibus proportione refpondeat. *Diæta* 1.

IN NATURALI, victus initio tenuis convenit.

CIBUS fit paucorum excrementorum.

SORBITIONES ex cremore ptifanæ, quibus amygdala mifceantur, funt proficuæ. Laudatur PANIS bis coctus, qui pulverifatus in jufculis exhibeatur. Pulticulæ ex farinâ oryzæ, amyli cum aquâ rofarum adjecto modico ⁂ ceræ profunt.

CARNES PULLORUM affatæ & coctæ conveniunt.

Ex FRUCTIBUS convenit cynosbatus, vel cydoneum excavatum, cerâ albâ repletum, & fub cineribus coctum. MESPILORUM ufus proficuus eft.

Abftinentia & parfimonia victus per aliquot dies probatur, fi vires ferant.

Digitized by Google

POTUS erit aqua ſimplex coctа cum pane, & temperata cum ſucco roſarum, vel cerevisia benè defecata, in quâ ſervetur panis toſtus in craticulâ, conſperſus pulvere nucis moſchatæ & boli Armenæ, ut etiam terræ ſigillatæ Strigonienſis.

LACTIS uſus prodeſt. Eligi poteſt bubulum vel caprinum. Simplex, flatuoſum eſt, & facile coagulatur. Coctum & chalybeatum præfertur. In coctione abſumitur ſerum, laxandi quod habet vim. In ignitione chalybi ſiccandi vis communicatur:

VINUM, in quo gnaphalium coctum, teſte *Dioſcoride*, eſt efficax remedium.

4. IN VITALI potentiſſimum vitæ præſidium.

AER eligatur temperatus, ad caliditatem tamen vergens. Frigus affectui adverſatur, quia poros conſtringit, ut ita maligni atque acres vapores exhalare nequeant.

5. IN ANIMALI diætâ vitetur motus corporis. Cum autem propter continuum alvi ſeceſſum ferè vitari nequeat, adhibetur pelvis ſub lecto, in quam deponatur Lapis Aetites Adlerſtein/ qualem *Fabricius Hildanus* deſcripſit.

SOMNUS ſit mediocris.

VENERIS uſus commendari videtur *ab Hippocrate 7. epidem. ſect. 5. t. 25.* μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει, *miſtio ea, quæ in ventre continentur, indurat.* Per miſtionem veneris intelligitur uſus.

Sed dyſentericus hic venter de eâ non cogitet, ut remedio, ſed de ABI IN CELLAM, & ORA PATER NOSTER, ut SOLATIO.

CONSULTATIO II
de
quodam dolore colico laborante.

HISTORIA.

Relatio historica. VIr XL annorum, temperamenti calidi & ſicci, convivio lautiſſimo exceptus, variis epulis aſſis, elixis, farinace-

Digitized by Google

naceisquè lautitiis se replevit, unde illa obstructio alvi, quâ aliquot ante diebus adfligebatur, adaucta, secundo die post usus cerevisiâ minus defecatâ, conqueri cœpit de dolore acuto, fixo, & stabili sub dextro hypochondrio, ad instar terebræ partem illam perforante, cum nauseâ, alvi stipticitate, flatuum detentione, imò inflatione totius ventris, & quasi ani retractione. Vomitus etiam ipsi molestus erat. Duravit hic dolor per 12. horas. Anxius de sanitate, petit consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS hic, quo cum æger noster conflictatur, est DOLOR COLICUS, variis & vehementibus mortalium genus excruciare solitus modis. *Affectus species.*

PARS ADFECTA est COLON, quod medium inter crassa intestina locum obtinere ex anatome notum est. *τὸ ὑποχείμενον μόριον.*

Erat non nemo in eâ sententiâ, non esse verum colicum dolorem, cum ad externum contactum cutis adeò doleret, ut videretur ulcerosa planè esse dispositio, inter illos numeranda dolores, quos *summus dictator 6. aphor. 7. μετεώρους sublimes* vocat, sed mox rugitus tonitruosi dubium diluerunt.

NEPHRITICUM dolorem *alii* suspicabantur, cum ad dextrum latus vergeret, sed doloris vagabunda variatio litem hanc dirimebat.

MESENTERICUM scorbuticum *non nemo* vocabat, sed etiam hic brevi sententiam mutavit.

ILIACUS perspicaciori cuidam videbatur ob doloris acutiem, & intensionem, tum etiam ad vomitum inclinationem. Sed considerabatur, colicos etiam dolores esse intensissimos, & *ἐμετώδεις vomiturientes*, ob consensum quasi fundi ventriculi, cui connectitur per omentum colum.

MEDIATA PROXIMIOR causa sunt FECES & FLATUS.

PITUITA vitrea à *Galeno* memorata, rara est avis, ut ferè nunquam appareat, & nusquam.

FECES concentratæ circà hunc locum, *γίνονται* lento gradu

gradu, παρέρχωνται ἐν ἀκαιρεῖ χρόνῳ *in momento*, & quasi indivisibili puncto. Dum sine ullâ honoris præfatione nefario ausu cœci intestini meatum obstruunt, acidique pancreatici & salsi lixiviosi biliosi succi excretionem impediunt, omnia turbantur, in flatus resoluta, ut cœlum terræ misceri videatur, ægerque præ incredibili δυσαρεστήσει *displicentiâ*, præ anxietate à mutatione loci hinc & inde medelam exspectans, sed nullam inveniens.

Peccant feces & flatus ESSENDI MODO, in *quantitate* & *qualitate* acri mordaci. Ἀκρότητας καὶ δυνάμεις *eminentias & potestates* adsumunt, miræ in intestinorum noxam animositatis. *Motu* etiam peccant hostili contrà se invicem & adversus intestina, quæ tam grata ipsis exhibuerant hospitia. Ante fuerant ἐν ἡσυχίᾳ καὶ στάσει *pacatâ quiete, statione* contentæ suâ, nunc συστροφῇ male feriato convolutionis globo confunduntur.

FERMENTATIONEM ad seditiosam flatuum hanc colluviem necessariam, in musteâ recentiorum delicias quærentes novitate, agnoscimus.

ΔΙΑΧΩΡΗΣΙΣ καὶ ἀπόκρισις *separatio* ab invicem, & à mistionis modo terribilis deviatio dominium capessit. Mercuriale, salinum, & sulphureum principia confœderationis leges rumpunt, bellaque intentant sibi invicem.

Audiuntur strepitus & murmura tonitruum æmula, incredibilia auditu, sensui tactûs intolerabilia.

REMOTIOR MEDIATA evidens, occasionalis referri potest ad RERUM NATURALIUM classem.

Graves in cibo & potu comissi errores omne punctū ferunt.

ADFICITUR NON TOTUM COLON ubique, sed in principio tantum, quà connectitur cœco, propè valvulam.

Patitur non secundùm cavitatem tantum, sed etiam secundùm membranas. Cavitas obstruitur à flatibus & fecibus: membrana distenditur.

Causa. CAUSA IMMEDIATA, quæ συνεκτικὴ aliàs dici consuevit, est λύσις τῆς συνεχείας SOLUTIO CONTINUI, quæ ut communissima aliàs doloris causa, sic nostro quoquè ingentes

Digitized by Google

gentes excitat cruciatus. Ad convivium quoddam opiparum ægrotus invitatus, variis epulis, aſſis, elixis, farinaceisque delitiis gulam demulſit, ac ventriculum replevit. Poſtero die cereviſiâ non probè defecatâ eſt uſus. Hinc ventriculus varietate ciborum, quæ aliàs morborum genetrix eſſe ſolet, copiâque eorundem nimiùm diſtentus, non rectè ſuo munere fungi potuit, ſed chylum non debito modo coctum & elaboratum in inteſtina excluſit, cui corrigendo & in melius mutando ea non ſuffecere. Inde factum, ut alvi obſtructio mirum in modum fuerit adaucta. Et quoniam vitium primæ concoctionis non corrigitur in ſecundâ, ex chylo ad hepar per lacteas venas delato, propter temperamentum quo gaudet æger, calidum & ſiccum, propterque cibos in bilem facilè convertibiles, magna procul dubio bilis flavæ & acidi ſucci pancreatici copia fuit generata, quæ in duodenum depoſita, & ad colon delata, mordacitate & acrimoniâ ſuâ torminum tantorum, terebræ inſtar partem illam perforantium, ſimul genetrix potuit eſſe.

CEREVISIA MINUS DEFECATA flatibus generandis anſam præbuit. Hi propter obſtructionem exitu denegato, circum circa fremere, ac exitum ſibi parare ſunt conati.

Ex dictis cauſis dolor hic ortus, ingens ſecum traxit aliorum SYMPTOMATUM ſatellitium. *Symptomatum ratio.*

DOLOR eſt ACUTUS, quoniam inteſtini coli membrana interior carnoſa, ad reſiſtendum tanto flatuum adortui minus apta, ſecundùm continuitatem læditur. *1.*

FIXUS & STABILIS eſt, quoniam propter nimiam copiam materia hinc inde non fluctuat, ſed quieſcit, & in uno eodemque loco exitum parat. *2.*

INSTAR TEREBRÆ PERFORAT, quia materia magno cum impetu & confertim agit. *3.*

NAUSEA adeſt, propter conſenſum ventriculi cum colo, cui jungitur omenti interventu, & quia plurimæ adhuc in ventriculo reſtagnant cruditates, in iis eliminandis expultrix irritata eſt occupata. *4.*

ALVI adeſt ADSTRICTIO, quia feces, quæ ſecundùm naturam *5.*

naturam excerni, & ab expultrice tempeſtivè expelli debuerunt, præter naturam detinentur, ob expultricem à nimiâ inteſtini diſtenſione læſam.

6. ADEST FLATUUM DETENTIO, TOTIUSQUE VENTRIS INFLATIO, quoniam locus, per quem aliàs ordinatum ſuum exitum flatus habent, magnâ excrementorum congerie obſeſſus eſt, & conſtipatus, ut ita exire nullo modo valeant. Hinc nimium quantum colon inflatur, totumque corpus montis inſtar attollitur.

7. ANUS item RETRAHITUR ob conjunctionem recti inteſtini cum colo, propter cujus nimiam extenſionem, fibrarumque diſtractionem accidit, ut fibræ inteſtini recti & præcipuè ani, cum pars muſculoſa & plurimis fibris prædita ſit, quoque adficiantur, & ſic anus retrahatur.

8. VOMITUS moleſtus denique ſupervenit, ob conſenſum nimirum, ortum ex communione nervorum à ſexto pari prodeuntium, & ventriculum pariter ac inteſtinum amplectentium.

Prædictio. PROGNOSIN I. SALUTIS & MORTIS quod attinet I. GENERIS ratione, *δεινὸν τὸ δὲ πάθος καὶ ὀδυνηρὸν, grave & dolorificum malum* hoc non flocci eſt pendendum. Adeſt dolor vehemens, pertinax & conſtans. Hic vires diſſipat & exſolvit, imò inteſtinorum dolor unus ex tribus maximis eſt, qui noſtro corpori accidere ſolent. Vehemens etiam adeſt retentio fecum. Nauſea adeſt cum alvi intumeſcentiâ, quod peſſimum eſt ſignum.

2. SUBJECTI ratione. Licet inteſtinum hoc ſit pars ignobilis, nihil cum actionibus vitalibus commercii habens; quoniam tamen eſt pars membranacea, nervis multis prædita, verendum, ne in conſenſum partes principaliores trahat, & ſic æger periculoſam ſyncopen, ſi non præſentisſimum vitæ periculum, incurrat. ACCEDIT, quod dolor hic ſit ſub dextro hypochondrio, quo vis clyſterum tàm citò penetrare non valet.

Adfulget autem adhuc & reliqua eſſe videtur ſpes ſalutis, foreque putamus, ut æger à morboſo ſtatu liberatus priſtinæ valetudini reſtituatur. Quam-

Quamvis enim adsit nausea, malum signum, tamen cum vomitu ea est conjuncta, inde colligitur, cruditates in ventriculo evacuatum iri, nec accessionem ad materiam peccantem futuram esse.

Præterea nondum anhelitus fœtet, nec sudores frigidi aut animi deliquium adsunt, quæ omnia nos in spem non possunt non erigere bonam.

Adhæc nec vermes nec calculi, nec inflammatio, sed feces saltem induratæ adsunt, quæ si ope clysterum & aliorum remediorum dissolvantur ac dissipentur, non dubium, quin dolor terga sit daturus.

II. LONGITUDINIS & BREVITATIS ratione adfectus per se quidem chronicus non est, & cum remedia parata sint, mox cessurum spes est, & quidem

III. MODO EVENTUS ad SALUTEM. Spero non fore transmutationem in alium adfectum, epilepsiam, aut paralysin, sed per evacuationem materiæ fecalis obstructionem parientis, eamque clysteribus & purgantibus expediri posse.

Ut auxilium ægro præstemus, ad CURATIONEM pedem movebimus, eamque ex artificiosè inventis INDICATIONIBUS eruemus. *Curatio.*

INDICATIONES autem istæ ex tribus sunt desumendæ: ab ipso ADFECTU CURATORIA, à CAUSA PRÆSERVATORIA, à VIRIBUS VITALIS.

CURATORIA dolorem respicit à continui solutione, tanquam causâ continente, excitatum. Hic per anodyna jucundam sensationem efficientia est tollendus. PRÆSERVATORIA obstructionem & flatus respicit, & lenientia, expellentia & discutientia exhiberi jubet.

VITALIS vires respicit, quæ roborandæ, cum in iis omnis vitæ thesaurus consistat.

MATERIAS REMEDIORUM indicationes dictæ flagitant, ex tribus usitatis fontibus desumendas. *Materia præsidiorum.*

EX CHIRURGICO FONTE depromenda *Chirurgia.*

VENÆ SECTIO, primum inter chirurgicas operationes quæ obtinet locum, propter dignitatem, nobilitatemque suam, quâ

am, quâ nulli fermè morbo non commodare potest. Hanc insigniter commendant veteres in colicâ, præsertim cum plethorâ, utpote tàm ad evacuationem quàm revulsionem facientem. Nostro verò ægro parum illam ex usu futuram esse censeo, quoniam non sanguinem in vasis, sed flatulentos spiritus in intestinis contentos peccantes habet, qui certè eâ non poterunt edomari.

CUCURBITULAS in dolore colico quidam mirificè extollunt, easque tàm scarificatas, quàm non scarificatas. Nos non scarificatam, eamque maximam cum flammâ copiosâ in abdomine circa umbilici regionem applicandam cum *Galeno*, qui incantamenti instar eam habuit, ægroto suademus, & quidem propterea, quia est materia remedii vehementer discutientis flatus. Probatur autem maxima, nam summa est flatus actio; probatur cum flammâ copiosa, i. e. vehementer agens, nam flatus copiosus & crassus difficilis est passionis. Adplicanda est abdomini, & potissimùm umbilico, nam flatus subsistentiam circa illum habent

CINGULUM quo arctè venter constringitur, à nonnullis adhibetur, verùm nullius usus esse, quin dolores potius augere quàm minuere putamus. Compresso enim ventre colon quoque arctatur, materia autem flatuosa magis renititur, unde dolor exacerbatur.

FRICTIONES *vehementes & dolorificæ, similesque* LIGATURÆ, quas commendat *Capivaccius*, magis sunt proficuæ, sunt enim materia anodyni, quatenus dolorem excitant, sunt etiam materiæ sanantes, quatenus ab intestinis ad partes extremas retrahunt, & sic causam doloris mediatam respiciunt.

Pharmacia. PHARMACIÆ vis tota consistit in excrementorum vacuatione, flatuum discussione, dolorumque sedatione. Ad hæc prosunt

Clysteres. ENEMATA. Quia alvi obstructio iter flatibus in ægro nostro impedit, quò minus egredi possint, illico hîc clyster injiciendus.

℞. de-

Vel

℞. *decocti carminativi* ℔j,
🜖 *laurini*,
mell. rosati soluti a ℥iij.
butyri recentis ℥j,
Misc. F. Clyster.

℞. *decocti carminat.* ℔j,
spec. hieræ simplicis ʒij,
sirupi ros. solut. ℥iij,
🜖 *laurin.* ℥iij,
M. Fiat Clyster.

SI PRIMA VICE RES NON SUCCEDAT, non protinus cessandum, sed eorum usus continuandus donec obstructio à retentione excrementorum orta solvatur.

Vel

℞. *parietariæ, malvæ,*
althææ a. M j,
rad. althææ,
liliorum alb. a. ℥ß,
ficuum n. x.
Coq. in 🜄 simplici.

℞. *fol. centaurei minoris* Mß,
pulegii,
calamenthi,
origani a. M j,
colocynthidis ʒij.
Fiat decoct. s. a.

℞. *colaturæ* ℔ j,
cassiæ pro clystere ℥j,
🜖 *violarum*,
anethi a. ℥iß,
vitell. ov. n. j.
F. Clyster emolliens.

℞. *dicti decocti* ℔j,
benedictæ laxativæ,
cassiæ pro clystere a. ℥ß.
mellis rosati,
🜖 *rutac. laur.* a. ℥iij,
M. Fiat Clyster.

Cum verò ex usu ægri sit, simul ad alvi emollitionem, doloris lenitionem, flatuumque discussionem respicere, talis commendari potest:

℞. *fol. verbasci*,
parietariæ,
malvæ,
althææ,
rutæ, a. M j,
flor. chamæmeli,
meliloti a. p. iij,
sem. anethi,
carvi a. ℥ß,
colocynthidis contusæ ʒj,
baccar. lauri ʒij.
Coque in aquâ simplici.

℞. *colaturæ* ℔ j, *de bacc. laur.* ʒiij.
electuarii diaphœnici, *ol. rutac. anethin.* a. ℥iß,
benedict. laxat. a. ℥ß. F. Clyster.

Post fecum per clysteres vacuationem, si flatus imprimis discutere opus esset, tali clysmate æger uti posset:

℞. *sem. carthami* ʒiij, *lini* ℥iij,
cumini, *fol. rutæ,*
anisi, *calamenthi* a. M ß,
fœniculi, Bulliant simul ad cons. medie-
dauci a. ℥j, tatis. Factâ expressione

℞. *dicti decocti* ℔j, *ol. rutacei,*
elect. ex bacc. lauri, *chamæmeli* a. ℥ß.
hieræ pro clyst. a. ℥ß. *mell. ros.* ℥iij, M. F. Clyster.

℞. *fol. origani,* *meliloti* a. Mß.
rutæ, *bacc. lauri,*
veronicæ a. Mj, *juniperi* a. ℥ß,
flor. chamæmeli, Coq. in aquâ simplici.

℞. *Colaturæ* ℔ j, *ol. anethini,*
elect. hier. picræ simpl. *rutacei* ℥iß,
diaphœnici a. ℥ß, Fiat clyster.
de bacc. lauri ʒiij.

Glandes. SUPPOSITORIA quoque ægro afferent juvamen, ut:

℞. *mellis cocti* ℥j, *trochisc. alhandalon,*
spec. hieræ picræ ʒj, *salis* a. ℈j. Misce.
F. Suppositorium longum.

℞. *sem. anisi,* *dauci,*
cymini, *sesel.* a. ʒß,
ammeos, *specierum hieræ* ʒj,
rutæ, *mell. q. s.* M. f. suppositorium.

Ad rectam clysterum applicationem pertinet, scire, quod commodius hi injiciantur per siphonem aurichalceum, quàm

quàm bubulam vesicam tubulo corneo vel stanneo alligatam, altius enim pelli potest liquor.

Cogitatum fuit de τῇ χαλκευτικῇ φύσα καὶ κατὰ ποτίοις κατὰ μολύβδου γιγνομένοις *fabrili folle & pilulis ex plumbo factis*, à vetustate commendatis & à plurimis nostro seculo confirmatis. Sed lenioribus negotium expediri posse judicatum fuit.

VOMITUS, si εὐέμετος sint æger, non omittendus, exhibitâ cerevisiâ calidâ cum butyro, vel decocto hordei cum oleo olivarum vel amygdalorum dulcium.

PRÆPARANTIBUS nullis opus, cum moram non ferat affectus, nec opus sit iisdem, cum excrementis vacuatis, flatus si qui biliosi & pancreatici restagnent succi, educi possint simul.

PURGANTIA, si alvus clysteribus non respondeat, locum etiam hîc habere possunt, cum sæpius unico purgante dolor colicus contumacissimus, & vel triginta clysteres eludens, fuerit devictus. Instar omnium erit bryonia Indiæ occidentalis, mechoacanna nigra, GIALAPA dicta. Ejus radicis selectæ pulverisatæ ℈j cum elæosacchari anisi gr. vj exhibeatur in cochleari cerevisiæ calidæ. Spei plenum ut hoc est remedium, ita etiam finem omnibus imponet modis, placidissimâ obstructionum reseratione.

DIAPHORETICA ex usu etiam esse videntur. Notante enim *Carolo Pisone sect. 4. de morbis infimi ventris à colluv. serosâ cap. 2.* sæpissimè dolores colici à sudoribus spontaneis sunt aversi. Nobilis & pretiosa est hâc in re *aqua zedoariæ ex radice cum baccis sambuci* parata. Sudorem ciet & flatus dissipat. Stationem quoque meretur *tinct. papav. errat. Mynsichti*.

℞. *conservæ flor. papav. erratici* ℥j, *spir.* ⊖*li* ʒj.
Irroretur ▽ *papaveris erratici* ℥iij.
Extrahatur tinctura rubicunda.
Filtretur. Adde *sirupi flor. papav. errat.* ℥iiij.
Misce. Præbium sunt ℥iß.

Vel

℞. *sal. C.C. volat.* gr. vij, *C. C. philos. calc.* ℈ß.
M. S. Schwitzpulver/ sumatur in aq. cardui ben.

℞. *sal.*

Vel

℞. *sal. viperarum, C. C. usti* a. ℈. vij.

Detur hor. mat. in vino vel in aq. flor. sambuci.

FLATUS DISCUTIENTIA AC INTESTINA ROBORANTIA non sunt transilienda. Theriaca Andromachi, mithridatium, vinum aromatisatum, aqua theriacalis, pulveres carminativi varii ex *cymino tosto, & in aceto extincto, ex sem. dauci, anisi, fœniculi, nigellæ, rutæ, apii, ol. destill. junip. anisi, carvi, cinnam. &c.* Usurpanda etiam *spir.* ♀, *bals.* ♀*ris, extract. calam. aromat. zedoar. galangæ cum spiritu vini præparat.*

Specifica interna. SPECIFICA non omittenda. Sunt autem ea varia & multa ab autoribus allata. *Galenus* vehementer commendat stercus lupinum: *Abuali Ibn Tsina* intestinum lupinum. *Dioscorides* laudibus extollit alaudam assam comestam. *Rodericus à Fonseca* testiculos equorum in vino generoso elotos, postea exsiccatos & in formâ pulveris ad ʒj cum ʒß sem. anisi in jure vel vino exhibitos pro secreto adsignat. *Idem* prædicat pulverem spongiarum, quæ reperiuntur in rosis sylvestribus cum vino sumptum. Alii alia in medium adducunt. Ex his optima, & experientiâ maximè probata eligi, & ægro offerri possent.

externa. EXTERNA sunt sacculi, cataplasmata, cerata, fomenta, epithemata, linimenta, & inunctiones ad dolorem mitigandum, flatus discutiendos, materiam peccantem educendam, & intestinum roborandum.

Possent SACCULI fieri ex *seminibus carminantibus, anisi, carvi, cymini, fœniculi, item furfuribus, milio,* arte temperati, & ægroto adplicari vel etiam suo modo in vesicis, vasculis aut per spongias adhiberi. *Zibetho*, cujus vis promptè ad interiora sese insinuat, & quicquid nebulosum est discutit, decumbentis umbilicus inungi posset. *Tabulæ* quoque ex ophite lapide singulariter eum in usum paratæ, in aquâ fervente calefactæ & linteo involutæ epigastrio adplicandæ, nisi pondus sit molestum.

BALNEIS ex aquis dulcibus seu herbarum lenientium decoctis factis ægrotus est inferendus, injecto prius clysmate aliquo

aliquo leniente, ventreque oleo amygdalorum dulcium, butyro, aliisque pinguedinibus humectantibus inuncto.

ANODYNA demum, si dolor non cesserit, in subsidium sunt vocanda. Possunt locum illorum supplere *ol. anethin. chamamelinum* commune, in quo ebullierint anethum, fœniculum, & cyminum in parvâ copiâ.

Conducunt *pilulæ narcoticæ Plateri.* His omnibus palmam præripit laudanum opiatum cum succis acidis aut spiritu vini paratum, ad gr. ij. vel iij. datum.

DIÆTA postremò probè est observanda.

CIBUS sit εὔπεπτος καὶ εὔχυμος, non crudus, & crassus, si adsit appetitus. Omnia verò plena dolorum & laborum. Operam demus, ut vel jusculum ad minimum adsumatur. *naturalis,*

POTUS sit cerevisia ex hordeo probè cocta, lupulo non carens, probèque defecata: vinum itidem album & tenue.

De AERE parum æger solicitus esse solet medicato. Patienter ferat odores clysterum, balneorum, unguentorum, sellarum cacatoriarum. Omnis ab his salus. Frigidum in anxietatibus illis dum habet in votis, ita disponatur, ut contentus sit temperato. *vitalis.* *animalis.*

SOMNUS & VIGILIAE modum non excedant.

ALVUS sit laxa & lubrica, & si quotidiè non respondeat, lenientibus ad obsequium adigatur.

ANIMI PERTURBATIO vehemens, præsertim ira est vitanda. Erigatur ægri animus hoc malagmate: omnium anxietatum constanter esse expectandum finem.

CONSULTATIO IV

de

iliaco.

HISTORIA.

ILlustris quædam persona, annorum LXIV, temperamenti calidi & humidi, variis diætæ indulgens erroribus, quorum non levis, qui committebatur in masticatione negligente: deglutiebat nondum satis comminutos cibos, cum medi- *Relatio historica.*

Digitized by Google

tabunda mensæ adsideret. Post, motus corporis inordinatos sentit juxta umbilicum tumorem indolentem, qui quotidiano ὑποζώματι seu *subligaculo* levabatur, cum rhedâ vehebatur, etiam cingulo coriaceo. Hernia erat umbilicalis incurabilis, exilis tamen, à levi peritonæi relaxatione orta. Ante dies octo iter faciens & quidem rhedâ quadrigis concitatâ adeò festinatè, ut unius horulæ spatio milliare absolveret integrum, rhedâ descendens sentit dolorem capitis, cum apparente objectorum circumgyratione. Hæc à retentâ alvo provenire dum putat, pilulas sumit usuales, biduò trinâ vice, sed absque effectu. Ordinatum clysterem noluit admittere. Tertio die circa vesperam vomitu ejicit materiæ crudæ variæ magnam copiam. Noctu sequitur materia flava saporis purulenti, oleosi, non tamen adhuc stercorei odoris, in maximâ aliquot librarum IX vel X circiter copiâ. Ore eluto nulla ampliùs sitis, cùm anteà adesset magna. Quartâ die clystere adhibito, mitigantur ebullitio & excretio per os, redit tamen vomitus, quoties tumor circa umbilicum tangitur. Alvus planè constipata nihil excernit. Clysteres injecti paucis scybalis juncti soli rejiciuntur. Die quinto pulsus imminuitur, sequitur rigor & perfrigeratio totius corporis, convulsio maxillæ inferioris, & omnia in pejus ruere videntur.

RESOLUTIO.

Affectus species. Præsentem affectum esse εἰλεον, exquisitam iliacam passionem, testantur signa παθογνωμονικὰ petita ab ipsius essentiæ ratione, alvi scil. stypticitas & vomitus. Nam *Galeno* teste ἐν τοῖς εἰλεοῖς οὐδὲν ὑπέρχεται κάτω, τοῦτο ἐστιν ἴδιον ἀχώριστον τοῦ πάθους, *in ileo nihil subit deorsum, id affectus hujus proprium est inseparabile:* ὅταν δὲ ὀλεθρίως ἔχουσιν, ἔμετος σύνεστιν, *quando verò perniciosè ægrotant, vomitus adest.*

τὸ ὑποκείμενον μόριον. SUBJECTUM principale est tenuium intestinorum tertium, quod à frequentioribus quibus involvitur anfractibus vocatur ILEUM.

Causa ἄμεσος. CAUSA IMMEDIATA est motus intestinorum depravatus. Naturalis intestinorum motus est, τῶ μὲν τὰ περιεχόμενα ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὸ κάτω φέρονται, περισταλτικὸς καλούμενος, quo

quo contenta ex supernis ad infernas moventur partes, se promovens instar vermiculi seu lumbrici, *levi quâdam constrictione.* In ægro motus hic diverso modo se habet. Περισταλτικὴ ἡ δὲ κίνησις παρὰ φύσιν γίνεται ἐκ τοῦ κάτω πρὸς ἄνω, *constrictiva hæc motio præter naturæ institutum ab imis tendit ad summa.*

MEDIATA PROXIMIOR sunt humores fecales chylosi, in tenuibus intestinis collecti, cum bilioso pancreatico & acido succo concentrati, fervorem & fermentationem qui conceperunt ὀργασμώδη, à mixtionis modo secessionem fecerunt, & cum ob INFLAMMATIONEM intestini tenuis incarcerati permeare non possint, sursum concitantur ad ventriculum. ἔμμεσος *proximior.*

INTER REMOTAS NATURALES TEMPERAMENTO aliquid tribui potest, culpa tamen maximè redundat in MOTUM in rhedâ velocissimum, quo concussum omentum, & loco moti tenuis jejuni intestini portio calorem præternaturalem concepit & inflammationem. *remotior.*

Ἰατρομαθηματικός quidam climacterici magni anni prægressi malevolentiæ infirmitatem hanc adscribere volebat, sed non audiebatur.

NON NATURALES ἀπειδάλλον μέρος contulerunt: ἡ ποσότης τῶν ληφθέντων καὶ ἔμφραξις τοῦ κόπρου ξηροῦ.

INTEMPERANTIA victus in copiâ & varietate magna erat. Nunquam cœnâ surgebat, nisi dubiâ.

CONSTIPATIO alvi aderat continua, quam aliàs feliciter ordinariis temperabat piluliis. Trina præbia nunc non faciebant officium. Movebantur feces, sed non promovebantur. Impedimento erant inflammatio, & stercoris meatum quæ obturabat, induratio.

Accedebant VOMITUS inopinati fecum liquidarum, irritatâ naturâ insurgente. COLOREM flavescentem æmulabantur, talis enim est color chyli cum bile permisti. SAPOR oleum præ se ferebat, qui tamen collutione oris mox abiit. *Ratio symptomatum.* 1.

FLAVUS fuit excretorum color. Mirum, quod non niger? Nondum contraxerant morâ putredinem & corruptionem. 2.

ΚΟΠΡΙΗΜΕΤΟΣ *merdivomus* erat æger Sed cur ejecta non fœtebant? Nihil erat conjunctum de stercore crassiorum intestinorum. 3.

4. MITIGABATUR quartâ die ebullitio post injectionem clysteris, non quod retracta fecalis sit materia, sed quia ob colon exoneratum, largius intestina occuparint spatium.

5. ALVI constipatio statim excepit vomitum, & necessariò. Fit via vi per superiorem gutturem, aperta quæ debebat esse per inferiorem.

RECRUDESCIT vomitus, tacto umbilico: ibi enim mali fomes.

πρόλεξις. PRÆDICI nihil potest boni. Εἰλεὸς ὀλέθριος καὶ θανάσιμος ἐν τοῖς γέρουσι, *funestum volvulus minatur exitum in senibus.*

1. Non desunt quidem exempla iliacorum, quibus aliquot dierum intervallo stercorei fœtidi vomitus molestissimi fuêre, restitutorum, sed MAGNITUDO affectus hîc periculum auget, æstimandum à vehementiâ inflammationis & fecum multitudinis, letalium symptomatum etiam præsentiâ & frequentiâ.

2. Diu cum hoc malo æger non conflictabitur, sed brevi succumbet, unius aut alterius diei intervallo,

3. MODO eventus terribili. Vires jam ad extrema devenêre, succumbit pulsus. Δεῖψα παραλόγως λυθεῖσα κακὸν. *sitis, quæ ante aderat, sine ratione ablata* naturali facultati vim inferri notat.

RIGOR pessimum signum, cum perfrigeratione totius corporis junctus.

CONVULSIO maxillæ infernæ exorta συμπαθείᾳ τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων τῇ τοῦ στομάχου κακώσει, *nervorum principio propter stomachi vitium per consensum affecto,* prodromus fatalis mutationis. Cur sola inferna maxilla tremula, convulsa, ratio in obscuro latet fundo.

Quamvis autem medicamenta parum proficua fore credamus, propter humanum tamen benignumque artis auxilium contendere cum hoc morbo oportet, nec ceu deploratum planè relinquere.

Ἴασις. MEDENDI methodus suadet causarum remotionem, ut scilicet detentio fecum purgantibus expediatur, inflammatio alterantibus debelletur, motusque intestinorum ad naturalem statum reducatur.

Ut

De SANGUINIS missione ex medianâ dextri lateris cogitari potest, ut inflammationi intestini obviam eatur. *Pharmacia.*

Ut alvus suum faciat officium, foveantur primò partes ani externæ *decocto ex emollientibus, ut rad. alth. filic. lil. alb. herb. atripl. brancæ ursinæ, fl. chamæm. verbasci, melil. parato.*

Posteà injiciatur sequens clyster:

℞. *rad. althææ* ℥j,
lil. alborum ℥ß,
herbarum mercurialis,
parietariæ,
violarum,
brancæ. ursinæ a. M j,
florum chamæmeli,
meliloti a. p iij,
sem. fœniculi,
althææ a. ℥ij,
prun. damascenorum n. x.

Coq in s. q. aq. Colat. ℥x adde
ol. diacarth. ℥iß,
ol. sept. flor. Mynsicbti ℥j,
℥ *chamæmelini,*
irini a. ℥iß,
mell. rosati colati ℥i,
⊖. ♀. ℥j.
Misce.
D. cum instrumento.

Exaltandi sunt clysteres generosioribus ingredientibus, *colocynthide, croco metallorum* in petiâ ligatis. SIPHONE aurichalceo infundantur, ut altiùs penetrent.

Fœmina xxx annorum, herniâ inguinali leviter tumente per biennium laborans, post inordinatum corporis motum vomitibus corripitur crebris. Fit etiam merdivoma: excretaque fœtore & ægræ & astantibus molestiam præbent. Hæc quinque antimoniatis clysteribus liberata, subsequente aliquot dierum diarrhœâ, quæ excedens tandem laudatorum opii beneficiorum opem implorabat & propitiam experiebatur. Eadem fortuna nuper contigerat viro umbilicali herniâ laboranti.

Similia χειρεργήματα tentari possunt, si virium jactura, & inflammationis desperata salus non obstent.

INTERIUS PER OS exhibeatur ℥ *amygdalorum dulcium*, solum vel cm vino permistum. Misceri potest urgente dolore *sirupus de papavere*, in haustu *decocti hordei*, vel cerevisiæ calidæ.

Digitized by Google

JUSCULA pinguia sola,(cum *malvâ* enim & *althæâ* cocta nauseam minantur,)conveniunt. Addi potest ad efficaciam & flatuum discussionem *oleum chamæmelinum* coctum.

SERUM caprinum nonnunquam convenit.

EXTERNE applicetur cataplasma:

℞. *rad. althææ* ℥iij,
fol. malvæ Mij,
bonginis,
buglossi a. M℔.
fl. verbasci,
meliloti,
chamæmeli a. p iij.
Pulverisata coq. in aq. comm. s. q. Adde
ungv. dialthææ ℥ß,
mucil. seminum althææ,
butyri recentis a. ℥iij,
Distendatur in linteo, suprà umbilicum.

Regio umbilici inungatur sequente linimento:

℞. *succi radicis ebuli*,
fellis bovini a. ℥ß,
aloës socoterinæ ʒij,
⊖ *gemmei*,
rad. elleb. pulverisati a. ʒß,
ungv. arthanit. q. s. ⊖. Sälblein.

BALNEA cum emollientibus parata tentari possunt, spe alicujus emollitionis fecum, & mitigationis inflammatarum & dolentium partium. Sed summa virium jactura ea non videtur admittere.

Aderant, qui medicos jubebant in pertinaci & incorrigibili hâc alvi obseratione ad sacram ancoram confugere ab *Hippocrate lib. 3. de morbis*, propositam, nimirum ad τὴν φῦσαν χαλκευτικὴν *fabrilem follem*, eo flatum immittere, clysteresque superaddere.

ALII *Tralliani pilulas* ex plumbo & euphorbio magnifaciebant.

Erat, qui currentem mercurium summis ad cœlum extollebat laudibus, multis experimentis comprobatum.

Sed nec medici, nec æger, nec adstantes consentire volebant, & in solis medicamentis acquiescendum censebant ALTERANTIBUS & CONFORTANTIBUS,

DIÆTA non neglectâ, quæ in jusculis restaurantibus & potulentis ægro gratis consistet.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.
LIBER VIII,
de
affectibus jecoris, lienis, mesenterii.
CONSULTATIO I
de
icterico.
HISTORIA.

JUVENIS temperamenti calidi & sicci, corporis macilenti, viginti sex annorum, vitam sedentariam agens, ad iram pronus, victu liberali, nec non ciborum acrium & salsorum, ut caseorum veterum, cerevisiarum minus defecatarum usui adsvetus, aliisque diætæ erroribus oblectatus, amystideque bibens, circa finem veris æstate ingruente in convivio magnis se implens cyathis, totius corporis *Relatio historica.*

φλόγωσιν

φλόγωσιν subitò accedentem, modò recedentem, persentiebat, absque tamen febre. His accedebat lassitudo, spirandi difficultas, circa præcordia angustia aliquot dies durans, unà cum amarore oris insigni, & appetitu prostrato. Totius corporis περιφέρεια flavescebat, maximè autem album oculi, & tum anxietas remittebat. Excrementa alvi erant tarda, livida post alba. Urina crocea & crassa, pulsus langvidus. Dolore capitis pungitivo per intervalla cum aurium tinnitu & ardore hypochondrii dextri fixo afficiebatur. Æger hic pejora metuens mala, ut à fœdissimo malo liberetur, à medico petit consilium.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUS ægri nostri est ICTERUS flavus, nomen adeptus ἀπὸ τῆς ἰκτίδος, id est à *viverrâ*, sylvestri mustelâ, cujus oculi flavo tincti conspiciuntur colore. *Quidam* ab ictero *græcis*, ave *latinis* galgulo seu galbulâ dictâ derivant, putantes, si adspiciat aliquem ictero laborantem, trahere in se totum illud virus atque ipsam perire, ægrum verò liberari. *Dicitur* etiam *morbus regius*, quia regio curatur apparatu: *aurigo* ab auri colore: item morbus *arquatus* ab arcu cœlesti seu iride, eò, quod ejus colorem ægrotantes suis circumferant oculis. *Germanicè* die Gelbesucht / oder Miß-Farbe.

ADESSE hunc affectum docent signa, quæ IMMINENTEM icterum prædicere & minari solent: φλόγωσις & fugitiva caloris in toto corpore sine febre vicissitudo, lassitudo, spirandi difficultas, angustia præcordiorum, amaror oris, appetitus prostratus.

PRÆSENTIS indicia certissima sunt essentialiter inhærentia: symptomata excretorum, & qualitatum mutatarum: color totius corporis & albi oculorum flavus: croceæ urinæ & excrementa alvi cineris instar albicantia, quibus notis affectus hic semper se prodere solet.

SIMILITUDO affectum hunc adesse etiam confirmat. Vidi in alio ægro similem affectum, qui ab omnibus habebatur pro icterico.

SUBJECTUM ADÆQUATUM, seu pars recipiens

piens est totum corpus, non saltim ejus pars aliqua, ut in herpete & erysipelate, secundùm venas capillares per habitum corporis & cutis, ut & album oculorum dispersas. *κείμενον ὑποκείμενον.*

SUBJECTUM PRINCIPALE seu pars mandans est porus seu canalis choledochus epaticus, ex parenchymate hepatis prope venarum portæ & cavæ radices, ad intestini duodeni finem & jejuni principium protensus, bilemque in illa derivans. Jecur ipsum per ESSENTIAM affectum esse arguit ardor ille dextri hypochondrii: nam viscus hoc sanguinis colatorium, si intemperie aliquâ laboret calidâ, vel obstructione, accidit, ut sanguinem biliosum in multâ copiâ colligat. Hunc cystis fellea omnem depurare dum non potest, ille massæ sanguineæ permistus per venas ad cor, postmodum per arterias ad corporis peripheriam propellitur.

CAUSA IMMEDIATA est expurgatio biliosi sanguinis in jecore impedita, ejusque per venas majores in minores, per minores in minimas, ipsumque habitum corporis & cutim regurgitatio. *Causa immediata.*

MEDIATA CAUSA PROXIMIOR est bilis expulsio in epate à radicibus vesicæ biliariæ fieri solitæ, ejusdem bilis in vesicâ collectio, & per poros in intestina transmissio impedita. *mediata proximior.*

IMPEDITUR autem ab humoribus crassis & lentis, dictos meatus obstruentibus.

Non possumus adsentire HELMONTIO, qui bilem pro causa non agnoscit, sed accusat virus aliquod excrementosum, seu stercus liquidum & flavum, secundæ digestionis prolem, sursum p. n. raptum in vasa, & per totum corpus dispersum.

Si cui placuerit, pancreaticum liquorem multum ad icterum hunc conferre momenti, ipsi non refragabimur.

REMOTIORES mediatæ causæ etiam sunt excutiendæ trium generum. *remotiores*

I. NATURALES in nostro ægro sanguini bilioso generando ansam dedere. Hos inter primum locum tenet *naturales.*

TEMPERAMENTUM totius corporis calidum & siccum.

Hoc uti ad generandam bilem præ cæteris aptum eſt, ita & noſtrum ægrum θερμόκοιλον ad hunc affectum diſponere potuit.

His acceſſit ÆTAS JUVENILIS, cum vigeſimum nondum exceſſerit annum. Tales enim morbos in his ætatis terminis ſæpiſſimè accidere obſervatum eſt.

non naturales. II. NON NATURALES cauſæ diætæ errores complectuntur.

AER æſtivus humores adurit, & bilioſæ conſtitutioni favet.

OTIO dedita vita & intermiſſum corporis exercitium collectos calidos & ſiccos humores non diſſipat, nec, ut ad alvum bilioſa properent, incitat.

IN VICTU pleno & liberali errores commiſſi plurimi, propter cereviſiæ non benè defecatæ & ciborum acrium, ut & ſalſorum, nec non caſeorum veterum, variis excrementitiis ſuccis materiam ſuppeditantium uſum frequentem, his accedunt.

Notum eſt *ex doctrinâ divini ſenis*, inevitabilem eſſe morborum neceſſitatem, niſi congruus cibo potuique acceſſerit labor. Οὐ δύναται ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ πονέει. *Non poteſt homo ſanus eſſe, niſi laboret*.

EXERCITATIO corporis neglecta in ægro, nihil non contulit ad bilioſorum ſuccorum inanitionem & commodam corporis habitudinem comparandam.

COMPOTATIONIS STRENUÆ INSIGNIS in convivio EXCESSUS humores vitioſos & craſſam bilem præcipitavit in poros felleos, ſicque malum hoc acceleravit.

AFFECTUUM animi, præcipuè IRÆ, in hoc malo accerſendo magna vis hîc etiam ſe exeruit.

Symptomatum ratio. Ex his recitatis cauſis non mirum eſt, quod genitus fuerit hic affectus, & quod varia ſecum traxerit SYMPTOMATA, quorum cauſæ conſiderandæ veniunt.

1. ΦΑΟΓΝΩΣΙΣ illa fugax, mox recedens, orta fuit, dum bilioſus ſanguis non expurgatus à fecibus ſuis incaluit, abſque tamen febre, quia non putruit in vaſis, ob tranſpirationem liberam.

LASSI-

LASSITUDO accessit spontanea, quæ maximè percepta fuit, cum corpus movebatur. Causa est copia biliosi & acris succi, partes musculosas motui dicatas valdè premens, unde in ipso motu citò defatigantur & lassantur partes. 2.

DE RESPIRANDI difficultate conquestus fuit. Hanc excitarunt vapores illi calidi ab inferioribus partibus ad diaphragma, imò ad ipsum cor adscendentes, illudque in motu suo impedientes. 3.

ORIS AMARORIS causa in eandem bilis copiam erit rejicienda, quæ sanguineæ massæ jam mista per arteriolas seu per ductus salivales in fauces desinentes, in fauces & linguam, tanquam gustûs organum deponitur. 4.

FLAVEDO totum corpus, maximè verò album oculorum infestans, excitatur à bile, quâ æger scatet, propter abundantiam excrementi biliosi, quam cystis fellea non omnem absorbere potuit. Hæc per ἀναδρομὴν in corpus regurgitat, & inde cum reliquo sanguine in extremam cutem, imò & albam adnatam tunicam, quæ aliàs omnis coloris est expers. 5.

EXCREMENTORUM alvi lividorum & alborum causa est excretio bilis, quæ ea tingebat, ad intestina denegata. 6.

URINA CRASSA & crocea apparuit ob tincturam bilis abundantis, quâ in naturali multò magis in præternaturali statu, eam tingi docet *Galenus*, dum attrahitur à renibus cum sero sanguinis. 7.

DOLORIS CAPITIS pungitivi cum aurium tinnitu causa est acrimonia biliosi sanguinis ad superiora per arterias carotides tendens, & nervosum genus afficiens. 8.

FIXUS ARDOR hypochondrii dextri exortus fuit ob intemperiem hepatis eo loci siti calidiorem, à sanguine fervidiore in ejus parenchymate collecto auctam. 9.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ sequitur SALUTIS & MORTIS ratione. Prædictio
Icterus hic lethalis haud est, per se & suâ naturâ. Nondum est confirmatus, non conjunctus cum febri: non exortus ab hausto vel immisso aliquo veneno, non à lapidibus in cysti contentis, non à scirrho vel inflammatione hepatis, sed ab obstructione pororum fellis. 1.

2\. BREVI temporis spatio curabitur hic affectus.

3\. EVENTUS MODO aptissimo, apertione & reclusione felleorum pororum, tum in parenchymate jecoris sitorum, tum intestino insertorum.

Curatio. CURATIO maturanda, ne mala per longas invalescant moras. Nititur ea

Indicationes. INDICATIONIBUS ordinariis. CURATORIA morbos, intemperiem, & obstructionem abigendam esse monet.

PRÆSERVATORIA causas auferri jubet, humores & bilem crassam obstruentem. Ordine intentionis prima est color. Symptoma urgens cum sit, ille tollendus, per διαφόρησιν expulsâ biliosâ colluvie. Ordine exsequutionis hæc ultima est.

VITALIS indicatio observatu necessaria est. Roboranda viscera infirma, & tonus labefactatus restituendus.

Materia præsidiorum. MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus:

Chirurgia. I. CHIRURGICO. Nullum horum præsidiorum ex usu esse posse videtur. Quamvis enim VENÆ SECTIO conveniat in ictero ab inflammatione jecoris, non tamen hîc locum habet. Oritur ab obstructione pori fellei. Sangvis hic non peccat, ut causa principalis, aut minus principalis. Cacochymia adest exquisita, in quâ venæ sectionem non convenire tradidit *Galenus 4. de tuendâ valetudine.*

VENARUM SUBLINGVALIUM, frontalium & narium apertionem nonnulli commendant, ad eductionem materiæ biliosæ ex faciei partibus cutaneis, ad colorem floridum restituendum. Sed non adeo opus est illo præsidio, ista enim decoloratio sponte suâ, poro aperto biliario, & sudoribus cedit.

Pharmacia. Lenientia. II. PHARMACEUTICUS fons suppeditat LENIENTIA. ALOE & inde paratæ pilulæ Francofurtenses cum succo rosarum hîc excellere ab aliquibus censentur. Non cedit illis natura stimulo suo naturali, bile scilicet destituta. Debiles cum sint segnities compensetur frequentiâ.

Præparantia. PRÆPARANTIA ab initio adhiberi queunt, tum quæ humores, tum quæ vias per quas educi debent, respiciunt. Refrigerandi, humectandi, aperiendi vim habeant.

Quamvis

Quamvis autem, *teste Galeno, libro, quando & quos purgare oportet*, tenues humores nullâ expectatâ coctione ab initio evacuari queant, non propterea statim tamen biliosi succi in icteritiâ sunt vacuandi, neque enim semper tenues sunt.

Præparatio ergò necessaria est: imò *Massarias* tanquam maximâ dignum observatione præceptum inculcat, ne purgantia medicamenta exhibeantur in principio, antequam bilis præparetur & ad intestina ducatur. Excellunt *radices cichorii: folia acetosæ, capilli ♀ris, endiviæ. Crem. ♀ri, & ♀ ⊕latus* conveniunt.

℞. *sirupi de duabus radicibus, agerati, byzantini* a. ℥ß, *corallioriorum* ℥j, *misturæ simplicis, tartari ⊕lati* a. ℈j, *spir. centaurii minoris* ℈j, *cinamomi* ℈ij, *tinct. ♂tis aper.* ʒß, *aq. cichorii, taraxaci* a. ℥ij,

M. S. Safft auff vj mahl.

Si malit pulverem adsumere,

℞. *crem. ♀ri, salis eupatorii, genistæ, absinthii* a. ℈ß, *coralliorum rubror. pp. lapid. cancri pp. feculæ ari* a. g. v, *cinamomi acuti* ʒij, *sacchari ad pondus omnium.*

Misce in scatulâ.

S. Leber-Pulver auff vj mahl frühe in einer warmen Brüh zu nehmen / 6 Morgen nach ein ander.

PURGANTIA in principio leniora sint, in progressu fortiora. *Purgantia.*

Galenus 1. de natural. facult. cap. 13. disputans contra *Archigenem*, magnam in purgantibus bilem spem collocat: refert enim se curato jecinoris morbo, ægrotum vindicâsse.

Hâc spe & nos freti, judicamus purgantium usu ægrotum nostrum mirificè sublevatum iri.

PRO LENI PURGATIONE basis esse potest *rhabarbarum*, quod biliosum sanguinem movendi vim habet mirabilem. Ejus notæ est etiam *sirupus cichorii cum rhabarbaro, exaltatus scammonio & chrysopo*, ut & *elect. rosatum Mesue.*

Species hæ alterantes & purgantes erunt proficuæ.

Google

℞. *rad. cichorii, fœniculi, fragariæ, cort. tamarisci* a. ℥ß, *rhapontici veri* ʒij, *seminum anisi, fœniculi* a. ʒß, *herb. marrubii, cuscutæ, capill.* ♀ris, a. p. iij, *summitatum absinthii romani* p. ij, *fl. centaurii minoris* p. iij, *passular. min. mundat. incisar.* ℥ß, *rhabarbari selecti* ʒiij, *fol. sennæ alexandrinæ. s. s. limat. chalybis pp.* a. ℥ß, *agarici trochiscati, gialapæ optimæ* a. ʒjß, *spec. dia rhodon Abbatis* ʒj.

Contusa & concisa secundum artem dentur ad chartam.

S. Species zum Säcklein.

Consuantur in sacculo lineo & macerentur in cerevisiæ, vel vini Francici libris quatuor.

De hoc infuso bibat æger matutinâ nonâ, & vespertinâ quartâ bonum haustum.

FORTIORA etiam purgantia conveniunt, quæ generosiùs stimulare possunt expultricem facultatem, quâ icterici langvent, cum stimulus bilis deficiat. *Scammonium* excellit exhibitum cum cremore ♀ri.

℞. *scammonii ♀rati, gialapæ pulverisatæ* a. ℈ß.

In chartâ S. Purgir-Pulver.

Urinam pellentia. Hoc modo corpore evacuato per alvum, cum non videantur evacuationes PER URINAM universales proficuæ, ut nec particulares evacuationes per ERRHINA, licet nonnulli commendent ad faciei colorem alienum extirpandum, statim accedendum est ad.

Alterantia. ALTERANTIA, quæ vim habent fervorem corrigendi jecoris incendium, temperandi, & reliquias obstruentis humoris discutiendi. Alia horum sunt interna, alia externa.

interna. INTERNA exhiberi possunt quocunque tempore morbi, etiam dum purgationes & præparationes adhibentur. His semper admiscenda ea, quæ latente proprietate dicuntur ictericos juvare.

Gaelnus

Galenus lib. de theriacâ ad Pisonem cap. 4. proponit tanquam mirabile secretum *lumbricos terrestres*, si attriti cum vino & mulsa exhibeantur. Possunt exhiberi pulverisati ad ʒj cum *succo cichorii* in formâ boli.

Chimici, qui externâ ex signaturâ de internis viribus judicium ferre solent, commendant *crocum* & *chelidonium majus*, quod flavescente succo turget. Assumi possunt radix, flores, & tota planta. *Crocus ♂tis aperiens* etiam commodus, cum obstructiones sunt validæ.

℞. *rad. chelidonii maj.* m ij, *granorum juniperi* m j.

Contundantur in mortario. Affundatur *vini rhenani lib. 1.* Exprimantur. Colaturæ ℥iij manè & ante cœnam bibantur.

Hoc tanquam singulare remedium & experimentum in ictero ab obstructione commendat *Franciscus Joel in praxi.*

℞. *rad. chelidonii majoris* ℥ij, *cichorii, polypodii* ā. ℥j,
seminis petroselini, anisi ā. ʒß.
florum genistæ p. ij, *gran. juniperi* M. ß.

Coq. in suff. q. aquæ font. Colat. ℥viij adde *sirupi de cichorio cum rhabarbaro* ℥j. M. F. Potio. DOSIS cochl. iiij.

℞. *croci ♂ aperitivi* ʒß, *conservæ menthæ, absinthii* ā. ʒß.

M. F. Bolus. Superbibat supra scriptum.

℞. *extracti croci cum aq. chelidonii* ℈j.

In pyxide S. Extractum. DATUR ad g̃. iij. in aq. chelidonii majoris.

SULPHUR crudum pulverisatum à *Massariâ* commendatur ad consumtionem flavi coloris in habitu existentis. Exsiccandi & discutiendi vim maximam habet.

FLORES sunt commodiores.

℞. *florum* ♀. ℈j. *sacchari canariensis pulv.* ʒiij.

In pyxide S. Resolvier-Zucker. DOSIS ℈j.

PEDICULI commendantur in ictero à vulgò comesti, dignum fece hâc medicamentum.

EX-

externa. EXTERNA potissimùm diriguntur ad symptoma consectarium, fœdum colorem cutis, non rarò enim, licet obstructiones sint reseratæ, ille remanet. Solis tollitur externis, quæ vim habent cutim laxandi & impactos humores digerendi.

BALNEA aquæ dulcis talia sunt. Addi possunt *flores chamæmeli*, & *anethi folia*. Adjungantur abstergentia *betæ & mercurialis, & furfures.*

SAPONES NIGER & albus validissimè abstergunt, si cutis illis inungatur.

FACIES abluatur vino vel aceto.

SUFFUMIGIUM ex vino albo & aceto, in quo aperientia decocta sunt, à nonnullis laudatur.

Diæta DIÆTA plurimum promittit auxilii, & malo redire quærenti omnem parata est præscindere viam.

1. IN NATURALI cibus sit, qualem paucis verbis descripsit *Abuali Iben tsina*: tenuis, subtilis, & in quo sit apertio.

2. IN VITALI AER eligatur temperatus, ad frigiditatem tamen paululum accedens.

Condiatur multo croco, habet enim aperiendi, attenuandi & incidendi vim, *εὔχυμος sit καὶ δύσπεπτος, reficiat qualitate*, non oneret mole. Crassum & lentum qui generat succum, vitetur, ut & qui bili generandæ aptus est. ASSÆ carnes intingantur succo limonum vel aurantiorum.

POTUS sit vinum album ac tenue, aquâ graminis, petroselini, asparagi, dilutum.

CEREVISIA tenuis sit defecata ac pura, pariter herbis quibusdam correcta, ut: radice chelidonii, helenio vel absinthio.

Bibat ex poculo argenteo inaurato, vel ex cerâ flavâ confecto.

3. IN ANIMALI diætâ somnus sit moderatus. EXERCITATIO corporis pariter moderata, & ante, non post cibum.

EXCRETA sedulò curentur, ut justô modô ac tempore profluant.

CON-

CONSULTATIO II
de
viro icterico.
HISTORIA.

VIR XXXX annorum, temperamenti calidi & humidi, corpulentus, vitam agens ſedentariam, victu liberaliori utens promiſcuè, nullis diætæ regulis adſtrictus, lacticiniis, caſeo ſe delectans, Bacchi, Veneris & Cereris ſacris addictus, alvo duræ, quæ rarò bidui aut tridui ſpatio laxatur, adſuetus, in convivio veſpertino liberaliter omnibus deliciis delibatis; poſtquam bidui ſpatio alvum non depoſuerat, horâ 12. noctis ſentit circa dextri renis regionem ſub hypochondrio ſenſim ſurrepere dolorem cum ventris rugitibus, hinc indè circa umbilicum curſitantibus, flatibus murmurantibus, & nonnunquam acutum quid ſonantibus. Increſcit dolor quatuor horarum ſpacio. Clyſter injicitur alvum emolliens. Reſtitat. Circa horam tertiam, cutis totius corporis flavo colore ſenſim tingitur, mox etiam album oculorum: urinæ crocei apparent coloris, lintea lutea ſaturatè tingentes. Clyſter denuo injectus, paucis ejectis duris ſcybalis ſolvit alvum. Excretæ feces lividæ, cinereæ. Dolor remiſit. De colore totius corporis fœdo ſolicitus, petit conſilium medicum. *Relatio hiſtorica.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo miſellus ſolicitus opem medici implorat, eſt ICTERUS FLAVUS, ἀπὸ τῆς χρόας ἰκτερώδες, à colore auriginoſo. *Affectus ſpecies.*

Manifeſtant ſymptoma hoc SIGNA infallibilia, ex quibus eſſentiale & pathognomonicum quaſi conſtituunt COLOR totius corporis flavus, album præprimis oculorum defœdatum, urinæ crocei coloris lintea lutea ſaturatè tingentes, feces lividæ, cinereæ &c.

SIMILITUDO majorem vim & efficaciam addit: quantum enim ex obſervationibus cognitum, omnes ſi-

mili modo delineati, pro ictericis habentur; quotquot enim eorum visi; icterici à præsentibus medicis sine omni hæsitatione fuêre nominati.

MAGNUS & vehemens est hic icterus, διὰ μέγεθ@ τῆς διαθέσεως, ob dispositionis vehementiam.

Τὸ ὑποκείμενον μέρος. PARS AFFECTA cutis est, omnesque ferè corporis partes: una tamen alterâ vehementiùs affligitur. Magis color flavus defœdat album oculorum, tempora, volam manus, plantasque pedum: easque partes magis, quæ propiores sunt vesicæ felleæ, vel majorem consensum cum epate habent.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est biliosi humoris, (fortè etiam pancreatici,) per alvum impedita expulsio. Inde natura quasi errans, sui tamen conservatrix, providè alias vias suppeditat. Copiosius itaque ad meatus urinarios, plurimum verò ad ambitum corporis depellit, usque dum commodus & consuetus exitus recuperetur.

BILEM præter naturam detentam eliminare quidem conatur *Paracelsus*, & de ictero interrogatus, an in nostro ægro sit causa ictericæ flavedinis, sine dubio abnuet, substantiamque ciborum & stercorum non perfecte digestam in multos quæ coloratur colores, substituet: verùm frustraneo conatu; Bilem esse in vitio, nemo habet, quod dubitet.

Helmontii Philosophi per ignem, ut se vocat, qui causam icteri bilem quoque non adprobat, sed potius virus excrementosum seu stertus flavum liquidum, secundæ digestionis fœtum, in venas raptum, & per totum corpus effusum; opinio non recipitur.

IMPEDITUR effusio bilis in intestina ob meatuum choledochorum, â fellis vesicâ in intestina circa finem duodeni & jejuni principium tendentium, obstructionem. Colligitur ergò bilis excrementitia in poris choledochis, qui in minutissimos ramulos dispersi per hepatis serpunt parenchyma; & cum sangvis à biliosis succis se liberare non queat, in venis remanet, ad cor impurus defertur, & exinde per arterias majores in minores, sicque in totum corporis habitum dispergitur.

OBSTRU-

OBSTRUUNTUR choledochi meatus circa insertionem in intestina à FECIBUS & FLATIBUS plurimis, dolorem colicum qui excitarunt, RESTITANTIBUS.

Inde BILEM COPIA & MOTU peccare satis probabile est. *Bilis peccat copiâ & motu.*

COPIA peccat in vasis & habitu corporis, licet in intestinis deficiat.

MOTU aberrat. Debebat naturaliter ad intestina excerni, chyli fermentationem promovere, & facultatem expultricem ad excernendas feces stimulare; sed jam depravatè movetur, & sursum & deorsum in habitum corporis regurgitat, ibique fœdum colorem excitat.

MODUS FLUXIONIS ὐκ ἔστιν ἕλξις, ἀλλὰ ὦσις, *non est attractio, sed pulsio.* RECEPTIO in cutim fit ob innatam imbecillitatem, ejusdem raritatem & immobilitatem; est enim emunctorium & quasi nassa piscatoria.

REMOTIORES causæ quæ trium sunt generum, nunc expediendæ. Inter *remotiore.*

I. NATURALES excellit TEMPERAMENTUM CALIDUM & HUMIDUM seu SANGVINEUM. Hoc licet optimum sit, in summo tamen periculo versantur ii, qui hoc præditi sunt, ut videre est *ex Gal. aphor. 3. sect. 1.* metus quippe vel vasorum ruptionis, vel caloris nativi suffocationis periculum imminet.

ÆTAS annorum XXXX quam consistentem dicimus, omnis generis morborum ferax est. Accedit, quod idem annum inierit climactericum; qui perrarò absque insigni corporis mutatione absolvitur.

CORPULENTIA non minus ad affectum hunc producendum valet. Arguit quidem optimum temperamentum, cum tamen adeò purum corpus non detur quod pravis humoribus simul non sit infarctum, insuper corpulenti poros corporis minus apertos alant, quo vapores liberè exspatiari possent; accidit, ut iidem in corpore sensim congregentur, congregati ex levi quoque errore aut vitio concitentur, concitati naturæ bellum inopinatum indicant.

Digitized by Google

2. II. ad NON NATURALES pertinet VITA SEDENTARIA. Motu namque & exercitiis corpus nostrum ut ventilatur, calor augetur, fuligines discutiuntur, alimentique distributio promovetur, ita contrarium experiuntur ii, qui vitam cochleariam degunt & otio torpent. Dum hîc peccat æger, malum malo cumulat. Otiosus vivit, victu tamen LIBERALIORI & PROMISCUO utitur. Non respondet τῶ σιτίω μέτρων καὶ πόνων ἀριθμὸς, *cibi modus & laborum numerus.*

Dum cibum priore nondum satis concocto ingessit, vitiosorum humorum saburram generavit, facultatem coctricem nimio infarctu debilem reddidit, imperfectum semique coctum succum produxit.

QUALITATE peccavit, dum alvi duritiei conscius nihilominus tamen quoscunque ingerit cibos.

ASSUMPTORUM ORDINEM non observavit, PROMISCUE cibavit, NULLIS DIÆTÆ REGULIS adstrictus fuit.

In specie verò in historiâ commemoratur LACTICINIORUM & CASEORUM usus. LAC quidem & quæ ex lacte parantur, naturæ convenientissima sunt; cum tamen omne nimium naturæ inimicum, id etiam in corporibus impuris facilè corrumpatur, & si in ventriculum calidum, quem ob nimium Bacchi cultum ita constitutum præsupponimus, incidat, in bilem vertatur, benè cedere nequit.

CASEUS alvum sistit, meatus obstruit, & si recens adhuc & mollis fuerit, materiam flatibus præbet.

COMPOTATIONES STRENUÆ frequentatæque sufficere potuissent ad icterum proliciendum. Propter crebriorem extensionem adeò debilitatur ventriculus, ut corrugari penè amplius nequeat. Laxatis ita imò patulis ipsius orificiis, aër ingreditur frigidior, partes spirituosæ evolant, crudæ remanent. Hinc debilis & imperfecta fit concoctio. Hanc pro assumtorum ratione excipiunt partim cruditates, partim humores biliosi in ventriculo, mesenterio & intestinis collecti. Istos dum calor alius non proportionatus aggreditur & concoquere conatur, copiosos excitat flatus: hi, ubi ebullire & fermentari incipiunt, itidem in copiosos

ſos flatus diſſolvuntur. Flatibus utplurimùm conjunguntur & alvi feces, quæ ſi in viis coli anfractuoſis, vel ob ſiccitatem, aut duritiem, aut tenacitatem ſubſiſtant, replent eas & occludunt, porumque choledochum comprimere poſſunt.

Inſidioſa nativo calori VENUS ſacrâ culta devotione non defuit ipſi ſuis fraudibus.

ALVI DURITIES ſimiliter in excludendo malo hoc ſymbolum contulit; etenim rarò bidui aut tridui ſpatio alvum depoſuiſſe dicitur. Legitima autem via per quam bilis excerni debet, cùm ſit alvus, hæc verò non ſuccedat, bilem retrogredi, cumulari, cum ſanguine commiſceri, neceſſe eſt.

Omnis generis DELICIIS in convivio libatis, obſtructiones adauctæ fuerunt.

III. EX REBUS PRÆTER NATURAM fores hâc vice aperit PASSIO COLICA. *3.*

Attendenda nunc ſymptomata, eorumque, quæ ſubeſt, ratio explicanda. *Ratio ſymptomatum.*

CUTIS TOTIUS CORPORIS FLAVO COLORE SENSIM TINGITUR, MOX ETIAM ALBUM OCULORUM. *1.* Cum ex interceptione bilis & communitate materiæ obſtruentis porus choledochus ad inteſtina tendens oppilatus fuerit, cyſtis autem fellea non omnem, quæ genita fuit bilis, abſorbere & retinere potuerit, factum eſt, ut ſanguini permiſta ſimul per venas ad cor, iterumque per arterias in totum corpus ſit diffuſa. Mirum, quòd prius ad cutem quàm oculorum album pervenerit, cùm tamen hoc ſemper [illegible]terum prænunciet, priuſque colorem ob innatum percipiat candorem. Factum fuit hoc ob vaſorum anguſtiam.

URINÆ CROCEÆ bili, & ſalibus admixtis adſcribendæ: *2.*

EXCRETÆ FECES CINEREÆ bilis defectui. *3.*

I. SALUTIS ET MORTIS ratione icterus per ſe & ſuâ naturâ, cum ſymptoma ſit in qualitate mutatâ, nihil lethale ſignificat. *Periculoſus* tamen, quoniam cum colicâ conjunctus. Quamvis initio levis videatur, magnus evadere poteſt. Verum hîc benè ſperandum, cum alvus jam ſit aperta, *Prædictio. 1.*

 colici

Digitized by Google

colici dolores plurimâ ex parte secesserint, & icteri causa, obstructio satis exigua, nullaque graviora symptomata sint subsequuta.

2. II. LONGITUDINIS & BREVITATIS ratio etiam habenda. Etsi dies vel hora exactè à medico denominari non possit, nec etiam præsciatur, quomodo se ægrotus gerat; ex morbi tamen naturâ prævideri potest, quod ultrà dies 14 persistere nequeat. Si vero æger ex mandato medici omnia faciat, intra dies 6. vel citius sanitas recuperari poterit.

3. III. EVENTUS MODUS licet varius sit & plerumque in deteriores morbos degeneret, hîc sufficiet solâ apertio pori cholidochi ad intestina tendentis & bilis evacuatio.

Curatio. CURATIO absque omni morâ aggredienda, ne vel morbus aggravescat, vel graviora symptomata pariat.

Nititur hæc INDICATIONIBUS, quarum duæ sunt, quæ causam & morbum ipsum respiciunt, hæc CURATORIA, illa PRÆSERVATORIA dicta: tertia quæ vires attendit VITALIS nominatur.

Obstructio nimirum est deoppilanda. *Bilis* partim per alvum, consuetam suam viam evacuanda; partim per urinam expellenda; partim denique per poros cutis insensibili transpiratione discutienda. *Symptomatibus* reliquis, nisi sponte cessant, occurrendum. *Partium* tandem *imbecillitati*, vires nimirum conservando & earundem tonum recuperando, succurrendum.

Hisce prædictis indicationibus MATERIÆ AUXILIORUM, ex triplici fonte petitæ, respondent.

Chirurgia. I. CHIRURGIA VENÆ SECTIONEM suppeditat. De eâ verò autores non conveniunt. Aliqui eam administrari volunt, alii contra. Sed cum coram ægri lecto disputare nobis non sit licitum, ægrotantis statum & habitum corporis ad animum revocamus, intrepideque, cum vires nondum sint destructæ, & corpulentia adsit, venam quam libet secare, & per vices sanguinem emittere jubemus.

Pharmacia. Hanc excipit PHARMACIA. Clysterum usus in ictero maximè

maximè quidem proficuus est, cùm verò unus & alter præmissus fuerit, alvusque jam soluta appareat, non multum

LENIENTIBUS, quæ primam regionem vacuant, immorabimur, sed solliciti erimus de *Lenientia.*

PRÆPARANTIBUS, & præscribemus DIGESTIVUM quoddam ex ♀ro. *Præparantia.*

℞. ♀ri ⊕lati, ⊖lis ♀ri, *absinthii* a. ℈ß, ℴℴ *cinamom. gtt.* ij.
M. F. pulvis duabus vicibus ante purgationem in jure pulli sumendus. S. Digestiv Pulver.

Si arridet infusum,

℞. *rad. cichorii, chelidonii majoris, graminis, asparagi* a. ℥ß, *rhabarbari optimi* ʒij, *schœnanthus, cinamomi* a. ℈j.
Affunde ▽ *endiviæ, scariolæ* a. q. s. *spir.* ⊕*li* ℈ß.
Colaturæ ℥iij adde *sir. de byzant.* ℥ß.
M. F. Infusum præparans. S. Digestiv Tranck auff 1 mahl.

PURGATIO maxime necessaria, purgantia tentanda lenioribus, mox si opus sit vehementioribus. *Purgantia*

℞. *herb. endiviæ, scariolæ, cuscutæ, absinthii* a. mj,
rhabarbari alexandrini, gialapii a. ʒij,
cinamomi, sandali citrini a. ʒß,
Coque in s. q. ▽æ *simpl.* Colat. ℞. ℥v, adde *sir. de cichorio cum rhabarb.* ℥j.
M. S. Gall ausführender Tranck auff 2 mahl.

Si pulverem desiderat,

℞. *spec. diaturbith c. rhabarbaro, dacrydii* ♀*rati* a. ℈ß, *elæosacchari fœniculi* g̃. v.
M. F. pulvis S. Laxier-Pülverlein

Si hisce adhibitis oppilatio non cesset, & feces cinereæ lividæque permaneant,

℞. *spec. diaturbith. c. rhabarbaro* ℈j, *rad. gialapii pulv.* ℈ß, *scammonii* ♀*rati* g̃. v.
M. F. pulvis S. Purgier-Pülverlein auff 1 mahl.

Vel

Digitized by Google

Vel

℞. M^P *rosac.* *scammon.* ♁*nit.* a. ℈j.
misce *cum arcano* ♀*ri q. s. f. pilulæ instar. comm.*
S. Purgier-Pillen auff ein mahl.

Vomitoria Per VOMITUM nonnulli evacuationem ægro commendarunt. Extra controversiam est, quod uno vomitu humores vitiosi in ventriculo vel circa eum stagnantes per œsophagi ductum commodius, quàm iteratis quibusdam purgationibus per anfractuosos istos intestinorum gyros velut per mæandros expurgentur: verùm cùm nullæ indicationes vomitum suadentes adsint, hoc opere supersedere satius est. Si tamen fortean ægrotus talia desideraret, & facilis ad vomitum esset, vel amaritiem valdè in ore præsentiret, commendanda sunt quædam chimica, ut ⊖ ⊕li, quod ad ℈ij vel ʒß addito ♀*ro emetico Mynsicht.* gr. ij in jusculo pulli cum modico sacchari candi sumi potest: ☿*ius item vitæ* ad gr. vj. in *sirupo cydoniorum*.

Vel

℞. ▽ *nphani* ℥ij, *oxysacchari vomitivi Ang. sala* a. ʒvj.
M. S. Brech-Tranck.

Hæc cum commodo præberi possent, ita tamen, ut post horum usum *ventriculus* qui aliàs satis debilitatus, *confortetur*. Itaque

℞. *spec. diamargar. calidar. de gemmis,*
lætificantium Rhasis a. ℈j.
sir. coralliorum, cinamomi, cydoniorum a. ℥ß,
▽ *cinamomi cydoniatæ, caryophyllatæ* a. ℥ij.
spir. ⊖*is gtt.* ij.
M. F. Mixtura. S. Magenstärckende Mixtur auff 2. mahl.

Cum medicus minister naturæ sit, & jam videat, quod hæc multum bilis *ad renes & vesicam transmiserit*, post diminutam & plurimâ ex parte purgatione evacuatam bilem, hanc imitari potest sequenti DIURETICO. *Diuretica*

℞. ⊖*is succini* ℈ß, ▽*æ petroselini* ℥ß.
M. S. Harntreibendes Agstein-Wasser.

℞. ol.

℞. *ol. fœniculi gutt.* viij, ▽ *chamameli* ℥ß,
M. S. Vermischtes Treib-Wäßerlein.

DIAPHORETICA heic negligenda non sunt, quicquid enim de humore bilioso excrementitio sanguini est permistum, vel poris cutis impactum, horum usu tolli potest. Eligenda sunt, quæ massam sanguineam depurare, poros cutis aperire & abstergere, humoris hujus effervescentiam reprimere, & impacti expulsionem promovere valent.

℞. *mistura simplicis, spir. ligni sassafras* a. ʒiß.
M. S. Schweißtreibendes Wässerlein auff etliche mahl.

℞. ▽ *fumariæ, cardui benedicti è succis* a. ℥j,
mistura simpl. ℈j, *spir.* ♀*ri rectific.* ℈ß,
sir. radicis enula ℥ß,
M. S. Schwitz-Wasser / pro duabus dosibus.

FLATUUM si adsit suspicio, illi discutiendi. Αντιφυσικόν.

℞. ▽. *cortic. aurant. cum vino* ♌*l. carminativa* a. ℥ij.
M. S. Blehungs-Wasser.

ALTERANTIA, APERIENTIA & ROBORANTIA subjungenda. Ἀλλοιωτικά καὶ τονικά.

℞. *conserva rosarum* ♀*rata, acetosa vulgaris, juliola, fl. nymphæa, althæa* a. ℥j,
caul. lactucæ Italicæ condita ℥ß,
berberum sine nucleis conditorum ʒvj,
pyrorum moscatellinorum conditorum n. x,
spec. diatr. sandalorum, diacurcuma a. ʒj,
tinctura ♂. *dulcis* ʒij, *c. sir. de rubo idæo M. F. electuar.*

Obducatur *fol.* ☉, & in pyxide terreâ latâ S. Leber-Zucker frühe umb 9. Uhr / einer Haselnuß groß zu nehmen.

℞. ▽ *polychresta Rolfincii* ℥v,
tincturæ ♂*tis aperientis dulcis* ʒij,
sir. de succo cichorii, acetosæ simpl. a. ℥ß,
mistura simplicis ℈j, *tinctura corall. rosar. violar.* a. g. vj.
M. f. l. a. Mixtura. S. Leber Mixtur auff etliche mahl.

℞. *rad. curcumæ* ℥v, *flor. cichorii* p. iij, *rosar. rubr.* p. ij, *magist. eboris, C. C.* ā. ʒij, *pulv. cachectici* ʒiij. *sacchari rosati tabulati* ℥iß.
M. D. S. Köstlich Leber-Pulver.

℞. *cons. boraginis, rosarum* 🜔*lata* ā. ℥j, *cydoniorum condit.* ℥j, *confectionis alkermes* ʒij, *rob ribium sine saccharo* ʒj, *spec. dia rhod. abbatis, trium sandalorum* ā. ʒj, *sacchari rosati tabulati* ℥ß, *Cum sir. cydoniorum & coralliorum* ā. q. s.
M. f. Electuar. S. Hertzstärckende Lattwerg.

Specifica. Si quis SPECIFICA magni facit, potest commendare pediculos, album græcum, fimum pulli asinini vel equi post partum exclusum, stercus capræ montanæ, anseris, vel urinam hominis cum ▽ mellis vel ciceris &c.

Verùm auxilia hæc, cum stercora sint & naturâ nostrâ videantur indigna, multi æstimationem suam salvam rectamque se conservare putant, si ea prætereant.

Ex SIMPLICIBUS potiora eligenda, qualia sunt: *rävand Tzini, chelidonium, crocus, centaurium minus, cutis interior flava oxyacanthæ, anchusæ arvensis radix colore rubro, lapis flavus in felle vel etiam stomacho tauri repertus, pulvis lumbricorum* ▽*estrium* &c.

Ex COMPOSITIS *decoctum fragariæ cum passul. marrubii, antictericum Mynsichti, tragea ad icterum Quercetani, infusio limaturæ chalybis cum vino facta, essentia croci, trochisc. de croco Nicolai, de myrrhâ* & plura alia.

℞. *lapidis ex felle tauri pulverisati & aquâ ex semin. aquilegiæ præpar.* ʒj, *pulv. lumbricorum* ▽*estr. ras. eboris* ā. ℈ij, *croci orientalis* ℈ß. *M. f.* pulv. subtil.
S. Sonderlich Pulver wieder die Gelbesucht.

Multi commendant succum *ammoniacum* ad ℈ß, si detur in hydromelite vel oxymelite. Vel inde ☍ chimice paretur.

tur. Ad miraculum usque vim isti inesse obstructiones deoppilandi putant. Extra illini vel intra potu sumi potest. *Exterius* emplastrum de ammoniaco succo jecoris regioni applicetur.

Ad CURATIONES MAGNETICAS & MAGICAS referunt *quidam* icterum avem, galgulum seu galbulam dictam. Hæc, si ægram morbo regio laborantem intueatur, morbum in se trahere & decumbentem curare dicitur. Tineam piscem, si viva umbilico aut regioni hepatis imponatur, icterum tollere posse, multi pro vero habent. Nota est curatio per urticas ægri urinâ adspersas ac farinâ permistas. Placentulæ inde paratæ dantur feli devorandæ. Non minorem vim auro inesse vulgo persuasum est. Hoc metallo destitutus, cerea sibi fingat pocula, & ex iis bibat. Sed mittenda hæc sunt & vulgo relinquenda. *Magnetica.*

Si aliquid his omnibus adhibitis de bile in cute impactum permaneat, BALNEUM *humidum* ex ▽ dulci & aceto, vel decocto *chamam. melilot. calaminth. aneth. furfur.* &c. sæpius iteratum confert. Facies quoque & oculi, quibus ob insignem albedinem diutius color fœdus inhæret, ▽ *hordei succo granatorum imbutâ acetos. acetosit. citri* ablui, vel STERNUTAMENTA ex succo cyclaminis vel liliorum convallium pulvere adhiberi possunt, ut factâ fortiori commotione humor penitus discutiatur & evacuetur. *Balnea.*

DIÆTA restat. Hæc si negligatur, pleraque frustra adhibentur. *Diæta.*

In NATURALI vitentur omnia ea, quæ ansam ad hunc affectum dederunt. Intermittat liberaliorem victum, tempus capiendi cibos & potum justum servet, haud promiscuè sumat. Sit levis & tenuis & in quo est apertio. Pro potu habeat vinum album, tenue & odoriferum aut dilutum aquis aperientibus. *1.*

In VITALI vitet AEREM IMPENSE CALIDUM. *2.*

In ANIMALI amplectatur studium in animi affectibus moderandis, exercitium mediocre, vitam maxime se- *3.*

 denta-

dentariam fugiat. In summâ: in omnibus modum servet, ne vel constipationes ventris, vel obstructiones, vel cruditates oriantur. Posset interdum hôc uti pulvere:

℞. *crystall.* ♀*ri* *sanguineorum* ʒiß,
fecula *ari* ℈j, *spir.* ⊕*l. coagul. gtt.* vj,
M. Divid. in vj partes æqual. D. ad chart. S. Suppen-Pulver.

CONSULTATIO III
de
hypochondriaco affectu laborante ægro.

HISTORIA.

Relatio historica. VIr nobilis XLII annorum, temperamenti quoad totum corpus calidi & humidi, quoad ventriculum autem frigidi & sicci, sedentariam vitam agens, corpulentus, post innumeros in juvenili suâ ætate in aulâ commissos errores in diætâ, venatum & piscatum ivit ante & post cibum, somno nonnunquam meridiano indulgens, affectuum vicissitudinibus variis turbatus; jam ab aliquot annis conqueritur de insigni ventriculi languore, & δυσπεψία: dolore circa dorsum: fluctuationes, tensiones, μετεωρισμὸς καὶ βορβορυγμὸς æstusque persentit in hypochondriis. Sæpissimè cor angustatur, respiratio difficilis redditur, caput grave est, somni turbantur. Nonnunquam statis quatuor horis à prandio vomit varia, bilem, salivam aciditate dentibus inimicam, & tunc meliùs habere incipit. ALVUS non satis respondet officio, multos flatus cum excrementis emittit. aliquando excernit pinguem materiam instar sevi, quantitate nucis castaneæ. Urina alba est ac tenuis. Post cibum sumtum ructus nonnunquam acidi, nonnunquam nidorosi. Singulis vespertinis horis pedes tumidi sunt, & impressi digiti vestigia retinent, noctu verò subsident, gestat tres fonticulos. Petit consilium. Quæritur quid agendum?

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Unum esse & simplex, quod secundùm naturam se habet, docet *Galenus 1. de difficultate respirationis cap. 1.* varium autem & multiplici ratione confusum, quod præter naturæ ordinem accidit, docet præsens ægrotus, qui, ubi à semitâ sanitatis aberravit, multis promiscui generis affligitur

SYMPTOMATIBUS, quorum aliqua referri possunt ad actiones læsas naturales, vitales, animales, aliqua ad excreta & retenta, aliqua ad qualitates mutatas. *Symptomata.*

Omnia & singula oriuntur dependentque ab uno *dependent ab uno*

AFFECTU, qui HYPOCHONDRIACUS appellatur, à loco, in quo crebriora se solent prodere symptomata: voce Arabicâ Mirachialis, quod in abdomine stabuletur hanc affectionem producens materia. *affectu, qui hypochondriacus.*

Hypochondriacæ affectionis nomen latè nonnunquam attribuitur omnibus morbis, qui partibus in hypochondrio sitis accidunt. Nonnunquam strictè illud πάθος notat, quod *Diocles & Aëtius* Φυσῶδες *flatuosum* appellant. *Hippocrates 2. de morbis textu 147. & 5. epidem.* in ægroto quinto in Oeniade decumbente *ἀναξηρὰν morbum resiccatorium* vocitat.

Propriè dictus in ægro nostro affectus est hypochondriacus. *propriè dictus est.*

PARTES AFFECTÆ variæ sunt: *per consensum* quidem cerebrum, cor, pulmones, *per essentiam* autem πρωτοπαθικῶς rami vasorum sanguifluorum venæ portæ, arteriæ cœliacæ & mesentericæ, vasorum etiam succum à sanguine diversum vehentium, eumque vel lacteum vel lymphaticum, vel pancreaticum acidum, aut salsum biliosum. *τὰ πάσχοντα μόρια.*

Afficitur inter viscera majora ventriculus, lien, omentum, pancreas, mesenterium ipsum & jecur.

CAVITAS inter ventriculum & septum transversum, cujus meminit *Hippocrates 9. aph. 54.* à nonnullis affici censetur. Sed imaginaria aliis illa videtur cavitas.

Ludovicus Mercatus, Philippi Hispaniarum & Indiarum regis invictissimi felicissimus medicus, tribus modis affectionem hypochondriacam fieri posse docet. 1. obstructis venis

 splenicis

ſplenicis & meſaraicis. 2. propter ventriculi frigiditatem, quæ in acorem convertit alimenta 3. propter ventriculi & jecoris contraoperantiam.

In hoc ægroto omnes dictæ partes afficiuntur, rami vaſorum ſplenicorum & meſentericorum: ventriculus frigidus eſt, & in acidum commutat alimenta. Deinde ſingularis ventriculi & jecoris ἀντιπραξίαν animadvertitur, ventriculus frigidus eſt, & non poteſt concoquere, jecur verò calidum ejus quæ ſupereſt nativam flammulam diſſipat.

Poteſt itaque affectio hæc hypochondriaca propter varias, quæ in ea læduntur & fomitem ſubminiſtrant, appellari ſtomachica, ſplenica, hepatica, meſenterica: per excellentiam tamen ſplenica dici meretur, quia lien præcipuè afficitur & quidem per eſſentiam, ventriculus autem & reliquæ partes afficiuntur per conſenſum.

Afficitur autem lien tum ſecundùm parenchyma, tum vaſa, quæ per parenchyma diſperguntur.

τὸ αἴτιον ἄμεσον ſunt humores.

CAUSA præcipua ſunt crudi humores in liene, pancreate, vaſis ventriculi & meſenterii ſtabulantes, ibique obſtructionem facientes.

Species eorundem

Humores hi utplurimum ſunt melancholici, nonnunquam ſimplices, nonnunquam bilioſis permiſti.

1. Succi in ſanguinis maſſa contenti,

Nullum dubium, quin acidi & lixivioſi bilioſi ſucci non facientes officium conferre poſſint ſymbolam.

2. à ſanguine diverſi.

Ex mente *Chimicorum* pro cauſâ hujus mali immediatâ ſalium & tartarorum δυνάμεις, & ἀκρότητας venditamus. Hæc dictis humoribus mixta contumaciſſimas vaſorum in hypochondriis, & totâ maſſa ſanguineâ obſtructiones conflant.

3. Salinæ & tartareæ coagmentationes.

MODO SUBSTANTIÆ peccant hæ cauſæ, in *quantitate*, *qualitate*, & utriusque activitate, & *generatione*.

QUANTITATE peccant, dum multitudine calidum nativum obruunt.

QUALITATE peccant humores melancholici, frigiditate excedentes modum. Raró calidi ſunt, & tamen ferè ſemper æſtum præcordiorum excitant. Hoc præſtant non tam primâ qualitate, quàm ſecundâ, quæ calorem non neceſſariò conjunctum habet. Sic acetum atomis ſuis acutis varii angu-

angulis vellicando & pungendo inflammat. Hoc tamen multorum opinione frigidum eſt. Filamentis etiam ſuis, quæ pro vermibus habentur, obſtruit. Humores iidem ſiccitate etiam excedunt modum. Obſtructiones nocivas parere poſſunt *craſſitie*, *δυσέργῃ*, quatenus exiles meatus opplent, expultrice præcipuè exiſtente debili. *Aſtrictione* vaſa meatusque vehendis excrementitiis humoribus deſtinatos dum coarctant, mala aggravare poſſunt.

Generantur dicti humores tartaro ſalibusque imprægnati, ob læſam in liene ſanguinis depurationem, per *συναθροισμὸν*, *congeſtionem*, *duplici modo* 1. *ob ἀποτυχίαν δυνάμεως αὐτῆς πεποιθυίας*. 2. *ἔξωθεν τινὰ πλημμέλειαν frustrationem facultatis læſæ, & errorem quendam externum.* Primus fit ob intemperies lienis varias, ſecundus ob chyli à ventriculi imperfectè excocti vitium.

Quemadmodum in corpore ſecundùm naturam legitimè diſpoſito ventriculus cibum & potum aſſumtum coquendo reſolvit, parteſque ad nutriendum aptas propriâ vi *ζυμώσει* nempe elaborat, naturæque conſentaneas reddit, quæ verò ad alendum inutiles ſunt, famulante expultrice per alvum excernit; ita contrà in corpore præter naturam conſtituto, ubi *ζύμωσις* hæc ventriculi depravata eſt, alimenta non modò non ritè coquuntur, parteſque cibi feculentiores ab utilibus non ſequeſtrantur; verùm etiam eorum cruditates circa primas vias ſubſiſtentes, indies magis magiſque acervantur, & à venis lacteis per ductum thoracicum, non ſine maximo detrimento cordi perficiendæ transmittuntur.

Quò autem ſanguis purior, & ſpiritibus generandis aptior conficiatur, lienis officium eſt, chylum in venis axillaribus alteratum, in dextro cordis ſinu fermentaliter ſolutum, in pulmonibus, & ſiniſtro cordis ventriculo in novam ſubſtantiam redactum, & coctionis vim aliquo modo expertum, cùm ad ejus regionem mediante circulatione pervenerit, feculentiores & terreſtriores partes extrahere, ampliùs coquere, & quæ abundant, per arterias & ductum pancreaticum ad inteſtina & renes deducere. Hoc lienis officium in noſtrô ægrotô impeditum eſt.

mediatæ naturales. EX RERUM NATURALIUM numero causa MEDIATA est TEMPERAMENTUM, quoad totum corpus calidum & humidum, quoad ventriculum verò frigidum & siccum. In hâc viscerum ἀντιπραξία, dum lien & reliqua depurationis viscera calida crudam adhuc, & ob ventriculi frigiditatem & siccitatem non satis coctam materiam citius attrahunt, vitiosi ejusmodi & adusti humores generantur, qui deindè reliquis partibus nutriendis transmittuntur. ÆTAS consistens, & ad siccitatem indies declinans huc accedit.

non naturales. INTER NON NATURALES RES occurrunt variæ AERIS injuriæ.

VITA OTIOSA non in minore culpâ est & SEDENTARIA, quæ trita est via, quâ hæc pernicies sese insinuat. Cùm enim vapores, qui moderatis exercitiis per spiracula cutis excuti debent, in abdomine acervantur, calorem nativum suffocant & coctionem digestionemquè impediunt; sicuti è contrario INTEMPESTIVA illa ante & post cibum venatione & piscatu instituta EXERCITATIO malum etiam cumulat, dum enim hoc modo coctio nondum perfectè absoluta turbatur, non potest non fieri, quin crudi humores anteà sopiti quasi & quiescentes fundantur, simulque in omnia corporis viscera cum chylo semicrudo præcipitentur.

SOMNUS prætereà, & imprimis MERIDIANUS suum addit calculum, atque gravem affectum efficit graviorem. Postquam enim hactenus æger præterquam anteà consueverat, somno, alias si legitimè eo utimur, eximio & dulcissimo curarum laborumque levamini, indulsit, nativum calorem profligavit, splenem gravavit, appetitumque ventriculi languidum reddidit. Non dimittendi sine censurâ.

IN VICTU commissi errores κτ͂ τὸ πλῆθος, ποιότητα, ἀκαιρίαν, καὶ ἀταξίαν, *secundùm copiam, qualitatem, intempestivitatem, ordinemque incongruum.* Postquam enim ille in juvenili suâ ætate vitam in aulis transegit, & uti maximè usu venit, pro salute magnorum Principum ἀμυστὶ & pleno hiatu decumanos calices exhausit, nullum memorabilius stipendium indè deportavit, quàm quòd debilitato ventriculo, & visceribus

ribus secundæ coctioni dicatis, læsis, cùm chylus cruditatibus acidis & nidorosis totus inebriatus esset, in miserrimam hanc suâ sponte præcipitem dederit perniciem.

ANIMI denique PATHEMATA, & affectuum vicissitudines, quibus frenum laxatum ad augendum huncce affectum multùm conferunt. Ira infernalis illa Megæra; suam dùm exerit rabiem, furiosæ bilis commotione totum corpus concutit, sanguinemque unà cùm aliis humoribus conturbat & commovet. Idem de reliquis affectibus esto judicium.

PRÆTERNATURALES causas hepatis & lienis obstructiones, ortas à crasso in vasis collecto sanguine, constituimus. *Præternaturales.*

Ex his causis generatus affectus non mirum est, quòd sequentia habuerit SYMPTOMATA. *Ratio symptomatum*

IN NATURALI ACTIONE occurrit INSIGNIS VENTRICULI LANGUOR, qui ut semper, ita & nunc affectui huic conjungitur. Cum enim sanguis pro nutritione per arteriam cœliacam affluens sit vitiosus, ipse statim ventriculus ob malum hoc nutrimentum debilitatur. *actionum naturalium.* 1.

ΔΥΣΠΕΨΙΑΣ causa est ventriculus debilis, exorta tùm propter insignem ipsius intemperiem, tùm propter humorum in adductis vasis stagnantium colluviem, quæ ventriculi coctionem non tantùm perturbat, verùm etiam, cùm in ventriculum immittitur, molestiam eidem præbet. 2.

FLUCTUATIONES & TENSIONES in hypochondriis quid quæso aliud indicant, quàm quòd plurimi flatus in ventriculo & intestinis exitum non habentes, contineantur, & quòd epar, lien, & reliqua sanguificationi ac depurationi dicata viscera humoribus vitiosis repleta sint. 3.

ΜΕΤΕΩΡΙΣΜΟΙ καὶ ΒΟΡΒΟΡΥΓΜΟΙ adsunt ventris inferioris, propter agitationem flatuosorum halituum in intestinis, & præcipuè colo. 4.

ÆSTUS, ardor & fervor internus hypochondriorum accidit, quandò vitiosi humores ex ramis arteriæ magnæ in minores effusi, qui interdum à calidioribus assumtis cibis magis magisque coacervantur ibidem incalescunt, 5.

Vitalium. VITALIS ACTIO læsa, nimirum ANXIETAS cordis, non tantùm oritur, quòd cibus semicoctus in flatus resolvatur, verùm etiam, quòd ad vasa viciniora calidæ temperiei chylus ductus, à vehementi calore ebulliat, & ita hypochondria distendendo, dilatationem cordis impediat.

Animalium. ANIMALIS ACTIO, ut RESPIRATIO DIFFICILIS & DOLOROSA, quæ advertitur, partim fit ob nervos intercostales à crassioribus halitibus affectos, partim etiam, quòd dicti flatus & crassi vapores diaphragma comprimant, ut pulmo liberè dilatari nequeat.

DOLOR CIRCA DORSUM oritur ab humoribus vitiosis & acidis in ventriculo stagnantibus, qui tàm vehementes inducunt dolores, ut ad dorsum usquè procedant, unde fit, ut sæpiùs ab ægro pro nephriticis habeantur.

a. CAPITIS GRAVITAS orta à crassis vaporibus cerebri membranas lædentibus.

b. SOMNI TURBATI causa sunt crassi illi vapores è chylo ad caput delati, cerebrumque replentes, qui post mediam noctem absumuntur.

Excretorum causa. EXCRETORUM ratio etiam est expendenda.

c. VOMITUS, qui quatuor horis à prandio supervenit, ventriculi vitio est adscribendus, quippe qui infinitis propemodum modis impeditus, & omni insuper reliquorum viscerum auxilio privatus, nocivam materiam domare, aut concoquere non potest, tantum abest, ut illam per pylorum ad inferiora detrudat. Varietas autem humorum, qui per vomitum excernuntur, aliunde certè oriri nequit, quàm quòd crudi isti & cum multâ pituitâ, bile & melancholiâ permisti totum corpus pervadant, qui adeò acres & acidi sunt, ut excreti dentibus vim inferre possint.

d. ALVUS ADSTRICTIOR est ob crassam multamque pituitam in ventriculo & intestinis contentam, quæ maximè tenax est & lenta. Huc accedit vasorum ac viscerum siccitas, cui ultimùm etiam potest addi hæc ratio, quòd bilis facultatem expultricem irritandi vim habens, multâ pituitâ obducta impeditaque sit.

IN EX-

IN EXCRETIS alvinis singulare illud occurrit symptoma, quod SEBACEA appareant. 3.

Unde illa, disquirendum. Nonnulli alimentis pinguibus adsumtis & in intestinis imprimis in colo conglobatis, & appulsu acris materiæ absterfis ea adscribebant. Verum nec frequens, nec copiosa, nec diuturna, nec cum molestiâ juncta hæc est excretio.

NONNULLI ex glandulis mesenterii excerni putabant, quæ nonnunquam intumescunt in steatomata, Speckbeulen. Sed licet verum sit, mesenterium esse sentinam totius corporis, variaque excrementa ibi coacervari queant, non liquet tamen, quomodo in cavum intestinorum perveniant.

Probabilis ea est sententia, fuisse colliquatorum ichorum illic coacervatorum concretionem.

URINA alba ac tenuis oritur à ventriculi, cordis, & cæterorum viscerum indigestione, ob quam salinæ ac ♁reæ esculentorum particulæ non ritè subiguntur, adeò ut dissolutæ sero tincturam communicare nequeant. 4.

SPUTUM HUMIDUM ET MULTUM excernitur ob imbecillitatem facultatis concoctricis, quæ ob defectum boni fermenti cibum ingestum non in bonum chylum, sed in materiam aqueam, salivalemque humiditatem mutat; hæc verò ubi sursum petit, linguam & os salivâ ac aqueâ humiditate replet, ut continuò æger ejusmodi pituitam ac salivam exspuere cogatur. 5.

RUCTUS adsunt nonnunquam acidi, nonnunquam nidorosi: ACIDI intemperiem ventriculi frigidam sequuntur, & humores frigidos, pituitosos & melancholicos in ventriculo copiosissimè redundantes manifestant; NIDOROSI contrà ructus orti sunt ab excrementis biliosis in ventriculo collectis, ut & alimentis calidis corruptioni obnoxiis. 6.

QUALITATES visibiles in pedibus circà vesperam tumidis impressi digiti vestigia retinentibus, noctu verò subsidentibus, suam etiam habent rationem. Oriuntur à vitiosis serosis humoribus. *Qualitates mutata.*

DE PROGNOSI cùm amici sint soliciti, meritò illa, at cum silentii præcepto, propalanda. *Prædictio.*

1. Curatu affectus hic est difficillimus, tum quia in principio non fuit itum obviam, tum ob ἀντιπραξίας viscerum. Accedit, quòd malum sit inveteratum, multorum annorum spatio radicatum, & quotidiè à variis in diætâ erroribus confirmatum.

2. LONGITUDINEM affectus indicat *Hippocrates 2. de morbis.* Morbus, *scribit*, diuturnus est, ut non nisi diu vexatos ægros & consenescentes deserat, quando relicturus est, alioquin ad mortem usquè comitatur. Idem etiam judicium fert *Diocles Carystius, dum inquit:* Horum plurimi ab ineunte ætate ingruunt, omnibus tamen in longum producuntur.

3. MODUS EVENTUS. Quoniam verò interdum curantur, qui pro deploratis habentur, bonam etiam de nostro ægro concipimus spem, eumque, si antea enumeratis diætæ erroribus plenè renunciaverit, à gravioribus malis, hydrope præcipuè, & catarrho suffocativo præservatum iri certò confidimus, qui alias litem ipsi movebunt propter sanguificationem læsam, uti ex pedibus tumentibus apparet.

Indicatio. CURATIO nititur INDICATIONIBUS ordinariis, quarum tres sunt.

Curatoria. CURATORIA morbum auferri jubet.

Præservatoria. PRÆSERVATORIA respicit causam. Hæc cùm sit colluvies vitiosorum humorum in hypochondriis contentorum, ante omnia evacuari, & vapores, qui ex eâdem elevantur, discuti desiderant. Ut id commodè fiat, viæ etiam, per quas evacuandi, lenientibus medicamentis expurgandæ, meatus vasorum obstructi aperiendi & laxandi, sicci humectandi, humores ipsi crassiores & pituitosiores, qui crassi attenuandi, qui viscidi abstergendi, qui crudi concoquendi, qui immobiles, mobiles reddendi, qui acidi, acres & salsi sunt, admistione alicujus benignioris temperandi & præparandi: vapores discutiendi & reprimendi.

Et cùm humores isti unâ vice præparari nequeant, vices ita partiri oportet, ut successivè præparentur & evacuentur, idque sæpius, ita tamen, ut naturæ suæ concedantur induciæ.

INTEMPERIES præterea & viscerum debilitas, ob quam dicti humores generantur, corrigendæ.

VITALIS INDICATIO respicit vires, quæ sunt conservandæ, tùm per medicamenta, tùm per alimenta. *Vitalis.*

MATERIÆ PRÆSIDIORUM, quæ hisce indicationibus satisfaciunt, ex tribus hauriuntur usitatis fontibus. Ex *Materia præsidiorum.*

CHIRURGICO occurrit VENÆ SECTIO. *Chirurgica.*

Necessaria est, ut corrigatur insignis hepatis caliditas & venarum φλόγωσις, sanguinisquè copia in habitu corporis minuatur. Administrari potest tùm in partibus supernis, tùm infernis: ibi in brachio vel manu, hìc verò in pedibus. In *brachio* nonnunquam aperiri potest *jecoraria* dextri lateris, nonnunquam sinistri, quia utrumque latus fomitem suppeditat huic affectui. In *manu* aperiri potest *salvatella*, inter radicem digiti annularis determinata.

Hæmorrhoidalia vasa etiam aperiri possunt, applicatis hirudinibus, etiamsi nunquam anteà sponte fluxerint.

Fonticuli tres gestandi & conservandi sunt, imò quartus his conjungi potest.

EX PHARMACEUTICO fonte depromenda sunt medicamenta, quæ evacuare possunt saburram crudam in primis viis, & in venis circa lienem & ventriculum hærentem. Incipiendum à *Pharmaceut.*

LENIENTIBUS; fortiora enim è longinquo & toto corpore vitiosos humores ad locum affectum cùm moveant, & simul caliditate & siccitate suâ intemperiem & calorem viscerum augeant, locum hìc non inveniunt. *Lenientia.*

Varia sunt lenientia: *cremor* ♀*ri*, ♀*rus vitriolatus*, *crystalli* ♀*ri*, *pilulæ laxativæ* aloeticæ Francofurtenses & Glasianæ.

Succedanea esse queunt purgantia in minori dosi: ut *pruna vulgaria*, *prunellorum*, *pruneola*, Brignolet à natali loco dicta, medicata seu purgantibus exaltata.

CLYSTERES conveniunt leniores, qui non solùm duriora crassiorum intestinorum scybala, lentamquè cellulis coli adhærentem pituitam educunt, verùm etiam flatibus à cruditate genitis unà cum materiâ ipsâ viam ad eruptio- *Clysteres.*

Digitized by Google

nem faciunt, nonnullamque de colluvie venarum melaraicarum attrahunt portionem.

Fieri possunt 1. ex emollientibus & abstergentibus, 2. jecoris & lienis obstructiones aperientibus, 3. ex fortius irritantibus, & 4. digerentibus, visceraque confortantibus.

Gloriabatur *Adrianus Spigelius* se usu comperisse, quòd inflammationes hypochondriorum in intestinis eodem modo digeri possint clysteribus, quo externi tumores & inflammationes fomentis.

Observavit *Johannes Riolanus*, quando colon fecibus plenum est, ventriculum *ἀπεψίᾳ* laborare. Id accidit nostro ægro. Ideò sæpe clysteribus leniter expellentibus & digerentibus feces in intestinis opus erit.

℞. *rad. althææ, polypodii* a. ℥j,
fol. malvæ, parietariæ, althææ, mercurial. a. mj,
fl. chamæm. m. s. *furfur. in petiâ ligat.* mj, *prun.* n. x.
Coque in aquâ purâ. Colaturæ ℞. ℔j. Adde
elect. lenit. ℥j, *hier. simpl.* ℥ß,
℅ *violarum, chamæmeli* a. ʒj.
M. F. l. a. clysma tepidè injiciendum.

Præparantia. PRÆPARANTIA attendenda, ut humores in venis minoribus & capillaribus contenti commodiùs educantur. Temperata sint in caliditate & frigiditate, cùm cruditates ambigant, quæ modò sunt acidæ, modò nidorosæ.

℞. *mag.* ♀ ⊕*lat.* g. vj, *crat. rubri* ℈ß,
℅ *anisi, fœniculi, cumini* a. gt. j.
M. D. ad chartam. S. Digestiv-Pülverlein auf einmahl.
Vel
℞. *aq. polychrestæ Rolfinc.* ℥ij, *sirup. scelotyrb. For.* ℥j,
misturæ antihypoch. ʒj, *spir. cinamomi* ʒß.
M. D. ad fictile. S. Digestiv-Tränckllein auf drey mahl, früh und nachmittag.

Præmissis his, sequi debent PURGANTIA, quæ ne malum

lum exaſperent, primò ſint mitiora. Talia ſunt *ſirup. roſ. ſolutivus, de pomis, de lupulo.*

Poſtquàm humores mobiles facti, ad validiora ut transeamus, methodus medendi requirit. Talia ſunt, *ſcammonium, chryſopus Peruvianus, gialapa.* Hæc verò, ne viſcera caliditate & ſiccitate ſuâ lædant, facili negotio præparata exhiberi queunt.

℞. *pulv. gialap. nigri & reſinoſi* ℈j, *mag. chryſopu* g. iij, *elæoſocch. aniſi* g. ij M. D. ad chartam. S. Laxier-Pülverlein.

℞. *ſirupi de cichor. cum rhabarb.* ℥ß, *aq. fumar.* ℥j, *jalap. reſinoſi* g. xx. M. D. S. Lindpurgier-Safft auf einmahl.

VINA MEDICATA non negligenda, imprimis quæ vi laxandi prædita ſunt, quorum baſis *folia ſennæ.*

℞. *fol. agrimon. veronicæ, fumar. ſpicanthæ* a. Mß, *ſem. aniſi, geniſt. fœnic.* a. ʒij, *fl. 4. cordial.* a. p. j, *fol. ſennæ* ʒß, *riwand tzini* ʒv, *rad. ſilic. elleb. nigri* a. ʒij, *cinam. caryoph.* a. ʒij. M. D. ad chartam. S. Species zum Kräuterwein.

Parari poteſt vinum abſinthiacum purgans, quod nonnulli ad pituitam & alios humores viſcidos ac lentos educendos egregiè commendant.

Cùm verò cauſa mali contumax ſit, adeò ut unâ vice non tollatur, oportet materiam peccantem ſenſim evacuare.

VOMITORIORUM uſum ſuadere videtur ægri propenſio ad vomitum cum εὐφορίᾳ. Quatuor à prandio horis vomit varia: bilem, ſalivam, aciditate ſuâ dentibus inimicam, & tunc melius habere cœpit. Spontaneum naturæ hunc motum arte nonnulli imitaturi confugiunt ad vomitoria. Commendant imprimis ⊖*lum album* aquâ pluviali, aut tonitruali, quæ ⊕ imprægnata eſt, aliquoties ſolutum, donec

nec redigatur in cryſtallos. Manna vomitoriorum excellit. DATUR à ℈ß. ad ℈j. in brodiô carnis, vel cerevisiâ coctâ cum pane. Verùm cum modum iſtum evacuandi, quem natura interdum tentat, arte imitari non ſemper tutum, ideò ab hoc âbſtinendum, & naturæ ſoli negotium hoc committendum eſſe exiſtimabant alii.

Διουρητικά. DIURETICA non ſunt omittenda. Communia ſunt *ſp. ⊕li, ♀ris, ⊖lis, clyſſus ♁ compoſitus, majoris apparatûs.* Hæc æger noſter crebrò cum juſculo horis matutinis aſſumat.

℞. *ſeri lactis caprini ſucco citri alterati ad gratum ſaporem* ℔j.

Bibat de hoc æger per intervalla.

℞. *malvatici juniperini* ℥ß.

S. Harntreibende Mixtur auf jedes mahl einen halben Löffel voll.

Detur in decocto cicerum rubrorum, vel hordei.

Διαφορητικά. DIAPHORETICA nonnunquam ſunt ex uſu:

℞. *bezoard. min.* ℈ß, *CC. philoſ. ppt.* ℈j, *elæoſacch. citri* g. vj. M. D. ad chartam. S. Schweißtreibendes Bezoar-Pulver auf zweymahl.

In formâ potionis

℞. *aq. fumar. ſcabioſæ* a. ℥ß, *ſcorbut. Quercet.*, ℥j, *mixturæ ſimplicis* ℈j. M. D. ad vitrum. S. Sonderlicher Schweißtranck auf einmahl.

SAL LIQUIDUM volatile Sylvianum magno erit uſui.

Alterantia. ALTERANTIA ſubjungenda, quæ viſcera roborant, reliquias diſſipant, per inſenſibilem tranſpirationem diſcutiunt, & obſtructiones tollunt.

Simplicia. RADICES CICHORII CONDITÆ in *δυσπεψίᾳ* ventriculi & jecoris valdè commendari ſolent, nec eſt, quòd aliquis ob virtutem refrigerandi ventriculo obeſſe putet, cùm, uti *Crato* in ſuis conſiliis habet, jecur refrigerent, ventriculo tamen nullam inferant noxam.

ELECTUA-

ELECTUARIA confortantia, quæ simul humectandi vim habent, prosunt, ut: *composita: electuaria.*

℞. *conservæ fl. cichorii, melissæ, borag. buglossi, card. ben.* a. ℥j,
cort. citr. conditorum, rad. condit. belen. a. ℥ß,
spec. diarhod. abbat. ʒj, *confect. alkerm.* ʒß.

Cum sirupo byzantino simpl. F. Electuarium. De eo sumat pro unâ vice ℥ß, & superbibat haustum aquæ boraginis.

℞. *conservæ fl. caryophyll. hortensium saturatè rubrorum,*
rosar. a. ℥j, *confect. alkerm.* ʒij,
croc. ♂ *sacchar.* g̃. xv, *succini præparat. albi* ℈ij.

Cum sirupo de cort. citri. F. Electuarium. Usurpetur manè.

TRAGEMA ad ventriculum roborandum esto sequens: *tragema,*

℞. *sem. coriandri præparati* ʒvj, *fœnic. anisi* a. ʒiß,
cinam. ʒiij, *galangæ, acori veri albi* a. ℈j,
rad. pæon. ℈ij, *glycyrrhizæ* ʒß,
sacch. ros. tabul. ʒvj, *albiss. canar.* ℥j.

M. contunde. F. l. a. Tragema. D. ad scatulam. S. Magen-Pulver.

Sumat bis, vel ter in die g̃. xv, ad ℈j, ante & post prandium, super orbiculum panis similaginei, in vino macerati.

MORSULI sequentes conveniunt: *morsuli.*

℞. *spec. arom. ros.* ℈iiij, *diarhod. abbat. diatr. sand.* a. ℈ij,
trochisc. de cappar. ʒiß, *rád. gentianæ albæ* ℈j,
condit. cort. aurantiorum, citri a. ℥j,
fl. citri, aurant. a. ℥ß,
rad. cichorii condita & incisa ℥j,
extracti zedoariæ, galangæ, a. g̃. iij,
sacch. soluti in aq. cichor. q. s.

In hoc solutis extractis cætera omnia misceantur, & conficiantur morselli cum ℅ cinamomi ℈ß sub finem addendo D. S. Morsellen.

Post meridiem utatur uno hor. iij, nihilque bibat, aut comedat, nisi in ipsâ cœnâ.

Chimica ex notis myrothecis peti possunt: *elixir proprietatis Paracelsi*, *sp.* 🜔, *tinct.* ♂*tis aperiens*, ⊕*li spiritus regeneratus*, & alia, quæ æger tempore successivô adhibere potest.

Cerevisia. CEREVISIÆ medicatæ ægro quoquè præscribuntur. Parantur ex herbis spleneticis, epaticis & cardiacis, additô crocô ♂tis cum ♀re paratô, ut indè fiat sacculus.

Decoctum ligni. Si malum adeò contumax sit, ut mitioribus planè non expugnari possit, ad GENEROSIORA, nempe DECOCTUM LIGNI SANCTI, ACIDULAS & THERMAS est confugiendum, quæ summo cum fructu in hoc affectu usurpantur. Acidulæ enim ob partes & spiritus minerales, quibus abundant, humores vitiosos è corpore secum rapiunt. Indè tales acidulas bibentes nigra per alvum excernunt magnâ quantitate. Hic color non tam ab humoribus atris oritur, quàm ♂tis & ⊕li partibus, quas in se continere nemo dubitat.

Balnea. EXTERNA BALNEA humectantia sacculô formicis plenô exaltata, item alia stomachica, splenica hîc excellunt.

Ventriculus inungatur hoc balsamô:

Balsama. ℞. ⁰⁰ *nuc. mosch. expressi* ℥iij, *anisi*, *mentha* a. ℈j, *cinam. caryoph.* a. gr. v, *balsami de peru* ʒß.
M. S. Magen-Balsam.

Obtegatur emplastro, & inungatur cordis scrobiculus sequente linimento:

℞. ⁰⁰ *nuc. mosch.* ʒij, *anisi*, *fœnic. destill.* a. ℈j, *citri* ℈ß.
M. D. S. ut antè.

Hypochondrium sinistrum, sub quo recubat lien, inungatur oleo capparum.

Emplastra. ℞. *emplastri de cicutâ* ℥ß,
cum s. q. ⁰⁰ *lil. albor.* & *ceræ* F. l. a. linimentum. Adde

succi

succi resinosi ammoniaci ℥ *destill.* ℥. vj. *facch. Ioni* ℥. vj.
D. S. Sonderliche Miltz Salbe.

Hypochondrium dextrum operiatur scutô ex emplastrô sandalinô.

LOTIONES pedum vespertinæ in balneo parato ex *herbis chamæmeli, meliloti, agrim. verbenæ, salviæ, hyssopi* mirificè prosunt. Addi possunt cap. papav. & fl. sambuci.

DIÆTA his omnibus respondeat.

NATURALIS complectens τὰ εἰσιόντα, ea quæ *ingrediuntur* & adsumuntur, decenter instituatur, secundùm formam, quæ speciem & substantiæ modum complectitur, quantitatem, tempus, qualitatem, materiam. Diæta. I.

SPECIES victus sit mediocris. Conveniunt non solùm potiones, quæ spiritus reficiunt, verùm etiam solida, quæ carnosas reparant partes.

MODO SUBSTANTIAE sit ἔυχυμος, ἔυπεπτος, εὐώδης, naturæ gratus. Vitentur κακόχυμα, δύσπεπτα, κακώδεα alimenta & quæ tartareum, crassum, lentum, flatulentum succum gignunt.

QUANTITAS victûs naturam sublevet, haud oneret. πάντα μέτρια, *omnia medium teneant.* Mensura sit corporis sensus.

MERIDIANO & VESPERTINO tempore sumatur cibus QUALITATE temperatus.

Inter *carnes* probantur hœdinæ, agninæ, vitulinæ, carnes pullorum gallinaceorum, perdicum.

Ex *piscibus* lucius junior, funduli, percæ. Panis sit triticeus & benè coctus. Conveniunt *ova* recentia mollia, *prisana hordeacea* in jusculo carnium decocta.

Ex *fructibus* sunt poma dulcia, sapore aromatico prædita, pruna damascena, cerasa nigra.

Vitentur δύσπεπτα, & omnia, quæ crassum, lentum & tartareum succum generare valent, item flatulenta, ut pisa, fabæ, lentes, castaneæ.

Usus *aromatum*, & præsertim *piperis* cùm valdè sit suspectus, cautè hic procedendum est. *Cinamomum*, quod

non solùm calefacit, verùm etiam siccat, præcipuè si saccharum admistum habeat, præ cæteris omnibus ægro nostro parcè concedimus.

POTUS sit vinum album, tenue, suaveolens, imprimis Rhenanum & Francicum. Cerevisia sit clara & defecata, ut Naumburgensis, quæ non sine insigni fructu medicamentosa redditur cum melissa, absinthio & radice borag.

Circa potulentorum quantitatem æger noster semper aureum illud NE QUID NIMIS, inculcatum teneat, & imprimis sibi caveat à magnis cyathis.

2\. In DIÆTA VITALI æger utatur aëre temperato: affectus animi, & imprimis iram temperet, utpote quæ sanguificationem, coctionem, & depurationem lienis perturbare solet propter agitationem sanguinis arteriosi, & bilis cum eodem permistionem. Sola affectum hunc inducere, præsentem fovere, & augere solent. Alia etiam animi pathemata immoderata maximè sunt vitanda.

3\. In ANIMALI *motus* corporis sit moderatus, ante cibum deambulet: distribuat *somnum* & *vigilias*, somnus sit nocturnus, vigiliæ verò diurnæ, utraque moderata.

ALVUS servetur aperta, & quotidie semel ad minimùm alvum deponat. Id nisi spontè fiat, solicitanda est clystere, vel pilulis laxativis.

CONSULTATIO IV
de
hypochondriacâ.
HISTORIA.

Relatio historica. HOnesta matrona quinquaginta annorum, macilenta, temperamenti frigidi & humidi, frigidi quoad ventriculum, calidi quoad jecur, vidua, sedentariam agens vitam, inordinatâ utens diætâ, variis curis distracta, subsistentibus mensibus ad annos quinque, conqueritur sæpius de dolore capitis & vertigine, cui interdum accedit difficilis respiratio & le-

& leve animi deliquium, concoctio ventriculi debilis, fluctuatio sub costis nothis flatuosa, eructatio nidorosa, acida, nonnunquam insipida, & interdum cardialgia, alvum habet adstrictam, somnos interruptos, sudores noctu frequentes, fœtidos, præprimis post mediam noctem, ipsa tamen semper friget, nec calorem per corporis ambitum expansum sentit. His malis præcipuè circa autumnum & ver corripitur.

RESOLUTIO.

SYMPTOMATA ægrotam affligentia sunt varia: eorum aliqua respiciunt facultatem ANIMALEM, ut dolor capitis, & circa dorsum, ventriculi oris etiam, quod cor ab antiquitate appellatur, vertigo, somni turbati: alia VITALEM, ut animi deliquium, & crebra cordis angustia: alia NATURALEM, ut ventriculi languor, dyspepsia & læsa concoctio, ciborum fluctuatio, quæ sentitur sub costis nothis, ructus varius, acidus, nidorosus, insipidus, post cibum sumtum: alvus non respondet officio, sed ut plurimùm medicamentorum opem efflagitat, flatus emittuntur crebrò, sudores frequentes frigidi. *Symptomata.*

AFFECTUS, à quo hæc dependent, est HYPOCHONDRIACUS, omnium penè morborum quasi quoddam seminarium. A chimicis dicitur Tartarus hypochondriorum. Est hoc seculo frequentissimus, præprimis autem illis, qui vitam agunt sedentariam notissimus. Accepit *Affectus, species.*

NOMEN à loco adfecto, hypochondriis scilicet. Hypochondrium verò ea pars corporis est, quæ sub nothis costis ad ilia usque utrinque protenditur, non solùm musculos, sed & interna viscera complectens, sic dicta, quod τῶ χόνδρῳ ὑπόκειται, *cartilaginibus notharum costarum subjacet.*

ADESSE hypochondriacum affectum ostendunt SYMPTOMATA enarrata mira & varia.

PARTES affectæ multæ sunt. Afficiuntur in hypochondriis hepar, ventriculus, venæ splenicæ & mesaraicæ, *τὸ ὑποχείμθνον μόριον*

ſunt partes cæ, pancreas: inter omnia autem præcipue LIEN cum vaſis ſuis, venis & arteriis ſplenicis. In eo hæret morbi ſcaturigo, & materia mali cauſa primaria generatur. Cum enim lien ſit non ſolùm organum ſanguinis depuratorium, ſed etiam inſtrumentum ſanguificandi, ſi utrique non ſatisfaciat officio, magnas turbas dare poteſt.

Afficitur lien per eſſentiam & quidem πρωτοπαθικῶν, ſolus atque principaliter, tum ſecundùm parenchyma, tum ſecundùm vaſa.

Reliquæ partes afficiuntur per δευτεροπάθειαν ſeu *conſenſum*. TALES ſunt partes vitales & animales.

Vitales, VITALIS ut cor, vitæ fons ab inimicis fuliginibus noxiiſque anguſtatur vaporibus, quos impacta iſta in venis meſaraicis materia, item humorum in ramis venæ portæ, arteriæ cœliacæ, omento, meſenterio, pancreate hærens, exhalat, partibuſque reſpirationi dicatis communicat. Hinc pectus anguſtatur, diaphragma comprimitur, reſpiratio redditur difficilis, & cor dolore affligitur.

animales. ANIMALES partes affectæ ſunt Palladis arx cerebrum & quæ eò pertinent. Hoc ab inimicis fuliginibus & impuris ſpiritibus, quos caput inſtar magni alembici ex cucurbitâ infimi & medii ventris adſcendentes recipit, divexatur. Inde catarrhi, ἀγρυπνίαι, ſenſus ſtupidi, caput dolore grave: pluresque aliæ ærumnæ.

Ventriculus. VENTRICULUS inter affectas partes ſecundariò non ultimum obtinet locum, ſecundùm orificium præcipuè dextrum & inferius, ſeu finem ſpatii compreſſionis cibi, *uti loquuntur interpretes Ibn Sina*, ſecundùm cavitatem etiam & vaſa.

Vaſa. ARTERIÆ cœliaca & meſenterica, & qui ab epate & liene ad ventriculum & vicina loca tendunt, ſplenicus & meſentericus venæ portæ ramus, omentum, pancreas, meſenterium, venæ, quæ chylum per inteſtina è ventriculo excipiunt lacteæ, ipſa quoque inteſtina variis humoribus ſcatentia ad generationem hujus mali ſuam ſymbolam conferunt.

Cauſæ. CAUSA IMMEDIATA pravæ hujus diſpoſitionis ſunt humo-

humores crudi, vitiosi, melancholici, biliosi, adusti, nonnunquam etiam pituitæ & degeneri pancreatico acido succo permisti, in liene vicinis partibus collecti & cumulati.

Inter RES NATURALES excellunt TEMPERAMENTUM frigidum humidum, & ÆTAS declinans.

NON NATURALES sunt variæ: AER, qualitatibus tum primis, ut frigiditate & siccitate, tum secundis ut crassitie & adustione contaminatus, nebulosus, turbidus, & talis, qui autumnali & verno anni tempore plerumque viget. CIBI pravi succi, & suâ naturâ impurum sanguinem, crudum crassum & melancholicum humorem generantes. MOTUS defectus & QUIES nimia, ut & vita sedentaria ad coacervandos in abdomine excrementitios humores plurimùm valet.

ANIMI AFFECTUS curarum cor exedentium pleni, & suppressio mensium palmam obtinent.

Ex hisce causis affectus originem suam trahens, non mirum est, quòd antè enumerata, quæ signi rationem obtinent, habuerit symptomata. *Symptomatum ratio.*

CAPITIS TRISTIS SENSIO, VERTIGINOSA, & TURBATA SOMNI INSOLENTIA oriuntur à sursùm adscendentibus in regiam mentis sedem vaporibus. Compresso diaphragmate difficilis oritur RESPIRATIO. 1.

COR afficitur, tùm propter ventriculi & cordis consensum, per nervos sextæ conjugationis: tùm propter vapores & humores pravos ad cor adscendentes. Hi è materiâ in hypochondriis stabulante exhalantes effunduntur in venam cavam, inde in cor, ex corde iterum per arterias in habitum corporis itu negotioso redeunt in cor, sicque calamitates augent. 2.

DOLOR ventriculi oris sub cordis scrobiculo pravis nascitur ex cruditatibus. 3.

VENTRICULI adest LANGUOR & dyspepsia oritur, quod sit justo frigidior, calorque ipsius, qui ad concoctionem ciborum requiritur, depauperetur, & ab erroribus commissis destruatur, 4.

5. concoctio læditur ventriculo non ſatis arctè complectente cibum.

6. flatus, ructus, fluctuationes & tenſiones proveniunt à materiâ humidâ, crudâ & flatuosâ ibidem & in vaſis viſcerum congregatâ, & à calore debili in materiam flatuoſam conversâ.

7. Quod alvus non ſatis ſuum reddat officium, in causâ eſt 1. lienis & hepatis, ut & vaſorum utriusque lateris nimia ſiccitas. 2. pituitoſi, viſcidi & glutinoſi humores, ex cibis corruptis generati, inteſtinis pertinaciùs adhærent; quos expultrix facultas, niſi adjuvetur, ejicere nequit.

8. sudores fœtidi ſuam habent originem à malâ concoctione ventriculi primâ, ſecundâ & tertiâ.

Prædictio 1. ſalutis. Quamvis hic morbus tùm propter viſcera principalia malè affecta, tùm propter ſymptomatum gravitatem, magnus ſit, & propter viſcerum ἀνεπτραξίαν, humorumque contumaciam difficilis, nihilominus benè ſperamus de felici eventu, idque eò magis, quod nullum in ægrâ ſignum lethale appareat.

2. longitudinis. diuturna tamen opus erit patientiâ, chronicus enim eſt affectus & immorigerus.

3. modi eventus. modus eventus. Terminabitur per cauſæ morbificæ concoctionem & expulſionem.

Curatio nititur Methodo medendi. Absque ulteriori morâ & ſine ambagibus, ſpe ſalutis conceptâ, ad mali hujus eradicationem, & methodum medendi nos conferemus.

Nititur iſta tribus indicationibus.

curatoria morbum eradicandum ſuadet.

præservatoria cauſam morbum foventem tollere jubet. Hæc cùm ſit colluvies vitioſorum humorum, imprimis autem melancholicorum, in hypochondriis, maximè verò liene hærentium, facile pateſcit, illos ſui indicare evacuationem primariò. Hâc evacuatione peractâ vapores ab iſtis humoribus exſurgentes, variorum ſymptomatum cauſæ, diſcutiendi.

VITA·

VITALIS indicatio tonum viſcerum debilitatorum reficiendum eſſe innuit.

MATERIÆ ex uſitatis fontibus depromendæ &

I. EX CHIRURGICO. VENÆ medianæ vel cephalicæ ſectio in brachio cum utilitate inſtitui poterit. Hæmorrhoides etiam, cum totum purgent corpus cum fructu, vel ſanguiſugis, vel glandibus, vel clyſteribus acribus, aperiri posſent. Sed cum hæc parvi faciat auxilia, nulla etiam hujus facienda mentio. *Materia præſidiorum, chirurgica,*

SALVATELLAE apertio commendari ejus loco, aut ſaphenæ vel malleolaris ob uterum malè habentem poterit.

IN CUCURBITULIS magna ſpes, ſcapulis, lumbis, & artubus applicitis.

PHARMACEUTICUS fons ſuppeditat VACUANTIA. Horum effectus ut ritè ſuccedat, ante omnia vias primas lenientibus quibusdam medicamentis, tùm per os exhibitis, tùm in formâ clyſterum, alternis diebus repetitorum, ſæpius eiiniſſe expedit. Poſſunt autem clyſteres iſti leniores primùm componi ex *malvâ*, *parietariâ*, *brancâ urſinâ*, *althæâ*, *atriplice*, *radic. liliorum alborum*, *ſemine lini*, *fœni Græci* &c. Ex quibus & aliis peritus medicus varia enemata concinnare poterit. *Pharmaceutica: lenientes Clyſteres.*

℞. *herbæ parietariæ*, *mercur. abſinth. atriplicis* a. mj,
hordei torrefacti, *lupinor.* a. mß.
Coq. in ſ. q. 🜄æ *ſimpl.* Col. ℥iv adde
electuar. diacathol. ℥j, *caſſiæ pro clyſt.* ℥iß,
⊖ ♀ri ℈j, *mellis roſati* ℥iß.
F. l. a. Clyſter.

Vel

℞. *herb. malvæ, betæ atripl. mercur.* a. mj,
ſem. lini ℥j, *aniſi* ℥ß.
Decoq. in ſ. q. 🜄æ *font.* Colat. ℔j adde
ſacch. rubri ℥iß, ℴℴ *amygd. dulc.* ℥ß, *elect. hieræ ſimpl. bened. laxat.* a. ℥ß, ⊖*lis gemmæ*, ♀ri a. ʒß.
F. clyſma laxans & leviter ſtimulans.

Lenientia per os adsumenda. Medicamenta lenientia, quæ PER OS assumuntur, possunt esse sequentia: *aloë, cassia, polypodium, sirupus rosarum* & *violarum solutivus, de epithymo, de fumaria, florum genistæ, electuarium lenitivum.*

Vomitoria. VOMITORIA leniora, etiam in principio commendantur. Exhiberi possunt, *decoctum hordei cum oleo olivarum, semen atriplicis, succus raphani,* ⊖ ⊕li &c. materiam enim pituitosam & excrementitiam in ventriculo contentam evacuant.

Præparantia. Hisce ita peractis, cum humores quidam crassiores, ob ventriculi coctionem læsam, pituitosi & viscidi redditi, incidentia, & detergentia indicent, ad humores istos denuò præparandos, reserandasque quæ subinde adesse solent obstructiones, accedendum. Ad hanc intentionem plurima tam è Galenicis quam Chimicis depromi queunt myrotheciis. e. g.

℞. *rad. glycyrrhizæ, sarsaparillæ* a. ℥ß,
fol. sennæ ℥j, *sem. fœniculi, cuscutæ* a. ʒvj.
Decoq. in suff. q. ▽*font.* Colaturæ ℥iv adde
sirupi de cichorio, fumariæ, menthæ a. ℥j,
cinamomi ℥ß, *spir.* ⊕*li* gr. xv.
Misce. F. Potio. S. Digestiv-Tranck auf vier mahl.

Vel decoctum ejusmodi commendetur.

℞. *rhabarb. electi* ℈iv, *spicæ, schœnanthi* a. ʒß.
Conspergantur vino albo odorato, postea macerentur in
▽ *pimpinellæ, enulæ campanæ,*
capilli ♀*ris, centaurii minoris,* a. q. s.
Coquantur. Deinde expressionis ℥vij adde
sirupi de veron. borag. buglossi,
de 2. rad. a. ʒvj, *spir.* ♀*ri* ʒß.
M. F. Potio. S. Digestiv auf vier mahl.

In formâ pulveris si optet æger medicamentum digestivum,

℞. *cry-*

℞. *cryſtall.* ♀ri ℈j, *ſalis cichorii, fraxini* a. ℈ß,
elæoſacch. menthæ, cichorii a. g. vij.
M. Dividantur in duas partes æquales in chartis diſtinctis.
S. Præparir-Pulver.

PURGATIO his peractis, ſequitur, primò lenioribus, pòſt validioribus

Per ALVUM conveniunt *agaricum, ſem. carthami, pil. de ammoniaco Quercetani, panchymag. Crollii.* 1.

℞. *pulv. vegetab. Rolſinc.* ℈j, *polychr. ſcammon.* g. iij,
∞ *aniſi, maſtichini* a. gr. j.
M. F. Pulvis. S. Purgir-Pulver auf einmahl.

CEREVISIA MEDICATA talis ordinari poteſt:

℞. *fol. ling. cervinæ, ſpicanthæ, abſinth. pont. fumar.* a. mß,
ſem. aniſi ʒß. *ſennæ Alexandr. rhabarbari,*
gialapii a. ʒiij, *epithymi* ʒij, *fl. roſar.* p. iij,
caryophyll. aromat. ʒij, *ſalis* ♀ri ʒj.
Conciſa cont. ſ. a. dentur ad chartam. S. Kräuter zum Purgier-Bier.

VOMITUS ſi ſit neceſſarius, exhibeatur ☿*ius vitæ* ad g. v. cum *conſ. violar.* q. ſ. M. F. Bolus. 2.

℞. *vitri* ♁ g. iij, *aq. card. bened.* ℥j, *vini rhenani* ℥iß.
Stent in infuſo per noctem. Manè colatura exhibeatur.
S. Brechwein.

Per SUDOREM etiam evacuatio totius convenit per vices. 3.

℞. *ſalis cornu cervi, ſang. cervi volat.* a. g. vj,
fl. ✻ *cum* ♂♎*torum* g. iij, M. D. in charta.
S. Schwitz-Saltz.

ΔΙΟΥΡΗΣΙΝ promovet *ſpir.* ⊖, ⊕*li*, ♀*ri*, *tinctura* ♀*ri*, *ſpir.* ⊕*li philoſoph.* in quo diſſoluti lapides ♋.

ALTERANTIA totum corpus ad hujus morbi abolitionem *Alterantia.*

tionem valdè necessaria, ne intemperies quæ vitiosos humores produxit, de novo invalescat, recidiva oriatur pejor sua radice.

1. Eorum aliqua respiciunt VENTRICULUM. Hic taliæ propter jecoris & ventriculi in ægrâ nostrâ contra operantiam adhibenda, quorum vis, quantum ad qualitates primas, statim in ventriculo pereat. Præscribantur itaque ad ventriculi noxam tollendam hæc ipsi appropriata: *radix ari, scorzoneræ, cuscuta, flores cordiales, lignum aloës, acorus conditus, spir. ⊕li, ♀ris & ♂tis.*

℞. *tragem. stomach. Querc.* ℥ß, *fol. menthæ. absinth.* a. p. ij, *rad. cichorii, scorzon.* a. ʒij, *acori veri* ʒj, *glycyrrhizæ* ʒß, *sem. anisi, fœniculi* a. ℈ij, *sacchari rosati tabulati* ℥ij.

M. D. in scatulâ. S. Magen-Pulver. Detur cochl. j. cum tabulâ panis albi vino inebriati.

2. JECORI convenit *confectio fl. cichorii, violar. rosar. condit. rad. cichor. caul. lactuc. Italic. essentia croci ♂, species diatrion-sandal. sirupus de limon. tinct. rosar. violar. tinctura ♂tis.* Facere hæc possunt benevolum officium.

℞. *conservæ fl. agerati* ℥ij, *buglossi, borag.* a. ʒß, *condit. cort. aurantiorum, citri* a. ℥ß, *sp. aromat. rosat.* ʒj, *fecula ari sine vino par.* ʒj, *sirupi cichorii q. s.* M. F. Electuarium.

3. LIENEM respiciunt *chamædrys, fumaria, beccabunga, cochlearia, decoctum guajacinum, chinæ, sarsa parillæ, sirupus de scolopendrio, spir. ⊖lis, ♀ri, ⊕li.* Regio splenis EXTERIUS inungatur 👀 *amygdal. dulcium, de capparibus, de ruta* &c.

Diæta naturalis. DIÆTA sequitur. CIBI sint temperati: conveniunt carnes agninæ, vitulinæ, gallorum & gallinarum. Ex avibus conveniunt perdices, alaudæ, merulæ avesque montanæ. Ex piscibus lupi, perçæ, funduli utiles. In assumtione ciborum observandus ordo, tempus, modus, quantitas. Mensæ secundæ

tundæ adsint, præter mala borsdorffiana, pyra moschatellina.

POTUI inserviat cerevisia benè defecata, cui *absinthium, agrimonia, lingua cervina, spicantha* seu *lonchitis* & similia sunt infecta: recens, vetus & acida, rejicitur. Vinum indulgendum album, tenue, benè maturum & defecatum: vitetur malvaticum, hispanicum, italicum.

AER in quo ægra nostra degit, sit quietus & purus temperatusque. *Vitalis.*

SOMNUS sit moderatus & tempestivus, nec statim à cibo ineatur: jucundioribus potius colloquiis tempus teratur. *Animalis.*

MOTUS & EXERCITIA immoderata statim post cibum sumtum sunt fugienda, ut & vita sedentaria. Moderatum cordi sit exercitium. Graviora ANIMI PATHEMATA, ut ira, timor, mœror, tristitia, quæ vel sola affectum hunc provocare possunt, procul ex animo releganda.

Manè à SOMNO diligens adhibeatur studium, ut excrementa per ALVUM & URINAM excernantur; & cum vitæ thesaurus in hoc uno ferè positus sit, alvus semper aperta retineatur.

CONSULTATIO V
de hypochondriaco.
HISTORIA.

VIr XL. circiter annorum, temperamenti calidi & humidi, habitu corporis εὐσάρκ@ & plethoricus, vitæ sedentariæ addictus, aëre non adeò puro, cœnobii qui præclusus angulis ventis ritè non perpurgatur, loco degens, cibis usus boni nutrimenti, noctes insomnes agens multas, ante annum, & quod excurrit, laboravit febre malignâ ardente, inde sanatus hactenus ὀξυρεγμίᾳ correptus est, cui occasionem facilè indies præbet officium; conqueritur de dolore sinistri hypochondrii, dysuriam aliquoties expertus *Relatio Historiæ.*

est, cibus sæpè incoctus, appetitu tamen satis vigente, ut in lienteriâ vel cœliacâ fieri svevit, secedit, manus nonnunquam pustuloso tumore afficiuntur, qui tamen spontè iterum se abscondit: caput vertigine sæpiùs tentatur, memoria labilis. Usus est hactenus pilulis aloëticis Francofurtensibus. Majora timens mala, inprimis hydropem, petit consilium.

RESOLUTIO.

Affectus Species. AFFECTUS est ὑποχονδριακὸν καὶ φυσῶδες νόσημα, malum hypochondriacum communi medicorum appellatione sic dictum à loco affecto, hypochondriis scilicet, eâ circumscriptis corporis peripheriâ, quæ sub costis nothis ad ilia usque protenditur, interna simul complectens viscera, in dextro latere hepar, in sinistro lienem præcipuè.

Quoad ESSENTIAM referri potest morbus hic tùm ad temperamentum, tum ad conformationem. In *Temperie* occurrit constitutio viscerum, depurationi sanguinis destinatorum σύγκρατος, calida in præsenti statu & humida, quæ facit, ut tonus eorum laxetur & in officio suo retardentur.

In *conformatione* omne punctum absolvit obstructio tùm lienis, tum vasorum mesaraicorum & lacteorum, unde excrementa restagnant, debitis non evacuata locis, quin ipsa adeò circulatio sanguinis & serosus humor per vasa lymphatica deferendus inhibetur.

Dolor ad actionem sensûs tactûs læsam refertur.

ADESSE dictum affectum, monstrant signa in historiâ allatâ:

1. *Essentialiter inhærentia*, dolor præcipuè & æstuatio in sinistro latere, ubi lienis clima est.

2. *Essentiam consequentia* symptomata idem patefaciunt: cibi inconcocti per venas lacteas non attrahuntur, inde diarrhœa, aut lienteria potiùs quædam succedit: pustulæ volatiles sæpe orientes in manibus, sine causâ manifestâ, vertigo in facultate animali & memoriæ debilitas consentiunt.

Causæ

Causæ antegressæ, vita sedentaria, lucubrationes, non abludunt. 3.

Similitudo idem confirmat. Ab aliis autoribus, observatâ ideâ affectus tali, pronunciatum est, esse affectum hypochondriacum: ergò & idem hoc loco locum obtinebit. 4.

PARS AFFECTA seu SUBJECTUM quodnam sit, inquisitione dignum. τὸ ὑποκείμενον

PRIMARIUM LIEN, quippe hunc præ aliis laborare, μόριον. regio ejusdem, ubi recumbit, demonstrat, tenso & æstuante quasi sinistro latere.

Afficitur lien in hoc affectu, ut *pars similaris, temperata*, ratione componentium partium, quatenus hæ à temperie solitâ descifcunt, & intemperatæ evadunt: ut dissimilaris & organica, ratione meatuum, vasorumque: arteriarum, quibus maximè abundat, obstructione, quæ in causâ est, quo minus attrahantur in debitâ quantitate succi sanguinei depurandi: venarum, quæ allatum per arterias sanguinem limosis terrestribus atomis non defecatum, revehere partim non possunt, partim revecto, ceu miasmate quodam, inficit totam sanguineam massam, quæ iterum ad partes per arterias delata, variorum symptomatum est autor.

Quoad *substantiam* itidem lien afficitur, quatenus restagnans depurandus sanguis & motu peregrino subsistens fermentatur, depravatur, adeoque distendit membranas splenicas, dolorem gravativum subinferens. In apricum scilicet prodeunt, quibus segregatio debebatur, excrementitiæ moleculæ, salso-acidæ acriores evadunt, sicque totum funditùs penetrant lienis fungosum corpus, ut interdum subaugescens in tumorem elevatus fuisse observationibus constet.

SECUNDARIUM subjectum habetur MESENTERIUM, ut hinc duo hæc pro uno quasi stent ad producendum κακὸν hoc ὤον, unitis viribus in arenam descendentia.

Afficitur hoc itidem, dum chylus, qui per longas intestinorum, tenuiorum maximè, ambages devolutus est, assugi quasi à venis lacteis amat, per ductum chyliferum ad officinam sanguinis, cor nempe deferendus. Hic, obstru-

structis horum vasculorum osculis, perrumpere portam nequit, nisi tenuiore parte, quæ deinde, ob consistentiæ legitimæ defectum in serum facessit, unde serosior exsurgit sanguis. Non tamen ita obstructæ sunt, ut penitus nullus lacteo huic cremori pateat aditus, aliàs enim atrophia sese exereret, nullo suggesto nutrimenti ὑπεκκαύματι, cujus in ægro nulla sunt indicia.

An VENTRICULUS aliquid conferat, dubium ferè videtur, cum appetitus satis vigeat; nihilominus omni culpâ eum vacare asseri nequit, non quidem per essentiam & ἰδιοπαθικῶς, sed per consensum, & συμπαθικῶς, quatenus, *ex placito nonnullorum*, fermentum stomachi à lienis seu contactu, seu materialis corporis communicatione sartum tectum conservatur. Hoc cum in statu p. n. non fiat, intensione vel remissione affectûs, quædam imbecillitas, major vel minor, sese prodit.

HEPAR accusari posse, innuere videtur ὀξυρεγμία, quæ hactenus in ægro sese exeruit, dum & in suo depurationis officio, affricatâ labe quâdam à liene, bilem rectè non segregat, vel calentiorem, ob intemperiem progignit.

Causa immediata, mediata proximiores.

CAUSA IMMEDIATA hujus mali est depuratio sanguinis læsa.

CAUSAE MEDIATAE PROXIMIORES sunt, tenore veterum doctrinæ, humores melancholici & biliosi. Nos conjungemus eos cum serosis & acribus succis, quippe horum manifesta in ægro extant signa.

Generantur hi liene suo otiante in officio, quod est, sanguinem ex chylo, per subclavias venas ad cor adducto, præparatum inde in pulmonibus à fuliginibus sylvestribus, mediante respiratione, purgatum, in sinistro ventriculo complementum adeptum, post mediantibus arteriis communicatum limosis & feculentis atomis exuere. Non quidem omnes primâ vice sed partim, quæ nondum satis depuratæ, in venas abreptæ per cor iterum circulantur, aque ejus calore novam impressionem recipiunt. In hoc officio humanæ saluti maximè proficuo cum deficit, serum etiam in corpore

resti-

restitans cumulatur. Hoc cum per urinarios ductus, ceu debebat, non excernitur, multorum malorum est causa.

His ita se habentibus, nec flatus deesse possunt, qui à materiæ excrementitiæ copiâ, & calore in illam agente, non satis forti, facili prosurgunt exordio.

Hæc duo proinde, humores & vapores puta, venas capillares obstructas alluendo, magis & magis in actionibus turbant, utque ex malo corvo malum gignatur & edatur ovum, symbolum conferunt.

Helmontius sine dubio acorem suum in proscenium adducet, qui extrà ventriculum est damnosus. In liene ergò locum si inveniat, varios edit effectus, symptomata varia & multa.

Chimici alii ⊖inum principium accusant, & ♀reos succos, cum ⊖ à 🜍 & ☿io, non servatis mistionis legibus, ἀναχωρήσει secedit, acrius fit seipso, & humores alios contagio inquinat. ♀rus à sanguine non sepositus itidem obstructiones ciere aptus est natus.

Sylvianis ex hypothesibus succus pancreaticus & biliosus à naturâ suâ alienati vel p. n. retenti, vel vitiosè fermentati, cùm ad lienem, deportantur, impedimentum facilè objiciunt, & remoram cœterisque subsequentibus malis fundamentum.

REMOTIORES inter NATURALES primam sedem obtinet TEMPERAMENTUM totius calidum & humidum, superfluitatibus & excrementis gignendis valdè pronum. Ventriculi temperamentum frigidiusculum, quod ex cibis interdum inconcoctis apparet, & hepar calidum, ἀντιπραξίᾳ damnosâ sibi invicem nocent. *remotiores 1.*

HABITUS CORPORIS εὔσαρκος & plethoricus abundantiam humorum bonorum, & læsâ viscerum actione, malorum & cacochymicorum denotat.

IN NON NATURALIBUS non omni culpâ absolvendus est AER, non adeò purus, variis miasmatibus infectus, quæ inspirando sanguini communicata in liene & locis depurationi destinatis non facilè abeunt, indeque sanguinis 2.

purpuram occupant. MOTUS & QUIES etiam huc faciunt. Vita sedentaria membra corporis, quæ motu vigent, enervat, & excrementitios humores aggregat. VIGILIÆ sæpiùs continuatæ spiritus immodicè dissipant. Inde vim suam non habet ventriculus, evocato ad laborantis cerebri præsidium igne. Accedit quod coctio quietem quandam postulat.

Pilularum aloëticarum usus, quamvis laxandi causâ videatur utilis, ficciorem tamen constitutionem vasorum lacteorum induxit.

ANIMI PATHEMATA indicta abire nolunt. IRA justas ob causas sæpiùs oboriens, humores præcipitat, sanguinem accendit, cerebrum debilitat adeò, ut largum fomentum affectui præbeat.

3. PRAETERNATURALES causæ accersendæ. Febris ardens prægressa intemperiem calidam viscerum, lienis inprimis & cordis post se relinquere potuit, hinc cor calidius sanguinem intemperatum, & lien intemperatus cæteris malis ansam præbuit.

Symptomatum ratio. Ex his causis enatus morbus non mirum est, quòd sequentia secum traxerit symptomata, quorum ratio reddenda venit.

1. DOLOR adest in sinistro hypochondrio, à solutione continui, quia tenduntur & distenduntur ab acribus humoribus ibidem restagnantibus membranæ lienis. Doloris species gravans dependet à naturâ partis.

2. DYSURIAM aliquoties expertus est, non amandato ad renes sero, qui & ipsi in percolando illo debiles eam augere potuerunt.

3. CIBUS sæpe inconcoctus, ut in lienteriâ fieri assolet, secedit, quia chylus per oscula lactearum non assugitur, & hinc restitans abit κάτω. In causâ quoque est ventriculi intemperies frigidiuscula, instrumento coctionis calore in ipso existente debili.

4. MANUS sæpè pustuloso volatico tumore afficiuntur, dùm serum in corpore retentum diffusum in partes, alias natu-

naturâ debiles, ceu sunt manus & pedes, impetum facit, & subiens cutis & cuticulæ poros in altum se extollit. Idem tamen tumor sponte iterùm secedit, reassumpto in vasa humore, vel per sudorem tenui materiâ discussâ.

CAPUT vertigine sæpiùs tentatur, ob motum circularem spirituum animalium, qui è vitalibus è corde allatis, in capite generantur. Illis ergò impuris accedentibus, impuri etiam gignuntur animales. 5.

MEMORIA labilis, ob cerebrum debile & spirituum animalium impuritatem, quippe materia in corpore inutilis etiam mediante circulatione ad caput delata sui vestigia relinquit. 6.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ eventus nunc expedienda *Prædictio.*

I. SALUTIS & MORTIS. *Generis ratione*, cum non recens sit affectus, videtur curatu difficilis, & ægro quidem tædiosus, medicamentis verò non facilè vincibilis. 1.

Subjecti ratione, lien per essentiam laborans pejus malum facit, quàm si per consensum patiatur.

Causarum intuitu tamen salutarem eventum speramus, cum non adsit harum concatenata & furiosa vis, nec *symptomata* admodùm ferociant.

II. De LONGITUDINE habet, quod metuat sibi æger. Chronicus est affectus, qui non cito absolvit terminum suum cursu, pertinaciam quoque cum longitudine mistam habet. Si tamen medicamentis contrà eatur, victus ratio commoda observetur, confidimus debellatum iri hunc hostem. 2.

III. MODUM EVENTUS consideranti salutis se sistit augurem diarrhœa, quâ materia vitiosa simul educitur, adeoque morbo subtrahitur. Modum eventus æger timet hydropem. Hunc tamen medicamentis præcaveri posse certò speramus & ominamur. 3.

CURATIO consuetis nititur indicationibus.

CURATORIA morbum ipsum respicit, quomodo & quibus mediis feliciter sit exterminandus.

PRAESERVATORIA causas removere jubet. Humores crassos præparare, attenuare, incidere, tenues incras-

fare, utrosque evacuare, & obstructiones reserare imperat.

VITALIS partium & viscerum robur conservandum innuit. Ventriculus, caput, hepar, roboranda, renes item officii admonendi, & omnia ad statum naturalem, quantùm possibile, reducenda.

Obtinentur hi scopi depromptis ex tribus usitatis fontibus remediis & præsidiis.

Chirurgia. Ex CHIRURGICO sese sistit v. s. à plethorâ & sanguinis copiâ indicata, sentit etiam eâ se levari æger. Potest institui in venâ hepaticâ, vel medianâ, item in salvatellâ manus sinistræ.

Cucurbitulæ scarificatæ, ut sensim tenuis evacuetur humor, suas merentur laudes.

Pharmacia. Ex PHARMACIA mutuabimur 1. digerentia & præparantia.

Digestiva. ℞. *pulv. cachect. Quer.* ℈ß, ♀ri ⊕lati ℈j, ⊖*fumar.* ℈ß. M. in chartâ. S. Digestiv und öffnung Pulver auff zwey mahl.

His succedunt purgantia, primò leniora, pòst validiora.

℞. *pulveris senæ Wieri* ℈j, *laxativi vegetab.* g̃. vj, ⊖*is fraxini, absinthii* a. g̃. ij.
M. S. Lindpurgler-Pulver auff einmahl.

℞. *extr. panchymag. Crollii, MP.* ♀*car. Schröderi* a. ℈ß, *resinæ gialapæ, scammonii* a. g̃. iij. *ol. anisi.* gtt. ij.
M. F. Pilulæ xxj.

Sumantur manè in jusculo calido, postea per horam fiat in lecto decubitus in latus dextrum, demùm corpus calido in loco aliquantùm moveatur & operatio expectetur.

Sequuntur ALTERANTIA & PURGANTIA simul. Quæ optimè parantur in infuso, ut pedetentim penetrent & ut liquida fortiùs operentur.

℞. *rad.*

℞. *rad. 5. aperient.* a. ʒiij, *polypodii, vincetoxici* a. ℥ß,
fl. borag. buglossi, cichor. bellidis a. p. ij,
herb. aspleni, spicanthæ, fumariæ a. mß, *cochlear.* p. ij,
fol. sen. Alex. s. s. ℥j, *passul. min.* ℥j,
semin. 4. calid. min. a. ʒij, ⊖ ♀ri ʒj.
M. Concisa contusa grosso modo D. in chartâ. S. species zu 4. Kannen Wein.

Vel

℞. *tincturæ rhabarbari, folior. sennæ* a. ℥ß.
M. in vitro. S. öffnung-Tinctur ins Bier. PRAEBIUM est cochlear dimidium

DIURETICA in expurgando malo non deerunt officio. *Diuretica.*

℞. ⊖ *stipitum fabarum, ononidis* a. ʒß, *rad. althææ* ʒß.
M. F. pulv. Divid. in 3. part. æq. D. in chartâ. S. Urintreibendes-Pulver / auff drey mahl

DIAPHORETICA addent ὀπίβαλλον μέρ☉. *Sudorifera.*

℞. *tincturæ bezoardicæ* ʒij. D. in vitro. Dosis 20. 25. gtt.

℞. ~ *theriacalis camphor.* ʒij, *CC.* ♀ri a. ℈j.
M. in vitro. S. Schweißtreibender Spiritus. 20. 30. 40. tropffen.

ROBORANTIA particularia his subjungenda. *Roborantia.*

℞. *pulv. stomach. Birckmanni* ʒj, *cachectici Rolfinciani* ʒß, *spec. diarhod. abbat.* ℈j, *elæosacch. mac. cinam.* a. ℈ß.
M. F. pulvis. D. in pyxide. S. Magen und öffnungs-Pulver iedesmahl eine gute Messerspitze zu nehmen.

CONFORTANTIA succenturianda INTERNA.

℞. *conservæ lil. convall. primulæ veris, betonicæ* a. ℥j, *Cephalicum.*
spec. diambræ, diamoschi dulcis a ℥ß,
corticum citri cond. rad. galangæ major. cond. ʒß,
conf. alk. ʒj, ~ ⊕*li epilept. gtt.* x, *sir. d. stœch.* q. s.
M. F. Electuarium. D in pyxide.

VENTRICULI, LIENIS, & aliorum viscerum etiam ratio habenda.

EXTERNA cum his conspirent, ut balsama cephalica, ventriculo, & lieni dicata.

℞. *ol. capparum. de lateribus* ā. ʒij, *~ CC.* ℈j, *ol. chamæm.* ℘*l. cærulei* ℈ß.
M. F. lin. S Eusserlich Oel zur lincken Seyten.

Diæta. DIAETETICUS fons ultimò aperiendus.

1\. In NATURALI CIBUS & POTUS sit boni succi, in quantitate tantùm assumatur, quantùm naturæ legibus convenire videtur. Vitentur pernæ, carnes fumo induratæ, pisces muriati, aselli, passeres: ex oleribus brassica muriâ condita, & alia δύσπεπτα. POTUS sit cerevisia Numburgensis bonæ notæ; vinum non sit lentum, viscidum, pendulum.

2\. In VITALI AER sit purus impuris carens atomis; si talis non est, arte paretur. In qualitatibus primis sit temperatus, in secundis, absit crassus, & in occultis, si contagiosis morbificis repletus sit effluviis, corrigatur, vel cane pejus & angue fugiatur.

3\. In ANIMALI MOTUS instituatur moderatus, horâ unâ ante cibum, ut sic calor quidam concilietur ventriculo. Post cibum planè abstineatur à motu, vel blandissimus & paucissimus saltim instituatur, ut quasi sisidat penitus cibus & descendat ad fundum. Contrà si immatutur chylus è stomacho propellatur, cruditates, indeque sexcenta mala procreantur.

QUIES ita instituatur, ne sedentariâ vitâ marcescant membra, & excrementa gignantur, genitaque cumulentur.

SOMNUS recreator & nutritor membronum, ad 7. vel 8. horas extendatur, duabus vel tribus à cœnâ sumptâ elapsis horis, VIGILIAE & lucubrationes seponantur, quantum licitum.

EXCRETA & RETENTA justis procedant ordinibus; sin subsistant, vel immoderatiùs se gerant, artis refrenentur ope.

ANIMI PATHEMATA, temperentur justo rationis freno; inprimis IRAE dicatur VALE.

PRAE-

CONSULTATIO VI
de
ægro ſcorbutico.
HISTORIA.

VIr triginta annorum, temperamenti frigidi & ſicci, faciè albeſcente, ſtaturâ mediocri, habitu corporis macilento, tempore nativitatis expertus Saturni prædominantis influxum. Cum in infantiâ è matre ſugeret, ventris tormina ſtranguriasque experiebatur. Aëre frigido, vaporibusque acrioribus læditur vehementer. Vivit in urbe Dordraco Hollandiæ. Caro fumo indurata, aſelli, paſſeres, fungi, cereviſia craſſior, aquæ paluſtres, ipſi ſunt quotidiani cibi, intermiſto tamen vino tenui. Somno delectatur longo, in humidis locis, & quietem præfert omnibus exercitiis. Animum affligit triſtitiâ. Excrementa alvi ſunt viſcida & lutea, urina tenuis ſæpè craſſa & rubicunda, multis referta arenulis. De ventriculo queritur languente, inteſtinis malè conſtitutis, dolore dorſi & axillarum. Hypochondriorum moleſtiam perſentit, obſtructionibus alvi vexatur, difficili reſpiratione laborat & tumore. Non vacat gingivarum exulceratione & fœtore corporis modico. Pulſus adeſt tardus & debilis. Poſt ſudores arenulæ copioſæ apparent in cute. Petit conſilium. *Relatio hiſtorica.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS eſt ſcorbutus, ſignificatione nominali paululum ignotus tàm apud Græcos quàm Latinos: re tamen notiſſimus, ex genuinis etiam ſignis clariſſimus. *Ἀνάλυσις.*

MORBI nomine dignus eſt. Non eſt morbus CONFORMATIONIS, quia pedum manuumquè tumor viſcerumque obſtructio hîc non ut primarium quid ſunt, ſed ſecundarium ab intemperie productum. Neque SOLUTAE UNITATIS morbus eſt, ob ulcera crurum & gingivarum, cum

hæcce

hæcce non in omnibus videantur scorbuticis. Neque est MORBUS TOTIUS SUBSTANTIAE, quia humor scorbuticus non agit occulto modo, sed primis qualitatibus, nec curatur medicamentis occultis sed manifestè operantibus; & licet aliquid singulare in eo subsit, tamen illud occulti vicem non statim obtinere potest. Hoc considerandi modo sub intemperie, quæ ex qualitate frigidâ & siccâ, non tamen absque omni materiâ constat, comprehendi potest. Intemperies hæc est inæqualis, cum non eandem omnes partes habeant dispositionem.

τόπος πεπονθώς. SUBJECTUM ADÆQUATUM est totum corpus: nullæ enim partes carent suâ labe, sed communicant invicem: PRINCIPALE verò sunt partes primæ & secundæ coctioni destinatæ. VENTRICULUS & intestina malè coquunt. Cor sanguinis officina licet suo vitio principaliter non producat periculorum fontes, aliter tamen hic non potest fieri, cùm error adsit externus vehemens in malo chylo. Quod à corde non potest corrigi ut principe, ab epate non poterit emendari ut consiliario. LIEN & ventriculus ovum fovent, cor pullum excludit.

Causa proxima. CAUSA IMMEDIATA est humor MELANCHOLICUS, crassus, mixtus tamen & dilutus SERO.

PARACELSICI principiis suis ⊖ 🜍 & ☿rio multùm tribuent: *alii* ♀um accusabunt, ichorosâ humiditate dilutum, in quo *ἀκρότητες* salium acrium, contagiosorum, vitriolatorum, aluminosorum, imò & arsenicalium delitescunt. Salium horum coagulatio & mora in visceribus molesta, resolvit vires partibus ingenitas & acquisitas. Eorum verò resolutio & tincturarum impressio, dolores, putredines, ulcera facere consuevit.

ACOR in hoc affectu peccans ab HELMONTIO *per ignem, ut se appellat, Philosopho* sine dubio accusabitur, jus decemviratus turbans, & suo è territorio emigrans.

SALSUM lixiviosum & acidum SYLVIANUM etiam applicari possunt.

SECUN-

SECUNDUM ESSENDI MODUM humores hi conſiderati peccant quantitate, qualitate & motu.

QUANTITATIS ratione multi ſunt, & inſigni activitate præditi naturam turbant.

QUALITATIBUS peccant manifeſtis, ſub tactum cadentibus, frigidis & ſiccis.

FRIGIDA qualitas pateſcit ex tardâ in corpore operatione: SICCA ex gravitate, quam *multorum ſuffragio*, à terrâ habet. Inde ſi alicubi transfertur mediante humido, intendit obſtructiones. Intercedit etiam quædam HUMIDITAS acris ex motu, quem interdum molitur, vario. Hæc verò ita ſe habet ad ſiccum, ut ſalſedo lixivii ad humidum.

Ad OCCULTAS confugere qualitates ſupra elementorum ſortem elevatas opus haud eſt. Prout hæc vel illa qualitas miſcetur cum aliâ, ſymptomata graviora vel mitiora apparent.

MOTU duplici peccant hi humores, generationis & locali.

GENERANTUR in viſceribus primæ coctioni deſtinatis & ſecundæ, ob *δύναμιν πεπονθυῖαν facultatem læſam* à frigidâ intemperie.

LOCALI MOTU peccant hi humores, dum δυσχωρισθέντες à miſtionis & confœderationis legibus ſecedentes, hinc & inde turgentes vel fermentati vagantur, & principibus partibus ſeditionem & bellum intentant.

Inter MEDIATAS occurrunt RES NATURALES. TEMPERAMENTUM melancholicum producendo huic affectui aptum eſt, dum in eo cibi aſſumti non benè digeruntur, indigeſti non miſcentur, non ſeparati corrumpuntur. *Remota. 1.*

A PARENTIBUS accepit ſemen mali, quod adſcendit, & truncum & caules formavit. Inter naturæ conſtituta nil à ſeipſo fit originaliter: neceſſariò ut vitalium, ita morboſorum poteſtates dependent ab ideis generantis. Cum à mammis ſuæ matris penderet, ſugebat lac ♀o multo conditum. Cum naſceretur, corpus recepit vim radioſam Saturni, naturam ita coërcentem, ut frigida efficiat & calori vitali contraria ponat.

RERUM NON NATURALIUM agmen ducit AER frigidus. Ingreditur per poros, tanquam per cuniculos, imprimens condensatas suas moleculas. Has oceanus microcosmicus secum abripit, in loca vitiorum pelle sepulta, tanquam in colonias transvehit, & insidias fictas exerit demum factas. Quis interrogatos non promtus erit ad respondendum de occasione incrementi hujus oneris? Patriam habet Hollandiam, cujus latera cincta undis: septentrio dat oceanum Germanicum; auster transfluens mare mediterraneum; quid inde orti vapores seorsim sumti expedient? quid ex commixtione eorum subnascatur, corpus exhibet. Ubi præsepia incoluerat, erat urbs Dordracum, in ipsis lacuum, quos Mosa vallesquè efficiunt, aquis sita; egrediebantur exhalationes putridæ, aërem non satis dividentes, neque sublimius elevatæ spiritum attractum emaculantes.

QUIES & SEDENTARIA VITA non leve ad indispositionem hanc conferunt momentum. EXERCITATIO corpus facit vividum. Vita cùm consistat in motu, motus in agitatione, calor non diminuitur: benè se habente calore optimè fiunt fermentationes. Inde crassiorum nulla requies, nec periculi ulla formido. Motus corporis aptus tollendis obstructionibus: quies contrarium molitur & ægro malâ fide accersit.

SOMNUS longus crebrò ipsi in usu cedit in detrimentum. Dum diutiùs amico caloris & spirituum influxu frustratur περιφερεία, facultates debiles redduntur. Quæ actio bona, si instrumenta mala? coacervantur interim varii generis excrementa, obstructiones multiplicantur, natura, quæ secundum Hippocratem semper delectatur labore, redditur otiosa, ut malè constet de salute. Exulet Cardanus, ne noster audiat commendantem somnum ad tertiam diei partem; valeat solus cum patre suo ex receptâ consuetudine, ne moriatur æger.

In vaporosis locis somnum dum delegit, exhalationibus nitrosis & salinis, quæ sal volatile recudunt in parietibus, ulteriorem moram morbus sibi promittit.

VICTUS in causâ etiam est. Noxia fuit *caro* fumo indurata. Ut salia alimentorum augent salia partium sustentandarum, ita suo succo privatæ carnes salia vitiosa imprimunt sali morboso, & malum cumulant malo. *Aselli* dum difficilis sunt coctionis, gravant culinam, ex locorum nativorum salsedine contractâ exsiccant viscera, & obstructionibus nullam non flammulæ dant ansam. *Passeres* pari passu ambulant. Exsiccati non retinent suos humores, imbibentes verò extraneos communicant aquam, quæ oleo vitali commixta, obscurat lumen, & insidiatur. Non contentus est vitiosâ sua sorte, quam concepit ex ideâ generati Archei, ulcera corporis adauget ulceribus, terra quæ expellit, *fungis* nimirum funere plenis. Mirandum est, gulam nostram esse adeò delicatam & avaram, ut quæ sinu matris nostræ communis digna non habentur, tanquam rariora & salubriora in sinum admittantur nostrum.

Non negligit SALSA vel arte, vel naturâ talia, ut partium constitutio magis & magis conteratur. Sal, immodicum naturâ suâ siccum & calidum, si partes pervadat membranosas, exugit, justâque temperie exuit, parenchymaticas corrumpit, dum auget morbi causam.

Si POTUM examinemus, crassâ usus fuit cerevisiâ, ex quâ depravata massa, ulteriùs obtunditur. Liquorem, qui ad parandam hanc accersitus est, ex flumine permeante civitatem & hujus loca spurcissima, petiêre, non satis defœcatum: frumentum est ingressum putredine non carens: parùm lupuli est adjectum, non genuina coctio & ebullitio facta: asservatio mala in locis vaporosis & fœtidis. Inde nasci potest malum, si prius non adesset.

AQUIS PALUSTRIBUS contentus cogitur vivere. Hæ vel continent insectorum relicta varia, unde tormina, vel plenæ sunt terrestribus inquinamentis, unde obstructiones, vel cœlum planè non adspiciunt, unde cruditas. Viribus hisce collectis cogunt in angustum, quod bonum est. Ex parvi boni copiâ magna mali redundantia.

VINUM quandoque in usum venit, sed minus generosum,

ſum & tenue, augens quidem ſanguinem faciliùs, nullo tamen ſpiritu, quo ablato & deficiente humidum reſtauratur noxium, virtus confortanda deſeritur.

EXCRETA non legitimè cùm ſe habeant, viſcidaque ſint & lutea, argumentum eſt, coctiones ex debito ſuccedere non poſſe, ſed maſſæ fiunt conſiſtentes, potusque vel non alteratur, vel parùm congreditur cum terrâ & limus evadit. Dum corruptio adeſt, elevantur bullæ, accedunt flatus & malam ſcorbuticam diſpoſitionem augent.

In hâc alvi malâ habitudine, BILIOSUS & PANCREATICUS ſuccus ex malo conditi principio, non benè digerunt, nec benè ſtimulant, nec præſervant, nec robur conciliant. Salia lixivioſa frigiditate ſuo genio defraudantur, ut & tincturas, quæ à penetrantiâ ſunt, amittant.

AFFECTUS ANIMI malum fovent. Nulla hîc ſenſuum occurrit exhilaratio, marceſcunt actiones, corruit totum fundamentum.

3. PRÆTERNATURALIS CAUSA eſt intemperies ventriculi & inteſtinorum. Ex impuro ſanguine arterioſo mala affricatur διάθεσις, hinc varia pericula; chylus non cuſtoditur calore conſervante, ſed abſumitur diſſipante. Inteſtina tanquam ventriculus prolongatus ſequuntur rectorem ſuum. Cum iſte non benè coquit, in deterius labuntur.

Ratio ſymptomatum. Ex his cauſis natus affectus, quòd enumerata SYMPTOMATA habuerit, mirum non eſt. Eorum hæc eſt ratio.

1. DOLOR DORSI & AXILLARUM non aliunde venit, quàm ab obſtructione glandularum lactearum, ductûs thoracici & axillarium vaſorum chyliferorum: imò quòd ſuccus pancreaticus cibis aſperſus vitioſus ſit, & malum ſortiatur ſaporem. Hinc in nutritionem cedere quæ debent, rectè neſcit dividere, adeò etiam, ut mobile ὄχημα τῆς τροφῆς lædatur. Duo enim hæc uti multum, imò plurimum ſanitati tuendæ adferunt, cùm benè habent, commodum, ita vitioſa, etiam laceſſunt corpus in diſpendium.

2. HYPOCHONDRIORUM MOLESTIAM perſentit æger, quòd ſentina malorum ibi hæreat, quæ non ſtabilem ſemper

pro-

pro auctione humidi edit sensum doloris, sed vagum quoque membranis musculorum incutit.

Unde OBSTRUCTIONES? à siccâ alvi intemperie. 3.

RESPIRATIO difficilis fit à materiæ copia, & instru- 4.
mentorum respirationi inservientium impeditâ actione. Musculi intercostales & abdominis sanguine vitioso opplentur, septum transversum respirationis instrumentum distenditur, ventriculus terrâ & aquâ repletus impedit thoracem, quò minus se possit attollere.

PUSTULARUM elevatio & crurum manuumque TUMOR 5.
designant providam naturam esse adhuc fortem, cùm molestum quod ipsi est & noxium, à nobilioribus visceribus, in quibus virtus vitalis est sita, protrudit ad ignobiliora externa, sibique ita esse unicè consultum confidit. Quod ipsi videtur leviori negotio posse ad superiora mitti, illuc ablegat: quæ graviora, ad inferiora transpellere non negligit. Sub membranis latent excrementa vitiosa, quando hæc suas accipiunt fermentationes, attrahunt sibi similia, variatque pustularum magnitudo, quo latius angustiusquè distenditur influxus Formam ipsis quoque dat aër ambiens cuticulam solutam extollens.

Cur verò humor noxius GINGIVAS potiùs & DENTES 6.
invadat, hæc causa esse videtur: caro gingivarum est subtilissima & humidissima respectu aliarum; ideoque pauco etiam noxio facilè & citò potest per omnem substantiam irrigari. Aer ambiens & allidens semper qualitate perversâ priùs afficit eas, quam interiora & inferiora. Humores salivales acredine scatentes circumfluunt easdem, causaquè morbo restaurando apta continuò apportatur. Accedit, quòd vitiosus cibus particulis quibusdam adhæreat, quo robur armatur vitii, & gingivæ facillimè & omnium primò afficiuntur. Cæteris autem partibus sanguinis affluxu malum communicatur parciùs, minuitur refluxu celeriùs. Inde non potest certa, fixa & firma castra parare.

FOETOR corporis proles est exhalationis putridæ ex corru- 7.
ptis partibus, dum in extremis locis obstructiones factæ. Hinc

 fieri

Digitized by Google

fieri aliter non potest, quin per systolen in cute arteriarum excrementa fuliginosa malè odorata ejiciantur. Imò etiam secundùm poros ex mente Alcmæonis & Kircheri transpiratio fit, & eô modô odor humorum pravus aëris corpori se insinuat, & quò propior nobis, eò magis suas habet vires, quò remotior verò, aerique sublimiori propior, eò magis dissipabilis.

8. PULSUS cordis sequitur virtutem. Si fortior ea, non adeò debilis iste. Nunc verò tardus & debilis est in ægro nostro; quid concludendum? Facultatis onus gerere grave, cui removendo non satis sunt vires; hinc languent; actio jam in totum corpus transmittenda non deprehenditur statim, nisi cum devotione quâdam attendamus.

9. SUDORES profert, quod natura laborat per corporis vias ejicere noxium.

ARENULÆ apparent in cute. Scorbuticorum sanguis plenus est arenulis, egrediuntur verò ex peripheriâ, quia facultates naturales irritatæ ad propinquiora detrudunt: ex poris procedunt, quòd facultates non rectè fungantur suo officio, cum excrementa hæc vel ad alvum, vel ad renes pertineant. Hæc per cutim evacuatio non adeò difficilis est: ambitus quippe superficialis à calore dum aperitur, tumultuantibus humoribus colliguntur lapilli, donec cuticulam ejusque foveas obsideant liberius. Elegans est exemplum, quod refert *Joh. Daniel Horstius* de matronâ quâdam illustrissimâ, cujus mammarum & manuum cutem sabulo ita obductam vidit, ut digitorum etiam apprehendentium vestigia reliquerit.

10. URINA est TENUIS, quia obstructio adest. Partium urinariarum pori non debent à materiâ sicciori obturari, si per eos sanguinis fieri debet depuratio, aliàs quod lubricum est, spõnte suâ naturâ absque notabiliori consistentia erumpit, ad antra hujus ostii remanente hoste. Mutatur nonnunquam in CRASSAM, quia facultates labefactatæ egressionis concedunt impetum; à morâ namque gravium premuntur partium, vires dissolutæ in munere suo tenorem amis-

amittunt, & ita hoc loco fibræ renum & ureterum non sufficienter attrahunt, retinent, non dicam expellunt. RUBICUNDAM se sistit tàm propter levem quandam accessionem, quàm ipsius sanguinis commixtionem: facultas enim attractrix & alteratrix, dum propter partis suæ noxiam dispositionem inter sacrum & saxum stat, sanguinem sequestrandum non aspicit. Inde particulæ illabentes fundum quærunt. De CONTENTIS URINÆ non tacebimus. Invenimus arenulas appositas & quidem aureo colore vestitas. Quemadmodum rubras & pallidas in quodam hypochondriaco observavit *Thomas Erastus consilio 14.* ita hoc loco ab ab exsiccatione & adustione compacta corpora fiunt, levique negotio naturâ assuefactâ, educuntur. Imò quid timemur, quid miremur hoc? sanguis scorbuticorum haut rarò fertilis est arenis copiosis, ut Euphratis aqua. Ad hujus morem in fermentatione vel ebullitione arenulas semper extollit, donec vasis exceptus arenas detrudat & cruoris formam repræsentet. Nec putandum hic CALCULUM adesse, vel renum vel vesicæ. Ut non omnis pinguedo indicat partium colliquationem, ita nec arenula calculum. Præterea absque dolore excernuntur.

PRÆDICTIO EVENTUS sequitur. Ad sanitatem absolutè & omnibus viribus perfectam ægrum perducere est ἐκ τῶν ἀδυνάτων, quia ab infantiâ gerit, quod ipsi est oneri. Hæreditarii morbi difficiles sunt curatu, quia in generatione massæ vehementer impressus est præternaturalis nævus. Ventriculi, intestinorum, cordis actiones diminutæ. Inde desperatus videtur affectus, palliativâ curâ solùm demulcendus. Si tamen quid speratur boni, id non nisi Πρόλεξις s. Salutis & mortis.

LONGO impetrari poterit tempore,

MODO EVENTUS tolerabili, sine ullâ phthiseos vel hydropis periculo.

CURATIO nititur METHODO INDICATIONUM. Θεραπεία

CURATORIA pravas dispositiones emendat.

PRÆSERVATORIA humorem melancholicum alterat, & ad evacuationem debitam præparat.

VASA-

Digitized by

VITALIS virium commendat redintegrationem.

INSTRUMENTA AUXILIORUM depromenda ex usitatis fontibus.

Chirurgia. CHIRURGIA suadet SANGUINIS MISSIONEM. Licet enim corpus non sit plethoricum, tamen cùm in sanguine hæreat vitium, sanguis etiam evacuandus 1. TEMPORE commodo, quantò ocyus fieri potest. 2. QUANTITAS educendi sanguinis sit modica, quia cacochymia non fert largiorem profusionem cruoris. 3. Locus sit salvatella sinistræ manus vel mediana.

HÆMORRHOIDUM suademus apertionem, cùm earum usum in morbis melancholicis maximé evehat *Cous.*

Pharmacia. Ad PHARMACIAM progredimur. Alvus cùm non faciat officium, moneatur BLANDO corrigente, quod emolliat eam & tollat cruditates. Hoc verò vel per os sumitur, vel per clysterem communicatur.

Purgantia στοματικά. PER OS sumatur sequens:

℞. *rad. cichorii, polypodii* a. ℥ß,
herb. cochleariæ, nasturtii aquatici, veronicæ a. p. iij,
fl. betonicæ, buglossi a. p. ij, *corticum citri* ʒj,
foliorum senæ ℥ß, *agarici* ʒj.
Coquantur in suff. q. aq. *chelid. min.* Colat. ℞. ℥vj. Adde
sir. cich. cum rhab. ℥ß. *Cum refrixerit, sp. cochl.* ʒij.
M. S. Laxier-Tränckein auf zwey mahl.

PILULAS quamvis sciamus, in temperamentis siccis ut etiam alia licciora medicamenta parùm proficere, nihilominus commendamus *pilulas Quercetani* ♀*tareas.*

Clysteres. In formâ CLYSTERIS usui erit sequens lenitivum:

℞. *radicis althææ, cichorii* a. ℥v,
fol. malv. ☿*alis* a. mj, *nasturt. aquat. cent. min.* a. Mß,
flor. primul. veris, betonicæ a. Mß.
sem. anisi, dauci a. ʒij, *fol. senæ* ℥ß.
Coq. in s. q. aquæ fontanæ. Col. ℞ ℔j. Adde
elect. benedict. laxat. ℥j, *cassiæ pro clystere* ℥ß,

ol. an.

ol. aneth. ungv. Reusn. exerc. 7. d. scorb. a. ℥ij, *sal. comm.* ʒj.
M. Pro Enemate. Applicetur hora IX. matutinâ.

AD PRÆPARANTIA à laxativis devenimus, quæ incidunt & m. biles reddunt vitiosos humores, ut superveniente purgante omne evacuetur noxium. *Præparantia.*

℞. *aq. cich. chel. min.* a. ℥ß, *aper. Rolf.* ℥j, *sir. d 5. rad. ap.* ℥j,
sp. nasturt. aquat. ʒß, *clyss. ♁.* ℈j. *sp.* ♀*ri* ℈ß.
M. S. Alterans-Tränckleiu auff zwey oder drey mahl.

PURGANTIA sequuntur. Compositis jam ad exitum excrementis, subjungemus, quod saburram totaliter educat. *Purgantia καταπτερικά.*

℞. *extr. agarici* g. xv, *hellebori nigri* g. v,
resinæ scammonii g. x, *sirupi violarum* ℥j,
spir. cochleariæ ʒß. M. S. Purgiersafft.

In formâ pulveris ita procedendum:

℞. *scam.* △*rati* g. viij, *resinæ jalappæ* ℈ß, *cryftall.* ♀*ri* g. vj,
⊖ *cochleariæ, nasturtii* a. g. v. M. S. purgier-Pulver.
⊖lia specifica admiscenda, aliàs spe eventus felicis & successu excidemus, nulla sequetur symptomatum mitigatio, causæque alteratio.

VOMITORIA *ἀνωπερικά* hîc habere merentur locum, quia plerumque ventriculus, intestina & partes viciniores simul pari modo læduntur. *Vomitoria ἀνωπερικά.*

℞. *conservæ rorism* ʒj, ♀*i emet. Mynf.* g. v, *mac. ppt.* g. iv.
M. F. Bolus.

DIAPHORETICA & DIURETICA magnum levamen promittunt. Natura ex urinæ debita ejectione vitiosorumquè retentorum expulsione, quæ per sudores fit & urinam, sublevatur. *ἰδρωτικά.*

℞. *aq. fumariæ, card. benedicti* a. ℥j,
sirupi acetos. citri ℥ß, *mixturæ simplicis* ℈j.
M. S. Schweißtranck auff einmahl.

Διουρητικά. Ad serum promovendum

℞. *aq. petroselini, saxifragiæ* a. ℥iß, *ess. veronicæ* ʒß, *alkekengi* ℈j, *sp.* ⊖*is* g. vj, *sirupi capill.* ♀ ʒvj. M. S. Harntreibendes Tränckleín.

Τονικά. Ad ventriculum confortandum & intestina ROBORANDA præscribimus tragema stomachale.

℞. *herb. salviæ* mj, *rad. polypodii, diptamni albi, pimpinell.* a. ℥ij, *sem. anisi, coriandri, cumini* a. ℥j, *flor. acaciæ, borag.* a. p. ij, *cort. citri, aurant.* a. ℥ß, *galangæ, cinamomi nuc. mosc.* a. ʒiij. *rhabarbari* ʒj, *sacchari albi* ℔ß. Pulverisata M. S. Magen-Pulver.

Specifica. Felicem verò successum in profligandâ hâc belluâ sperare non licet, nisi SPECIFICA & APPROPRIATA, quæ Deus prærogativo jure & peculiari proprietate & potestate ad hydram hanc Lernæam profligandam & jugulandam dotavit, in subsidium advocentur. Vernaculo morbo Deus pro bonitate sua semper vernaculum opposuit medicamentum. Ideoque in Britanniâ copiosè *cochlearia*, in Belgio *sinapi*, in nostrâ Germaniâ *nasturtium* inveniuntur. Paria facit *raphanus rusticanus*, cujus radix in usu. *Sedum* acre, & insipidum in quibusdam inferioris Saxoniæ quod reperitur locis, in magno est pretio. Chimici commendant sp. ⊖is, ⊕i, ☽, cochleariæ. Pro hoc scopo non inutilia erunt sequentia.

℞. *rad. 5. aperientium* a. ʒij, *raphani rusticani, chelidonii majoris, cichorii* a. ℥iij, *fol. cochleariæ, nasturtii, anagall. aquat. chelid. min. & maj.* a. mij, *sem. bon* ʒij. *fragor. abiet.* m. v. *formicarum canth.* j. Infunde in s. q. aq. cochl. ℌa, & usui reserva. Magnarum est virium.

Ad cor confortandum

℞. *mag. coralliorum, perlarum* a. g. viij,

bez.

bez. Gr. ℈. vj. M. S. Hertzstärckendes Pulver. Sumatur cum aquâ nasturtii vel sambuci.

Ad sanguinem purificandum

℞. *rad. cichorii, polypodii* a. ʒj, *filicis* ℥ß, *herb. cochleariæ, nasturtii aquatici, veron.* a. mß, *fol. boraginis* p. iij, *cort. capparum, citri* a. ʒiij, *fol. sennæ* ℥iß, *mechoacannæ, turbedon albi* a. ʒvj, *rhabarbari* ʒij, *cinamomi* ʒj, *cremoris* ♀*i* ʒj,

Conscind. & contund. S. species zum Blutreinigen.

DIÆTETICUS fons ultimo est examinandus. Æger quoad indicationem *Diæta.*

NATURALEM, fugiat cibum difficilis coctionis, caseum, carnes salsas, fumo induratas, marinos pisces. Edat verò cibum ex carne bovinâ, vitulinâ & agninâ cum specificis plantis præparatâ. Gallinæ etiam ipsi nutrimentum dabunt salutare. Embammata ex nasturtio, raphano rusticano & sinapi parata semper apponantur. Potus sit cerevisia benè cocta, fermentata & asservata cum fol. cochlear. pimpinellæ &c. *1.*

VITALIS indicatio requirit aërem purum pro respiratione salva: si iste impurus, suffitibus artificialibus corrigatur, necesse est. Hilarem animum induat, ne tristitiæ deditus vires exhauriat. *2.*

In ANIMALI prosunt *somnus* modicus ad spiritus reficiendos: *motus* corporis ad excrementa expellenda, & obstructiones reserandas. *3.*

CONSULTATIO VII
de
scorbuticâ matronâ.

HISTORIA.

MAtrona triginta annorum, temperamenti quodammodo melancholici, sedentariæ adsueta vitæ, variis con- *Relatio historica.*

tinuæ & discretæ diætæ adsueta erroribus, tribus distinctis sessionibus de die cibis fuit usa, & largiùs circà noctem, sine ordine solidorum, & liquidorum, rigorosam bonæ vivendi rationis normam non sanitatis animam, lascivientis ingenii inutile & supervacaneum vocans consilium. Delectata fuit cibis κακοστομάχοις tribus imprimis: carne muriâ conditâ, fumoque induratâ & fabis crudis & coctis, quas tanti æstimavit, ut etiam admonita sæpiùs non abstiterit. Composita ex sanguine, adipe & avenâ deglutita farcimina magni fecit. Sub initium æstatis Hamburgi incidit in quartanam, per totum autumnum ac hyemem sequentem durantem. Ab hâc convalescens tumorem hypochondriorum retinuit durum, præsertim ad partem sinistram, cum febri quâdam per accessiones quotidiè invadente, nec non sputi frequenti exscreatione, & totius corporis atrophiâ & lassitudine, difficili respiratione, mensibus inordinatis. Tandem circa autumnum maculæ apparent in cruribus & brachiis, primò rubicundæ sensimque lividæ, donec iterum discutiantur. Non rarò gingivæ apparent sanguinolentæ, & os fœtidum spirat. Conqueritur quoque de palpitatione cordis, doloribus articulorum vagis. Pulsus inæqualis, vermiculans, cardialgia. Adest appetitus ad cibum, qui tamen eodem momento vicissim deperditur: sitis adest p. n. Urina turbida apparet & crassa. Poscit opem.

RESOLUTIO.

Symptomata actionum læsarum: Multa sunt, quæ ægram hanc affligunt symptomata, quorum alia referri possunt

I. Ad ACTIONES LÆSAS, easque vel

naturalium. NATURALES, quatenus adest atrophia corporis & lassitudo, appetitus modò abest modò adest, sitisque semper præsens est: vel

vitalium. VITALES, qualis est respiratio læsa, & palpitatio cordis: vel

animalium. ANIMALES, ut symptomata tactûs evidentia. Talia sunt dolores articulorum vagi & cardialgia.

II. MU-

II. MUTATARUM qualitatum ſymptomata etiam adſunt: maculæ apparent in cruribus & brachiis rubicundæ & lividæ. *qualitatum mutatarum,*

III. EXCRETA & RETENTA etiam ſunt in vitio, prout ſputum exſcreatur, menſes inordinatè fluunt. Urina p. n. turbida & craſſa apparet. *excretorum.*

MORBUS etiam affligit INTEMPERIES, nimirum febricula per acceſſiones quotidiè invadens. *morbi etiam dependent à ſcorbuto.*

OMNIA hæc dependent à SCORBUTO, qui variis indigitatur NOMINIBUS. Appellatur vulgò ſcorbutus ſeu ſchorbutus, mutuatâ appellatione à Saxoniæ inferioris incolis, qui eum Schorbok aut Schorbuk à cruciatibus & torminibus ventris nominant: nonnulli à læſis gingivis & pedibus Gingipedii nomen finxerunt: ab oris vitio, vacillantibus dentibus & ſæpè exulcèratis gingivis Mundfeule/ Schormund/ Græcis ςομακάκη quaſi ςόματος κάκκη vel κακία: crurum verò, vel tibiarum vitium, σκελοτύρβη *conturbatio* & *Galeno* ſolutio pedum, ob horum denique maculas puniceas Hollandis Blauſchüpt nominatur. Quamvis autem optimo jure referri poſſit ad morbos organicos, conformationis nimirum, ob lienis obſtructionem & ſcirrhum; & ob crurum gingivarumque magnitudinem modò auctam modò diminutam ad morbos ſolutæ unitatis ob ulcera crurum & gingivarum: NOS tamen eundem referimus inter morbos ſimilares, non tantùm ad morbum intemperiei calidæ, qualis eſt febris: ſed occultarum qualitatum ſ. totius ſubſtantiæ & occultæ diſpoſitionis, quæ ab aliorum morborum malitiâ & ſpecie differt, quatenus provenit â corruptione humoris ſalſi & fixi peculiari, ſpecificâ, & ſcorbuto propriâ.

ADESSE ſcorbutum oſtendunt ſigna in hiſtoriâ enumerata. Talia in nullo alio unquam apparent morbo. *Innotescit hic*

Τὰ ἐνέοντα κατὰ τὸν τῆς ὀσίας λόγον, *eſſentialiter inhærentia* & quaſi pathognomica ſunt duo illa ad qualitates mutatas pertinentia: 1. ςομακάκη, gingivarum ſe prodens laxo, & quaſi fluido tumore, & cruentatione, orisque fœtore, 2. σκελοτύρβη crurum ſe prodens infirmitate, & maculis. 1.

1. CAUSÆ PRÆGRESSÆ affectum scorbuticum esse satis ostendunt.

3. *Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα ex necessitate consequentia* eundem DETEGUNT: ACTIONES læsæ NATURALES *ἀπεψία, cruditas* modò acida, modò nidorosa: VITALES cordis palpitatio, pulsus inæqualitas, febricula: ANIMALIS facultatis actiones læsæ *κόποι αὐτόματοι, lassitudines spontaneæ*, respiratio turbata, & vagi dolores cutambuli.

EXCRETA etiam, urina cruda adest. Sputum aqueum insipidum valdè molestum.

Τὸ ὑποκείμενον μόριον. PARTES AFFECTÆ sunt omnes in hypochondriis partes, ut epar, ventriculus, venæ splenicæ & mesaraicæ, ut & arteriæ, cor etiam, orificium ventriculi & membranosæ partes in articulis. Præcipuè autem lien cum vasis suis & arteriis splenicis, & quidem per essentiam afficitur: id patet ex gravitate & duritie hypochondrii, reliqua verò omnia per consensum, non tantùm secundùm vasa, verùm etiam secundùm parenchymata.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est humor melancholicus crudus, simulque ichorosus seu serosus: qui ut proxima seu continens causa fiat, peculiarem & huic morbo propriam corruptionem induat, necesse est. Hic enim in liene & corpore collectus quartanam ægræ induxit, & post quartanam curatam non omninò evacuatus, in sinistro hypochondrio sedem fixit, ibi residens tumorem excitavit, & postquam peculiarem *ἄῤῥητον* & occultam illam corruptionem ac depravationem suscepit, scorbutum hunc produxit.

Mediata. MEDIATÆ causæ, quæ humores tales generant, duo agnoscunt summa capita: *δύναμιν αὐτὴν πεπονθυῖαν, καὶ ἔξωθεν τινὰ πλημμέλειαν, facultatem læsam & externum errorem*, & referri queunt ad res

1. NATURALES, temperamentum totius melancholicum, imprimis verò lienis calidum & siccum.

2. NON NATURALES CAUSÆ huc faciunt, ad diætam quæ referuntur

1. NA-

I. NATURALEM, quæ nititur in concinno alimentorum uſu, MULTUS cibus, ut copioſum oleum lucernæ, flammulam humanæ cordis lampadis extinguit. VARIUS, facultate diſſimilis œconomiam malis imbuit moribus. Voracitas tribus de die vicibus, & circà noctem excedens modum non refecit, ſed oneravit vires. Ευταξίας boni ordinis negligentia mater fuit vitiatæ coctionis. In craſſi ſucci cibis, carne bubulâ fumo induratâ, ſuillâ, lardo, piſcibus marinis & aliis inceſſabiles commiſſi errores. Farcimina aliis abominalia nocuerunt. Fabarum uſus & eſus multum damni intulit. Nutrimentum quidem promunt copioſum, ſed flatulentum, & contrarium illis, qui bonæ valetudinis conſummationem & tranquillitatem mentis quærunt. Flatulentiâ ſuâ occupant inteſtina & lactea vaſa, &, ne aliud quid ſubire neque quod jam ſubiit, deſcendere queat, impediunt.

II. VITALIS diæta huc etiam confert. In AERE verſatur maritimo ſalſuginoſo ſeptentrionali, exhalationibus variis ſcatente, qui facit ut ἐπιχώριος, *endemius* & vernaculus ſit ille morbus his oris.

III. ANIMALIS. OTIUM & ſedentaria vita cumulant ſuperfluitates, quæ proportionato motu poterant diſcuti. Inconſtantia lunaris tributi liberale huc confert ſymbolum.

RES PRÆTER NATURAM, ut quartana prægreſſa diſponere potuit humores ad *μίασμα* hoc concipiendum. Imprimis autem in culpa eſt *ἀντιπραξία* jecoris in calidum, ventriculi in frigidum ſuccum alimenta mutans, unde plurimi heterogenei humores colliguntur, lienis ſanguificatio vitiatur, & non levis oritur ventriculi infirmitas, ob quam prima coctio non ritè peragitur, ſed ejus loco fit *μόλυνσις*. In liene deficit *πνευμάτωσις*, colligitur ſal fixum & ☿ coagulatus, qui nonnunquam reſolutus liqueſcit & aliis ſeroſis humoribus dilutus totum pervagatur corpus. 3.

Ex his cauſis SYMPTOMATA exorta fuêre, in hiſtoriâ enarrata, quorum hæc eſt ratio. *Ratio Symptomatum.*

Στομακάκη gingivarum laxus, ſubcruentus, fœtidus tumor 1.

ſum & tenue, augens quidem ſanguinem faciliùs, nullo tamen ſpiritu, quo ablato & deficiente humidum reſtauratur noxium, virtus confortanda deſeritur.

EXCRETA non legitimè cùm ſe habeant, viſcidaque ſint & lutea, argumentum eſt, coctiones ex debito ſuccedere non poſſe, ſed maſſæ fiunt conſiſtentes, potusque vel non alteratur, vel parùm congreditur cum terrâ & limus evadit. Dum corruptio adeſt, elevantur bullæ, accedunt flatus & malam ſcorbuticam diſpoſitionem augent.

In hâc alvi malâ habitudine, BILIOSUS & PANCREATICUS ſuccus ex malo conditi principio, non benè digerunt, nec benè ſtimulant, nec præſervant, nec robur conciliant. Salia lixivioſa frigiditate ſuo genio defraudantur, ut & tincturas, quæ à penetrantiâ ſunt, amittant.

AFFECTUS ANIMI malum fovent. Nulla hîc ſenſuum occurrit exhilaratio, marceſcunt actiones, corruit totum fundamentum.

3. PRÆTERNATURALIS CAUSA eſt intemperies ventriculi & inteſtinorum. Ex impuro ſanguine arterioſo mala affricatur διάθεσις, hinc varia pericula; chylus non cuſtoditur calore conſervante, ſed abſumitur diſſipante. Inteſtina tanquam ventriculus prolongatus ſequuntur rectorem ſuum. Cum iſte non benè coquit, in deterius labuntur.

Ratio ſymptomatum. Ex his cauſis natus affectus, quòd enumerata SYMPTOMATA habuerit, mirum non eſt. Eorum hæc eſt ratio.

1. DOLOR DORSI & AXILLARUM non aliunde venit, quàm ab obſtructione glandularum lactearum, ductûs thoracici & axillarium vaſorum chyliferorum: imò quòd ſuccus pancreaticus cibis aſperſus vitioſus ſit, & malum ſortiatur ſaporem. Hinc in nutritionem cedere quæ debent, rectè neſcit dividere, adeò etiam, ut mobile ὄχημα τῆς τροφῆς lædatur. Duo enim hæc uti multum, imò plurimum ſanitati tuendæ adferunt, cùm benè habent, commodum, ita vitioſa, etiam laceſſunt corpus in diſpendium.

2. HYPOCHONDRIORUM MOLESTIAM perſentit æger, quòd ſentina malorum ibi hæreat, quæ non ſtabilem ſemper

pro

pro auctione humidi edit sensum doloris, sed vagum quoque membranis musculorum incutit.

Unde OBSTRUCTIONES? à siccâ alvi intemperie. 3.

RESPIRATIO difficilis fit à materiæ copia, & instru- 4.
mentorum respirationi inservientium impeditâ actione. Musculi intercostales & abdominis sanguine vitioso opplentur, septum transversum respirationis instrumentum distenditur, ventriculus terrâ & aquâ repletus impedit thoracem, quò minus se possit attollere.

PUSTULARUM elevatio & crurum manuumque TU- 5.
MOR designant providam naturam esse adhuc fortem, cùm molestum quod ipsi est & noxium, à nobilioribus visceribus, in quibus virtus vitalis est sita, protrudit ad ignobiliora externa, sibique ita esse unicè consultum confidit. Quod ipsi videtur leviori negotio posse ad superiora mitti, illuc ablegat: quæ graviora, ad inferiora transpellere non negligit. Sub membranis latent excrementa vitiosa, quando hæc suas accipiunt fermentationes, attrahunt sibi similia, variatque pustularum magnitudo, quo latius angustiusquè distenditur influxus Formam ipsis quoque dat aër ambiens cuticulam solutam extollens.

Cur verò humor noxius GINGIVAS potiùs & DENTES 6.
invadat, hæc causa esse videtur: caro gingivarum est subtilissima & humidissima respectu aliarum; ideoque pauco etiam noxio facilè & citò potest per omnem substantiam irrigari. Aer ambiens & allidens semper qualitate perversâ priùs afficit eas, quam interiora & inferiora. Humores salivales acredine scatentes circumfluunt easdem, causaquè morbo restaurando apta continuò apportatur. Accedit, quòd vitiosus cibus particulis quibusdam adhæreat, quo robur armatur vitii, & gingivæ facillimè & omnium primò afficiuntur. Cæteris autem partibus sanguinis affluxu malum communicatur parciùs, minuitur refluxu celeriùs. Inde non potest certa, fixa & firma castra parare.

FOETOR corporis proles est exhalationis putridæ ex corru- 7.
ptis partibus, dum in extremis locis obstructiones factæ. Hinc

 fieri

Digitized by Google

fieri aliter non poteſt, quin per ſyſtolen in cute arteriarum excrementa fuliginoſa malè odorata ejiciantur. Imò etiam ſecundùm poros ex mente Alcmæonis & Kircheri tranſpiratio fit, & eô modô odor humorum pravus aëris corpori ſe inſinuat, & quò propior nobis, eò magis ſuas habet vires, quò remotior verò, aerique ſublimiori propior, eò magis diſſipabilis.

8. PULSUS cordis ſequitur virtutem. Si fortior ea, non adeò debilis iſte. Nunc verò tardus & debilis eſt in ægro noſtro; quid concludendum? Facultatis onus gerere grave; cui removendo non ſatis ſunt vires; hinc languent; actio jam in totum corpus transmittenda non deprehenditur ſtatim, niſi cum devotione quâdam attendamus.

9. SUDORES profert, quod natura laborat per corporis vias ejicere noxium.

ARENULÆ apparent in cute. Scorbuticorum ſanguis plenus eſt arenulis, egrediuntur verò ex peripheriâ, quia facultates naturales irritatæ ad propinquiora detrudunt: ex poris procedunt, quòd facultates non rectè fungantur ſuo officio, cum excrementa hæc vel ad alvum, vel ad renes pertineant. Hæc per cutim evacuatio non adeò difficilis eſt: ambitus quippe ſuperficialis à calore dum aperitur, tumultuantibus humoribus colliguntur lapilli, donec cuticulam ejusque foveas obſideant liberius. Elegans eſt exemplum, quod refert *Joh. Daniel Horſtius* de matronâ quâdam illuſtriſſimâ, cujus mammarum & manuum cutem ſabulo ita obductam vidit, ut digitorum etiam apprehendentium veſtigia reliquerit.

10. URINA eſt TENUIS, quia obſtructio adeſt. Partium urinariarum pori non debent à materiâ ſicciori obturari, ſi per eos ſanguinis fieri debet depuratio, aliàs quod lubricum eſt, ſponte ſuâ naturâ absque notabiliori conſiſtentia erumpit, ad antra hujus oſtii remanente hoſte. Mutatur nonnunquam in CRASSAM, quia facultates labefactatæ egresſionis concedunt impetum; à morâ namque gravium premuntur partium, vires diſſolutæ in munere ſuo tenorem

amis-

amittunt, & ita hoc loco fibræ renum & ureterum non sufficienter attrahunt, retinent, non dicam expellunt. RUBICUNDAM se sistit tàm propter levem quandam accessionem, quàm ipsius sanguinis commixtionem: facultas enim attractrix & alteratrix, dum propter partis suæ noxiam dispositionem inter sacrum & saxum stat, sanguinem sequestrandum non aspicit. Inde particulæ illabentes fundum quærunt. De CONTENTIS URINÆ non tacebimus. Invenimus arenulas appositas & quidem aureo colore vestitas. Quemadmodum rubras & pallidas in quodam hypochondriaco observavit *Thomas Erastus consilio 14.* ita hoc loco ab ab exsiccatione & adustione compacta corpora fiunt, levique negotio naturâ assuefactâ, educuntur. Imò quid timemur, quid miremur hoc? sanguis scorbuticorum haut raro fertilis est arenis copiosis, ut Euphratis aqua. Ad hujus motem in fermentatione vel ebullitione arenulas semper extollit, donec vasis exceptus arenas detrudat & cruoris formam repræsentet. Nec putandum hic CALCULUM adesse, vel renum vel vesicæ. Ut non omnis pinguedo indicat partium colliquationem, ita nec arenula calculum. Præterea absque dolore excernuntur.

PRÆDICTIO EVENTUS sequitur. Ad sanitatem absolutè & omnibus viribus perfectam ægrum perducere est ἐκ τῶν ἀδυνάτων, quia ab infantiâ gerit, quod ipsi est oneri. Hæreditarii morbi difficiles sunt curatu, quia in generatione massæ vehementer impressus est præternaturalis nævus. Ventriculi, intestinorum, cordis actiones diminutæ. Inde desperatus videtur affectus, palliativâ curâ solùm demulcendus. Si tamen quid speratur boni, id non nisi *Πρόληξις i. Salutis & mortis.*

LONGO impetrari poterit tempore,

MODO EVENTUS tolerabili, sine ullâ phthiseos vel hydropis periculo.

CURATIO nititur METHODO INDICATIONUM. *Θεραπεία*

CURATORIA pravas dispositiones emendat.

PRÆSERVATORIA humorem melancholicum alterat, & ad evacuationem debitam præparat.

VASA-

VITALIS virium commendat redintegrationem.

INSTRUMENTA AUXILIORUM depromenda ex usitatis fontibus.

Chirurgia. CHIRURGIA suadet SANGUINIS MISSIONEM. Licet enim corpus non sit plethoricum, tamen cùm in sanguine hæreat vitium, sanguis etiam evacuandus 1. TEMPORE commodo, quantò ocyus fieri potest. 2. QUANTITAS educendi sanguinis sit modica, quia cacochymia non fert largiorem profusionem cruoris. 3. Locus sit salvatella sinistræ manus vel mediana.

HÆMORRHOIDUM suademus apertionem, cùm earum usum in morbis melancholicis maximè evehat *Cous.*

Pharmacia. Ad PHARMACIAM progredimur. Alvus cùm non faciat officium, moneatur BLANDO corrigente, quod emolliat eam & tollat cruditates. Hoc verò vel per os sumitur, vel per clysterem communicatur.

Purgantia *στοματικά.* PER OS sumatur sequens:

℞. *rad. cichorii, polypodii* a. ℥ß,
herb. cochleariæ, nasturtii aquatici, veronicæ a. p. iij,
fl. betonicæ, buglossi a. p. ij, *corticum citri* ʒj,
foliorum senæ ℥ß, *agarici* ʒj.
Coquantur in suff. q. aq. *chelid. min.* Colat. ℞. ℥vj. Adde
sir. cich. cum rhab. ℥ß. *Cum refrixerit, sp. cochl.* ʒij.
M. S. Laxier-Träncklein auf zwey mahl.

PILULAS quamvis sciamus, in temperamentis siccis ut etiam alia scciora medicamenta parùm proficere, nihilominus commendamus *pilulas Quercetani ♀tareas.*

Clysteres. In formâ CLYSTERIS usui erit sequens lenitivum:

℞. *radicis althææ, cichorii* a. ℥v,
fol. malv. ♀lis a. mj, *nasturt. aquat. cent. min.* a. Mß,
flor. primul. veris, betonicæ a. Mß.
sem. anisi, dauci a. ʒij, *fol. senæ* ℥ß.
Coq. in s. q. aquæ fontanæ. Col. ℞ ℔j. Adde
elect. benedict. laxat. ℥j, *cassiæ pro clystere* ℥ß,

ol. an.

ol. aneth. ungv. Reusn. exerc. 7.d. scorb. a. ℥ij, *sal. comm.* ʒj.
M. Pro Enemate. Applicetur hora IX. matutinâ.

AD PRÆPARANTIA à laxativis devenimus, quæ incidunt & m. biles reddunt vitiosos humores, ut superveniente purgante omne evacuetur noxium. *Præparantia.*

℞. *aq. cich. chel. min.* a. ℥ß, *aper. Rolf.* ℥j, *sir. d 5. rad. ap.* ℥j, *sp. nasturt. aquat.* ʒß, *clyssi.* ♁. ℈j. *sp.* ♀ri ℈ß.
M. S. Alterans-Tränckleiu auff zwey oder drey mahl.

PURGANTIA sequuntur. Compositis jam ad exitum excrementis, subjungemus, quod saburram totaliter educat. *Purgantia κατωτερικά.*

℞. *extr. agarici* gr. XV, *hellebori nigri* gr. V, *resinæ scammonii* gr. X, *sirupi violarum* ℥j, *spir. cochleariæ* ʒß. M. S. Purgiersafft.

In formâ pulveris ita procedendum:

℞. *scam.* ♁*rati* gr. viij, *resinæ jalappæ* ℈ß, *cryst all.* ♀*ri* gr. vj, ⊖ *cochleariæ, nasturtii* a. gr. V. M. S. purgier-Pulver.
⊖lia specifica admiscenda, aliàs spe eventus felicis & successu excidemus, nulla sequetur symptomatum mitigatio, causæque alteratio.

VOMITORIA *ἀνωτερικά* hîc habere merentur locum, quia plerumque ventriculus, intestina & partes viciniores simul pari modo læduntur. *Vomitoria ἀνωτερικά.*

℞. *conservæ rorism* ʒj, ♀*i emet. Mynf.* gr. V, *mac. ppt.* gr. iv.
M. F. Bolus.

DIAPHORETICA & DIURETICA magnum levamen promittunt. Natura ex urinæ debita ejectione vitiosorumquè retentorum expulsione, quæ per sudores fit & urinam, sublevatur. *ἱδρωτικά.*

℞. *aq. fumariæ, card. benedicti* a. ℥j, *sirupi acetos. citri* ℥ß, *mixturæ simplicis* ℈j.
M. S. Schweißtranck auff einmahl.

Digitized by Google

Διουρητικά. Ad serum promovendum

℞. *aq. petroselini, saxifragiæ* a. ℥iß, *ess. veronicæ* ʒß, *alkekengi* ℈j, *sp.* ⊖*is* g. vj, *sirupi capill.* ♀ ʒvj. M. S. Harntreibendes Tränckletn.

Τονικά. Ad ventriculum confortandum & intestina ROBORANDA præscribimus tragema stomachale.

℞. *herb. salviæ* mj, *rad. polypodii, diptamni albi, pimpinell.* a. ℥ij, *sem. anisi, coriandri, cumini* a. ℥j, *flor. acaciæ, borag.* a. p. ij, *cort. citri, aurant.* a. ℥ß, *galangæ, cinamomi nuc. mosc.* a. ʒiij. *rhabarbari* ʒj, *sacchari albi* ℔ß. Pulverisata M. S. Magen-Pulver.

Specifica. Felicem verò successum in profligandâ hâc belluâ sperare non licet, nisi SPECIFICA & APPROPRIATA, quæ Deus prærogativo jure & peculiari proprietate & potestate ad hydram hanc Lernæam profligandam & jugulandam dotavit, in subsidium advocentur. Vernaculo morbo Deus pro bonitate sua semper vernaculum opposuit medicamentum. Ideoque in Britanniâ copiosè *cochlearia*, in Belgio *sinapi*, in nostrâ Germaniâ *nasturtium* inveniuntur. Paria facit *raphanus rusticanus*, cujus radix in usu. *Sedum* acre, & insipidum in quibusdam inferioris Saxoniæ quod reperitur locis, in magno est pretio. Chimici commendant sp. ⊖is, ⊕i, ⊕, cochleariæ. Pro hoc scopo non inutilia erunt sequentia.

℞. *rad. 5. aperientium* a. ʒij, *raphani rusticani, chelidonii majoris, cichorii* a. ℥iij, *fol. cochleariæ, nasturtii, anagall. aquat. chelid. min. & maj.* a. mij, *sem. bon* ʒij. *fragor. abiet.* m. v. *formicarum canth.* j. Infunde in s. q. aq. cochl. ℞a, & usui reserva. Magnarum est virium.

Ad cor confortandum

℞. *mag. coralliorum, perlarum* a. g. viij,

bez.

bez. 3t. ℥. vj. M. S. Hertzstärckendes Pulver. Sumatur cum aquâ nasturtii vel sambuci.

Ad sanguinem purificandum

℞. *rad. cichorii, polypodii* a. ʒj, *filicis* ℥ß, *herb. cochleariæ, nasturtii aquatici, veron.* a. mß, *fol. boraginis* p. iij, *cort. capparum, citri* a. ʒiij, *fol. sennæ* ℥iß, *mechoacannæ, turbedon albi* a. ʒvj, *rhabarbari* ʒij, *cinamomi* ʒj, *cremoris* ♀*i* ʒj, Conscind. & contund. S. species zum Blutreinigen.

DIÆTETICUS fons ultimo est examinandus. Æger quoad indicationem *Diæta.*

NATURALEM, fugiat cibum difficilis coctionis, caseum, carnes salsas, fumo induratas, marinos pisces. Edat verò cibum ex carne bovinâ, vitulinâ & agninâ cum specificis plantis præparatâ. Gallinæ etiam ipsi nutrimentum dabunt salutare. Embammata ex nasturtio, raphano rusticano & sinapi parata semper apponantur. Potus sit cerevisia benè cocta, fermentata & asservata cum fol. cochlear. pimpinellæ &c. 1.

VITALIS indicatio requirit aërem purum pro respiratione salva: si iste impurus, suffitibus artificialibus corrigatur, necesse est. Hilarem animum induat, ne tristitiæ deditus vires exhauriat. 2.

In ANIMALI prosunt *somnus* modicus ad spiritus reficiendos: *motus* corporis ad excrementa expellenda, & obstructiones reserandas. 3.

CONSULTATIO VII
de
scorbuticâ matronâ.

HISTORIA.

MAtrona triginta annorum, temperamenti quodammodo melancholici, sedentariæ adsueta vitæ, variis con- *Relatio historica.*

tinuæ & discretæ diætæ adsueta erroribus, tribus distinctis sessionibus de die cibis fuit usa, & largiùs circà noctem, sine ordine solidorum, & liquidorum, rigorosam bonæ vivendi rationis normam non sanitatis animam, lascivientis ingenii inutile & supervacaneum vocans consilium. Delectata fuit cibis κακοςομάχοις tribus imprimis: carne muriâ conditâ, fumoque induratâ & fabis crudis & coctis, quas tanti æstimavit, ut etiam admonita sæpiùs non abstiterit. Composita ex sanguine, adipe & avenâ deglutita farcimina magni fecit. Sub initium æstatis Hamburgi incidit in quartanam, per totum autumnum ac hyemem sequentem durantem. Ab hâc convalescens tumorem hypochondriorum retinuit durum, præsertim ad partem sinistram, cum febri quâdam per accessiones quotidiè invadente, nec non sputi frequenti exscreatione, & totius corporis atrophiâ & lassitudine, difficili respiratione, mensibus inordinatis. Tandem circa autumnum maculæ apparent in cruribus & brachiis, primò rubicundæ sensimque lividæ, donec iterum discutiantur. Non raró gingivæ apparent sanguinolentæ, & os fœtidum spirat. Conqueritur quoque de palpitatione cordis, doloribus articulorum vagis. Pulsus inæqualis, vermiculans, cardialgia. Adest appetitus ad cibum, qui tamen eodem momento vicissim deperditur: sitis adest p. n. Urina turbida apparet & crassa. Poscit opem.

RESOLUTIO.

Symptomata actionum læsarum: Multa sunt, quæ ægram hanc affligunt symptomata, quorum alia referri possunt

I. Ad actiones læsas, easque vel

naturalium. naturales, quatenus adest atrophia corporis & lassitudo, appetitus modò abest modò adest, sitisque semper præsens est: vel

Vitalium. vitales, qualis est respiratio læsa, & palpitatio cordis: vel

animalium. animales, ut symptomata tactûs evidentia. Talia sunt dolores articulorum vagi & cardialgia.

II. mu-

II. MUTATARUM qualitatum symptomata etiam adsunt: maculæ apparent in cruribus & brachiis rubicundæ & lividæ. *qualitatum mutatarum,*

III. EXCRETA & RETENTA etiam sunt in vitio, prout sputum exscreatur, menses inordinatè fluunt. Urina p. n. turbida & crassa apparet. *excretorum.*

MORBUS etiam affligit INTEMPERIEI, nimirum febricula per accessiones cotidiè invadens. *morbi etiam dependent à scorbuto.*

OMNIA hæc dependent à SCORBUTO, qui variis indigitatur NOMINIBUS. Appellatur vulgò scorbutus seu schorbutus, mutuatâ appellatione à Saxoniæ inferioris incolis, qui eum Schorbok aut Schorbuk à cruciatibus & torminibus ventris nominant: nonnulli à læsis gingivis & pedibus Gingipedii nomen finxerunt: ab oris vitio, vacillantibus dentibus & sæpè exulceratis gingivis Mundfeule/ Schormund/ Græcis *στομακάκη* quasi *στόματος κάκκη* vel *κακία*: crurum verò, vel tibiarum vitium, *σκελοτύρβη conturbatio* & *Galeno* solutio pedum, ob horum denique maculas puniceas Hollandis Blauschüpt nominatur. Quamvis autem optimo jure referri possit ad morbos organicos, conformationis nimirum, ob lienis obstructionem & scirrhum; & ob crurum gingivarumque magnitudinem modò auctam modò diminutam ad morbos solutæ unitatis ob ulcera crurum & gingivarum: NOS tamen eundem referimus inter morbos similares, non tantùm ad morbum intemperiei calidæ, qualis est febris: sed occultarum qualitatum s. totius substantiæ & occultæ dispositionis, quæ ab aliorum morborum malitiâ & specie differt, quatenus provenit â corruptione humoris salsi & fixi peculiari, specificâ, & scorbuto propriâ.

ADESSE scorbutum ostendunt signa in historiâ enumerata. Talia in nullo alio unquam apparent morbo. *Innotescit hic*

Τὰ ἐνέοντα κατὰ τὸν τῆς ὀσίας λόγον, *essentialiter inhærentia* & quasi pathognomica sunt duo illa ad qualitates mutatas pertinentia: 1. *στομακάκη*, gingivarum se prodens laxo, & quasi fluido tumore, & cruentatione, orisque fœtore, 2. *σκελοτύρβη* crurum se prodens infirmitate, & maculis.

Cccccc 3. CAUSÆ

2. CAUSÆ PRÆGRESSÆ affectum scorbuticum esse satis ostendunt.

3. Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα *ex necessitate consequentia* eundem DETEGUNT: ACTIONES læsæ NATURALES ἀπεψία, *cruditas* modò acida, modò nidorosa: VITALES cordis palpitatio, pulsus inæqualitas, febricula: ANIMALIS facultatis actiones læsæ κόποι αὐτόματοι, *lassitudines spontaneæ*, respiratio turbata, & vagi dolores cutambuli.

EXCRETA etiam, urina cruda adest. Sputum aqueum insipidum valdè molestum.

Τὸ ὑποκείμενον μόριον. PARTES AFFECTÆ sunt omnes in hypochondriis partes, ut epar, ventriculus, venæ splenicæ & mesaraicæ, ut & arteriæ, cor etiam, orificium ventriculi & membranosæ partes in articulis. Præcipuè autem lien cum vasis suis & arteriis splenicis, & quidem per essentiam afficitur: id patet ex gravitate & duritie hypochondrii, reliqua verò omnia per consensum, non tantùm secundùm vasa, verùm etiam secundùm parenchymata.

Causa immediata. CAUSA IMMEDIATA est humor melancholicus crudus, simulque ichorosus seu serosus: qui ut proxima seu continens causa fiat, peculiarem & huic morbo propriam corruptionem induat, necesse est. Hic enim in liene & corpore collectus quartanam ægræ induxit, & post quartanam curatam non omninò evacuatus, in sinistro hypochondrio sedem fixit, ibi residens tumorem excitavit, & postquam peculiarem ἄρρητον & occultam illam corruptionem ac depravationem suscepit, scorbutum hunc produxit,

mediata MEDIATÆ causæ, quæ humores tales generant, duo agnoscunt summa capita: δύναμιν αὐτὴν πεπονθυῖαν, καὶ ἔξωθεν τινὰ πλημμέλειαν, *facultatem læsam & externum errorem*, & referri queunt ad res

1. NATURALES, temperamentum totius melancholicum, imprimis verò lienis calidum & siccum.

2. NON NATURALES CAUSÆ huc faciunt, ad diætam quæ referuntur

I. NATURALEM, quæ nititur in concinno alimentorum usu. MULTUS cibus, ut copiosum oleum lucernæ, flammulam humanæ cordis lampadis extinguit. VARIUS, facultate dissimilis œconomiam malis imbuit moribus. Voracitas tribus de die vicibus, & circà noctem excedens modum non refecit, sed oneravit vires. Εὐταξίας boni ordinis negligentia mater fuit vitiatæ coctionis. In crassi succi cibis, carne bubulâ fumo induratâ, suillâ, lardo, piscibus marinis & aliis incessabiles commissi errores. Farcimina aliis abominalia nocuerunt. Fabarum usus & esus multum damni intulit, Nutrimentum quidem promunt copiosum, sed flatulentum, & contrarium illis, qui bonæ valetudinis consummationem & tranquillitatem mentis quærunt. Flatulentiâ suâ occupant intestina & lactea vasa, &, ne aliud quid subire neque quod jam subiit, descendere queat, impediunt.

II. VITALIS diæta huc etiam confert. In AERE versatur maritimo salsuginoso septentrionali, exhalationibus variis scatente, qui facit ut ἐπιχώριος, *endemius* & vernaculus sit ille morbus his oris.

III. ANIMALIS. OTIUM & sedentaria vita cumulant superfluitates, quæ proportionato motu poterant discuti. Inconstantia lunaris tributi liberale huc confert symbolum.

RES PRÆTER NATURAM, ut quartana prægressa disponere potuit humores ad μίασμα hoc concipiendum. Imprimis autem in culpa est ἀντιπραξία jecoris in calidum, ventriculi in frigidum succum alimenta mutans, unde plurimi heterogenei humores colliguntur, lienis sanguificatio vitiatur, & non levis oritur ventriculi infirmitas, ob quam prima coctio non ritè peragitur, sed ejus loco fit μόλυνσις. In liene deficit πνευμάτωσις, colligitur sal fixum & ♀ coagulatus, qui nonnunquam resolutus liquescit & aliis serosis humoribus dilutus totum pervagatur corpus. 3.

Ex his causis SYMPTOMATA exorta fuêre, in historiâ enarrata, quorum hæc est ratio. *Ratio Symptomatum.*

Στομακάκη gingivarum laxus, subcruentus, fœtidus tumor 1.

mor oritur à seroso diluvio salsuginoso, acri, mordaci

2. *Σκελοτύρβη crurum vacillatio* & maculatio, originem debent colluviei.

3. FEBRICULA à putredine humorum, quatenus vapores cordi communicantur, caloremque p.n. in eo excitant, oritur.

4. FREQUENS SPUTI excretio fit ob materiam salivalem crudam & incoctam, in ventriculo collectam, *secundùm veteres* ex liene eò derivatam: *secundùm alios* ex arteriis eò depositam: secundum *sententiam novissimorum* ex lymphaticis salivalibus ductibus in glandulâ maxillari interna radicatis.

5. Corporis ATROPHIA sequitur, quoniam vitium primæ coctionis in secundâ tertiâve corrigi non poterat. Inde quia in ventriculo cruditates generantur, ex iis neque cor, neque epar, neque lien bonum & sufficientem pro nutritione totius sanguinem generare possunt, non mirum corporis molem decrescere.

6. LASSITUDO spontanea nascitur propter sanguinem crudum non tantùm in vasis, sed etiam in habitu musculoso abundantem, utpote cum vi nutritivæ facultatis ejusmodi materia penitus maturari nequeat, necessariò spiritus animalis liberior motus in partibus motui destinatis impeditur,

7. DIFFICILIS respiratio accidit, non propter pectoris affectum, sed quatenus vitiosi humores turgescentes lienem distendentes, diaphragma comprimunt, eodem modo, quo hydropici, uterum gestantes, aut aliâ de causâ ventrem turgidum habentes, difficilius respirant: fit etiam, quando vaporosus sanguis ad musculos thoracis pervenit, seque in eos insinuat.

8. MENSES inordinatè fluunt quia sanguis crudus ad scorbuticam corruptionem dispositus, peculiares suas ebullitiones patitur, non ordine naturæ, sed prout luxuriantibus causis morbosis interdum efflorescit.

9. PALPITATIO cordis à vaporibus pravis & malignis ad cor ex sanguine exhalantibus excitatur.

DOLO-

DOLORES articulorum vagi ortum habent ab humoribus serosis tenuibus acribus ad motum promptis, & ad locum mutandum aptis. 10.

CARDIALGIA oritur propter pravos & morsu vellicantes humores in orificio ventriculi, vel per congestionem relictos, vel eò transmissos. Hoc etiam in formâ vaporum qui suâ acrimoniâ stimulare, famemque mox excitare, mox etiam resoluti illam eodem momento dissipare valent, fieri posse *alii* statuebant. 11.

SITIS adest ob exsiccationem humidi in ventriculo. 12.

URINA apparet *turbida*, ob coctricis facultatis imbecillitatem, caloremque coquentem non rectè sese habentem: *crassa*, crudorum humorum in venis collectorum abundantiæ acceptum ferenda. 13.

SPUTUM aqueum nihil aliud est, quàm fermentum corruptum Helmontianum. 14.

PRÆDICTIO SALUTIS & MORTIS. Periculosus est affectus quia inveteratus, & in fœminâ spe menstruorum privatâ. *Prædictio* 1. *Salutis & mortis.*

DIUTURNUM malum est, ob contumaciam humoris melancholici, qui morbos pertinaces testudineos ac diuturnos parere imò commori solet, postquam impresserit semel epati vel lieni pravam dispositionem. Quamvis autem sit affectus hic periculosus & diuturnus, idem tamen adhùc nondùm confirmatus est. Inde procedente tempore, si naturæ diligenter succurratur, ad pristinam valetudinem pervenire posse spes est. 2. *Longitudinis.*

MODUS EVENTUS etiam consideratu dignus. Speramus eventum bonum, *μαρανθείσης τῆς νόσου*, *marcescente morbo* radicibus per alvum, vomitum succisis. 3. *Modi eventus.*

CURATIO nititur indicationibus, & præsidiorum seu auxiliorum materiis. *Curatio, nititur*

CURATORIA morbum, dispositionem nempe specificam symptomatum omnium matrem, è medio tollere jubet. *indicationibus &*

PRÆSERVATORIA respicit causas. 1. humores peccantes copiâ evacuandi, qualitate tàm manifesta quàm occultâ alterandi, & præparandi. 2. Obstructæ viæ aperien-

dæ. 3. Viſcerum intemperies alteranda, eaque corroboranda.

VITALIS robur afflictis partibus addere jubet.

præſidiorum materiis. Materiæ præſidiorum ſumantur ex uſitatis fontibus.

Chirurgia. ſanguinis miſſio per venam ſectam. Ex CHIRURGICO occurrit principio VENÆ SECTIO. Eam cum morbus jam radices egerit, atque ita totum corpus cacochymiâ vitiosâ occupaverit, ut jam maculæ efflorefcant, non tentandam eſſe, non nemo ſuſpicari poſſet, ne puriore & ſubtiliore ſanguine effluente, & craſſiore illo ac viſcido relicto, inque venis ſubſiſtente, vires ægræ debilitentur. Verùm probabile eſt, eam profuturam, præcipuè cùm febrilis φλόγωσις advertatur.

LOCUS non unus commodus. Nunc Saphenæ pedum, cum menſes ſubſiſtant, nunc brachii, cùm corpus videatur ſucci plenum, nunc ſalvatellæ, ut arteriæ etiam expurgentur, nunc ὑπογλώττιδες ut gingivis ſuccurratur, aperiri queunt.

QUANTITATE mediocri ſanguis eſt exhauriendus.

κατασχασμοί. CUCURBITULÆ etiam conveniunt, SCARIFICATÆ locis conſuetis.

Fonticuli. FONTICULI utiles ſunt ad ſeroſam exhauriendam colluviem in brachiis vel cruribus.

Pharmacia. PHARMACIA medicamenta commoda ad hoſtem hunc debellandum ſuppeditat evacuantia, alterantia & roborantia.

Lenientia. LENIENTIA præcedunt. PILULÆ *de aloe roſatâ, Francofurtenſes* ſunt ex uſu.

Leniter purgantia. Loco lenientium purgantia in minori doſi aſſumi queunt.

℞. *gialapii pulveriſati* ℈ß, *magiſterii* ♀. *⊕lati* ℥vj.
M. F. Pulvis. Detur in chartâ. S. Lind-Pulver auff einmahl.

Clyſteres. CLYSTERES lenientes ſummè etiam proficui ſunt.

℞. *herb. malvæ, althææ, brancæ urſinæ* ā. mj,
flor. centaur. min. miß, *chamæmeli* mj,
rad. cichorii ℥j, *aſari* ℥ß,

borde-

hordei mj, *ficuum pinguium* n. x.
Coq. in suff. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔j. adde
elect. rosati mesue ℥ij. ☍ *fl. verbasci* ℥j,
salis ♀ ʒj. M. F. Clyster.

PRAEPARANTIA attenuandi, incidendi, & peculiari qualitate scorbuto adversanti polleant. Hæc præmittenda omni studio, cum observatum sit, non paucos usurpatis hisce citra purgantium usum convaluisse. Ex horum numero est sequens potio. *Praeparantia.*

℞. *rad. fœnic.* ʒj, *cichorii, polypodii* a. ʒij, *Vulgaria.*
fol. fumariæ, chamædryos a. p. ij, *1.*
cochleariæ, nasturtii aquatici a. p. iij,
cort. rad. tamarisci, cappar. a. ʒiß, *passul. min.* ℥ß.
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥vij adde
sirupi de cichor. cum rhabarb. ℥j.
M. F. Haustus pro duabus dosibus. Utatur singulo manè, horâ nonâ.

INFUSUM sequens etiam est conveniens:

℞. *rad. polypodii querni, scorzoneræ,* *2.*
caryophyllatæ, cichorii albi a. ℥ß,
cort. rad. tamarasci, capparum a. ʒiij,
fol. asplenі, cochleariæ a. Mj,
sem. anisi, fœniculi a. ʒj,
agni casti, urticæ romanæ a ʒj,
flor. genistæ, cichorii, violarum a. p. ij,
ros. rubr. cinnamomi ʒj.
Concisa contusa s. a. Dentur in chartâ. S. Kräuter zum Bier oder Wein vier Kannen. De eo singulo manè & vesperi, cubitum iturus haustum bibat.

Vel

℞. *aquæ agrimoniæ, chamæpityos, cuscutæ* a. ℥j, *3.*
anagall. aquaticæ, cochlear. a. ℥iij,
sir. de 5. radicibus, scolopendriæ, capill. ♀ a. ℥j,

Digitized by Google

4. *Exaltentur sp.* 🜿 *comp. seu mistura simpl.* ℈j

M. F. potio. S. Digestiv-Tränklein

℞. *aq. antiscorb. Querc. Dorncreil. vel. Mynsichti* a. ℥ij, *sir. fumariæ* ℥j, *spir. cochl.* ʒj, *tinct.* 🜿 ʒß.
M. in fictili D. S. Wasser.

Chimica. Ex *chimicorum* forulis depromenda magnæ sunt spei. Si placeat in forma pulveris assumere, talis esto:

℞. 🜿 ⊕*lat.* ℈ij, ꝏ *cochleariæ* gutt. iiij.
M. F. Pulvis subtilissimus, qui dividatur in iiij. æq. partes, quarum una singulo manè, altera vesperi, quando itur cubitum assumatur in sirupo violarum.

Vel ℞. 🜔 🜿 ℈ß *in sir. violarum.* Detur.

Alius pulvis esse potest talis:

℞. *crem.* 🜿 *crystall.* ℈j, 🜿 ⊕*lati* gr. vij,
🜔 *genistæ, cichorii* a. gr. ij, *croci* ♂ *aper.* gr. x.
F. Pulvis pro una dosi. Hic tribus distinctis diebus horâ IX. manè in brodio gallinæ vel carnis capiatur.

Essentia composita talis convenit.

℞. *tincturæ* 🜿*ri* ʒß, *spir. cochleariæ* ʒj.
M. in vitro S. Digestiv essentz.

Purgantia. PURGANTIA sequuntur leniora, quoniam validiora ægros tales in præsentissimum vitæ periculum conjiciunt.

1. ℞. *fol. chamædryos, chamæpithyos* a. p. vj,
rad. polypod. querni, rhapontici a. ʒj,
gial. resinosi ʒij, *rhabarb. electi* ʒj, *sem. fœniculi* ℥iß,
fol. senæ ʒij, *fibrarum ellebori nigri ppt.* ʒj,
flor. cichorii p. vj, *genistæ* p. ij, *spicæ indicæ* ℈j.
Coq. in s. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℥iiij adde
sirupi de fol. senæ ℥ß, *de fum. comp.* ʒvj, 🜔 🜿 ℈j.
M. F. Haustus pro duobus præbiis.

℞. *rad.*

℞. *rad. cichor. polypodii q. a.* ℥ß, *fol. cochleariæ* p. vj, *senæ elect.* ℥j, *flor. viol.* p. x. *sem. fæn.* ʒj, *cin.* ℈j. s.
Coq. in s. q. seri lactis. Colaturæ ℥iiij adde
sir. de cichor. c. rhab. ros. solut. a. ℥ß, *spir. coch.* ℥ß.
M. S. Tränklein auff einmahl.

Loco decoctorum talis *infusio* parari poterit: *Infusum.*

℞. *rad. cichorii, polypod. q. glycyrrhizæ* a. ℥ß,
cort. rad. tamarisci, cappar. a. ʒiij, *fraxini* ℈ij.
fol. fumariæ, chamæpithyos a. p. ij, *cochl. recent.* Mß,
sem. anisi, fæniculi. a. ʒj, *nasturt. crispi. cochlear.* a. ʒß,
senæ Alexandr. ℥ß, *rad. ellebori nigri præparati*, ʒj,
flor. boraginis, buglossi a. p. iij,
Concisa, contusa dentur ad chartam. S. Species zum Säcklein in Bier oder Ziegenmelcken.

Si malit PILULAS, hæ sunto. *catapotia. s.*

℞. *pilul.* ♀ *Quercetani, extr. elleb. nigri* a. ℈j.
Cum sirupo de cochleariâ fiant pilulæ mediocres.
Aliæ:
℞. *pilular. tartar. Quercet. extract. panch. Croll.* a. ℈ß, s.
resinæ gialapii g. iij, ♀ ⊕ti ℈ß, *sp. cochl.* gutt. iiij,
sir. violar solutivi q. s. F. pilulæ n. xxj.

BOLUS talis esto: *Bolus.*

℞ *cons. rosarum, cochleariæ* a. ʒj,
pulv. senæ ppt. ʒß, *gialapii resinosi* ℈ß.
M. F. Bolus. D. in fictili lato. S. Purgier-Zucker.

In forma PULVERIS si appetat, sequens assumatur.

℞. *crem.* ♀ *crystallisati, rad. gial.* a. ℈ß, *extr. scamm.* g. viij, *Pulvis.*
pulv. polychr. g. iiij, ⚭ *anisi, fæniculi* a. gutt. j.
M. F. Pulvis pro unâ dosi. S. Purgier-Pulver.
Vel
℞. *pulv. senæ ppt.* ℈ß, *rad. gialapii* ℈j.
M. F. Pulvis.

Digitized by Google

Clysteres. CLYSTERES validiores nonnunquam sunt necessarii.

℞. *herb. malvæ, violarum, brancæ ursinæ, nast. aq.* a. mj, *centaurii minor.* M℔, *rad. lil. alborum. althææ* a. ℥ij, *sem. lini* ℥ij, *fœn. græc.* ʒvj *croci metall. in pet. lig.* ʒij.
Coq. in s. q. ▽ fontanæ. Colaturæ ℔j adde
ol. hieræ picræ c. agarico ℥j, ☍ *olivarum* ℥ß, *lini* ℥j.
F. Clysma.

Urinam pellentia. Corpore hoc modo per alvum evacuato, cogitandum etiam de DIURETICIS.

℞. *salis juniperi.* ℈j, *ononidis* ℈ß
M. D. in chartâ. S. Urintreibendes Saltz auff zwey mahl.

Sudores moventia. DIAPHORETICA.

℞. ⊖ *sang. cerv. volat.* ℈ß
In haustu vini cochleariæ sumatur.

℞. *spir. sang. cervi* gut. x, *aq. cochleariæ* ℥ij.
M. S. Schweißtreibendes Tränckleìn.

℞. *bezoard.* ♂*tis*, ♃*lis* a. g. x. *fl. salis* ✻♂ g. viij.
M. D. in chartâ. S. Schwitz-Saltz.

Alterantia generalia. ALTERANTIA sequuntur. Constent ex aperientibus & appropriatis, antiscorbuticam & specificam virtutem habentibus. Talia sunt ex

VEGETABILIBUS *sedum minimum, duplex, acre & quasi insipidum, piperitis, persicaria, absinthium, oryza, cochlearia, aqua scorbutica Mynſ. Dorncreilii, spir. cochleariæ, tinctura corall. antiscorbutica. Decocta, sirupi* & *essentiæ* exulent, volatiles enim spiritus *vulgari modo concinnati*, in coctione & digestione amiserunt. Admittuntur illa solùm quibus jam præparatis spiritus admiscentur.

EX ANIMALIBUS *spiritus lumbricorum, essentia viperarum, sal viperarum*.

Specialia. 1. IN POTIONIS FORMA.

℞. *sirupi*

℞. *sirupi scelotyrbici justæ præparationis* ℥j,
tincturæ ♂tis, corallior. a. ℈j, *aq. scorbut. comp.* ℥ij.
Manè & vesperi assumenda ad præbium cochl. ij.

MISTURA sequens etiam utilis. 2.

℞. *misturæ simpl.* ℥j, *antihypochondriacæ* a. ʒij,
extr. gran. juniperi, card. bened. a. ʒj,
tormentillæ, cal. arom. a. ʒß, *essent. chamædr.* a. ʒij,
sir. fumariæ, de pomis redolentibus a. ℥j.
Misceantur omnia exactè, digerantur & coletur. Adde spiritus cochleariæ penetrantissimi ℥j.

DATUR ʒj. ad ʒiij. singulo mane in haustu vini.

Eo assumto æger se in lectum componat ad lenem sudorem octidui decursu continuandum.

Multum auxilii promittit *tinctura ♂ Zwelferiana* ex ⊕*lo* ♂*tis* & cum *spiritu vini* vulgari, vel *cochleariæ* parata. 3.

℞. *croci ♂tis aperientis cum* ⊖*libus* ʒiij, 4.
feculæ ari ʒj, *elæosacchari cochleariæ.*
M. in chartâ. S. Alterir. Magisterium.

℞. *aq. antiscorbuticæ Dorncreilii* ℥iij, *ess. ♂ malvat.* ʒij, 5.
sirupi scelotyrbici ℥ij, *spir. cochleariæ* ℥ß. M.

℞. *sp.* ⊕*li* ♂ ʒß, *sirupi cochleariæ* ℥ij. 6.
D. in fictili. S. alterans

PRÆBIUM est coch. dimidium in haustu vini horis matutinis.

ELECTUARIUM erit tale. 7.

℞. *conserv. cochlear.* ℥ij, *chamædr. fumariæ* a. ʒij,
rad. condit. helenii, pimpinellæ a. ℥ß,
specier. diarrh. abbatis, diapliris archont. a. ʒj,
tinct. ♂ ʒj *cum sirupo acetos. citri & endiviæ*
q. s. F. Electuarium. S. Stärck-Zucker.

Utatur & his ROTULIS: 8.

℞. *spec. diarhod. abbatis, dia pliris archon-*

dia triom

dia trion sandalorum a. ʒiß, *conf. de hyacintho* ℥j. *cum sacch. in aq. cochlear. vel fumar. dissol.* ℥iij F. rotulæ. S. Stärck-Küchlein.

9. Si placeant MORSULI, utiles erunt sequentes:

℞. *conservæ cochleariæ, fumariæ, agerati* a. ℥j, *acori conditi* ʒij, *nucum jugland. cond.* n. vj, *spec. diarhod. abbatis* ʒj. *rad. ari pulverisat.* ʒij. *sacch. albi soluti in* ▽ *polychresta antiscorb.* ℥j, *fumariæ q. s.* ℥v. M. F. Morsuli in scatula. S. Stärckmorsellen.

Confortantia generalia Interna. CONFORTANTIA sequuntur interna & externa. INTERNA GENERALIA *chimicorum* quæ præbent scrinia, sunt *arcanum duplicatum Mynsichti*, ELÆOSACCHARUM *cochlear.* & *elixir proprietatis antiscorbuticum*, tinctura ♂.

Specialia. SPECIALIA varia sunt pro partium debilium varietate.

Stomachica interna. Pro corroborando VENTRICULO eligatur sequens:

℞. *conf. rosar.* ⊕*latæ* ℥j, *cond. Indar. myrob. cort. citri* a. ℥ß, *specierum aromatici rosati, di ambræ* a. ʒj.

Cum sir. de cinamomo. F. Electuarium ante pastum sumendum.

externa. EXTERIUS inungatur 🝆 menthæ vel mastichis ventriculi regio. Vel

℞. 🝆 *nuc. mosc. expressi* ʒij, *menthæ, absinthii* a. ℈ß, *fœniculi, anisi* a. ℈j, *juniperi* ʒj. M. F. Balsamum. S. Magen-Balsam.

Cordialia interna. CORDI prospiciatur tali electuario:

℞. *conservæ cochleariæ, borag.* a. ℥ß, *cort. citri condit. nucis indic. condit.* a. ℥ß, *spec. cordial. temp.* ʒij.

Cum sirupo de buglosso. M. F. elect. sæpe de die assumendum.

Extra

Extrà cordis ut & carpi regio inungatur *oleo citri* vel *cinam.* & *caryophyllorum.* externa.

EPAR & LIEN confirmentur electuario sequenti. Epatica splenetica interna.

℞. *conf. cochleariæ, chamædr. chamæpityos, cichorii* a. ℥ß, *fl. genistæ* ℥j, *rad. cich. cond.* ℥ij, *spec. dia ῥόδων Abb. dia pliris archont.* a. ℥ij, cum sirupo acetosellæ. F. Electuarium.

EXTERNA SPLENETICA sunt varia: fomentum.

℞. *fol. & rad. althææ* ℥iß, *rad. asari, cort. rad. cappar. tamarisci* a. ℥j, *nasturtii aquatici, beccabungæ* a. Mj, *fl. cham. genistæ, meliloti* a. Mj. *sem. agni casti* ℥ß.

Coq. in s. q. *aq.* & *aceti.* Decoctum calidum cum lanâ aut spongiâ lienis regioni applica.

LINIMENTO tali pòst inungatur: linimentum.

℞. *ol. de cappar. amygd. amar. succi bryoniæ* a. ℥j.

Coq. ad succi consumptionem. Adde *pulv. subtiliß. rad. asari, cort. rad. capp.* a. q. s. *ceræ q. s.* Fiat linimentum.

CERATUM de ammoniaco *Rolfincianum* excellit præ aliis. Applicetur sinistro hypochondrio. Ceratum.

DIÆTAE exacta habenda ratio est. Diæta I.

I. NATURALIS. CIBUS sit conveniens quantitate & qualitate: sit boni succi, facilis digestionis, flatuum expers, attenuans, detergens & deobstruens, sanguinemque generosum generans, utpote *cremor prisanæ, jusculа carnis bubulæ, gallinarum, ova sorbilia, carnes hœdinæ, caponum, gallinarum columbarum avicularum montanarum:* CONDIANTUR *hyssopo, maci, thymo, roremarino, satureiâ, croco, cinamomo.* EMBAMMATA fiant ex *cochleariâ, nasturtio, radice raphani agrestis, tritis*, cum modico vino & saccharo adspersis. Fermentet licet *saccharum*, propterea rejiciendum non est, eget fermentatione piger humor. Eâdem ratione spiritus cochleariæ nonnunquam turbat ægros, ut videantur pejus inde habere. Movenda est camarina, ut expellatur, non in centro retinenda. *Capparibus* sine sale vel à sale ablutis, *limonibus, malo*

citrio, *aceto cum floribus boraginis*, *sinapi* tum vulgaris, tùm Patavinorum, & Jenensium ex musto quod concinnatur, &c. etiam utendum.

Loco SALIS admisceantur pulv. ex sale juniperi, radic. ari, spec. dia pliris archontici, aromatici rosati.

PISCES minuti quoque conceduntur, saxatiles & qui teneris præditi sunt carnibus.

Inter FRUCTUS commendantur uvæ passæ, cappares, pistacia, pineæ, poma dulcia, & similes, citria & aurantia acida mala prosunt.

POTUS sit vinum bonum Rhenanum moderatè sumptum, vel cerevisia tenuior, & benè defecata ac lupulo satis condita: aut in eâ macerentur sequentia:

℞. *rad. chinæ* ℥j, *scorzoneræ*, *enulæ*, *caryophyllatæ*, *rhodiæ* a. ℥ß, *herb. chamadr. absinth. scolop.* a. Mij, *bacc. lauri* ℥vj, *juniperi* ℥iij, *cinamomi*, *nucis moschatæ* a. ℥ij. *sem. anisi*, *fœniculi* a. ℥vj.

Affunde vini Rhenani optimi canth. x, stentque triduum aut integram septimanam in loco frigido, infusa in doliolo querno benè munito serventur usui. De hoc vino quotidiè modicè bibat.

2. II. VITALIS. AER eligatur moderatus & temperatus, siccus, tenuis, purus, patens, liber. Si naturâ talis non est, arte concilietur, accenso ligno & baccis juniperi, lauri, thure, succino, trochiscis & candelis pro fumo.

Prodest abrogatio quæ scorbuti semina communicare possunt. Cavenda pocula cum scorbuticis communia, halitus oris, communisque lectus.

3. III. ANIMALIS. Somnus & vigilia justis dividantur mensuris. Vigiliæ sint moderatæ. Somnus sit nocturnus & corpus humectet, mentem reficiat, lassitudinem in membris sedet. Motus corporis validior intermittendus: ante cibum corpus moderatè exerceatur: vitetur otium, quod malum hoc auget.

EXCRETIONI dicatæ partes ALVUS, VESICA, PORI corporis in officio detineantur. Veneris usus sit moderatus.

CON-

CONSULTATIO VIII
de
scorbuticâ.

HISTORIA.

MATRONA xxx. annorum temperamenti melancholici, victui populari crassiori addicta, sub initium æstatis Hamburgi incidit in quartanam, per totum autumnum & hyemem durantem. Ab hâc convalescens, tumidum hypochondrium advertit in latere sinistro, cum lentâ febriculâ, singulis ferè diebus exacerbationis indicia exhibente. Crebrò exspuit liquida, aquea, insipida, ceu per gutturnium horis matutinis. Adsunt corporis macies, lassitudo, difficilis respiratio, menses inordinati. Tandem circa autumnum, apparent maculæ in brachiis & cruribus primò rubicundæ, parum lividæ: interdum ruptæ rursum disparent. Non rarò gingivæ apparent sanguinolentæ, & os fœtidum spirat. Conqueritur nonnunquam de palpitatione cordis, pulsu inæquali, doloribus articulorum vagis, cardialgiâ. De subitò interdum viget appetitus quidam cibi, sed mox in momento idem perit. Sitis molesta est, urina turbida apparet & crassa. *Relatio historica.*

RESOLUTIO.

Ægram tentari scorbuto, duo sunt in allatâ historiâ, quæ evidenter demonstrant. Τὸ τοῦ πάθους εἶδος.

I. Invenimus ea, quæ ESSENTIALITER INHÆRENTIUM, ceu SIGNORUM PATHOGNOMONICORUM nomine veniunt: *Stomacacen* scilicet, gingivarum se indicantem ichoroso ac cruentô fluore, earumque fœtore, ac *scelotyrben*, crurum se manifestantem dolore gravativo, macularumque mox rubicundarum, parumq; lividarum, mox disparentium efflorescentiâ.

 II. CON-

II. CONCOMITANTIA & CONSEQUENTIA SYMPTOMATA idem maximè confirmant. Quamvis enim affectus sit indagatu difficillimus, cùm sæpe sub aliis affectibus se tegere amet, imò sæpenumerò prius jugulet, quàm cognoscatur, nulli tamen dubitamus, qum adsit.

Cui hæc præsentia non satisfaciunt signa, utpote quæ in scorbuto confirmato primùm se exerere videntur, applicabimus monitum illud practicorum, qui diagnosin hanc difficilem agnoscentes, fideliter monent: in principio considerandum esse, si de scorbuto suspicio incidat, an in eâ regione vivat æger, cui scorbutus aliàs sit familiaris; & an diætâ scorbuto generando aptâ usus sit; an parentes habuerit scorbuticos; an sit splenicus, morboque aliquo melancholico & hypochondriaco, quem sequi scorbutus solet, laboraverit.

Ægra hæc nostra matrona vitam Hamburgi degens, omninò tali regione se circumscribi patitur, affectus hic ubi est endemius: sub initium etiam æstatis in quartanam incidit, per totum autumnum & hyemem durantem, à quâ convalescens, statim scorbuti signa unò agmine se produnt.

Non ergò dubitandum, quin præsens affectus scorbuti nomine dignus fiet.

Hujus essentialem constitutionem si perpendamus, clarè videmus, etsi multæ morborum ac symptomatum concomitentur species, eum tamen ad LAESARUM ACTIONUM SYMPTOMATA referendum esse, nihil enim videtur aliud involvere, quàm dispositionem partium primæ ac secundæ coctioni dicaturum præternaturalem; hanc autem dispositionem hoc loco non aliter interpretamur, quàm omissionem ejus, quod harum partium erat officii, ac sic actionem læsam esse quilibet videt. Est autem actio læsa facultatis naturalis ac vitalis per essentiam, animalis verò per consensum.

An hæc nostra ægra uno ac simplici corripiatur morbo, an verò pluribus ac multiplici, diagnosis determinare potest. Statuimus simplicem illam affligere morbum: reliquum morborum ac symptomatum cumulum ad eum tanquam ad fontem reducimus.

SUB-

SUBJECTUM DENOMINATIONIS seu ADAEQUATUM est totum corpus, secundùm partes principes & minus principes. PRINCIPALES seu SUBJECTUM CAUSÆ unde motûs principium, alii ventriculum & pancreas nonnulli hepar cum suis vasis, haud pauci lienem accusant. τὸ ὑποχείμενον μόριον.

NOS minimè errare putamus, si has omnes partes complicando statuamus, omnes partes primæ ac secundæ coctioni dicatas subjectum hujus affectus, ita tamen ut lien magis afficiatur. Sinistrum tumidum hypochondrium id videtur confirmare.

Quomodò autem lien primariò afficiatur, difficile est determinare, cùm de actione ejus non omnium eadem sit sententia. *Alii* statuentes illum è ventriculo & intestinis chylum attrahere, sanguinemque ex eo conficere, in læsam sanguificationem hoc vitium rejiciunt. *Alii* pro receptaculo humoris melancholici lienem venditantes in hôc eum deficere ajunt officio. *Helmontiani*, qui lienem fermentum pro chylificatione ventriculi præparare statuunt, fermenti hujus vitium adducunt.

Vero similis est opinio, per arterias sanguinem terrestriorem multo sero pro vehiculo dilutum, à corde tanquam parte mandante, ad lienem amandari. Ille cum non ut exactè elaboretur materia inutilis rejici queat, variorum malorum auctor est, præsertim verò obstructionum, ichorosa enim & serosa colluvies, penetrandi ac partes distendendi vi pollens, terrestriores ac crassiores partes secum ducit. Inde etiam totum sinistrum hypochondrium, in tumorem elevari paret, ubi hâc obstructione totum hypochondrium sinistrum subtumidum conspicitur.

CAUSA IMMEDIATA, quâ præsente præsens est affectus, & sublatâ tollitur, est saburra tartareorum ac salinorum humorum, peculiariter corruptorum. Quamvis enim reperiantur, qui occultas humorum qualitates in dubium vocent, non negligendæ tamen sunt, cùm videamus à corruptione humorum varios oriri morbos, febrim quartanam, affectionem hypochondriacam &c. Hujus corruptionis in quo- *Causa. immediata.*

quolibet morbo gradum supputare cum nos lateat, omninò ad occultum confugere cogimur, & si nostræ ægræ aliquid commodi controversiis decidendis provenire posset, id accuratè aliis actionibus evincere possemus.

Fit autem hæc corruptio, dum humores crudi in imo ventre, & imprimis mesenterio retinentur, nec naturæ lege expelluntur, deficitque πνδυμάτωσις, salia fixa tartarea non rectè separantur, fixum superans volatile totam massam cogit. Hæc ceu grave pondus, cum loco moveri nequeat, in hypochondriis commoratur, obstructiones auget, accedentibus deinde aliis cruditatibus, humores tandem pravam ac peculiarem hanc dispositionem acquirunt.

mediatæ, MEDIATAE causæ, quæ ad morbosi hujus apparatus vel generationem, vel collectionem aliquid conferre possunt, sunt

proximior, I. PROXIMIOR, viscerum scilicet primæ ac secundæ coctioni dicatorum actio læsa.

remotiores. I. II. REMOTIORES, I. NATURALES. Ad harum classem reducimus TEMPERAMENTUM melancholicum nostræ ægræ.

Huic accedit SEXUS SEQUIOR fœmininus, constitutionis utplurimùm frigidioris, atque sic ad malum hoc pronioris.

AETAS licet sit satis vegeta, ex febri tamen prægressâ quartanâ ad senectutem quasi vi ducta, virium languore ac marcore onusta multum confert.

2. 2. Inter NON NATURALES accusatur AER, Hamburgi in quo emporio vivit ægra illa, squalidis atomis ex ibidem concurrentibus undis exhalantibus inquinatus. Hic cum attrahitur, incolas hujus regionis ad scorbutum disponit, sanguinem inquinando calidum nativum obruit, cruditatesque inducit. Inde huic loco morbus fit endemius.

Accedit VICTUS crassior loco illi familiaris.

3. 3. PRAETERNATURALES RES etiam non desunt. Febris præcedens quartana scorbuticum μίασμα accendit, & naturam insigniter debilitavit.

Ad

Ad SYMPTOMATUM declarationem nos vertimus, ne quis miretur, quomodò ab unâ causâ tot tantaque mala oriri possint. *Ratio symptomatum.*

1. LENTA FEBRICULA, singulis ferè diebus exacerbationis signa exhibente, ægra tentatur, putridis elevatis ad cor humoribus & vaporibus flammulam cordis exaltantibus. Singulis autem diebus exacerbationis signa adsunt, quod materia peccans versus vasa majora ac truncum venæ cavæ tendat, corque sic faciliori modo lædi possit. 1.

2. Querelæ audiuntur, facilè enim cor ab humoribus ac vaporibus hisce vitiosis in actione, tum secundùm facultatem specificam naturalem, tum animalem læditur. 2.

3. PULSUS INAEQUALIS adest, modò debilis ac planè vermiculans, modò magnus ac acerbans. Hujus causam agnoscimus inimicam humorem dispositionem, à quâ facultas languet, mox tamen irritata uno quasi impetu materiam lædentem propellere dum conatur, pulsum magnum ac exorbitantem excitat. 3.

4. DIFFICILIS RESPIRATIO excitatur à vaporibus crassis salinisque atomis permixtis, tumoribusque inferiorum partium, mesenterii, pancreatis ac lienis &c. diaphragma comprimentibus ut liberum habere motum nequeat. Hoc accedit musculorum thoracis & abdominis distensio. 4.

5. Circa naturalem facultatem percipimus subitaneum CIBI APPETITUM, orientem, moxque iterum occidentem. Contingit id, dum materia salina vitiosa per arterias gastricas à corde ad ventriculum delabitur ejusque membranas exacto sensu præditas stimulat, eo modo, quo fermentum in eo famem excitat. Mox autem iterum perit hic appetitus, quia post exaltationem ac solutionem hujus vitiosi agentis facilè nausea succedit. 5.

6. SITIS ægræ est molesta: salia enim in massâ sanguineâ abundantia, exsiccandi vi quâ pollent, desiderium hoc humidi ac frigidi excitare possunt. 6.

7. SPUTI ut reddatur ratio, tenendum, colluviem vitiosorum humorum duplici constare parte, tenui ac ichorosâ, 7.

crassâ

crassâ itidem, salsâ ac feculentâ. Illa ἀνάῤῥοπος, utpote subtilior, *suprema petens*, per arterias carotidas in os deponitur. Hoc dum eâ cum magnâ copiâ affluit, gravatur; ægram ad exspuitionem stimulat. Huc etiam conferre possunt vapores à corruptis in ventriculo cibis orti, per œsophagum ad os delati, ibidemque in ichorem hunc concreti. MATUTINO autem TEMPORE hæc excretio fit, quia calor nativus per noctem ac somnum, causam morbificam coquere ac demulcere studens, hanc partem, quæ excernitur, solvit. INSIPIDA est, quod materia salina reliqua aliorsum sit delata. Videmus etiam in urinâ scorbuticorum ob salium horum translationem varias mutationes.

8. 8. GINGIVAE SANGUINOLENTAE succedunt: translato enim ad has sanguine salsuginoso, sal hoc admixtum membranas vasorum corrodit, &

9. 9. OS FOETIDUM spirat, ob vapores è materiâ putridâ exortos malè olentes, osque petentes.

10. 10. MENSES INORDINATI adsunt, quatenus sanguis tartareus ac viscidus, ad scorbutum hunc dispositus, peculiares suas ebullitiones patitur, non ordine naturæ, sed prout irritantibus morbosis interdum effervescit causis.

11. 11. Non desunt DOLORES ARTICULORUM VAGI, mox hîc, mox alibi ægram invadentes, quatenus humores acres salsi & serosi membranas, has partes copiosè involventes suâ acrimoniâ vellicant. VAGI autem sunt, quia materia adest tenuis καὶ εὐδιαφόρητος & *facilis discussionis*.

12. 12. CARDIALGIA excitatur ab eâdem causâ ad orificium ventriculi sinistrum perveniente.

13. 13. URINA apparet TURBIDA CRASSA, certô indiciô, magnam copiam vitiosorum humorum per arterias emulgentes ad renes, atque sic per vasa urinaria extra corpus amandari.

14. 14. MACIES observatur partium nutrimenti præparationi dicatarum indole læsâ, atque exinde pabuli totius corporis exortâ inquinatione, imò planâ absentiâ.

15. 15. LASSITUDO spontè sequitur. Natales debet, quod

naturâ

Digitized by Google

natura materiâ vitiosâ onerata, eam ad corporis peripheriam ac musculos deponat, unde musculorum desinit liber motus, ægraque vix se elevare potest. Huc annumerari etiam posset spirituum animalium defectus.

16. MACULÆ fiunt ex impuro scorbutico sanguine & eidem admixto sero. Is etenim ad alendum corpus inutilis, ad cutem propellitur, & pro sui ipsius conditione vario modo cutem tingit, imò ob nimiam quantitatem ac salsedinem, cutem planè disrumpit, & sic maculæ disparent. Hoc frequentiùs *in brachiis & cruribus* contingit, quia natura vitiosos humores ad partes ignobiliores ac remotiores expellere consuevit. *Circa autumnum* autem hoc factum, quod ille propter summam inconstantiam huic fermentationi ac ebullitioni sit idoneus.

PROGNOSIS sequitur, quæ tribus constat classibus: *Prædictio*

1. SALUTIS & MORTIS. Periculosum omninò censemus, facultates principes omnes dum laborare *videmus*, nullumque ferè genus est morborum ac symptomatum, quo non afficiatur ægra. Sunt tamen aliqua, quæ nos *bono* ut simus *animo*, jubent. ÆTAS talis est conditionis, ut menstruorum fluxus magnam humorum vitiosorum copiam exturbare possit. URINA apparet turbida & crassa, ex quâ, naturam multum vitiosi succi deturbare constanter colligimus. MACULÆ nondum mortis signum ostendunt, cùm rubicundo magis quàm livescente se prodant colore. Et licet operationes vitales in angusto esse appareant, ut ex variis inde ortis symptomatibus clarè patet, pulsus tamen bonam spem promittit. 1.

2. LONGITUDINEM & BREVITATEM si adspiciamus, videmus affectum naturâ esse chronicum, ægros sæpissimè ad mortem comcomitantem. Speramus tamen in nostrâ illum lento testudineoque gradu marcore absumtum iri, symptomataque, quæ aliàs citiùs, quàm ipse morbus ægram tollerent, commodis remediis supprimi posse. 2.

3. MODUS EVENTUS. Ominamur causam per mensium fluxum absumtum iri, cum ægræ nostræ emolumento, licet 3.

Digitized by Google

aliàs in cachexiam, hydropem, imò atrophiam, quæ jam præ foribus est, per μετάπτωσιν frequenter terminetur.

Curatio. Ad CURATIONEM pergimus, quæ duplex, in paroxysmo una; altera extra paroxysmum.

In paroxysmo. IN PAROXYSMO eam secundùm tres indicationes instituimus.

Indicationes. *1.* CURATORIA videtur in hoc affectu exigui & ferè nullius momenti, cum talis sit conditionis, ut, non subtractâ causâ, vix latum unguem cedat.

2. PRÆSERVATORIA eò collimat, ut dispositio maligna, symptomatum omnium mater è medio tollatur; ita hydram lernæam corde transfosso unico resolvere dabitur ictu. Humores, qui quantitate, qualitate manifestâ & occultâ peccant, exterminare, causas generantes amovere, symptomataque omnia removere jubet.

3. VITALIS robur afflictis partibus afflat.

Materia præsidiorum. MATERIA PRÆSIDIORUM ex triplici desumitur fonte.

Chirurgia. I. CHIRURGIA suadet VENÆ SECTIONEM. Quamvis enim ægra, utpote melancholica, plethorica non sit, fluxusque mensium & gingivarum eam corripiat, cum tamen per venam sectam magna copia cacochymiæ sæpenumero exhauriri videatur, ab eâ non abstinebimus. Eligimus autem malleolarem saphœnam. Moderata observetur in emissione quantitas, cum cacochymia magnam venarum depletionem dissuadeat. Sufficere poterunt ℥vj.

Ob ichorosam & sanguinolentam sputionem etiam venæ ὑπογλώττιδες *sublinguales* aperiri possunt.

CUCURBITULAS cum scarificatione, cùm ægra quoad vires debilis, quoad sanguinem paupera, non rejicimus, sed illas in cruribus applicari jubemus. Loco sectionis venarum sublingualium scapulis applicari poterunt.

Per FONTICULOS ac VESICATORIA excrementitios ac serosos humores tolli posse speramus.

Pharmaceutica. Observamus tamen cacochymiæ ratione, lenientia ac per clysteres vacuantia, quæ jam ex PHARMACEUTICO sequentur FONTE, esse præmittenda.

Sicuti

Sicuti autem in quolibet affectu, ita præsertim in hôc, præstat à lenioribus ad fortiora educentia pergere.

E LENIENTIUM primasque vias vacuantium numero, maximè conveniunt *pilulæ rosatæ, violatæ, pilulæ de ammoniaco Quercetani, tartareæ ejusdem, Schröderi & Bontii*, quæ vel solæ, vel invicem mixtæ in usum trahi possunt. *Lenientia.*

Ut autem ab initio statim misceamus medicamenta specificè hunc affectum respicientia, juxta monitum gravissimorum autorum, sequens lenitivum præscribimus:

℞. *aloes viol.* ℈ß, *MP. tartar. Schröd.* ℥. vj, *ß. cochl.* q. s.
M. F. Pilulæ n. xij. S. Laxier-Pillen.

℞. *MP.* ♀*earum Bontii, de ammoniaco Quercetani,*
aloes rosatæ a. ℥. vj. *elixir propr. antiscorbut.* q. s.
F. Pilulæ n. ix. S. Lind-Pillen.

Vel

℞. *rad. polypod. querni, cort. rad. capp. fraxini med.* a. ʒij,
fol. absinth. centaur. min. chamædryos a. Mß,
aspleni veri, epithymi a. p. j,
sem. anisi, fœniculi, genistæ a. ℥ß,
hellebori nigri ppti, fol. senæ el. a. ʒiij,
riwand tzini ʒij, *cinamomi* ʒj,
conservæ fumariæ, cochleariæ, boraginis a. ℥iß.

Facta contusione & incisione consuantur in linteo sacculo, suspendantur in cantharis ij. cerevisiæ. Stent per noctem, manè hora IX. & circa IV. vespertinam porrigantur ℥v.

Clysma sequens applicari potest: *Clysma.*

℞. *malvæ, althææ, brancæ ursinæ,*
nasturtii aquatici, beccabungæ a. Mj,
rad. althææ, cichorii a. ℥j,
florum chamameli, verbasci a. Mß,
sem. anisi, fœniculi, genistæ hispanicæ,
fœni græci a. ʒiij, *senæ alexand. s. s.* ℥j,
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℔j. adde
extracti cassiæ pro clysteribus ℥j, *oleo anethi* ʒvj.
M. F. Clyster.

 Humo-

Præparantia. Humoribus sic è primis viis eductis, sequuntur humores crudos ac tartareos PRÆPARANTIA. Prosunt medicamenta ex ♀ro parata, ut:

℞. *♀ri ⊕lati, ⊖ juniperi, genistæ, absinthii* a. ℥. iij, *magist. coralliorum, radicis ari mundatæ pulv.* a. ℥. iij. *elæosacch. citri, cochleariæ, anisi, cinamomi* a. ℥. iij.
Misce pro tribus dosibus. S. Resolvier-Salz.

℞. *tinctura ♀ri ♄niatæ, spir. cochl.* a. ʒiij, *essent. fumar.* ℥ß.
M. D. ad vitrum. S. Digestiv auf etliche mahl.

Vel

℞. *✱ci succi opoponacis ♁ soluti, & ad justam consistentiam redacti* a. ʒß,
⊖ *absinthii, fraxini* a. ʒiß,
croci ♂ aperientis, ♀ri ⊕lati a. ℈ß,
MP. ♀rear. Quercetani ʒß.
Cum sirupo corall. F. Pilul. n. XXI. S. Milz-Pillen.

Purgantia. Humoribus sic præparatis, iis PURGANTIA succedere possunt.

℞. *rad. cichorii* ℥ij, *fœniculi* ℥ß, *summitat. fumar. fol. cochleariæ* a. Mß, *senæ Alex. s. s.* ℥j, *fibr. hellebori nigri* ʒij, *gialapii* ʒj, *zedoariæ* ʒj, *croci ♂ nigri* ℥ß. Conc. cont. dentur ad chartam.
S. Species zum Lartier-Bier.

Vel

℞. *p. catholici* ℈j, *conserv. cochlear.* ʒij, *sp. cochlear.* gtt. IV.
Cum s. q. sacchari F. Bolus. S. Purgierend und Blutreinigender Zucker auf einmahl.

VOMITORIA locum habent, cum ex appetitu depravato humorum in ventriculo præsentiam percipiamus.

℞. ⊖ ⊕li ℈j, ▽ *raphani, anethi* a. ℥iß *oxymell. scillit.* ℥ß.
M. F. Haustus. S. Brechtränckleín.

Alteranda. DIURETICA & SUDORIFERA mirum præstant effectum.

℞. *spir.*

Digitized by Google

℞. ʃʃ. ♀ ʒß. Dof. gtt. x. in ▽ ononid.

Vel

℞. *ſpiritus ebuli* ℥j, *♀ri correcti* ʒj, *▽ petroſelini, fœniculi, aſparagi* a. ℥v, *ſirupi dialthaa Fernelii* ℥ß, *magiſt. ocul.* ♋ ʒj. M. pro tribus doſibus. D. S. Harntreibender Julep.

℞. *♁nii diaphoretici* ℈ß, *⊖lis fumariæ* g. viij. S. Schweiß-Pulver auf einmahl. Sudorifica.

Vel

℞. *bezoard. mineral.* g. viij, *♁nii diaphoretici* g. ij. ⊖ *volatilis viperarum* g. v. S. Schweiß-Pulver.

ALTERANTIA ſuccedunt, ſpecificâ vi ſcorbutum reſpicientia, ac vires corroborantia.

℞. *elixir proprietatis Paracelſi* ʒj, ʃʃ. *♀ri, galang.* a. ℈ß. M. In vitro. S. vermiſchte Miltz-Eſſenz. Alterantia.

Vel

℞. *herbarum cochleariæ & anagallidis aquaticæ* a. Mß, *rad. raphani marini in taleolas inciſa* n. 1. Infunde in vino. S. Sonderlicher Wein wider den Schaarbock.

MARTIALIA & ex ♀ro parata medicamenta, croci, tincturæ, hîc locum habent.

His remediis ſi ægra rectè utatur, reliqua ſymptomata ſpontè ceſſabunt. Cum tamen duo, ſtomacacen ſcilicet & ſcelotyrben maximè urgere videamus, his ſingulariter ſuccurrendum.

IN STOMACACE ergo

℞. *aq. plantag. prunellæ fol. querc.* a. ℥v, *ʃʃ. chalcanth. vitriol.* a. ℈j, *mell. roſat.* ℥j, *alum. uſt.* ℈ß. M. F. gargariſma, quo colluatur os.

Proderit tinctura ♂tis adſtringens ad guttas aliquot in convenienti aqua in ore paulùm detenta.

IN SCELOTYRBE ac muſculorum laſſitudine fomentatio inſtitui poteſt.

num, cerevisia benè defecata, ac paulò largiori lupulo, interdumque plantis specificis alterata. Vel talis potus in usum trahi potest:

℞. *herb. absinthii pontici, ling. cervinæ, abrotani, betonicæ, salviæ, roris marini, veronicæ, agrimoniæ, cuscutæ, agerati, melissæ, menthæ balsam. corymbiferæ majoris* ā. Mj.
radicum sarsaparillæ, cichorii, scorzoneræ ā. ℥j.
galangæ, helenii, asari ā. ℥ß.
cort. capparum, tamarisci, frangulæ ā. ℥ß.
ligni sassafras, juniperi, rhodii ā. ℥ß.
flor. primulæ veris, ros. rubrarum, pæoniæ ā. Mß.
Concisa contusa dentur ad chartam. S. Species zum Getränck.

Potus Coffi, colore niger, subamarescens, qui paratur ex fructu arboris in Arabiâ nascentis, fabæ simili, & sorbillando adsumitur, scorbuticisque auxiliatur, experimento *Joh. Danielis Horstii, diversorum Principum archiatri, & Laurentii Straussii medicinæ professoris famigeratissimi*, generi, ægro nostro erit ex usu.

2. In VITALI diætâ *aër* sit calidus & siccus, à vaporibus salinis ac paludosis immunis, & cum is naturâ vix haberi possit, talis arte parandus suffimigiis ex accenso *ligno juniperi, lauri, thure, succino. Trochisci & candelæ pro fumo accensæ huic scopo etiam inservient.*

3. ANIMALIS diæta agmen claudit. Corpus moderatè MOVEATUR, cavendo ne motus nimii ante vel post cibum instituantur. Sedentariam vitam nostræ ægræ dissuademus. SOMNUS & VIGILIÆ modum non excedant. ANIMI PATHEMATA sequiora fugiat. Ira, si domesticæ eam excitant turbæ, sit comes emendationum, non dux. Dux sit moderatio. Præstat moderatum gaudium gravi mœstitiâ. EXCRETA & RETENTA decenter se habeant.

Aphrodisiacis sacris, quibus adsueta, se non subducat.

CON-

CONSULTATIO IX

de

hydropico.

HISTORIA.

Relatio historica.

VIr temperamenti calidi & ficci, à primordiis generationis melancholicæ tristitiæ sine causâ subjectus, annorum XLVI. ingenii facilis & prompti, non minus literarum studiis, quàm mercaturæ deditus, severus tamen & jam à 12. annis vix ex animo hilaris, cum tamen nullam vel evidentem vel proportionatam habuerit vel tristitiæ vel mœroris occasionem, longanimis tamen semper, & affectibus animi prudentiæ frenum obtendens, venereis exercitiis indulgens conqueri cœpit de GRAVITATE hypochondrii utriusque, difficultate respirationis præter consuetudinem infestante, ingravescente si per urbem incederet, nisi vel tribus vel quatuor in locis quiesceret, scalas omninò non poterat ascendere. Praetereà vigiliis continuis diurnis & nocturnis affligitur, omnem moram in lecto sibi gravem & molestam esse putat, sive supinus decumbat sive sedeat, ut suffocari videatur, quapropter toto hoc tempore in sedili sedere coactus fuit. In eo, cum vel levi somno corriperetur, insomniis statim perturbatus, ad vigilias rediit, visusque est sibi videre horrendas imagines, larvas umbratiles, anilesque fabulas. Maculæ quædam in cruribus apparuêre. Sollicitus cum admodum esset de salute, medicorum operâ usus, spem salutis certam ab eis accepit, anticsorbuticis totum malum tolli posse judicantibus. Cumque pygmæum judicarent affectum, promiscui victûs libertatem indulserunt, modò à carnibus sale conditis & fumo induratis abstineret. Inde indulgens appetitui, vinis generosis rhenanis & hispanis liberaliter usus securus vixit. Cum verò omnia circa autumnum in pejus ruerent, eventus spei factæ nullo modo responderet, morbus vires sumeret, ægrotusque ipse se minus dextrè tra-

ctari

Digitized by Google

ſtari adverteret, idque verbis oſtenderet, quidam ex ipſis rem melius conſiderans de καχεξίᾳ ſuſpicari incipiebat, & propterea Φλεγmagogorum & hydragogorum uſum neceſſarium judicabat. Alii neque cachexiam nec ejus periculum adeſſe aſſerebant, & tam pertinaces perſtiterunt in hâc opinione, ut cùm monerentur ab uxore & aſtantibus, periculum hydropis adeſſe, indignati diſceſſerint, ægrotumque reliquerint. Alii medici advocati, invenerunt ipſum præter modum mœſtum, quæ mœſtitia adaucta fuit, cum intelligeret, ſe non ritè fuiſſe curatum. Nunc, ingruente autumno, macies adeſt ſuperiorum partium faciei & brachiorum. Hypochondria mollia quidem externo contactu, tenſa tamen ab aquâ & flatibus. Abdomen ſesquipedem exſtat. Pedes & femora inſigniter tument, & veſtigia digiti prementis in foveâ retinent. Intumeſcit penis & variè contorquetur. Inde urina ad latera ſcroti moleſtiſſimè deſtillabat. Contingit binâ vice, ut in ſellâ cum ſederet, diuque urinam non emiſiſſet, matulam petens, ſurſum verſus penis urinam jaculando emiſerit, & faciem ſuam, cum ſe incurvaret, comminxerit. Scrotum ipſum in notabilem molem exexcreſcit, & capitis magnitudinem æquat. Difficultas ſpirandi augetur circa plenilunia, adeò ut ſuffocari videatur. Facilius reſpirat ſedens, quàm decumbens. Appetitus ciborum & liquidorum mediocris. Sudore cutis madet. Urinæ per totum morbi decurſum fuerunt flavæ, aliquando ad albedinem vergentes, tamen rubedinis expertes. Alvus niſi à medicamento ſtimulata nunquam reſpondet neceſſitati. Obedientiam in adſumptione medicamentorum promittit: imò ſi ea intermittantur, periculum in morâ eſſe exclamat. Petit conſilium.

RESOLUTIO.

SYMPTOMATA, quæ præſentem ægrotum affligunt, varia ſunt. Horum aliqua concernunt actiones læſas, aliqua excreta & retenta, aliqua qualitates mutatas. *Symptomata*

ACTIONEM LÆSAM ANIMALEM concernunt vigiliæ continuæ diurnæ & nocturnæ, affectus animi, mœror & mœſtitia *Actionum læſarum animalium.*

ſtitia præter modum ingraveſcentia, inſomnia terribilia, & difficilis reſpiratio.

Vitalium. VITALEM facultatem reſpicit pulſus languidus.

naturalium. NATURALEM reſpiciunt tenſio hypochondriorum, intumeſcentia non ſolùm abdominis & pedum, ſed etiam penis & ſcroti, conjuncta cum macie totius corporis, quæ ante curationem quidem ſolùm apparebat in partibus ſupernis, poſt curationem autem ſimul in infernis.

excretorum & retentorum. IN EXCRETIS & RETENTIS ſymptomata occurrunt alia. Alvus non niſi irritata à medicamento reſpondet, urinæque ſunt pallidæ, & in paucâ quantitate.

qualitatum mutatarum. IN QUALITATIBUS MUTATIS occurrunt pallor in facie, ſubnigricans tamen in reliquis partibus. Hæc ſymptomata dependent ab

Affectus duo: AFFECTIBUS duobus, quorum primus ordine generationis eſt paſſio melancholico hypochondriaco ſcorbutica, alter tempore poſterior ſed gravior, hydrops.

melancholica hypochondriaca ſcorbutica & hydrops. I. Affectum priorem adeſſe nulli dubium eſſe poteſt, qui inclinationem ad ſolitariam in ægro noſtro vitam triſtitiam mœroremque ſine causâ, & querelas de lienis gravitate prægreſſas aſpicit.

II. Hydrops ſcorbuticus urgentior affectus omnem ad ſe trahens curam alter eſt affectus, dictus morbus hydropicus *Celſo lib. 3. cap. 21.*

Hunc hydropem qui adeſſe negant, ſolem è mundo tollere videntur, riſuique ſe exponunt non ſine ſuſpicione ignorantiæ vel malignitatis, gloriam enim curationis feliciſſimæ volebant ſugillare.

Species hydropis. Multæ ſunt ſpecies hydropis, earum PRIMA occupat

1\. totum corpus, & anaſacra, in quâ materia aquoſa carni in ambitu corporis adhæret, ſed nequaquam aſſimilatur, λευκοφλεγματία; *pituita alba* autem, quia eadem materia pituitæ ſoboles eſt, appellatur.

2\. SECUNDA ſpecies occupat infimum ventrem, & rurſus duplex eſt: Tympanites ſi flatus adſint; Aſcites verò, ſi aqua cavitatem ejus repleat, dicitur.

In

In nostro ægroto non adest prima species Anasarca, quia partes supernæ à tumore sunt liberæ, quin potius insigni macie & extenuatione languent. *Non adest anasarca,*

Nec adest Tympanites, quia abdomen libenter cedit tactui, nec pulsatum tympani sonum edit, nec subitò factus est tumor, sed sensim. *non tympanites.*

Verùm adest tertia species Ascites seu utricularis, aqua enim in ventre continetur tanquam in ἀσκῷ seu *utre*, & cum levi fluctuatione ad latera movetur, quæ tamen non nisi benè advertenti occurrit. Impressi digiti vestigia retinent pedes. *sed ascites.*

ADESSE hunc & quidem MAGNUM & CONFIRMATUM quasi, à naturali statu valdè declinantem, comprobant multa signa: MACIES partium superiorum & extremarum: TENSIO & TUMOR ingens abdominis & pedum, qui vestigia digiti prementis recipiunt: DIFFICULTAS RESPIRANDI, in erecto & præcipuè decumbente. FLUCTUATIO in ventre commoto & manu impulso, certissimum aquæ indicium. *Signa hujus.*

Imò omnia signa confirmatum ascitem demonstrantia, recensita fidelissimè ab *Hipp. 4. de morbis, t. 34.* adsunt, exceptis iis quæ difficulter vel planè incurabilem ostendunt, qualia sunt: 1. TUSSIS, quæ in ægroto nostro nunquam animadversa, 2. SITIS magna, de quâ nunquam querela audita, & 3. FEBRIS, quæ nunquam ex pulsu animadversa, ut neque febrim comitantes 4 URINÆ, quæ nunquam RUBRÆ, sed semper fuêre pallidæ.

Quamvis autem in principio non statim adfuerit perfectus hydrops, sed tum potiùs appellari potuerit *καχεξίας*; quam autore *Ægineta lib. 3. de re medicâ cap. 47.* *ἀρχὴν τῶν ὑδερικῶν παθῶν καλεῖν εἰθίσμεθα*, *principium hydropicarum passionum vocare consuevimus*, nunc tamen temporis verus adest hydrops, ejusque species principalis Ascites.

SIMILITUDO hydropem esse hunc affectum ostendit. Ante annum enim observatus æger talis, qui ab omnibus habebatur pro ascitico.

PARS PRINCIPALITER affecta, *veterum decreto*, jecur primarium sanguificationis organum statuebatur, utpote *Τὸ ἧπαρ κειμήλιον,*

 in quo *μόριον,*

non jecur solùm, in quo sanguis ruberet, assyriamque indueret vestem. Non enim credebant actionem sanguificandi lædi posse, hoc culpæ experte viscere.

sed multæ partes. In hoc ægro hydrops adscribi potest partibus cordi in sanguificationis opere ministrantibus, jecori, lieni, pancreati, præprimis autem RENIBUS officio suo non fungentibus.

Causa: immediata est renum attractrix læsa. CAUSA IMMEDIATA non est *sangvificatio* jecoris vel cordis debilitata, ita ut loco sanguinis aqua generetur & serum, sed RENUM ATTRACTRIX LÆSA, ab intemperie quâdam insigni, non quidem abolita, sed imminuta.

Renum culpâ hydropes oriri observavit antiquitas, & recentior ætas.

Confirmavit *Helmontius libro ignotus hospes inscripto*, dum totus in eo est, ut demonstret, hydropem omnem à solo renum archæo, fermento ex causâ occasionali intra se concepto, oriri.

Modum generationis seri ab *Helmontio* propositum *Modus generationis seri Helmontianus* improbamus. *Scribit t. 28:* Ren aquæ dominium suscipit, adeò ut deficiente potu, cruorem vitiet, & in urinam transmutet.

Non est verosimile renes transmutationem hanc instituere, *non recipitur.* sed solùm in eo peccant, quod serum à sanguine non separent. Hoc dum non fit, serum à venis reducitur ad cor & ex sanguinis massâ per tunicas vasorum exsudat, vel à LYMPHATICIS vasis receptum deponitur in cava abdominis.

Modus à *Paracelsicis* allatus, quod hydrops fiat à salis *Modus generationis seri Paracelsicus,* resolutione etiam non recipitur. Imaginaria est salini principii existentia. Sal inest sero, tanquam pars componens, seu pars compositi, per novæ substantiæ ex cibis productæ generationem coacervata. Eo modò salsa & urina & sudor. Puerile, *inquit Helmont. libro principia chymica inscripto*, est somnium, quod sal in nobis destilletur, sublimetur, calcinetur, aliaque tormina subeat.

IN ABDOMINIS CAVITATEM defertur serum coacervatum

Digitized by Google

vatum non per fissuram parenchymatis jecoris, nec per ἀναστόμωσιν aut διαιρέσιν vasorum sanguifluorum, circa portam jecoris vicinumque lobum, & lymphaticorum, sed per διαπήδησιν utrorumque. *Modus delationis seri in cavum abdominis.*

MEDIATA PROXIMIOR causa serosum generans sanguinem, renumque attractricem lædens facultatem, est INTEMPERIES ea, quæ facultatibus omnibus insidiatur, FRIGIDA nimirum. *mediata proximior.*

REMOTIORUM mediatarum NATURALIUM præcipua est TEMPERAMENTUM adscititium, calidum naturâ, seipsum consumens, frigidum redditum. *remotiores. 1.*

Τὸ ξυγγενὲς HÆREDITARIA accedit dispositio, nam parens eodem laboravit & periit morbo. Solet ea singularem à seminali inspiratu inclinationem in natos derivare.

NON NATURALES causæ relatæ ad errores diætæ huc faciunt, & 1. *2.*

VITALIS AEREM respicit ab anni tempore alteratum. AESTATE tenuatos & mobiles factos humores autumnus excipiens in profundum corporis suâ frigiditate compellit, & sic hydropem generat.

NATURALIS diætæ errores vitiosorum humorum saburram cumulaverunt. Vina generosa intemperiem viscerum subverterunt, depauperando nativum calorem, in visceribus coctioni destinatis, & renibus excernendo sero dicatis.

ANIMALIS diætæ, & in ea functionum illarum moderandarum infirmitas accusari meretur. AFFECTUUM incontinentia, ALVI stupiditas & tarditas & VENEREÆ concupiscentiæ exercitationesque renes, debilitarunt.

RES P. N. MELANCHOLIA prægressa viribus omnibus tam gravem scripsit dicam, ut se recolligere nequiverint.

SCORBUTO etiam non placuit ipsi fores non aperire, maculis cutaneis, & hypochondriorum gravitate se prodenti. Hic viscerum tonum dejecit, ut non mirum fuerit, aquosos humores à renibus haud attractos ex vasis sanguifluis & lymphaticis abundè in ventris cavum se contulisse, &

SYMPTOMATA ante memorata orta fuisse. *Ratio symptomatum.*

Digitized by Google

2. MOESTITIAM excitavit, tum naturalis inclinatio, tum neglectæ bonæ medicationis non fallax conjectura.

3. MACIES adest in facie, & partibus superioribus, ob nutritionis impedimentum. Adest etiam in inferioribus, sed ab aquoso tumore obscuratur.

RESPIRATIO adest difficilis, ob compressionem diaphragmatis. Augetur hæc circà plenilunium, Luna enim humorum domina. Augetur illa circa noctem, quia hæc pituitæ ferax, & in supino decubitu, sursum enim vergit, & diaphragma impellit.

4. TENSUM est ABDOMEN ob diluvii augmentum.

5. PEDES digiti prementis vestigia retinent, mollis enim pinguedo subcutanea, sero tumens tactui cedit.

6. PENIS intorsionem mirabile hydropicum, mictionem depravatam sequens, oritur ἐπιγέννημα. Permictio faciei similis apparuit in Heraclio imperatore, de quo *Zonaras in annalibus*, λέγεται γὰρ τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ στρεφόμενον ἄνω τὸ οὖρον πέμπειν, καὶ εἰ μὴ σανὶς ἐν τῷ ἤτρῳ αὐτοῦ ἐπίθετο, κατὰ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐκκρινόμενον ἀπεδίδοτο. *Ferunt etiam pudendum ejus inversum sursum urinam emisisse, eumque nisi tabula abdomini opponeretur, faciem suam comminxisse.*

7. ALVUS astricta est, quia hydropicis, *autore Vallesio*, generatur minimum bilis, quæ excretionem stimulare posset. Præterea serosa colluvies, quæ lubricare posset, extra intestina stabulatur.

8. URINÆ non sunt coloratæ rubræ, quia renes adhuc faciunt officium, & sanguinem pro suâ retinent nutritione.

Prædictio De προγνώσει hujus affectus in puncto SALUTIS & MORTIS, medici in diversas abière sententias.

1. Salutis & mortis. INCURABILEM pronuntiarunt primò vocati, qui ipsum deseruerant, prætendentes, se nolle diffamare præsidia, quæ aliis usui fuerant in ægroto deplorato: similes in hoc Callianacti medico, *suis in 6. epid. commentariis* memorato *à Galeno*, qui interrogatus ab ægro, num ipsi moriendum, imprudenter intempestivè & dicaciter respondit, veluti nimium sibi placens, versu illo Homerico:

Κάτθανε

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνω.
Mortuus est Patroclus, qui te multò præstantior.

Considerare debuissent, incertum esse salutis & mortis prognosticum, non solùm in acutis, de quibus loquutus est *Hipp. 2. aphor. 19.* sed etiam longis morbis. Utraque signa in principio sunt valde debilia. Natura medicamentis adjuta, temporis diuturnitate sæpè vincit adfectus naturâ suâ incurabiles.

Consultum est non omnem recuperandæ sanitatis ægro spem adimere: nec tamen certam sanitatem promittere.

Fundamentum hujus prognostici sunt sequentes fontes: &

I. ESSENTIALITER INHÆRENTIUM, quæ sunt species, diuturnitas & vehementia morbi. *ἐκ τῶν ἐνεόντων*

SPECIEI ratione, hydrops non est affectus per se lethalis, præcipue in homine 45. annorum, est enim ætati familiaris. Minùs autem periclitantur, quorum naturæ, ætati similis est morbus. *2. aphor. 22.* *κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον.* *1. Species morbi.*

DIUTURNITATIS morbi ratione, vires satis validæ sunt, quæ & longas & fortes purgationes aquæ per alvum, sudorem & urinam tolerare possunt. *2. diuturnitas.*

VEHEMENTIA morbi non est adeò magna. Licet ascites inter omnes species hydropis sit periculosissima, superabilem tamen judicamus, cum non foveatur à scirrho jecoris vel lienis. *3. Vehementia.*

CAUSAS dum consideramus & 1. DISPONENTES, invenimus morbum ætati familiarem, & anni tempus. *Minus autem* periclitantur, quorum ætati annique tempori est conformis morbus. 2. JUVANTES. Vacuationes arte factæ humorem serosum vacuantes per alvum, urinam & sudorem, magnum levamen attulerunt. *Causa.*

FOVENTES etiam, ut habitus corporis rarus, ut per insensilem transpirationem multum difflari posse, bonam porrigunt spem.

EFFECTUS seu accidentia benè sperare jubent, & *Effectus.*

I. ACTIONIS VITALIS. PULSUS satis sunt laudabiles, nunquam febriles, febri enim caret omninò. *1.*

II. NATURALIS actio mediocris. Quamvis enim adsit macies, *2.*

Digitized by Google

macies, attamen ad oblata benè habet & cibum appetit. Scribit autem *Hippocrates 2. aphor. 33.* Ad oblata benè se habere, bonum. Appetitus liquidorum est mediocris, sitis enim non adeò urget.

3. Τὰ ἐκκρινόμενα. III. ANIMALES actiones validæ sunt, unicâ exceptâ respiratione, quàm liberiorem speramus, subtractis aquis.

EXCRETA etiam spem salutis porrigunt. TUSSI caret. SUDOR tum naturâ tum arte factus optimè procedit. URINA est boni coloris naturali similis. Spem salutis adauget, quod nunquam sit rubra, nunquam bicolor, RUBRA enim significat imbecillatem renum non separantium sanguinem à sero. BICOLOR, quæ in supremâ parte unius, & in infimâ alterius est coloris, mortem minari solet.

Ανακεφαλαίωσις. Ex his patet, bono jure ægroto nostro fieri potuisse spem salutis, cum ascites ejus careret periculosissimis symptomatibus, desperati hydropis signis TUSSI, FEBRI, SITI, & URINIS RUBRIS. Nullus enim hydrops unquam curatur, quum febris est conjuncta, utplurimum enim in iis dissectis inflammatio intestinorum deprehenditur.

Μακρὴ ἡ νόσος. LONGA tamen erit curatio. Autumno incipit, hyeme augetur, æstate continuatur, autumno finitur. Eò tamen brevior erit, quò diligentiùs abstinentiæ studebit æger, & similiorem, quamvis sit Dominus, se præstabit mancipiis, quæ *Celsus* ab aquâ inter cutim faciliùs liberari pronunciavit.

Τρόπος τοῦ τέλεος. MODUS eventûs alius non erit quam vulgaris: eductio aquarum per alvum, sudorem, & urinam.

Curatio. CURATIO non debet niti superstitiosis ambagibus, ἢ *μαγγανείαις ἢ γοητείαις magicis artibus* quibus usus Hadrianus imperator, qui aquam inter cutim quibusdam incantationibus eduxit, ut tradit *Dion Cassius, hist. Romanæ lib. 19.* Sed in

METHODO curativâ observatis INDICATIONIBUS.

ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος. Duo occurrunt in hydrope diligenter attendenda. Res secundùm naturam tres: naturalis dispositio, causa hujus, & actiones ab eâdem procedentes. Tres etiam res præter naturam, morbus, causa & symptoma. Res p. n. ablationem: secundùm naturam conservationem indicant.

CURATORIA dispositionem p. n. auferre jubet

PRA-

PRÆSERVATORIA, cum illa non auferatur nisi ad ablationem causæ, aquam, cùm totâ substantiâ à naturâ nostrâ sit aliena, eradicare jubet. Illa, quæ in cavitate abdominis continetur, per alvum & urinam: quæ autem in partibus subcutaneis, scroto & pedibus, per sudorem vacuanda, causæ scorbuticam intemperiem & colluviem foventes respiciendæ. Cum autem vires tot vacuationibus non possint sufficere, ideo Ἔνδειξις θεραπευτική. προφυλακτική.

VITALIS indicatio observanda, ne, quæ adhuc supersunt sanitatis causæ & naturales actiones prosternantur, alternis vicibus viscera roboranda internis & externis, tum etiam totum corpus per commodam diætam reficiendum. ζωτική.

MATERIÆ præsidiorum desumendæ ex communibus fontibus sæpius propositis: Αἰῦλαι τῶν βοηθημάτων.

1. Χειρουργικῶ. VENÆ SECTIO non convenit, ne subtracto sanguine calor nativus depauperetur. *chirurgia*

VESICANTIA super malleolos internos applicare jubent nonnulli. *Vesicantia*

℞. *cantharid. præp.* ℥iij, *sem. sinapi* ℈ij, *ammios* ℨß, *fermenti* q. s. cum aceto scillit. Misce.

F. Massa, pro duobus vesicatoriis thaleri circumferentiam æquantibus.

Excitata vesica forfice discindatur & aperta servetur folio brassicæ. Cum hoc autem facilè exsiccetur & dolorem excitet, melior est unguenti de tutiâ cum filis carptis vel linteolo applicatio.

Verùm tutius est à vesicatoriis abstinere. 1. Solet parum liquoris exsudare. 2. ægri utplurimùm de dolore circa illas partes conqueruntur. 3. ulcera non possunt claudi ante perfectam curationem, cùm ulcera hydropicorum *autore Coo 6. aph. 8.* sint incurabilia. 4. nec gangrænæ periculum est leve. Periculum hoc agnoscit *Massaria lib. de vesicantium usu, contra Saxoniam:* confirmat *Fabricius Hildanus*, qui refert historiam de gangrænâ, natâ ex usu vesicantium in hydrope. *Platerus* etiam in sponte excitatis vesiculis vix prohiberi posse observavit. *Septalius l. 7. caution. medic.* eadem *dissuadentur.*

Digitized by Google

rejicit. Licet ſponte veſicis in cruribus ſanatis aliquos evaſiſſe viderit, nullos tamen ab applicitis veſicantibus ſanitati reſtitutos, ſed ferè omnes gangrænatos obſervavit. *Carolus Piſo de morbis à ſeroſâ colluvie*, Italorum præceptis imbutus, ab illis præſidiis chirurgicis ſemper ſe abſtinuiſſe refert, & eò libentiùs, quod funeſtum illorum eventum experientia comprobaverit in nobili matronâ, cui adſcite laboranti, cùm cauteria utrique cruri eſſent adhibita, inflammatio & mox gangræna acceſſit.

Abſtineat ergò & noſter æger ab iis.

παρακέντησις. PARACENTESIS ſcroti vel abdominis generoſum eſt remedium. Attamen ſpes eſt debellari poſſe hoc malum levioribus auxiliis.

καῦσις. USTIO veteribus uſitata jam venit in deſuetudinem, neque eâ opus erit.

Pharmacia. IN PHARMACIA ante omnia aqua vacuanda ex abdomine, per alvum, ſudorem, urinam, pòſt alteranda viſcera & roboranda.

Evacuatio per vomitum. VACUATIO SENSIBILIS per VOMITUM parum commodi ægroto noſtro adferre poteſt. Et quamvis *Foreſtus* habeat hiſtoriam cujuſdam hydropici vomitu liberati, non tamen convenit artificioſus vomitus in hoc ægro, quia ventriculus in eo languet. Ideo per alias vias materia educenda, & proximè quidem per

per alvum ALVUM, non quidem fortiſſimis, ſed lenioribus. Etſi enim veriſimile eſt, & *Hippocratis & Galeni autoritate* confirmatum, *libro quando & quos purgare oportet*; ſeroſos humores ab initio purgari poſſe, quod nulla in eis exſpectari debeat coctio, nullam enim admittunt, cum excrementitii plane ſint, tutius tamen eſt à lenioribus hydragogis inchoare.

Lenia. LENIA autem ſunt, quæ pituitæ tenui vacuandæ inſerviunt: ut *manna*, & *mel. roſ. ſol.* quæ in jure pulli vel aqua competenti diſſolvi poſſunt.

℞. *mannæ calabrinæ puriſſimæ* ℥ij, *decocti flor. & fruct.* ℥iij.
Diſſolvantur & colentur diligenter.
In fictili. S. Linderträncklein.

℞. *gialapii*

Digitized by Google

℞. *gialapii nigri resinosi* ℈j, *elæosacchari fœniculi* g. vj.
M. F. Pulvis. S. Kindpurgier-Pulver.

VALIDIORA concinnari possunt & propinari; iisque rhabarbarum addi potest. Licet enim *Septalius* usum *rhabarb.* hydropicis nocere dicat, cum non vacuet humorem peccantem, neminem tamen deterreat ejus autoritas, cùm hepati gratum sit medicamentum. *Sena* adminiculum etiam erit proficuum ad mundificationem sanguinis, à crassis & impuris atomis. Exhiberi potest in formâ potionis. Ad hanc si nauseat, in pulvere vel bolo. *Validiora.*

IN POTIONE.

℞. *fol. sennæ s. st.* ʒiij, *rhabarbari electi* ʒj,
flor. cordialium a. p. ij, *macis*, *cinam.* a. ℈ß.
Decoq. in suff. q. aq. sambuci. In colat. ℥iiij solve
sir. de cichorio cum rhabarbaro ℥j,
essent. de spinâ cervi seu rhamno solut. ʒß, *citri perlat.* ʒß.
M. F. Haustus. S. Purgiertränklein.

IN PULVERE.

℞. *rad. gialapii resinosi pulv.* ℈j, *crem.* ♀*ri* ℈ß,
spir. ⊕*li* gutt. iij, *elæosacch. cinam.* g. vj.
M. F. Pulvis. S. Purgier-Pulver.

De aliis cogitari posset vegetabilibus, ut elaterio, magisterio chrysopu; sed cùm ventriculum valdè subvertant, acquiescendum videtur *in specifico Lunari hydragogo*, à chimicis magnis laudibus decantato.

ΔΙΑΦΟΡΗΣΙΣ provocatione sudoris magnæ est potentiæ. IMPELLENTIA INTERNA selecta sunt sequentia: *Diaphoretica interna.*

℞. *bezoardici* ♂*ris*, ♁*tialis*, ♃*lis* a. g. iiij,
cornu cervi phil. calcinati ℈ß, *elæosacch. citri* g. v.
In chartâ. S. Bezoardisch Chimisches Schweißpulver.

℞. *aquæ sambuci* ℥ij, *card. bened.* ℥iij, *theriacæ recentis* ʒß.
M. F. Haustus. D. in fictili. S. Schweißmixtur.

Digitized by

DUM sudat, ad virium refectionem utatur conservâ rosarum ⊕latâ cum pulpâ citri.

externa. ATTRAHENTIA EXTERNA necessaria sunt, ut internorum virtus eò magis se exserat. Sedeat, cùm decumbere commodè nequeat, in Laconico seu vaporario, & excitetur vapor decocto ligni sancti, & rad. angelicæ, fol. sambuci, infuso per tritorium super scorias, vel silices candentes.

Diuretica. PER URINAM vacuatio etiam est necessaria. Scopo huic inservit *decoctum* sudoriferum & diureticum propositum *à Francisco Joële*.

VINUM absinthites utile est, cum aliquot *spiritus* ⊕li vel ⊖ vel olei *therebinithnæ* guttis. Oleum hoc integris viribus devenit ad vesicam & violacei odoris gratiam in urinis exhibet.

℞. *salis genistæ* ℈. x. In chartâ. S. Urintreibendes Saltz.

In his vacuationibus non ita pertinaces esse oportet, ut continuo illas urgeamus, semper enim ob oculos habenda animadversio *Galeni ex Asclepiade, lib. de comp. med. secundum loca*, à *Tralliano* repetita: quòd hydragoga continuò usurpata noceant hepati, corpusque universum reddant debilius, plusque obsint, quàm prosint. Ideo alternis vicibus vacuandum & roborandum.

Alterantia interna. ALTERANTIA INTERNA sunt necessaria. Duplicia illa sunt, communia & specifica.

communia. I. COMMUNIA vim habere debent attenuandi, ut humoris crassitiem auferant: incidendi, ut viscciditatem tollant: abstergendi, ut vias liberent ab infarctu: aperiendi & deobstruendi, ut viscerum & renum meatus reddantur liberi. Specificâ virtute antiscorbuticâ prædita simul esse debent singula.

Potio. IN POTIONE quidem, sed parvâ liquoris quantitate prodest.

℞. *oxymel. simpl.* ℥ij, *aq. absinthii, card. bened.* a. ℥iiij.
In his dissolve ♀ri ⊕lati,
extracti gentianæ, sal. fol. quercus, absinthii a. ℈. vj.
M. F. Potio. In fictili. S. Eröffnungs-Tränctlein auff zweymahl.

Ante

Digitized by Google

Ante hujus usum, si placet, adsumi potest nonnunquam bolus sequens: *Bolus.*

℞. *conservæ cochleariæ, nasturtii aquatici* a. ℥j, *sirupi menthæ* q. s. S. Stärckzucker.

IN ELECTUARII formâ. *Electuarium.*

℞. *elect. è chalybe* ʒvj, *sp. aromat. rosat. diatrion sand.* a. ℈ij, *salis absinthii* ℈j, *aq. cinamomi ad fragrantiam odoris.*
Misce. S. Aperirzucker.

PULVIS si arrideat, *Pulvis.*

℞. ♀ri ⊖lati, *magist. ocul.* ♋, *crem.* ♀. à ℈ß.
M. F. Pulvis.

VINUM CHALYBEATUM ex usu erit. *Vinum chalybeatum.*

℞. *fol. linguæ cervinæ, cochleariæ* a. Mj, *rad. quinque aper.* a. ʒj, *caryophyllat.* ℈iij, *vincetoxici* ℥j, *chelidon. minor.* ℥ij, *sem. anisi, fœniculi* a. ℥ij, *chalybis cum* 🜍 *in crocum nigrum calcinati* ℥ij.
In chartâ. S. Spec. zum Kräuterwein.

Neque æger turbari debet à nigredine fecum. Nullum inde sciat sibi imminere periculum. Illa tinctura est à ♂te.

II. SPECIFICA ALTERANTIA & ROBORANTIA necessariò his conjungi debent, in intermediis purgationis diebus non negligenda. *Specifica.*

℞. *spec. aromat. rosatarum, dia rhodon Abbatis* a. ʒj, *dialaccæ, diacymini* a. ℈j, *ol. fœniculi, anisi* a. gtt. viiij. *cochleariæ* g. x. 1.
Cum sacchari albiss. ℥vj, dissolve *in aq. fl. sambuci.*
M. F. Rotulæ. S. Leberküchlein.

℞. *conservæ flor. cichorii, cochleariæ, nasturt. aq.* a. ℥j, *borag. chamædryos, fl. genistæ* a. ℥ij, *cortic. citri condit.* a. ℥j, *arant. cond. rad. ari pulv.* ʒij. 2.
Cum sirupo acetositatis citri q. s.
M. F. Electuar. In pyxide. S. Stärcklatwerg.

8. ℞. *conserv. rosar.* ⊕*lata, agerati, fl. cichorii* a. ℥j,
conditi corticum aurantiorum, citri a. ℥ß,
spec. Διὰ ῥοδῶν *Abbatis, dialacca* a. ʒj,
rad. ari pulv. ʒiß, *amygd. dulc. excorticatarum* ℥ß,
pinearum non rancidarum ʒiij,
sacchari albi soluti in aqua cichorii q. s.
sub finem addendo *confect. alcherm.* ʒij, *de hyacinth.* ʒj.
M. F. Morsuli. S. Stärckmorsellen.

Chimica Ex *chimicorum* myrotheciis commodè depromuntur *tinctura* ♂ *cum succo pomorum* parata, & *aqua ad hydropem cerebri Paracelsica.* Utraque *in chimiâ in artis formam redactâ* describitur. *Magisterium Lunæ* commodum est, modò ritè sit præparatum.

externa. EXTERNA alterantia in societatem curationis adsciscenda.

Carminativa. INSENSIBILITER DISCUTIENTIA huc referri possunt, quæ veteribus in usu.

Ψάμμωσις καὶ *ἡλίωσις in arena ad solis radios sepelitio* magni olim fiebat. *Alii* in acervo tritici insolabantur, *ut refert Plinius.* Heraclitus Ephesius, longævæ vitæ cupidissimus, cum asciticus quæreret à medicis, *εἰ τις δύναται ἔντερα ταπεινώσας ὑγρὸν ἐξᾶραι, an quis posset viscera tumida deprimendo, extrahere humidum*, & ad votum illi non responderent, ut erat alto animo, medicinam medicosque spernens, obitum se bubulo fimo soli siccandum exponens & indormiscens, à canibus fuit dilaniatus, dignus sane, qui à medicis derelictus, vicissimque contemptui habitus, hoc mortis genere periret. Nulla harum curationum locum in nostro habet ægroto.

Topica. PARTIBUS certis quæ applicantur, benè de salute ejus mereri possunt.

℞. *ol. succini, citri, majoranæ, angelicæ* a. ℈ß,
juniperi, fœnic. a. ℈j. *cochl. nasturt. aquat.* a. g. x,
nucis moschatæ expressi ℥ß.
Misce in pyxide. S. Magenbalsam.

℞. *emplastri oxycrocei, santalini* a. ℥iij,
sp. dialac-

sp. dialacca, dia rhod. Abb. a. ℥ij, ☍ *anisi, fœniculi* a. ℈ß.
Cum ol. de capparibus q. s.
M. F. Massa. S. Leberpflaster.

℞. *ceroti de ammon. thymiam. For. à zwelf. reformati* ℥iij, Malaxetur cum ol. flor. verbasci, distendatur in alutâ rubrâ. S. Milzpflaster.

℞. Cataplasma molle ex *foliis agrimoniæ, origani, sambuci, ebuli, prunellæ, fl. chamæmeli vulgaris, romani, farinis orobi fabarum, stercore bubulo, sem. lini, fœnigraci, anisi, fœniculi.* Coctis in aquâ & conquassatis, addito pòst modico oleo florum verbasci, applicetur scroto calidum.

Non *deerant*, qui lapidem philosophorum ceu catholicam medicinam offerebant. *Alii* Butlerianam universalem medicinam commendabant, & *Helmontianum* diaphoreticum ☿rium. Sed ab ægro non admittebantur.

DIÆTÆ præscriptionem in hydropis curatione & medico ignominiosam & supervacaneam quamvis tradant *Paracelsus* & *Helmontius*, rectiùs tamen sentire censentur, qui, si quis alius affectus, rectam vivendi rationem in eâque perseverantiam postulare dicunt hydropem. Omnium medicamentorum frustraneus erit usus, si hujus non habeatur ratio. § Δίαιτα.

NATURALIS reguletur secundùm formam, quantitatem, tempus, & qualitatem. 1.

FORMA comprehendit speciem & substantiam. SPECIEI ratione victus sit σύμμετρ☉ *mediocris* & medius inter tenuem & crassum, inter cibos solidos, sorbitiones & potiones.

SUBSTANTIA cibus sit εὔχυμ☉, εὐώδης, εὔπεπτ☉ καὶ εὐκοίλι☉ *boni succi, facilis coctionis, & alvi.* Flatuosus evitetur. *Præparationis respectu* assis potiùs utatur æger cibis, quàm elixis; sin ob siccitatem deglutitio sit minùs expedita, humectentur succo ribium, limonum, cydoniorum, granatorum acidorum. Apponatur embamma ex vino, saccharo & cinamomo exaltato, ad gratum saporem, cum taleolis aliquot panis *ratione bonitatis & malitiæ.*

panis optimi tosti, vel bis cocti Hollandici. Elixa ad variationem apponi etiam possunt.

QUANTITATIS cibi mensura sit ratio virium.

Abstinentia ægro sit cordi. Sustineat & abstineat. Duo abstinentiæ genera constituit *Celsus*: alterum, ubi nihil adsumit æger, alterum, ubi non nisi quod oportet. Primum amplecti non est consultum. Ἀπολιγωρέουσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας οἱ ἄνθρωποι, *deficiunt ex inediâ homines*, partesque alimento destitutæ indebito collabascunt otio, spiritus deficiente in auras evanescunt pabulo, circulantisque cum deficiat sanguinis impulsus, vitalis, molendinæ cordis nempe, feriatur motus.

QUALITATE custodiat vires, intemperiem propulset.

IN MATERIA delectu opus est. Convenit cremor ptisanæ hordeaceæ per integri elixationem paratus.

Juscula parentur ex decocto carnium cum pane.

PANIS sit siligineus, optimus.

A PISCIBUS abstineat.

IN POTUM veniat cerevisia defecata, & vinum interdum meracum, interdum parvum. Absinthites singulari præconio extollitur, natura non oneretur, sed reficiatur,

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
nec sitim tollit, nisi causa morbi
fugerit venis, & aquosus albo
corpore languor.

Ab animo hominis medicinas pendere scribit *Plinius 28. nat. hist. cap. 4.* Inde cùm morosus sit æger, nostrum erit, non solùm corporis, sed & animi curam gerere, & ipsi imperare quietem à meditationibus, temperantiæ studium, aque omnibus ADFECTIBUS sinistris immunitatem, imprimis ab excandescentiâ & irâ vacuitatem.

IN ANIMALI SOMNUS sit mediocris. Imperantur lectisternia loco plumarum farta herbis exsiccantibus. Sed fortè æger hæc incommoda renuit. DECUBITUS sit capite elatiore, ad respirationem facilitandam. ALVUS retineatur lubrica pilulis trium regnorum *Rolfincianis*: Vel si illas impetrare nequeat, Francofurtensibus, aut Gothanis.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.
LIBER IX,
de
affectibus renum & vesicæ.
CONSULTATIO I
de
calculo renum laborante.
HISTORIA.

QUadragenarius boni habitûs, temperamenti biliosi, calido jecore, ventriculo frigido præditus, natus patre simili gentilitio jure morbo tentato, toto tempore viridis ætatis plurimos in victu commisit errores. Vinis rhenanis, ungaricis liberaliter usus; cibis variis, crassi succi, ut carnibus bovinis, porcinis, anserinis, *Relatio historica.*

Digitized by Google

anatinis, leporinis, halecum ut & muriaticorum piscium pinguium, glutinosorum, carpionum, anguillarum esu fuit delectatus. In deliciis ipsi fuere ova frixa, cibi butyro in sartagine elixati, caseus Hollandicus. Ingluviei deditus post pastum pugillatui, equitatui indulsit: delassatus dormivit pomeridianis horis, circa 6. expergefactus cibos iterum sumsit. Antehac podagricis doloribus tentatus, nunc iis remittentibus, quatuor abhinc mensibus de dolore quodam fixo, tensivo in sinistris lumbis exorto conqueritur. Dolor hic cibo sumpto exacerbatur, evacuato verò mitigatur, sentit nauseam atque aversationem à cibis, imò aliquoties cibos adsumptos & pituitam, cum verò dolor abundaverit, æruginosa vomitu rejicit. Dolor nonnunquam adest acutus. Testis ejus lateris ad interna retrahitur. Stupor femoris è regione positi sinistri observatur. Urinæ initio copiosiores quædam sabulosa vehebant, interdùm lapillos in matulâ videre licuit, nunc paucæ, sanguineo rubore nigræ, in fundo matulæ nigræ subsident: utplurimum cum ardore emittuntur, præcipuè in extremitate glandis. De majoribus ac crebrioribus doloribus sibi metuens, petit, ut natura morbi indagetur, ac consilium communicetur.

RESOLUTIO.

Affectus species. ADFECTUS ægroti nostri est dolor NEPHRITICUS. Nomen à renibus, quos Græci νεφρὺς vocant, impetrat, fomitemque habet calculum, cui *Paracelsus l. 1. de morb.* ♀, ♀ri nomen imposuit.

An morbus in numero, vel obstructio sit, scire nihil aut parum quidem refert ad curationem, attamen quoniam calculus præter ullum naturæ præscriptum, atque non ad ædificandam sed destruendam admirabilem partium structuram in microcosmo subnascitur, concludere inde licet, sub istis famosis p. n. generibus, morbo, causâ morbi ac symptomate etiam eum comprehendi: & diverso respectu modo causæ, modo morbi, modo etiam symptomatum rationem obtinere. Ad unum tantùm genus referri nequit, plures enim

Digitized by Google

enim res, quæ singulæ diversas definitiones requirunt, hoc comprehenduntur nomine.

CALCULUM RENALEM adesse, manifestum faciunt signa pathognomica infallibilia ab *Hippocrate 6. epid. com. 1. t. 6.* proposita, & à *Galeno in commento* confirmata, quæ ferè omnia hic se offerunt. ADEST fixus ac tensivus in lumbo sinistro dolor, qui adsumpto cibo exacerbatur, cibo evacuato mitigatur. Nausea & vomitus à cibis adsumptis adsunt. Retrahitur nonnunquam testis. Femur ex adverso stupet. Arenulæ ac lapides in urinis adparent. Urinæ nonnunquam sunt sanguineæ, cum ardore præcipuè in extremitate glandis ferè semper mittuntur. Hæc omnia satis abunde confirmant calculum renum adesse.

Quamvis autem magna sit colici & nephritici doloris affinitas, adnotata *à Galeno 2. de locis affectis cap. 1. & 6. de locis affectis cap. 2.* symptomatumque aliorum, & remediorum clysmaticorum eadem fere sit ratio, nihilominus calculi indicia præponderant. Non adeò latè nephriticus hic se extendit, sed regione renum circumscribitur, & cum loco movetur, ductum ureterum sequitur, nec tot flatibus conjungitur. Suppressio urinæ etiam argumentum bonæ fidei adest.

PARTEM ADFECTAM RENEM esse, eumque sinistrum dubitare nemo potest, cum in ejus regione dolor se offerat. Adfectus est non quidem secundum parenchyma, sed secundùm cavitates ac meatus, qui fistuloso ductu per renes procedentes, urinam à sanguine separatam excipere, atque in ureteres ac vesicam deducere debent. Hi obstructi, transitum liberum urinariæ materiæ non permittunt. τὸ ὑποκείμενον μόριον.

Hippocratis testimonio comprobari posset adesse calculum vesicæ, *dum 4. aphor. 79. ait:* Quibus in urinis subsident sabulosa, ii vesicæ calculo laborant. Verùm *Galenus in commento* non necessarium esse ait, ut vesica laboret, si sabulosa cum urinâ profluunt, quùm & renibus adfectis eadem propelluntur. Id in ægroto nostro verissimum esse de-

 prehen-

Digitized by Google

prehendimus. Adficitur quidem in hoc renum calculo vesica, sed non sola, verùm cum renibus: renes principaliter, vesica comitanter.

Causa immediata.

causam immediatam esse calculum in canales hos se insinuantem, satis magnum argumentum est, quod antehac sabulosam æger materiam excreverit, nunc autem illa quantitate eâ se non offerat, sed interiùs subsistat. Hanc in renum cavitatibus collectam in lapideam verti duritiem, verisimili ratione concludimus.

mediata proxima secundùm essentiam & essendi modum considerata.

mediatæ causæ proximiores *communiter* statuuntur, *secundùm essentiam & essendi modum* consideratæ, humores pituitosi, crassi, lenti, v[illegible]cidi, tenaces, adepti ad concretionem ob insitam *ἐπιτηδειότητα aptitudinem.*

Recentiores ♀ream salinam concretionem agnoscunt. ♀rus in humano corpore duplex observatur: resolutus & concretus. Uterque in ægro concurrit.

Modus generationis horum humorum.

1.

Generatur ♀reus sanguis in ægro nostro *κατὰ συναθροισμὸν καὶ βραχὺ, per congestionem testudineo gradu*, ab intemperie viscerum. Dum circulatur, serum arenosum in renes deponitur, liquor per ureteres secedit, ♀rus restitat, firmamque sibi eligit *στάσιν* & moram.

Non est adhibenda fides illis, qui urinæ materiam nihil aliud esse credunt, quàm tenue & aquosum excrementum. In ruborem eos dare potest *αὐτοψία*, quæ demonstrat nascentes in matularum parietibus & fundo subsidentes salsis chimicorum crystallis similes arenulas.

transmittitur cum sanguine serum ♀reum ad renes à toto corpore. Qui olim ferebatur ad articulos, nunc tendit ad renes, relicto priori termino. Νεφρῶν καὶ κύστιος ἡ διαδοχή. Verba sunt *Aretæi lib. 2. de caussis & signis diut. cap. 12. ὢ τοῦ θαύματος. Communicatio renibus & vesicæ. O ingens miraculum.*

viæ sunt arteriæ, nutritium simul deferentes sanguinem.

Conspirant æqualiter *τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ ἀποδεκτικὸν, vis efficiendi & recipiendi.* vellunt partes robustiores in toto. recipiunt debiliores, renes. Debilitantur à calore & dolore,

CONCRESCIT IN RENIBUS humor, *autore summo dictatore 6. epidem. sect. 3. t. 11.* à calore, ceu causâ EFFICIENTE, licet hæsitanter id scribat. Vox *ἢ an*, quam addit, dubitationem notat. *Efficiens causa.*

Trallianus lib. 9. cap. 4. διαῤῥήδην agnoscit crassos humores *ἐν τοῖς νεφροῖς θερμασίας πυρώδους in renibus igneâ excedente caliditate* concretos, imò calculorum renum generationem adsimilat efformationi fictilium vasorum, quæ ex terreo luto atque igne ita indurantur, ut ne ab aquâ quidem dissolvi queant.

Contra verò alii disputant, vel eo argumento, quod in vesicâ, cerebro, aliisque omnium consensu frigidioribus partibus calculos non difficulter concrescere videamus.

Omnium minimè ab errore esse videntur, qui neque à calore, neque à frigore lapides in homine concrescere putantes, eâdem eos ratione in microcosmo ac macrocosmo acervari contendunt, quemadmodum tam in frigidis quàm in calidis aquis tophos subsidere, & lapides enasci videmus. Ita has frigiditatis caliditatisve qualitates indifferentes esse, neque impedire lapidum ortum, & tamen parum etiam ad eorum generationem conferre existimant.

Putamus ergò, præter caloris ac frigoris causas in nostro ægroto aliam efficientem *οἰκείαν* dispositionem à parentibus implantatam ac lapidescentem petrificam facultatem calculi hujus causam.

REMOTÆ CAUSÆ nunc perpendendæ. Inter NATURALES excellit TEMPERAMENTUM biliosum, viscerumque dyscrasia. VENTRICULUS frigidus adest. In eo dum cibus non rectè ac benè coquitur, excrementaque non probè segregantur atque excernuntur, sanguis inde feculentus generatur, quùm coctionis primæ vitium non corrigatur in secunda, minùs in tertia. Huc symbolum suum conferunt intemperies epatis, renum, ac reliquorum viscerum quæ naturali facultati inserviunt, connata, à quâ adustus chylus absumptis partibus humidis, sanguinem dedit terrestris naturæ, adque hanc sabulosam concretionem proclivem. *Remotæ 1. naturales*

Huc pertinet quoque hæreditaria ad calculum generandum dispositio

2. res non naturales

RES NON NATURALES, materiam satis largam suppeditant.

Cibus.

Ingluvie ciborum varietate saturatâ obrutus nativus calor coctionis autor copiâ & *ἀταξία* distrahitur. *Hippocrates 6. epid.* pueros frequentius vesicæ calculo laborare scribit. *Galenus in commento* hujus rei causas studiosiùs inquirens, non parum deberi nimiæ ciborum ingurgitationi, cui infantes præprimis, qui omnia quæ ipsis offeruntur indiscriminatim ingerunt, dediti sunt. Quemadmodum autem illa *ἀδδηφαγία* atque ingluvies puerorum calculis in vesica, ita hæc inordinata victus ratio calculo in renibus occasionem dedisse videtur.

Hisce non leve adminiculum suggerunt CIBI CRASSI SUCCI, PISCES omnes ferè grandiores, pingues, glutinosi, ut carpiones, anguillæ, harengus, murænæ, aliique squammis carentes.

CARNES animalium terrestrium ejusmodi crassum ac lentum succum præbentes, sunt BUBULA, SUILLA, LEPORINA imprimis quæ SALE ac FUMO induratæ: AVES lacustres v. g. anas, anser, ut & ova frixa, cibi butyro in sartagine elixati, CASEUS HOLLANDICUS; quibus omnibus insano quodam adpetitu ægrotus fuit delectatus.

Potus.

VINORUM rhenani & ungarici pro abundantium immoderata ingurgitatio, huc contulit ἐπιβάλλον μέρος.

MOTUS intempestivus mox à cibo sumpto, &

EQUITATIO, omnesque qui dorsum, præcipuè verò renes calefaciunt atque exsiccant, calorem coctioni incumbentem foràs evocant aut turbant, chylificationem ἀπεπτῆ reddunt, crudioremque succum per genus venosum rectâ viâ ad renes deducunt, ubi postmodum ex multis quasi lamellis lapides prægrandes coagmentantur.

Ratio symptomatum.

His ex causis natus renem obstruens affectus, symptomata parit gravissima, inter quæ non ultimum obtinet locum

I. DOLOR

Digitized by Google

I. DOLOR circa lumbos fixus, ac tensivus, qui modò gravat, modo pungit, terebrat, lancinat. Acutus est ἐξόδῳ, cum transit ex substantiâ & carunculis in cavitatem & pelvim, vel ab hâc ad ureteres se movet, atque ita continui solutionem, tensionemque membranæ excitat. Gravis est dolor, & alicujus rei gravis sensum in rene infert, cum quiescit, & una fixus manet loco. 1.

II. EXACERBATUR hic dolor sumto cibo, distento enim ventriculo atque intestinis renes quoque comprimuntur, atque sic dolor adaugetur: evacuato cibo, dolor mitigatur. 2.

III. NAUSEAM atque aversationem sentit, imò ἀναγωγὴν à cibis. Sæpe cibos adsumptos ac pituitam, cum autem dolor abundaverit, æruginosa vomitu rejicit. Singularis in causâ est consensus, quem cum ventriculo renes obtinent, dependens à communitate membranarum peritonæi, & nervorum plexûs sextæ conjugationis, prope renes. 3.

IV. TESTICULUS nonnunquam ejus lateris, in quo dolor est, RETRAHITUR, cùm calculus renes ejusque membranam distendit & musculum cremasterem irritat. 4.

V. STUPOR FEMORIS è regione positi sinistri adest, non ob compressionem venarum, ut musculos premant; sed quia vel nervus, qui in crurum musculos distribuitur, à duritie ac pondere calculi comprimitur, vel quia musculus, cui ren incumbit, qui cruri flectendo dicatus est, atque in partem interiorem inseritur, comprimitur. 5.

VI. Urinæ ARENULIS rubris ante à conspicuæ, nunc à sanguine è vasis læsis erumpente ad nigrum tinguntur colorem. 6.

VII. CUM ARDORE emittuntur urinæ, ob salsuginosos humores, renumquè incalescentiam, à materiâ ♆reâ salsâ atque acri ortum trahentes. In extremitate glandis præcipuè ardor percipitur, ibi enim est fovea exigua sensilis admodum, quâ ii qui gonorrhœâ laborant, maximè pruriunt, cum in his semen, in illis arenulæ relinquuntur. 7.

VIII. NON

Digitized by Google

8. VIII. NON PLANE SUBSISTUNT URINÆ, cum unius renis actio adhuc sit integra. Observavit enim illud natura, studiosissima conservatrix individui non minus quàm speciei, ut publicis hisce actionibus duo organa constituerentur: ut si forsitan unius instrumenti actio deficeret, alterum tamen integrum suas subiret vices, hinc fluunt quidem urinæ, rarissimæ tamen ac paucissimæ, quùm per unum solùm renem percolentur.

Praedictio PROGNOSIS, quæ sola admirandum facit medicum, jam sequitur, & quidem

1. I. SALUTIS & MORTIS ratione, in difficili res ægroti posita est. Verendum ne labente tempore lapis, qui in cavitate renum delitescit, sensim augmentum sumat, atque omnes urinarii canales obstruantur. Verendum est, ne alter etiam ren in consensum tractus contabescat.

Observatum non semel *à Foresto* uno rene obstructo, alterum quoque inutilem ac vitiosum reddi, propriâque actione destitutum, urinæ fluxum intercipere.

Bartholomaeus Eustachius tract. de renibus narrat historiam Bonifacii Cornæi, Nobilis Perusiani, qui renum dolore ex calculo interierat. Hunc quùm post mortem inspiceret, ac mortis causas investigaret, observavit alterum, renem quidem tumidum calculis refertum ad putredinem inclinantem; alterum autem imminutum mole sua, & nucis castaneæ magnitudinem vix referentem.

Sexagenarius quùm nephriticis doloribus diu laborasset, diebus octo urinam non reddiderat. Inde venter tumidus prominebat, & abdomen aquâ distentum erat. Moriebatur. Factâ cystotomiâ in cadavere, urinæ parum profluebat. Uterque ren sabulo refertus deprehensus est.

Est igitur in hoc ægri statu simile quid metuendum, ne adfectus, qui in uno rene usque adhuc persistit, alterum quoque corripiat, atque effusæ in ventrem urinæ materiâ in hydropem commigret.

Non videntur quoque facile adfectui huic medicamenta resistere posse, quin si seria renum cura habeatur, ♀rea

materiâ

materiæ ad articulos propulsa majori eos cruciatu afficiat.

Ex alterâ parte spes boni exitus affulgere videtur, tum ex ægri ætate, ac virium robore, quo confisi speramus ab utroque ipsum adfectu liberatum iri tempore suo; tum quoque ex eo, quòd à quarto primum mense adfectus hic renum initia sua prima habuerit.

II. Longum tamen ad restitutionem requiretur spacium. a.

III. MODI EVENTUS ratione per sensibilem sabuli excretionem, quâ fere omnes calculosi feliciter liberari solent, nostrum quoque incolumem evasurum, in spem certissimam sumus adducti. β.

AD CURATIONEM itaque felici auspicio pronoque cursu properamus, Curatio.

INDICATIONIBUS observatis ordinariis. Indicationes.

CURATORIA affectum ipsum, qui est auferendus, respicit. I.

PRAESERVATORIA causas intuetur. Lapis enim, qui in renibus hæret, quum totâ substantiâ fit p. n., eum penitus eradicandum censemus. 2.

Quum autem totus vix auferri simul ac semel, aut per urinarios meatus deduci possit, erit attenuantibus lapidemque frangentibus, posteà urinam cientibus utendum: & ut resolutus aliquo modo & fractus lapis è renibus per urinarios canales egrediatur laxantibus via ipsi paranda.

Neque hisce tantum, sed totam etiam sanguinis massam corrigentibus est utendum, quo vitiosus sanguis, cujus occasione ♀rea hæc ac feculenta materia in renibus concrevit, depuretur. Proinde evacuantia *ἄνω καὶ κάτω* in auxilium vocanda, & quæ intemperiem viscerum emendare possunt, haud erunt negligenda, ut nova pravi sanguinis generatio impediatur. Hæc omnia cùm fieri non possint, nisi virium quoque ratio habeatur, visceraque naturalia, à quibus debellandus est affectus, confortentur,

VITALIS indicatio etiam erit observanda, atque alternis vicibus epar, ventriculus, renes *erunt* roborantibus 3.

confortandi, tam internis, quàm externis, totumque corpus diæta convenienti reficiendum.

materia præsidiorum. His intentionibus ut satisfiat, REMEDIA ex consuetis præsidiorum fontibus erunt petenda. Et primò quidem ex

Chirurgia. CHIRURGICO FONTE VENAE SECTIONEM convenire testatur *Hippocrates*, qui *6. epidem.* poplitem nephriticis esse secandum asserit. Venæ sectionem quoque ad corrigendum viscerum calorem ac præservationem intemperiei renum, non parum conferre existimamus. Cumque venæ sectione dolores vehementer mitigari & experientia doceat, atque ab Hippocrate sit notatum, eandem in paroxysmo ipso convenire meritò censemus.

Poterit revulsionis à partibus inferioribus gratiâ etiam BRACHII vena incidi. Imò verò, affectu ulterius procedente, apertio hæmorrhoidum utilissima est futura, ex *Hippocratis* manuductione *6. aph. 11.* ubi melancholicis ac nephriticis hæmorrhoides supervenire bonum esse ait. Neque quicquam in hoc nostro se offert, quod sanguinis missionem impediat, quùm non tantùm sit constantium virium, sed boni insuper habitus, eamque ferre æger satis commodè possit.

Differatur tamen in summum necessitatis casum, nam dolores hi etiam sine inflammatione satis vires debilitant.

De duobus generosis remediis aliàs deliberatur, extractione & transpositione.

DE PRIMA ne quidem cogitari debet.

ALTERA cucurbitulis siccis cum multâ flammâ in renum vel ureterum regione expediri potest. Sed communibus hisce contenti, ex fonte

Pharmacia. PHARMACEUTICO reliqua desumemus, inter quæ primum locum meritò obtinent, quæ toti corpori evacuando inserviunt. Et quidem primo loco

Lenientia. LENIENTIA seu leniter purgantia sunt enumeranda. Hæc verò varia sunt. Placet ea exhiberi potiùs in forma boli solidiore, quàm liquidâ aliquâ aquâ aut simili, ne ita facilè vomitu rejiciantur. Extemporaneum esse poterit quod sequitur.

℞. *flor.*

Digitized by Google

℞. *flor. cassiæ, elect. de succ. ros.* a. ʒß, *gial. resinosi* ℈ß.
M. cum saccharo q. s. F. Bolus.

Huic vel simili lenienti subjicienda erunt VACUANTIA FORTIORA, seu lenientia purgantibus in parcâ dosi admista, quæ crassis humoribus evacuandis sunt destinata. Poterit igitur exhiberi remedium tale:

℞. *cassiæ recens extractæ, pulpæ tamarind.* a. ʒj,
therebinth. cypr. lotæ aquâ malvæ & coctæ ad durit. ʒß,
gialapii nigri pulverisati, fol. senæ a. ℈ß,
☍ *cinamomi* gutt. iij. M. fiat Bolus.

℞. *resinæ gialapii* gr. xv, *scammonii rosati,*
☿ *dulc. ol. citri* a. gr. iiij. M. S. Purgierpulver.
Vel

℞. *cassiæ* ʒvj, *rhabarbari* ℈ij, *gialapii electi* ℈ß,
Cum saccharo. F. Bolus.

CLYSTERES summo cum juvamine commendari possunt.

℞. *rad. althææ, liliorum alborum* a. ℥j,
herb. emollientium, beton. veron. a. Mj, *sem. dauci* ℥ß,
Coq. in suff. q. aquæ ad ℔j. Colat. adde
elect. bened. laxat. ℥j, *ungventi clysm. Aug.* ℥ß,
mellis mercur. ol. chamæmelini a. ℥j.
M. F. Clyster.

Miris modis quoque commendat sequentem clysterem *Forestus l. 24. obs. 22.*

℞. *rad. malvæ cum toto* Mij, *althææ* ℥ß,
herb. mercurialis, parietariæ, betæ, caul. rub a. Mj,
flor. chamæmeli, meliloti, sum. anethi,
sem. anisi, fœniculi a. ʒj,
Coque ad ℔j. Colaturæ adde
cassiæ recent. extr. elect. diacathol. a. ℥ß,
bened. laxat. ʒij, *vitell. ovi* n. j.
ol. amygd. dulc. chamæm. aneth. a. ℥j. *salis com.* ʒß,
M. F. Clyster.

Non autem tantum ea, quæ per anum purgant, sed quoque quæ per superiora & vomitum evacuant, hîc locum habent. VOMITORIA itaque non erunt negligenda, quorum usus omni tempore maximus, cumprimis tamen laudabilis esse potest in præsenti paroxysmo, quô natura ipsa vomitum concitare consuevit. Erunt autem talia:

℞. *aquæ anethi* ℥iij, *ol. amygdal. dulcium, oxymell. simplicis* ā. ℥j. M. F. Haustus.

Vel

℞. *decocti hordei* ℥iv, *elect. diasari Fernelii* ʒiij. M.

Licebit hîc quoque ad ☿ium vitæ confugere, eumque ad viij. g. exhibere, quo nephriticos dolores citò se debellasse *Angelus Sala* gloriatur. In motu enim abdominis & calculus loco moveri potest.

Ex evacuantium numero sunt & illa, quæ particularem RENES atque urinarias vias à sabulosâ colluvie liberandi potentiam obtinent.

DIURETICA narcoticis interdum miscenda.

℞. *rad. apii, asari, rubiæ* ā. ʒij, *cort. med. fraxini, sem. seselos, saxifrag.* ā. ʒiij, Coque in s. q. vini albi. Colaturæ ℥iij adde *sirupi limonium* ℥j. M. F. Haustus.

Pertinent huc quoque spiritus salis, ⊕li, ♀, *clyssus* ♃*ii majoris apparatus*, tinctura ♀, & quæcunque ex internâ signaturâ resolvendi vi prædita, ⊖linoque spiritu coagulatum in microcosmo sal resolvente abundare censentur. ⊖ *urinæ hominis contra* ♀rum & calculum singulare est *Crollio autore de internis signaturis.* ⊖ *volatile succini* in olei destillatione collo retortæ adhærescens colore flavo, *sal* ♀*ri fixum* excellentissimum est. *Sal* ⊕*tri*, ♀ri, crystallinum. *Magister.* ♀*ri* ⊕*lat. crystalli* ♀*ri* calculo obsessis egregiè opitulantur, uti experti testantur è plurimis *Quercetanus in consil. de nephrit.* & *Crollius in basilicâ chimicâ. Spir. calcis vivæ*

citè

Digitized by Google

rité præpar. ut ad podagram, sic & ad renum ac vesicæ calculum potentissimè valere perhibet.

Non autem negligenda erunt *monente Hipp. 6. Epidem. tom. 1.* ea, quæ LAXANDI & vias urinarias LENIENDI vi prædita sunt.

Talia sunt è decoctione *cicerum rubrorum, malvæ, althææ, in jure pingui cum multo butyro ac modico sale factâ.* Commendandum præ cæteris videtur *oleum amygdalorum dulcium* recenter extractum ad ℥iij. iv. vel in præcedenti decocto, vel cum vino albo exhibitum. SUCCUS betulæ, quem è ramis Martio mense vulneratis provocare lignatores solent, vel solus, vel cum cerevisiâ, aut decocto cicerum rubrorum, à lapidosâ passione præservare potest. Cum autem facilè acescat, destillatio ut accedat, necesse est.

Excellit *decoctum Foresti*, quod ab ipso describitur *l. 24. obs. 26.* & incantamenti instar dolores colicos ac nephriticos sedare valet.

℞. *sem. malvæ, althææ* a. ʒiij, *cicer. rubr.* ℥iij,
sem. 4. frig. major a. ʒij, *hordei* ℥ij,
caricar. pingu. n. viij, *sebesten.* n. vii, *glycyrb.* ʒvj.
Coque in iij ℔ aq. font. ad dimidiæ partis consumpt.

Vel

℞. *conserv. betonicæ, veron. violarum* a. ℥ß
rad. eryngii cond. ℥j, *succi glyzyr.* ℥ß *sir. de succ. veron.*
q. s. F. Electuarium.

IN FORMA PILULARUM.

℞. *extracti glyzyrrhizæ* ℈ij, *trochisc. Alkekengi* ℈ij,
lapidum cancrorum præp. ℈j, *sir. de glyzyrrbiz.* q. s.
F. pilulæ n. 45. ad 3. doses.

Vel

℞. *extr. veron. glycyrrbiz.* a. ℈ij, *spec. lithontript.* ℈iß,
sacch. in aq. gram. sol. q. s. F. rotulæ.

Vel

℞. *conserv. veronicæ, capilli veneris* a. ʒiij, *cynosbati,* ℈j,

Digitized by Google

spec. elect. Justin. ℈j, *trochisc. alkek.* ℈iß, *sacch. albiß. in aq. veron.* dissol. q. s. F. Morsulæ.

Ab his ad ea, quæ CALCULUM frangunt ac comminuunt, accedendum, quæ utramque paginam hic facere videntur. In horum autem classem plurima referuntur, *lapis Indicus, spongiæ, lyncis, lapis hominis*, qui in renibus repertus est, renum, qui in vesica vesicæ calculos frangit, *lapides percarum, mandibulæ lucii, sangvis hirci, semen petroselini, milii, spir. salis*, ⊕*li*, compositus lithontripticus & essentia lapid. gammarorum in paucâ quantitate. Vicem horum subibit hoc vel simile:

℞. *sal. apii, stipit. fabar.* a. ʒß, *cort. ovor.* ℈j. M. Sumat in aqua contra calculum composita.

Nonnulli aquam & pulverem sequentem commendant:

℞. *turionum asparagi, crithmi marini, seminis fœniculi, communis, flor. sambuci* ℔ß, *limonum incisorum* n. ii. *nucleor. cerasor. amygdal. amar. nucl. persicor.* a. ℥iß. *Vini Franci & malvatici* a. q. s.
Misceantur, & per alembicum vitreum destillentur.
Dosis ℥iv. cum sequenti pulvere:

℞. *pulveris corticum avellanarum* ℥j. *lapidis spongiæ, Judaici, sem. milii solis* a. ʒj, *bacc. hederæ* ʒß, *mandib. lucii* ʒiß.
Fiat pulvis, cujus dosis drachm. 1.

Plura hujus generis medicamenta ex medicis penè omnibus descripta, cùm simplicia, tùm composita collegit *Unzerus l. 2. de nephritide*, quæ ibi videantur.

Felicius autem officium suum prosequuntur ista medicamenta, si exhibeantur ægro in balneo sedenti. Balneo enim viæ laxantur, ut medicamento calculi facilius cedant.

His addi possunt, quæ ALTERANDO renum viscerumque calorem contemperabunt, Julepi nempe varii.

℞. aq.

Digitized by Google

℞. *aq. asparagi, graminis, acetosæ* a. ℥ij,
sirupi limonum ℥j, *misturæ simplicis* ℥j,
sp. ⊕*li* g. vj. M. F. Julebus.

Vel

℞. *decocti hordei* ℔j, *sirupi fragorum* ℥ij,
sp. ⊕*li* q. s. ad gratum saporem. F. Julebus.

Vel

℞. *aquæ fragorum s. vino* ℔ß, *veronicæ* ℥iv,
sirupi violar. ℥j, *julebi rosar.* ℥ß, *sp. salis* g. viij. M.

Vel

℞. *amygdalorum dulcium excort.* ℥ß,
sem. papaveris albi ʒj, *frigid. major.* a. ʒß,
violarum purpurearum, milii solis a. ʒj,
aquæ violarum ℥vij. F. emulsio.

Colatura edulcetur sacchari perlati q. s. ad gratum saporem.

EXTERNA medicamenta non sunt negligenda. Inter ea primum locum obtinet INSESSUS. Paretur ex emollientibus ac laxantibus pro viis laxandis atque emolliendis, ut althæâ, malvâ, parietariâ, chærefoliô, quibus quoque quædam, quæ calculum movere solent, addi possunt, ut *apium, petroselinum cum toto, stramen fabarum*, ac similia.

INUNGI renum regio potest nonnunquam ℴℴ *scorpionum & therebinthinæ*, ut etiam unguentô dialthææ, quo impediatur sabulosi coagmenti concretio, & testudineo gradu promoveatur expulsio.

LAPIDIS NEPHRITICI gestationi sub axillis aliquid tribui potest.

DIÆTÆ præceptis curationem obsignabimus, &

I. NATURALIS. SPECIES victus sit tenuis, vel potiùs mediocris, consistens in iis, quæ appellantur *πόματα καὶ ῥοφήματα, potiones & sorbitiones*, reparantia carnosæ & spirituosæ effluvium substantiæ. MODO SUBSTANTIÆ sit *εὔχυμος, εὔπεπτος, καὶ εὐκοίλιος*.

QUANTITATEM respiciens æger observet monitum *Hippocratis* : NON REPLERI. *Sobrietas καὶ τροφῆς ἀκορίη* calcu-

calculosis multorum bonorum est conciliatrix: instaurat vires, calorem naturalem non gravat.

QUALITATE sit temperatus victus, custodiat vires, non opprimat, intemperiem propulset & calore non exæstuet.

IN SUBSTANTIA observetur delectus. Cremor ptisanarius ad sorbitiones pertinens, convenit. Ova tremula sorbilia, juscula gallinarum, carnes teneræ prosunt. Nec salium, nec aromatum ubertate cibi luxurient. Prodest esus raphani, magni æstimatus in templo Apollinis Delphici, & aliis cibis prælati, ut decoretur ex auro, quemadmodum beta ex argento, rapum ex plumbo. PRUNA dulcia cocta. Vitentur lac & caseus.

TURIONES asparagi & lupuli cum oleo & aceto assumti, alvinam regionem leniter everrunt, & renes à petroso coagmento liberant.

NUCLEIS AVELLANEIS multum tribuebat *Crato*. Libertatem à calculo promittunt ægro; cui malum in primis adhuc requiescit incunabilis, si earum aliquot, octo vel decem adsumat ante prandium vel cœnam. Virtus hæc debetur *nonnullorum judicio* membranulæ rubræ, *aliorum* parti oleosæ, quæ acidum ventriculi laticem frangere & quasi enervare possunt.*

PANIS à mensis excludatur confectus ex frumento, tritico, eorumque farinâ molarem expertis lapidem friabilem. Hic enim à fermento acido resolutus, deponere potest in renes seminarium lapidosum.

POMA reginæ vel borsdorfiana, & persica artifici temperamento, lentis vaporibus, qui ad ossa perveniunt, & superficiem medullæ tamen non dissolvunt, cum vino & cinamomo cocta, prosunt.

Cum eo coquantur carnes bovinæ teneriores, sapidiores. Aceti in edomando lapidoso coagmento, vis magna.

POTUS sit cerevisia limpida Naumburgensis, vel Zervestana. A VINIS generosis abstineatur: ὀλιγοφόροις indulgeatur. Balsamicus hic terræ succus reficit animum & corpus

Digitized by Google

corpus restaurat, nutriendo solidam substantiam deperditam reparando, & spirituosam instaurando.

AQUAE ad coctionem ciborum eligantur minùs tophaceæ, & lapidosæ expertes mineræ.

IN VITALI diæta AER sit purus, serenus: vitetur 2.
crassus, turbidus, uliginosus, qui oppresso & nativo debilitato calore coctionem turbat, & supervacuorum dissolutionem cohibet. Fugiatur similiter solaribus illustratus radiis, perurens ac exsiccans. Caveatur crassis imprægnatus exhalationibus, quibus subtiliores sanguinis partes incrassescunt, sanguisque fervidior & feculentior redditur.

IN ANIMALI, SOMNI ET VIGILIARUM usus sit 3.
moderatus. Ille pomeridianus præcipuè nimius corpus reddit segne, & excrementis replet: hæ spiritus resolvunt, renesque enervant. Leviùs peccat æger indulgens somno, quàm vigiliis, modò suprà dorsum aut strata dura non indormiat, quin hoc cubandi genus renibus præternaturalem quandam caliditatem ac siccitatem imprimit, quæ postmodum ut concausa efficientem principalem insigniter juvat.

DORMIRE in plumeo molli lecto nocere docet *Trallianus*. Aliâ ratione quàm calore nocere nequit.

MOTUS & QUIES divisas partiantur operas *Ille* modum excedens contentiùs ambulando & equitando vasa exilia atterere, & cruentæ mictionis autor esse potest. Moderatus prodest. Nervosa Hippocratis est sententia, quâ *6. epid. com. 1. t. 6.* τὸ ἐλλυνίειν, μὴ ἡσυχάζειν *moveri non quiescere* commendat. Dictum hoc sibi putet æger. Non vivat otiosè, quod voce ἐλλυνίειν exprimit *Galenus*, sed moderatè se exerceat. Non moveat tamen se statim post cibum, verùm ante cibum. Talis multitudinem evacuat, crassos humores attenuat, in arenulis quæ otio facilè subsistunt cum εὐφορίᾳ exturbandis plurimum conducit, & partes roborat.

Non sequatur æger Paphica castra, nec vacivas aures præbeat illis, qui mille dolores pati aut per decennium vitam abbreviare malunt, quàm tantâ veneris privari dulcedine.

in excretorum & retentorum moderatione totus curationis versatur cardo. alvus lubrica servetur. Segnities emendetur clysteribus aliisque lenientibus, pilulis aloeticis, prunis Brigmolis conditis.

urinae liber retineatur cursus.

affectibus animi, praecipuè irae frenum injiciatur.

CONSULTATIO II

de

calculoso.

HISTORIA.

Relatio historica.

VIr annorum circiter quadraginta, temperamenti calidi & humidi, habitu corporis carnosus, in aëre degit puro & salubri: somnum & vigilias decenti moderatur regimine: motu exercetur frequenti: victu utitur bono & vario, ut nullum ferè manifestum committat errorem; inter cætera delectatur caseo & pane butyro, aliisque lacticiniis, pulmenta omnis generis, placentas, omnesque quæ ex farinâ parantur, eduliorum formulas summis habet in deliciis: halecibus frequenter vescitur, interdum levi de causâ irascitur. Postquam unum vel alterum vini poculum plus solito hausit, postero die de pungitivo in sinistro latere dolore conqueritur: spinam dorsi flectit difficulter: difficulter quoque emittit urinam, eamque aquosam, tenuem & limpidam; adest stupor cruris sinistri, sinistri testiculi retractio, nausea, atque ciborum fastidium: mox dicto in latere dolores exacerbantur, & sequitur vomitus; prætereà excrementa retinentur. Urina, quam secundâ nunc vice reddit, sed non sine gravativo lumborum dolore, est pauca, crassa, turbida, atque arenosa. Petit ut natura morbi indagetur, & consilium communicetur.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Affectus species.

Calculum sive dolorem nephriticum esse audacter pronunciamus.

NOMINA-

NOMINATUR vulgariter nephritis ἀπὸ τῶν νεφρῶν *à renibus*, quippe quibus maximam inferre ſolent moleſtiam, item dolor nephriticus, calculoſus, etiam abſolutè *calculus*, ita ut denominatio ſit cauſalis, vel cum adjectione calculus renum, ut ſimùl denominetur ſubjectum. Germanicè der Stein/ & ſpecialiùs der Nierenſtein/ Lendenſtein.

Calculus hic *res toto genere p. n.* eſt, & rectiſſimè inter *cauſas morbificas* refertur: morbus autem quem excitat, non eſt unus; ſed *multiplex:* Adeſt morbus *conformationis* propter obſtructionem, inprimis adeſt morbus *ſoluta unitatis*, quem ceu umbra corpus atrociſſimum iſtud ſymptoma *dolor* inſequitur.

ADESSE calculum oſtendunt ſigna enarrata, quæ à colico dolore evidenter eum diſtinguunt.

SUBJECTUM ſive partem affectam determinamus renem, eumque ſiniſtrum; quod (1.) dolor ſit in ſiniſtro latere, (2.) ſtupor in ſiniſtro crure, & (3.) ſiniſter teſticulus ad interna retrahatur. *Τὸ ὑποκείμενον, μόριον.*

CAUSA IMMEDIATA eſt coagmentum lapidoſum in rene ſiniſtro p. n. genitum, quod Archæus ceu ſibi moleſtum per ureteres expellere conatur. *Cauſa immediata.*

MEDIATA PROXIMA, quæ calculum proximè producit, non eſt calor, qui eum coquit ut lateres, neque *frigus*, ut non ſecus atque glacies concreſcat, etenim quis tantam in corpore vivente reperiri poſſe frigiditatem credat? quis tantam caliditatem ſine febri aut ſummâ renum inflammatione affirmabit? *mediata proxima efficiens cauſa.*

Chimici ad ſalinum principium & tartarum mucilaginoſum confugiunt.

Nonnulli *peculiarem* quandam *facultatem* λιθοποιητικὴν, *alii* verò *ſpiritum* quendam *lapidificum* in materia lapideſcente latentem introducunt.

MATERIA proxima à multis ſtatuuntur craſſi, mucilaginoſi, lutoſi humores. *Alii* eandem deſignant materiam, quæ cæterorum lapillorum extra hominem generatorum, in macrocoſmo exiſtentium. Hi referunt generationem calculi ad *ſolutionem & coagulationem.* Materiâ petroſâ & ſa-

Digitized by Google

bulosâ unâ cum reliquis cibis ingestâ, *humor fermentalis*, qui acris, salinus & ferè nitrosus deprehenditur, in cibos sese insinuans, illam simul aggreditur, & *suâ quâ* pollet *acredine, accedente potissimum* ⊖*le*, (quod quotidie adsumimus omnes, quodque in dicto humore latet copiosus) *beneficio caloris in sabulosa adsumpta se quoque insinuat, & in liquorem resolvit. Materia* petrosa hoc modo in humorem *resoluta* postquam ad renes defertur, *calor humorque paulatim absumitur, atque sal deponitur: factâ exhalatione, non potest non coagulatio fieri*, materia concrescere, atque ita calculus produci.

Acidi patroni non uno se explicantes modo, qui audiantur, sunt digni. Hoc ventriculo geniale per errorem suis si egrediatur ex pomœriis, inque renes & vesicam divagetur, in illis hostiles erigit cristas, lapidosasque excitat concretiones.

Alii succis, acido pancreatico & salso bilioso exortum omnium calculorum adsignant.

Non desunt, qui nullum calculum nec in vesicâ nec in renibus congelari statuunt, nisi à duobus, ab urinæ alcali aut alcali loci & acido, indebitè, impertinenter aut per errorem è stomacho delabente, & ibidem degenerante conjunctis, & in lapidosum coagmentum condensatis.

REMOTA. REMOTAS CAUSAS inter occurrit quidem TEMPERAMENTUM, optimum & ad actiones obeundas aptissimum, videlicet calidum & humidum, hinc ventriculus ad votum concoquere, adeoque etiam saburram lapidosam comminuere & dissolvere valet in florente virili ætate, æger *aërem* haurit purum & saluberrimum, *somno* & *vigiliis* non abutitur, interdum *motu* exercetur convenienti: *victu* præterea fruitur optimo, nullumque manifestum committit errorem; adeò ut nemo eum non diceret sanissimum.

Ah! *viridi latet anguis in herba.*

Singula *alimenta*, quæ ipsi sunt in deliciis, PANIS domesticus, placentæ & pulmenta ex farinâ parata petrosa sunt & sabulosa. Sabulosa autem fit farina ex molaribus lapidibus continuò attritis.

LACTI-

Digitized by Google

LACTICINIA, quæque ex iis & cum iis parantur edulia, inprimis *caseus & butyrum*, materiâ ejusmodi scatent petrosâ. Animalia ex quibus lac desumimus, summopere delectantur sale, & propterea muros & parietes quibus sal copiosum inest, quin etiam rupes lambere appetunt cupidissimè, insimulque terram, lutum, calcem, commistamque glaream devorant, quæ in ventriculo resoluta, chylo commiscetur, cum illo ad ubera defertur, atque ex iis sub *lactis* nomine emulgetur.

Haleces, quibus frequenter vescitur, non levem ad solutionem contulerunt operam.

Accedit quod nuper *vini* nondum satis defecati novi quantitatem ingurgitaverit, quod *in loco calce referto* crevit. Hinc si conjecturæ locus, dicimus, adfuisse in rene sinistro arenulas nonnullas coagulatas, quæ adveniente hâc calcis copiâ per appositionem partium aucta, in calculum tandem satis magnum excreverunt.

Ira quæ nostrum quandoque afficit, dum spiritus & humores agitando universum corpus calefacit, ad materiæ solutionem, calore verò paulisper iterum mitigato, ad coagulationem conferre videtur.

Inde natus calculus multorum symptomatum autor.

Ratio symptomatum.

DOLOR IN LOCO AFFECTO infixi instar aculei pungit, terebrat, lancinat, ob lapidem in sinistro rene ad cavitatem, vel ex cavitate ad ureterem se moventem, atque continuum solventem. 1.

DIFFICILIS SPINÆ INFLEXIO oritur à compressione & distensione musculorum lumbarium, in quibus nervi hærent. 2.

Ob eandem caussam FEMORIS STUPOR accedit. 3.

NAUSEAM atque à cibis aversationem noster persentit ægrotus, propter singularem sextæ conjugationis nervorum consensum. 4.

Ingravescente dolore *vomitus*, omniumque adsumptorum per superiora rejectio sequitur. 5.

EXCREMENTA ALVI RETINENTUR, quoniam ex- 6.

 pultrix

pultrix in extirpando calculo occupata, sui in intestinis officii prorsus obliviscitur. Excrementa hæc retenta intestina valdè distendunt, renem atque ureterem comprimunt, doloresque mirum in modum adaugent.

URINA redditur primò aquosa & limpida, veluti per tenue quoddam cribrum effluens. Post propter meatuum per calculum obstructionem turbida atque arenosa excernitur, quoniam calculus retrogradus nunc factus, crassa & turbida urinæ contenta, quæ antea in principio constitutus retinebat, cum plurimis arenulis per vias solitas liberè transire permittit.

Prædictio ΠΡΟΓΝΩΣΙΝ edimus favorabilem. Salutem prædicimus. Etiamsi enim metuendum, ne calculus in cavitatem renis delapsus indies incrementum capiat, omnes meatus obstruat, urinam supprimat, hydropem aut cachexiam inducat, atque ita ægrum succumbere faciat; tamen arenularum excretio omnem nobis metum adimit, quippe lapidis friabilitatem evidentissime ostendit.

Chronicus tamen erit affectus, & quantum ad præsentem paroxysmum, *brevi* eum terminatum iri judicamus.

Terminabitur autem ad salutem, & *operâ artis* commodis adhibitis medicamentis, & *operâ naturæ*, *calculo* integro (si non sit adeò magnus) *per lithontriptica* resoluto & comminuto, per solitas ac consuetas vias expulso.

Curatio. CURATIO medendi methodo duce nititur INDICATIONIBUS:

Curatoria præsentem concretumque calculum radicitùs extirpari jubet.

Præservatoria circa caussas calculi versatur, ne vel genitus augeatur, & symptomata ingravescant; vel ut nondum genitus præcaveatur.

Vitalis vires universas conservare docet.

REMEDIORUM INSTRUMENTA suppeditant *consueti fontes.*

materia præsidiorum. CHIRURGIA VENAM SECARE jubet, ob plethoram, tùm ad præservationem intemperiei atque inflammationis

renum,

Digitized by Google

renum, tùm ad doloris mitigationem. LOCUM adsignant autores in brachio vel propè malleolos. TEMPUS omne admittitur, etiam ipse paroxysmus, differendam tamen in summum necessitatis casum censemus, cum vires à doloribus maximoperè sunt debilitatæ.

CUCURBITA magna cum flammâ multâ parti affectæ applicata, lapidem ex renibus viam minitantem optimè adjuvare poterit.

PHARMACEUTICA remedia sunt varia: *Pharmaceutica evacuantia.*

1. *Lenientia, & ἐκκοπρωτικά,* quæ ne sabulosa materia in tantâ copiâ ad renes feratur prohibendo, meatus laxando, dilatando, simulque dolores mitigando, sine humorum agitatione in ipso paroxysmo suum faciunt officium. Ne autem vomitum ea excitent & rejiciantur, in bolum vel aliam solidiorem formam erunt redigenda.

℞. *cassiæ recens extractæ* ℥j, *elect. de succo rosar.* ʒj, *pulv. glyzyrrhizæ* ʒß. M. cum sacch. q. s.
F. Bolus.

Purgantia validiora, cum humores agitent, & in renes affluxum excitent, non facilè admitti possunt. Si tamen nulli lenientium alvus parere & morem gerere voluerit, sequens ex usu esse poterit.

℞. *resinæ scammonii* g. xvj, *gialapii* g. v. *elaeosacchari genistæ* g. v. M. F. Pulvis. S. Purgier-Pulver.

CLYSTERES LENIENTES omne ferunt punctum: cùm enim illi intestina desubitò ab onere superfluo & inutili liberent, atque sic liberius spatium visceribus vasisque largiantur, ne, quem à compressione renis & ureteris provenire superiùs diximus, dolor diutiùs continuetur, curandi primordium ab *enemate* rectè capimus. Verum in minori quantitate, & repetitis pro necessitate vicibus illud erit injiciendum, ne si major illa sit, ex compressione sæpius dictâ dolor succedat vehementior.

vel

Digitized by Google

Vel si æger clysma admittere recuset, sequens *suppositorium*, summè erit necessarium.

℞. *pulv. hieræ picræ* ʒj, *colocynthidos, dacrydii* a. gr. iij, ⊖*lis exiguum.* Cum melle q. s. fiat Suppositorium.

VOMITORIA in ipso PAROXYSMO haud parùm videntur suspecta, cum natura etiam absque stimulo ad vomitum concitata, valdoperè afficiatur.

DIURETICA utramque faciunt paginam, tàm in actu curatorio, quam præservatorio: hîc propriè ita dictis; illic lenioribus utendum: convenit decoctum *Foresti lib. 24. obs. 26.* descriptum in actu præservationis.

℞. *spir.* ⊖*lis* ʒij, ⊖*lis bacc. juniperi* gr. viij.

M. dentur in vitro. S. Stein-Spiritus. Dosis sint guttæ xx. vel xxv, manè vel paulò ante cœnam in convenienti vehiculo.

Lithontriptica. LITHONTRIPTICA sive calculum frangentia & comminuentia magni utique sunt momenti, ea enim vel materiæ arenosæ in liquorem resolutæ se admiscendo, coagulationem impediunt ac destruunt, vel in calculum concretum partibus suis subtilioribus & utplurimùm salinis & acribus sese insinuando in arenulas resolvunt, atque conterunt. Sic

℞. *misturæ lithontripticæ Rolfincianæ* ℈j. Adsumatur in aq. petroselini. Vel Essentiæ ♀ compositæ lithontripticæ ʒj. in conveniente vehiculo exhibeatur.

Felicius hæc operantur medicamenta, si ægro in balneo sedenti propinentur.

ALTERANT intemperiem renum viscerumque electuaria & julebi.

℞. *conf. ros. vitriol. veron. fl. cichorii, agerat.* a. ʒij, *rad. cichor. pimpinellæ, cort. aurant. condit.* a. ʒiij, *fruct. cynosbati* n. iij. *spec. dia rhodon abbatis* ℈j, *diatrion santalor.* ʒj, *pulv. virgæ aureæ* ℈j.

Cum sirupo berberum. Misce ad justam consistentiam.

℞. *amygd.*

Digitized by Google

℞. *amygd. dulc.* ℥ß, *sem. papav. albi* ʒj, *frig. 4. maj.* a, ʒß, *violar. purpur. milii solis* a. ʒj, *aq. violarum* ℥viij, vel q. s. Fiat Emulsio. Adde *diamargariti frigidi* ℈ij, *sacchari perlati in rotulis* q. s. ad gratum saporem.

EXTERIUS conveniunt balnea, sacculi, unguenta.

BALNEUM paratur ex emollientibus & laxantibus, ut althæâ, malvâ, parietariâ, chærefolio &c. quibus quæ calculum movendi vim habent, addere juvat, ut apium, petroselinum, & similia.

Sacculus pro fomento, exempli gratiâ sequens commodus est.

℞. *rad. althææ* ℥ij, *herb. malvæ, pariet. veron.* a. Mij, *sem. lini, fœni græci* a. ℥ß. Incisis omnib. F. Sacculus. Coque in oleo vel aquâ communi.

Unguento dialthæâ cum aliquot olei terebinthinæ guttis, vel axungiâ gallinarum vel caponum renis affecti regio potest imbui ad leniendam molestiam sensionem.

℞. *ungv. dialthææ* ℥j, *anodyni* ℥ß, *de pariet.* ʒvj, *ol. chamameli* q. s. M. F. Unguentum.

Laminas plumbeas parti dolenti apponere non prohibemus, quicquid alii de nimiâ plumbi frigiditate reclament.

Lapidem nephriticum vel lumbis dolentibus, vel brachio ejusdem lateris applicare, ex usu esse, suadet firmissima & frequentissima experientia.

DIÆTÆ commoda habeatur ratio. Noxia ad Garamantas relegetur & Indos. *Diæta*

CONSULTATIO III
de
calculo vesicæ.
HISTORIA.

VIr illustris LXX. annorum, temperamenti calidi & sicci, natus ex calculosis parentibus, Saturno cum Mercurio *Relatio historica.*

in octavâ domo constituto in diurnâ geniturâ, otiosæ vitæ deditus, & prolixo in multam diem somno, usui ferinarum carnium, anatum, anserum, lacticiniorum, ostreorum, ferculorum ex pastâ, casei, nec non vinis generosis ungaricis, & venereis exercitiis, etiam post cibum sumptum somno adsuetus, conqueri cœpit ante aliquot annos de quodam dolore, & inter mingendum ardore. Paulatim fluit urina, & stillatim, ut in illis, qui stranguriâ laborant, contingere solet. Faciliùs mingit decumbens, quàm stans, imò stando planè urina supprimitur, dum decumbit, urina fluit rursum. Frequentiùs micturit equo vel curru vectus, & tum utplurimum urina est subcruenta & colorata. Glandis extremitas prurit post mictionem. Excernit interdum arenulas rubras, nonnunquam albas, & membranosa filamenta in urinâ natantia, & quasi volantia, nonnunquam grumis sanguinis exilibus mista, moto corpore. Post emissionem urinæ non semper apparent singula, sed cum steterint per aliquod tempus. Cum quiescit corpus, non apparent. Sæpe tenuis est urina ac limpida. Divaricatis cruribus facilior ambulatio. Cum de calculo vesicæ dubitaretur, lithotomus jussus duo certissima manualia experimenta tentare, digito in anum immisso, & cathetere per urethram, in vesicam durum renitens corpus in eâ deprehendit. Petit consilium.

RESOLUTIO.

Quamvis symptomata in nostro ægroto multa sint & varia, referri tamen possunt omnia ad unum

Affectus speties. AFFECTUM, quem MICTIONEM LÆSAM adpellare possumus. Est enim actio excernendæ urinæ dicata, partim impedita, partim depravata.

IMPEDITA, vocari potest ἴσχουρία seu *urinæ suppressio*, quæ aliquando totalis est, dum enim erectus est, urina supprimitur, licet per breve tempus: aliquando partialis, interrupto enim tenore lotium excernitur.

DEPRAVATA partim est actio hæc mictionis, & δυσουρία, *difficultas urinæ* vocari potest. Depravatur ratione MODI, mingit

mingit enim cum dolore: TEMPORIS, mingit enim sæpe: QUANTITATIS, mingit enim parum & stillatim: SITUS, stans enim non potest mingere: SYMPTOMATIS, nam post mictionem sentit pruritum in glande; URINÆ ipsius, quæ est colorata, cum sedimento modò viscido, modò arenoso. Modò sanguinea apparet post motum in curru. Actiones hæ læsæ indicio sunt, quod

PARS AFFECTA sit VESICA, organum excernendæ urinæ dicatum, primariò quidem secundùm corpus, secundariò autem secundùm cervicem & cervicis productionem, quæ urethra dicitur, meatus seminis & urinæ excernendorum communis. *τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

Afficitur vesica in mictione læsâ, vel ut via, vel ut organum, animale, vel naturale, prout secundùm musculos vel fibras malè habet. In præsenti ægroto solùm ut via afficitur: angustatur enim ejus cavitas, & præcipuè canalis collum.

CAUSA IMMEDIATA est obstructio cervicis vesicæ. Quemadmodum tempore sanitatis meatu illo libero excernere solebat urinam sine impedimento, ita nunc temporis eô obturatô urina in cavitate remanet. Obturatur autem à *Causa immediata.*

MEDIATA CAUSA PROXIMIORE, quæ CALCULUS dicitur. Hunc qui λιθίδα & λιθίασιν adpellant, ad dispositionem calculosam respiciunt, qui Tartarum, ut *Paracelsus*, ad generationis similitudinem & remedium. *mediata.*

ADESSE calculum, satis patet ex universali illo pronunciato *Hipp. 4. aph. 10.* Quibus in urinis subsident arenosa, iis vesica calculo laborat. Licet enim rectè *Galenus* hunc aphorismum corrigat *in commento*, cum urina sabulosa & arenosa, non solùm vesicæ calculum monstret, sed & renum, quantum tamen ad nostrum propositum spectat, ex arenis satis patet CALCULUM adesse. *Calculi præsentia elucescit ex signis.*

Hîc quod sit calculus vesicæ, ostendunt reliqua symptomata, in historiâ enarrata.

AN UNUS sit calculus, an plures, scire expedit. *An unus?*

Digitized by Google

Paracelsus non nisi unum vesicæ calculum esse ait, *paramiri lib. 3. de origine morborum ex ♀ tract. 3.*

Utplurimum unus in utroque sexu, nonnunquam plures. Plures, medici Patavini, & cathetere etiam magnitudinem & figuram angulosam, planam, glabram & asperam superficiem deprehendêre, referente *Bartholino, in historiis.* Septem vel octo in Otone Heurnio reperti, quasi saccis inclusi, unde catheteris exploratio manca. In fœminâ diris modis afflictâ, cathetere argenteo viâ factâ, exiere horæ spacio XI quadrangulares, quinquangulares, sexangulares. Quod cohæserint mutuò, anguli ostendebant.

In nostro ægro unus esse præsumitur, magnitudine ovi columbini. Id confirmat catheter ejusque diligens applicatio.

Genitus fuit non à calore, nec à frigore.

GENITUS fuit hic calculus, si sermo sit de causâ EFFICIENTE, non à solo CALORE vel FRIGORE, à frigido quidem exprimente humidum, à calore verò exsiccante humidum, & succum evaporante tenuem.

1. 1. Non datur in nostro corpore tantum frigus, ut humorem in talem duritiem coagulare possit, *teste auctore libri de renum affectibus dignoscendis.* Unde & *Galen. 6. epid. sect. 5. comm. 2*, nunquam feces in nobis à frigore indurari scribit.

2. 2. Quæ concrescunt à frigido exprimente, à calido solvuntur, *teste Arist. 4. meteorol. cap. 6.* Sed calculus à calido non solvitur. Ergo

3. 3. Non credibile est, tantum esse calorem in corpore, qui calculum veluti lateres coquat.

4. In nostro ægroto præter caloris & frigoris causas, est alia adhuc efficiens οἰκεῖα, quæ quo nomine appellari debeat, nondum liquet: AN ARENOSA calculosaque vesicæ dispositio à parentibus hæreditario jure communicata, vel à naturâ ipsâ implantata, an verò ἄῤῥητος explicatu difficilis, lapidescens & PETRIFICA FACULTAS, in succo lapidescente *Matthioli*, in saccharo *Dodonæi*, in materiâ tartareâ residens, & ab aptitudine loci in actum deducta?

Materia.

MATERIA PROXIMA calculi hujus quænam sit, disquiri meretur.

A Galeno

Digitized by Google

A Galeno PITUITOSA adſeritur non omnis, ſed viſcida, tenax, quæ ratione viſciditatis partes unire poteſt. Unde non rarò viſcidum ſedimentum in urinâ. 1.

Veritas, ſcribit *Galen. lib. 6. de morb. vulg. comm. 3. t. 15.* eſt, calculos pueris in veſicâ ob urinæ craſſitudinem procreari. Urinas craſſiſſimas à pueris reddi, ab omnibus ante nos medicis concuſſum eſt. Talis autem craſſitudo multa collecta & in unum coiens, cum ſemel non opportunè excreta intus manſerit, concreſcendi initium capit. Etc.

A chimicis materia proxima ſolet nominari MUCILAGINOSA, tartarea, quæ ad talem coagulationem propter inſitam ὀπωδειότητα pervenit. 2.

Qui acido multum tribuunt ventriculo geniali & fermentationis inſtrumento, dum limitibus ſuis circumſcribi ſe patitur, eidem ad alia loca peregrinanti varias adſcribunt morboſas diſpoſitiones, imò etiam calculoſas. *Alii* acidum liquorem pancreaticum, & ſalſum lixivioſum bilioſum miſtum, *alii* acidum ſtomachale errore naturæ è ventriculo egreſſum, cum *alcali loci* in renibus vel veſicâ urinæ videlicet, conjunctum hîc locum habere putabunt.

MODUS GENERATIONIS etiam attendendus. Genitus μετ' οὔρησιν, *post mictionem* fuit in veſicâ primariò, in eâ primum habuit in infantiâ ſuâ rudimentum, non ſecundariò, quod προϋπάρχον, hoc eſt, *praeexiſtens* rudimentum acceperit ex renibus. *Modus generationis.*

Negat quidem hoc fieri poſſe *Fernelius lib. 6. pathol. capite. 7* & medicos reprehendit, putantes cauſam materialem calculi eſſe craſſum viſcidum ſuccum, qui per venas & arterias cum urinâ in veſica percolatur, in quâ tanquam fæx ſubſidens, calore loci ſenſim in lapidem concreſcat, & ſtatuit; impoſſibile eſſe, limum iſtum in veſicâ remorari, niſi valdè obſtructa aut anguſta fuerit cervix veſicæ, cum videat & ſanguinem grumoſum & pus facilè per illam effluere cum urinâ. *Aliam proponit ſententiam*, videlicet nullum calculum primariò in veſicâ generari, ſed ſemper in renibus rudimentum accipere, & pòſt in formâ arenularum in veſicam decidere. *Fernelianum.* 1.

PROBAT id etiam duabus rationibus, quarum *prima*, neminem calculo vesicæ se laborantem offendisse, qui nephriticis doloribus prius non sit vexatus. *Secunda*, semper in medio calculo nucleum reperisse, qui est rudimentum calculi in renibus inchoatus.

non adprobatur. Verum enim vero *Fernelio* in hoc non possumus assentiri.

1. Nam 1. licet concedatur, materialem causam calculi vesicæ interdum venire ex renibus, ibique paulatim concrescere, semper tamen id fieri simpliciter negatur. Imò in vesicâ rudimentum illud rubrum etiam per se coalescere potest.

2. 2. Falsum est, quod semper præcedat dolor renum; nam pueri sæpissimè calculis vesicæ vexantur, rarissime autem de nephritico dolore conqueruntur, ita ut *Cardanus 3. aphorism.* tanquam rem rarissimè contingentem notârit, puerum mercatoris renum calculo laborasse, neminemque unquam tali morbo affectum se vidisse testetur. Imò *Brassavola 4. aph. 79.* reliquit, in pueris adeò rarum calculum renum, ut albam cornicem. *Hippocrates 4. de morb.* in lactentibus puerulis vesicæ calculum generari posse docuit vitio lactis nutricis, at, quod in renibus generetur, ne verbum quidem protulit.

Mediatæ remotiores Causæ. MEDIATÆ REMOTIORES NATURALES multæ sunt.

1. I. TEMPERAMENTUM ægri calidum & siccum absumens humiditates, & crassas relinquens.

HÆREDITARIA dispositio adlucet facem, seminali contagio ad calculosam dispositionem *ὁρμὴν inclinationem inspirat.*

AETAS SENILIS quod conspirârit in generationem, vehementiæ causæ adscribendum, cum aliàs sit morbus puerorum.

2. NON NATURALIUM primam stationem obtinet

OTIOSA & SOMNO pomeridiano indulgens vita ut quæ numeratur inter noxias consuetudines, non solùm in illis, qui debile habent caput, verùm etiam qui debilem habent ventriculum, & cruditatibus pariendis adsueti sunt.

Inordinata VICTUS ratio cruditates cumulat. FERINARUM carnium, cervinarum, anatumque & anserum esus, refer-

refertur inter crassum succum generantia alimenta, præcipuè si sint masculini generis, & annosa animalia. LACTICINIA & CASEUS scatent sale fixo. VINA generosa Francica, rhenana, ungarica, tartareis succis abundant subtilibus, qui cum sero sanguinis ad renes penetrant. OSTREARUM esus salsorum succorum est ferax. Fercula ex pasta sumta crudorum succorum feracia.

VENEREA exercitia lumbifragiis remunerant ægrum nostrum, cultorem & admiratorem eorum strenuum & industrium.

Ex hisce causis genitus calculus, non mirum est, quod induxerit SYMPTOMATA recensita, ab eo tempore continuô durantia, quo calculus se manifestare cœpit arenulis. *Ratio symptomatum.*

DOLOR & ARDOR ille MINGENDI in urethrâ, omnibus vesicæ calculo laborantibus vulgares, oriuntur ab arenularum cum urinâ excretione. Hanc tristem sensionem augent inæquales urinæ atomi & moleculæ. 1.

GUTTATIM FLUIT urina, contentio enim emittendi, licet crebra sit, est tamen inanis. 2.

ARDOR est MAGNUS circa glandem, quia ibi fossula quædam est, in quâ subsistunt arenulæ quædam, illam excoriantes. 3.

DECUMBENS EXCERNIT faciliùs quàm stans, nam dum decumbit, calculus recedit ad fundum, & urethra liberatur à calculo obstruente. Dum stat, recedit ad collum, cum autem sit satis magnus, non potest ingredi collum totus quantus est; aliàs totalem ἰσχουρίαν induceret. 4.

Rhedâ aut equo VECTUS crebriùs micturit, irritatur enim expultrix, & tum etiam 5.

PRURITUM excitat consensus irritationis. 6.

ARENULÆ russæ sunt, sanguine permisto: albæ mucilagine liberaliùs adsociatâ. 7.

FILAMENTA sunt abrasiones vesicæ. 8.

TENUIS est urina & aquosa obstructô meatu, cum naturaliter deberet esse aurea, biliosa vel lixiviosa; COLORATA parum est, vasis colli abrasis. 9.

DIVARI-

DIVARICATIS incedit femoribus & cruribus, collum enim vesicæ sic dilatatum non adeò à calculo offenditur.

Hæc sufficiant de cognitione hujus adfectus. Sequitur

Prædictio. ΠΡΟΓΝΩΣΙΣ eventûs, ratione

SALUTIS & MORTIS. Gravis est adfectus calculus hic. Non rarò ob doloris immanitatem & urinæ interclusionem homines infinitis modis excruciat, imò exanimat, adeoque aut vitam calamitosam reddit, aut prorsus adimit. INCURABILIS est, si de præsidiis pharmaceuticis: CURABILIS est, si de præsidiis chirurgicis sit sermo. INCURABILIS est in nostro sene calculus vesicæ hic confirmatus, siliceam obtinens duritiem.

Præterea etiam ætati dissimilis est, & propterea gravissimè ægrotum affligit. Scripsit enim *summus dictator*: In morbis minùs periclitari, quorum naturæ & ætati morbus est dissimilis.

Materia pharmaceutica. CURATIO PHARMACEUTICA nullum hic habet locum. Quocunque modo instituatur, certi sumus, quod nullis vacuationibus prohibere possimus, quin semper aliquid ex materiâ morbificâ calculo apponatur, sive utamur vacuantibus per alvum, sive per urinam, sive etiam injectionibus. Sola TRANSPOSITIO hîc locum habet, & EXTRACTIO.

Lenientia parum prodesunt. LENIENTIA per alvum, licet causam antecedentem movere, & primas vias expurgare cum commodo queant, calculum tamen nullo modo imminuent, neque impedient, quo minus semper aliquid ex materiâ morbificâ calculo adponatur.

Diuretica fallacis spei plena & rei. DIURETICORUM propriè dictorum calidorum & siccorum, ut impropriè dictorum, quæ ῥεπτικὰ aliàs adpellantur, usu licet quidam multum se præstitisse & præstare posse asserant, nemo illis credat. INAUDITUM est lapidem in vesicâ à medicamentis frangi, si sit magnus. Imò neque diureticis inhibere possumus ejus augmentum. Ampla est loci distantia, & viæ, per quas transire debent, multæ. Si DEBILIA sunt, vires amittunt, priusquam ad vias urinæ pro-

Digitized by Google

proveniunt. SI FORTIA, ex toto corpore materiam ad vesicam deducunt. Imò hæc magis nocent, nam acrimoniâ suâ & tenuitate auferunt & abluunt lentorem, & pituitosam illam materiam, quæ muci instar calculo solet adhærere, ipsique pro stragulo est. Hâc ablatâ, ille asperior redditur, dolores intensiores excitat, & vesicam magis lædit.

Expertus est idem æger noster, qui biennii spatio usus diureticis, nihil emolumenti percepit, sive adhibita fuerint *chimica* sive *Galenica:* imò potius majores dolores quotidie persentit. *Id confirmatur exemplis.* *1.*

Expertus est idem felicissimus trium Imperatorum medicus *Crato*, qui in dolore renali à diureticis & iis, quæ calculum pellunt, seriò abstinendum suadet. *2.*

Eminentissimus Cardinalis Cornarius contra sententiam *Mercurialis*, cum calculo laboraret, & difficultate mingendi torqueretur, nolens obedire medicis peritis dissuadentibus, profectus fuit ad thermas, quæ per urinas evacuabant. Illis sumtis dolore exacerbato mortuus est. *3.*

Nullum itaque verorum diureticorum genus in hoc vel simili casu approbare possumus, cum magnus sit calculus, durus & lapidem æmuletur.

Nota quidem est *Guilielmi Laurenbergii* Professoris Rostochiensis, usu asellorum à magno calculo liberati, & *Horatii Augenii* in alio ægro historia. *Dubitatio*

Sed talia exempla non faciunt regulam. Possibilitatem convincunt tantùm, quam neque nos negamus. Ignotæ simul sunt aliæ circumstantiæ. Arenosæ fuerunt duæ hæ coagmentationes, non siliceæ, qualis hæc nostra. *resolvitur.*

Ab acidi cum alkali concreti coagmentum dissolventibus præsidiis specificis, in quorum numero primas tenet spiritus ⊕li dulcis cum ⊖le volatili lapidis spongiæ, magnum commodum sperari nequit. Jam factus est calculus, est in ἀκμῇ suæ perfectionis: hinc à nullo medio sapore inter acidum & alkali penetrari & dissolvi potest.

INJECTIONIBUS per siphonem qui se multum effecisse gloriantur, deceptores judicandi, & inane testimonium ex relatione aliorum allatum esse existimamus, quod adfert *Horatius Augenius volumine 1. l. 4. epist. 2.* per siphonem im- *Clysma.*

mitti cum magnâ ægrotantium utilitate in veſicam auxilia

In CHIRURGICA operatione omnis ſpes: unaque & ſola SECTIO reſtat. Hâc mediante ab ingentibus hiſce doloribus liberari poteſt, & niſi brevi fiat, vel cita mors exſpectanda, vel quidquid vitæ reliquum, prorſus inoptabile tranſigendum. *ſectio commendatur.*

2. Locum hîc habet illud *Zecchianum in conſultationibus* de ſuo ægro: quia medicamenta lapidem comminuentia tum ſumta, tum per ſyringam injecta nihil ferè operantur, ob lapidis grandioris duritiem, una ſectio ſupereſt, quâ ab ingentibus hiſce cruciatibus liberari poteſt.

Et licet *Hippocrates* noluerit cuiquam hoc auxilium conſulere, aut dum fit, nunquam præſens eſſe, imò diſcipulos ſuos jurejurando obſtringat, ne calculo laborantes ſecent, aliæ etiam rationes adduci queant, non tamen propterea ab hâc operatione planè abhorrendum, & facilis eſt ad ſingula argumenta, ab auctoritate & ratione petita, reſponſio.

3. Cum nullo alio auxilio poſſit calculus hiſce tolli, valdeque metuendum ſit, ne indies ſupplicia augeantur, tandemque ad interitum ægrotus miſerrimè perducatur, potius eſt, anceps remedium experiatur, quam nullum, & certiſſimæ morti ſe tandem cum magnis cruciatibus reſervet.

4. Tuta eſt ſectio in pueris. Hi ab anno ætatis quarto ad decimum quartum evadunt. Nepos *D. Balthaſaris Glaſſii* eminentiſſimi archiatri Ducalis Saxo-Gothani, quinque annorum, felici ſectione & extractione peractâ evaſit.

Senes difficiliùs evadunt: non tamen deſperandum. Solicitudo *Cornelii Celſi* de tempore ætatis, quod non conveniat ante nonum, neque poſt decimum quartum annum, inanis eſt, Omnes ætates admittit ſectio hæc, etiam ſenes L. LX. LXX. egreſſos annum. *Ludovicus Septalius libro obſerv.* monet, ut cum magnus ſubeſſe calculus in veſicâ conſtat, ſtatim accedamus ad ſectionem, antequam purgantium & diureticorum uſu vires frangantur: recenſetque hiſtoriam ſexagenarii Comitis Georgii Trivultii, ſenatoris & nobilis viri Henrici Pecchii, octogenarii, quibus calculus veſicæ feliciter fuit per ſectionem exemtus. *Silvaticus in conſultationibus*

Digitized by Google

nibus meminit ſenum per ſectionem feliciter à calculo liberatorum.

Evadunt, ait *Paulus Ægineta*, faciliùs illi, quorum lapis grandiuſculus eſt. Nam qui longo tædio, quævis patiendo adſuetam habent veſicam, minus inflammationibus & cruciatibus adfligi conſueverunt. Ægrotus noſter ſenex eſt, diu doloribus talibus adſuetus; ergo minori cum periculo ſectionem admittere poteſt.

SECTIO autem hæc prudenter & circumſpectè inſtitui debet. *Bona administratio.*

TEMPORIS ratione, cum jam ſimus in hyeme, differri quidem debere ſuadetur ab aliquibus, ſed neceſſitas non habet legem.

ANTE SECTIONEM corpus leniendum, præparandum, purgandum.

LENIRI poteſt exhibito medicamento blando. A CASSIA abſtinere jubent practici quidam, tanquam renibus & veſicæ infeſtâ: ſed nullum metuendum periculum. Ne autem quis dicam nobis ſcribat, ab eâdem abſtinebimus, & alio medicamento utemur, ex mitioribus purgantibus confecto.

℞. *cryſtall.* ♀, *gial. pulver.* a. ℈j, *elaoſacch. fœnic.* gr. vj,
D. in charta. S. Purgier-Pulver.

PRÆPARANS ſubjungatur.

℞. *aq. ſaxifragiæ* ℥j, *fragor. cum vino deſtillat.* ℥iij,
ſirupi rubi idæi, acetoſi citri a. ℥j, *miſt. ſimpl.* ʒß,
D. in fictili. S. Alterier-Tränckle in auf viel mahl.

PURGANS ſequatur ex alterantibus & purgantibus.

℞. *fol. agrimoniæ, veronicæ* a. Mß, *rad. cichorii*, ℥j,
ſem. aniſi, fœniculi a. ʒij, *ſenæ Alexandr. ſ. ſ.* ℥ß,
rad. gialapii ʒiij, *rhabarb.* ʒij, *flor. roſar. albar. violar. martial.* a. p. iij. *cinam.* ʒj, *ſalis* ♀ ʒß,
Conciſa contuſa ſ. a. Dentur ad chartam. S. Species
zum Kräuter-Bier.

Infundantur in cereviſiæ Naumburgenſis calidæ cantharis ij. ſtent per noctem. Detur horâ matutinâ nonâ, & pomeridianâ quartâ hauſtus.

Modus. MODUS SITUATIONIS seu LOCATIONIS & LIGATIONIS dignissimus observatu. Æger semirectus super sedile aut mensam stabilem ligetur. Deinde diducta crura manibus juncta vinculis constringantur, ne se movere queat æger.

LOCUS SECTIONIS eligatur PERINAEUM seu interfœmineum secundùm latera. In HYPOGASTRIO tutum non est operationem instituere.

CULTER non debet esse IGNITUS, ut præcipit *Horatius Augenius*, sed frigidus.

INCISIO fiat super digitis in anum immissis, super calculo digitis firmiter cuti adproximato. FORAMEN fiat amplum, pertingens ad cavum vesicæ.

EXTRACTIO fit cochleari oblongo seu forcipe oblongo denticulato, prout commodum videbitur. LIBERATUS reponatur in lecto.

VULNUS curetur, ut recentia vulnera alia solent, per simplicem incisionem facta.

Confortantia. 1. CONFORTANTIA evacuato corpore subjungenda per aliquot dies.

℞. *conservæ flor. rof. rubrarum, citri, aurant.* a. ℥j,
conditæ nucis moschatæ ʒiij, *pyror. moscatell.* n. x,
ſp. dia moschi dulcis, latif. Rhazis a. ʒj,
Cum sirupo acetosæ simplici q. s.
M. F. Electuarium. S. Stärckzucker auf vielmahl.

De eo singulis diebus sumat mane nonâ & post meridiem quartâ, nucis castaneæ quantitatem.

2. EMULSIONES CORDIALES per vices exhiberi queunt.

Diæta. DIÆTA æger utatur commodâ. Respiciat aëris moderationem.

NATURALIS τῶν προσφερομένων adsumtorum rationem habet. CIBUS parcâ offeratur manu. Carnes assæ magis quàm elixæ sint. A potu abstineat omnimodè, novem priorum dierum spacio, ut urinæ vitentur molestiæ, siccaque maneat vesica.

ANIMALIS somni, vigiliæ & motûs habeat rationem. Immotus jaceat, ne vulnus in opere consolidationis turbetur.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO IV de mictione cruenta.

HISTORIA.

Relatio historica.

ILlustris persona, LX. annorum, temperamenti calidi & humidi, plethorica, hypochondriaca, imbecilli ventriculo, jecore, liene prædita, variis diætæ erroribus, animi affectibus, & inprimis mœrori, ructibus crebris tam jejuna, quam cibata, obnoxia, cum totius ventris commotione, alvi adstrictione, menses non vidit à 16. annis. Hæmorrhoidibus ante adsueta nunc easdem non advertit. In cruribus maculæ apparent, quæ tamen mox disparent. Usa fuit sale viperino & post acidulis Spadanis à quibus mediocriter habuit. Nunc arenulas plurimas excernit. Nunc omnia symptomata recrudescunt, ita tamen, ut sit ὀρθοπνέδιος. Somnus interruptus. Conqueritur de mictione copiosâ & cruentâ, sine arenoso coagmento, at sæpè cum ardore. Sæpe urina est impermista, sincera, sæpe excernitur in maximâ copiâ non fœtida. Unâ nocte plus excernitur, quàm potus adsumtus tribus diebus. Sæpius cruenta est, & sanguini plurimo permista. Narium etiam hæmorrhagia ante biennium in itinere apparuit. Quamvis ante plurimos annos arenulæ nonnunquam apparuerint, nunc tamen nullæ adsunt. Utplurimum exit urina sine dolore, nonnunquam tamen adest ardor. Sæpe apparet inodora. Cum rhedâ vehitur, sanguis apparet copiosior. Durat cruentatio per quatuor septimanas, vires tamen non dejiciuntur, quin potius sublevari videntur: remittit enim anhelitus difficultas, der Dumpf. Μετεωρισμός inflatio hypochondriorum, & tumor pedum adsunt. Metuit tabem, ulcus renum. Petit consilium.

RESOLUTIO.

Illustrem nostram ægram non vulgari aliquo morbo,

 sed

Digitized by Google

sed raro & singulari affectam esse, videt quivis. Mictione depravatâ nimirum copiosâ & cruentâ seri & sanguinis laborat.

Affectus species. MICTIONEM hanc depravatam adesse, ægri querela, medicorum autopsia, & unanimis testatur consensus.

Depravata est mictio hæc 1. ratione SUBSTANTIÆ. Urina naturaliter constat serosis ciborum reliquiis. Nunc sanguis ei admistus apparet, qui cum subsidet, nigrum videtur sedimentum.

II. QUANTITATIS ratione etiam depravata est, nonnunquam urina unâ nocte triplâ proportione excessit assumtum potum, tridui spacio.

III. MODI ratione etiam depravata est, nonnunquam urina excernitur cum ardore.

Τὸ πεπονθὸς μόριον. PARTES AFFECTÆ RECIPIENTES sunt partes excretioni urinæ dicatæ. Illæ sunt emissaria ordinaria.

Partes hæ non afficiuntur per essentiam, sed per consensum aliarum partium. Ex solâ vesicâ egredi non potest, non ex ureteribus solis, nec ex renibus solis.

MANDANTES partes sunt habitus corporis. Per cor in aortam, ex aortâ in emulgentes arterias, inde in renes imprimis dextrum, deponitur serum, ὄχημα τῆς τροφῆς *alimenti vehiculum.* Quod totum corpus permeet, testantur anxietates cordis, capitis ante excretionem. Locus collectionis non est particularis; neque cor, neque hepar, neque lien, nec mesenterium. Ut in menstruo fluxu totus corporis habitus in vitio, & pars mandans est, ita & in fluxu menstruæ evacuationis vicario.

Causa immediata, CAUSA IMMEDIATA est reseratio vasorum, & præcipuè arteriosorum in renibus. Cum verò ea triplex sit: διαιρέσεις, διαπήδησις, ἀναστόμωσις, verisimile est hîc peccare ἀναστόμωσιν, osculorum apertionem. Invadit subito incertis & irregularibus paroxysmis, & subitò etiam definit.

mediata quæ est Causæ depravatæ sanguineæ mictionis in genere variæ quidem esse solent, in præsenti tamen casu duæ tantùm in controversiam veniunt, calculus nimirum in renibus contentus,

Digitized by Google

rus, & asperitate suâ vasa lancinans, ex illisque sanguinem eliciens: vel humores salsi, biliosi, prædictarum venarum oscula laxantes, rarefacientes & aperientes.

In ægrâ nostrâ causa vasorum in renibus apertionis non potest adscribi calculo. Quamvis enim nonnunquam arenulæ videantur, sunt tamen illæ parcæ, & maximam partem limosæ, paucissimæ attritui refractariæ. Ægra de calculi doloribus nunquam ante conquesta. Nunquam adfuit dolor: si quis apparuit, vagus ille fuit, & magis flatibus, & permeanti humorum copiæ quàm calculo alicui adscribi meretur. Si tamen forte fortuna syntagma aut coagmentatio lapidosa appareret, ei etiam invigilandum.

Adscribenda ergo est depravata hæc seri & sanguinis mictio colluviei serosæ, inquinamento scorbutico infectæ, in toto restagnantis, collectæ ob imbecillitatem partium primæ & secundæ coctioni destinatarum. Imprimis LIEN & JECUR, in depurando sanguine, suum non faciunt officium. UTERUS imbecillis est: menstrua à 16. annis non fluxerunt ritè, passiones hystericæ adfuere frequentes, VENTRICULUM debilem arguunt ἀνορεξία, ructus crebris nocturnis. *colluvies serosa, peccat*

Serum & sanguis hoc modo collectus peccant copiâ, & pravâ qualitate calidâ, acri scorbuticâ, stimulant expultricem facultatem. Et quia commeatus ætatis ratione per uterum ipsi præcluditur, per hæmorrhoidas etiam non liber adest exitus, natura alios quærit meatus: & cum soleat sibi vias parare, ubi non invenit, eam materiam pellit per renes.

CALIDITATE peccare hanc materiam confirmat usus emulsionum refrigerantium, quibus adhibitis fluxus mitigatur. *caliditate.*

ACRIMONIA salsisque atomis etiam peccare hanc serosam in sanguine materiam nemo fortè negaverit. *acrimonia,*

SCORBUTICUM μίασμα etiam adesse apparet ex maculis. *scorbutico inquinamento.*

MOVENTUR hi humores non semper, sed tum demum, cum attenuantur, vel salinæ eorum partes adustæ, fixæ à volatilibus aliis oppugnantur. Quando autem volatile superat fixum, dominatus ille exercetur, & ebullitio quædam sequitur. *motu etiam peccant.*

MODUS

Expelluntur potius quàm attrahuntur MODUS FLUXIONIS an per ὦσιν an ἕλξιν, si quæratur, verisimile est serum & sanguinem magis ex habitu corporis expelli, robore naturæ, quàm attrahi: Recipiunt renes ob debilitatem magis, quam attrahunt.

mediatæ remotiores. MEDIATÆ CAUSÆ REMOTIORES, ob quas colliguntur hi humores, sunt trium generum. Inter

1. I. NATURALES, excellit TEMPERAMENTUM, quod in caliditate videtur excedere: sanguis vaporosus est & flatuosus.

2. NON NATURALES sunt ANNI TEMPUS AUTUMNALE & hyemale, quô utroque magna vicissitudine humores commoveri solent.

ERRORES in diætâ & AFFECTIBUS animi huc conferunt.

MOTUM CORPORIS sanguinem commovisse compertum est, cum rhedâ veheretur, tum frequentissimæ urinæ eædem cum sanguine apparuere.

ALVI adstrictio non mediocriter exacerbat hunc affectum. Quoties hæc urget, statim molestiæ sentiuntur in abdomine hinc inde vaporibus permotis & flatibus.

SUPPRESSIO MENSIUM ante tempus ordinarium considreatu digna. Anno ætatis 45 non ampliùs apparuerunt. Natura per hœmorrhoides se sublevare voluit sæpius, sed fluxus nunquam fuit ordinatus, nequè in competente plethoræ quantitate.

Ante biennium etiam, generosâ hœmorrhagiâ narium sibi succurrere voluit natura, dum Holsatiam peteret. Largissima sanè illa fuit, & ægra benè habuit.

ACIDULIS SPADANIS usu fuit ægra, & sale viperino. An hæ in culpâ & accusari possunt? Videtur, quod non. Sal viperinum vim habet permeandi, & mundificandi sanguinem in toto corpore. ACIDULÆ laudem habent salutaris præsidii in hypochondriaco affectu. Educunt sabulosam tartaream materiam non solùm in renibus, sed etiam sanguine collectam.

3. RES P. N. unica omnium instar, infirmitatibus singulis fores aperire potis est, hypochondriaca nimium affectio,

cor

tot annis in νοσηρῷ hoc corpore dominatui adsueta superbo & tyrannico.

Ex hoc fonte non mirum, quod gravia promanaverint longo multorum annnorum spatio SYMPTOMATA. *Ratio symptomatum.*

RUCTUS CREBRI oriuntur à resolutis mediocri calore cruditatibus. Multæ hæ cum sint, sonori illi etiam & crebri. 1.

ALVUS adstricta est, ob calorem partium imi ventris. 2.

MENSES subsistunt, naturali periodo beneficio huic naturâ imponente finem. 3.

HÆMORRHOIDES subsistunt ob errores in diætâ & animi affectus perturbationis plenos. 4.

MACULÆ crurum apparent robore naturæ expellente scorbuticum μίασμα. 5.

SOMNUS interruptus, vaporibus turbulentis elevatis. 6.

MIRUM ægræ visum, quod URINA non sit fœtida, sed boni odoris. Ratio est, quia non moratur in vesicâ, sed prono impetu excernitur. Mora autem imprimit qualitatem quandam sero. 7.

Omnis quidem sanguinis evacuatio ex locis non consuetis terrorem incutere solet: videtur hæc tamen carere periculo. Est vicaria menstrui fluxûs, hæmorrhoidumque. Evacuatio hactenus facta, quamvis fuerit facta per loca non adsueta, & magnâ quantitate, nullam tamen naturæ intulit vim, sed potiùs illam sublevavit. Id ægra ipsa confirmat annuens, se à primo momento invasionis capite meliùs habuisse, corque per respirationem liberiorem refici. In eâ etiam nunc sumus opinione, nisi natura hanc viam ingressa fuisset, periculum fuisse præ foribus aliorum graviorum insultuum, qui in cerebro, corde & hypochondriis magnas turbas dare potuissent. *Prædictio salutis & mortis.* 1.

IN SPECIE EXCRETIO illa SERI copiosa notat insignem alterationem viscerum secundæ concoctioni destinatorum, cujus causa alia nulla esse potest, quam dispositio quædam scorbutica & imbecillitas partium sanguificationi destinatarum. Attamen in bonis est habenda, cum sit opus na-

Digitized by Google

turæ rectè agentis, & per loca conferentia eam excernentis, naturam etiam sublevat. Ideò neque in votis habemus, ut EVACUATIO UTRAQUE SANGUINIS & SERI, vel sponte naturâ cesset: neque etiam autores esse possumus, ut arte supprimatur, cum in finem generosis adhibitis medicamentis,

BONO animo esse ægra jubetur. Non conturbetur, si continuet utraque vel alterutra fluxio.

2. Longitudinis. Naturâ suâ diuturnæ sunt tales affectiones.

Non est propterea malè ominandum, ac si infallibiliter aut ulcus rectum, aut tabem dorsalem sequi necessum sit. *3. Medicamentis.* Natura sic suo marte suum faciet officium, à saburrâ vitiosorum se expediens feliciter. Hoc tantò feliciùs eveniet, si medicamentorum usui ægra morigera subscripserit.

Curatio nititur indicationibus. CURATIO nititur INDICATIONIBUS. GENERALIS CURATORIA est, sanguinis & seri hunc motum non esse impediendum, neque ut redeat, inhibendum.

Non sistendum hunc fluxum confirmant argumenta sequentia: 1. Salvis naturæ fit rebus. 2. Suppressio spontanea dolores induxit capitis & præcordiorum. 3. Priusquam iste fluxus apparuerit, illustris nostra ægra tumorem pedum, & capitis dolorem percepit.

Sin aliò diverti posset sanguinis hic fluxus, ad hæmorrhoides præcipuè, id esset valde commodum. Extrà hunc casum de suppressione non cogitandum.

Objici posset: sed fluente hoc modo urinâ cum sero copiosoque sanguine, dolent renes, & Φλόγωσις metuenda.

℞. Tolerabilia hæc incommoda sunt præ enumeratis. Occurrendum calori præternaturali.

PRÆSERVATORIA indicatio causam, copiosam nempe seri & sanguinis fluxilis generationem attendit. Ea, quà copiosa, minuenda. Per lenia abstergentia, quà calida & acris attemperanda: quà scorbutico inquinamento infecta, specificis oppugnanda: quà à debilibus visceribus generatur, hæc confortantibus erigenda.

MATERIAE

MATERIÆ PRÆSIDIORUM depromuntur ex FONTE CHIRURGICO. *Αἱ ὕλαι τῶν ιαμάτων.*

CHIRURGICA materia sensibiliter vacuans sanguinem, ex venâ solùm est sanguinis missio per VENAM SECTAM. Convenit primo vere. Quia autem aliquoties instituta, eâ supersedemus. *Chirurgia.*

Vacuans ex venâ & arteriâ simul præsidium est CUCURBITULA scarificata, solitis locis applicata.

EX PHARMACEUTICO FONTE EVACUANTIA conveniunt. Pro alvi subductione leni *Αἱ ὕλαι Φαρμακευτικαί. Evacuantia per os.*

PER OS exhibenda DECOCTUM tamarindorum cum vino paratum, & ESSENTIA eorundem.

BOLUS ex *cassiâ & pulpâ tamarindorum* ut antea, ita & nunc præstare poterit operam.

℞. *gial. nigri resinosi* ℈j, *scammonii* ♎ g. ij, *cryst.* ♀ g. v.
M. F. Pulvis in chartâ. S. Laxier-Pulver.
Datur horâ matutina vij in cochleari juris pulli.

℞. *extr. panchymagogi Crollii*, *catholici Andernaci* a. ℈ß, *ol. anisi*, *fœniculi* a. g. ij.
Misce F. Pilulæ XXI. S. Laxier-Pillen.
Dentur in cochleari vini vel cerevisiæ coctæ cum pane, duabus ante prandium horis.

PILULÆ paratæ ex *terebinthinâ*, *resinâ Cypriâ*, & *succo glycyrrhizæ* prodesse poterunt. Præbium ℈ß in cerevisiâ, cum pauco sale & butyro.

VINUM LAXATIVUM & alterans confici potest tale: *Vinum medicatum alterans & purgans.*

℞. *fol. fumariæ*, *cuscutæ*, *scordii*, *salviæ*, *linguæ cervinæ*, *summit. ἄνθους*, *melissæ*, *majoranæ* a. pij,
rad. scorzoneræ ℥j, *cortic. capparum* ℥ß,
flor. stœch. arab. p. iiij,
sem. anisi, *fœniculi* a. ʒij,
senæ Alex. s. s. ℥ß, *rhab.* ʒiij, *fibr. ellebor. nigri pp.* ʒij.

Digitized by Google

turpethi ʒiij, *myrobal. indarum* ʒij, *agar. trochisc.* ʒj; *cinam. caryophyll.* a. ʒij, *sal. gem. contusi*, ♀ a. ℈j.
Concisa contusa f. a. dentur ad chartam. S. Species zum Kräuterwein.

PTISANA LAXATIVA *Riverii centur 2. observ. 78.* proderit summopere.

℞. *pulpæ tamarindorum exossat.* ℥iß, *aq. fontis* ℔ iij.
Coq. ad ℔ij. Colaturæ infunde per noctem frigidè
senæ Alex. mundatæ ℥j, *coriandri*, *glycyrrhizæ contusæ* a. ʒij, *rosar. rubrar.* ʒj.
Colatura servetur usui in cellâ.

℞. *hujus cyathum unum*, manè horâ unâ ante pastum.

per anum injicienda. 1. CLYSTERUM usus profuit, consulendus etiam est imposterum.

℞. *herbarum emollientium* a. Mj, *radicum althææ* ℥iij, *seminis lini*, *fœni græci* a. ℥ß, *prunor. damascen.* n. xx.
M. F. decoctio. In colaturâ ℔j dissolve
butyri recentis ʒj, *elect. lenit.* ℥j, *ol. lil. alb.* ℥ij, *olivarum tepidi* ℥iij.
M. Fiat Clyster. Applicetur statim.

2. SUPPOSITORIUM ex melle tale esse potest:

℞. *salis communis* ʒj, *agarici* ℈ij, *hieræ dia colocynthidos* ℈j, *mellis q. s.*
Coque s. a. F. suppositoria justæ magnitudinis.
In scatulâ S. Zäpflein.

Confortantia interna. CONFORTANTIA sequuntur INTERNA. Eligi debent meritò ea, quæ palato ægræ arrident. Varia sunt pro viscerum, quæ in perniciem ægræ symbolum conferunt, & quæ noxiam impressionem recipiunt, varietate.

GENE-

Digitized by Google

GENERALE confortans est THERIACA. Ejus usu cum delectetur ægra, continuari is potest. Γαλήνη *serena* appellatur à Græcis. Serenabit & discutiet nebulas tristitiæ in *νοσηρῷ* hoc corpore. *Generalia.*

Theriaca duplex est: vulgaris & cœlestis Quercetani. Utraque convenit.

Convenit etiam extractum theriacæ, per se, vel permistum cum magisterio corall. margarit. oculor. ♋.

℞. *extracti theriacæ* ʒj, *magist. corall. perlar.* a. ℈ß,
salis cornu cervi volat. g. x.

Misce. S. Sonderbarer Safft. Detur quantum cuspide cultri latioris capi potest, in cochl. vini Rhenani, vel Hispan.

IN SPECIE cordi auxiliantur SPECIES de HYACINTHO. Adsumatur ℈ß nonnunquam in jusculo *Specialia dicata cordi.*

℞. *aq. scorzoneræ* ℥iij, *sirupi acetos. citri* ℥j,
spec. conf. de hyacintho ʒj.
M. in vitro. S. Stärckwasser.

CORDIALIS pulvis talis exhiberi potest.

℞. *C. C. phil. calcinati, corall. pp. marg. pp. lap.* ♋. *pp.* a. ℈j, *bezoardici orientalis* ℈ß,
sacchari canthii ℈j.

M. F. pulvis ad duo præbia. Non addantur lapides pretiosi, quia ægra dubitat, an in humano corpore digeri queant.

TINCTURA CORALLIORUM cum *saccharo canthio* vel *succo citri* parata etiam convenit. Describitur utraque *chim. in artis formam redactâ.*

Tinctura coralliorum antiscorbutica magna salutis spe adhiberi potest. Datur ad pondus ℈j.

SIRUPUS CORALLIORUM locum hic etiam habet. Datur cum aquis cordialibus.

℞. *aq. carfunculi aureæ* ʒij, *melissæ, scorzoneræ* a. ℥j,
sirupi coralliór. ℥ß. M. in vitro S. Corallen-Safft.

Digitized by Google

Ventriculo. STOMACHICA non sunt negligenda.

DECOCTUM mastichinum cum vino rubro, lentiscinum Augustanorum, sandalorum, chinæ, rad, caryophyllatæ, pro diluendo vino ad manum sit.

℞. *vini rhenani canth.* j. *decocti lentiscini* ℥vj.
M. in canth. S. vermischter Wein.

PULVIS πεπτικός post prandium & cœnam adsumendus potest esse sequens;

℞. *calami aromatici veri*, *pimpinellæ*, *zedoariæ*, *galangæ*, *zingib.* a. ℥ß, *cinam. elect. caryoph.* a. ʒij, *sem. cumini*, *carvi*, *sinapi*, *anisi*, *fœniculi* a. ʒiiij. *cubebarum* ʒij, *sacchari rosati tabulati ad pondus omnium*,
F. pulvis subtilissimus. Adde
oo *cumini*, *carvi*, *citri*, a. gt. vj.
M. D. in scatulâ. S. Magen-Pulver.

DOSIS quantum bis continere potest cuspis cultelli. Sumi potest cum pane madefacto in vino malvatico.

Vel

℞. oo *destill. absinthii*, *calami aromatici*, *anisi* a. gt. x, *citri*. gt. viij, *cinamomi* gt. vj, *cumini* gt. xiij, *sacchari anthosati*, *rosati tabulati* a. ℥ij
M. super igne leni. F. Elæosaccharum. S. Magentrisenet. Hujus sumat ægra post cibum assumtum horâ scrupulum unum, & superbibat haustum vini generosi.

ELIXIR PROPRIETATIS *Paracelsi* cum spiritu 🜍 præparatum,

DOSIS g. xxx. in cochleari cerevisiæ coctæ cum pane, horis matutinis.

Utero. ELIXIR UTERINUM Crollii laudem meretur, usurpari potest in vehiculo conveniente.

Pulvis uterinus Cratonis in frequenti aliàs usu continuetur.

DECOCTUM

Digitized by Google

DECOCTUM MYNSICHTI in mictione sanguinis singulariter commendatum hîc etiam habet locum. Præsentanea opera facit officium. *renibus.*

℞. *rad. glycyrrhizæ* ℥j, *sem. papav. albi, granor. myrtillor.* a. ℥ß. *acaciæ* ʒij, *herb. veronicæ, capill. ♀ris, salviæ, pimpinellæ vulgaris, sangvisorbæ* a. ʒiß, *flor. rosar. rubr.* p. iiij, *papav. erratici* ʒß.
Coq. in aquâ font. Colaturæ ℔ ij adde *sirupi è succo viol. q. s.* ad edulc. S. Wasser auf viel mahl.

℞. *spec. diaplantag. Mynsichti, croci ♂tis astring.* a. ʒj, *magisterii anodyni* ℈ß.
M. in chartâ. S. Stopffendes Pülverlein auf viel mahl.
Datur, quantum cuspide cultelli bis capi potest.

externa.

EXTERNA hisce veniant in subsidium. Convenit emplastrum nobile stomachale Mynsichti.

℞. *resinæ tacamahacæ* ℥ß, *terebinthinæ* ʒj, ℴℴ *nuc. mosch. exp.* ʒiij, *balsami de peru* ʒij, *spec. dia rhod. Abb.* ʒiij, ℴℴ *anethi coct. q. s.*
M. F. Emplastrum. Distendatur in alutâ, vel linteo, & ne nimis fortiter cuti adhæreat, obducatur sindone.

Emplastrum] de *laudano* etiam convenit. Tanti idem fecit Crato, ut gratias egerit Deo, quòd invenerit, se enim non priùs convaluisse, quàm hoc fuerit usus.

ℴℴ *stomachale Cratonis*, cujus basis mastichinum oleum, commendamus.

SPIRITUS stomachalis externus ex aromatibus destillatus, etiam est utilis, crebrò circâ noctem usurpatus.

BALSAMUM sequens salutem multam promittit & tempore tribulationis præstat.

℞. ♁ *nuc. mosch. expressi* ℥iij, *menthæ crispæ, absinthii rustici, cinamomi, caryophyllorum albi, angelicæ* a. gr. x, *juniperini* ℈j.
In pyxide eburneâ. M. S. Magen-Balsam.
Manè & vesperi eo inungatur ventriculi regio.

Cum nonnunquam uterinæ occurrant seditiones, in parato haberi queunt emplastra *ἐπομφαλικά*.

℞. *emplastri galbaneti officinalis* ℥iij.
Distende in alutâ rubrâ, & sindone obduc in chartâ.
S. Mutter-Pflaster.

NODULUS pro naribus talis paretur, qui semper sit ad manum.

℞. *gummi galbani* ℥ij, *asæ fœtidæ* ʒß.
Misce in nodulo cum stylo. S. Riech-Büschlein.

℞. *castorei* ℥ß.
In syndone rubro cum stylo. S. Riech-Büschlein.
Applicetur naribus, quando requirit necessitas.

Si fortè sanguinolenta mictio modum excesserit, externis adstringentibus etiam insistendum.

℞. *angv. comitissæ* ℥ß, *opii in spiritu vini soluti* ℈j, *croci ♂ astring.* ʒj. *olei ceræ destill.* ʒß.
In pyxide terreâ. S. Eusserlich anhaltendes Sälblein.

Diæta IN DIÆTA omnis moderatio adhibenda, cum nullum quantumvis egregii remedii genus ullas ægritudines superare possit, nisi ea victus ratio adjungatur, quæ apta sit suâ facultate affectuum vires infringere.

naturalis. NATURALIS ita instituatur. Alimenta exhibeantur *εὔπεπτα, εὔχυμα, καὶ εὐώδεα, facilis coctionis, boni succi & odoris.*

MATERIA varia esse potest, ne ægra unius tædio correpta, nauseam sentiat.

JUSCULA

Digitized by Google

JUSCULA parentur ex HORDEO. VOCANTUR in monumentis antiquorum πτισάναι.

Hippocrates duplici modo ptisanam consuevit parare. 1. mediante longâ elixatione in aquâ, quousque in cremorem sorbitioni aptum vertitur, & hanc *libro de insomniis* appellavit τῆς πτισάνης ἑφθὸν χυλὸν, *ptisanæ succum decoctum*, seu *ptisanam coctam*. 2. Alter modus est hordeum crudum in tenuem pollinem reducere, eundem coquere affusâ sufficienti quantitate aquæ, & mediante brevi elixatione in sorbitionem redigere. Hæc PTISANA CONTUSA appellari potest. Quomodo, & quibus facultatibus conveniant & dissideant duæ hæ ptisanæ, explicat *prosper Martianus*. Coctione simplici decorticati hordei qui paratur cremor, maximè convenit in nostrâ ægrâ. Humectatur sanguis, ejus contemperatur calor, siccitas & acrimonia, ὀργασμὸς mitigantur, sedanturque ad seditionem paratæ biliosæ atomi.

AVENACEÆ ptisanæ seu albi decorticatæ avenæ cremoris usus magnum ægræ promittit commodum. Quamvis enim calidiuscula sit, leni tamen astrictione confert laxis vasorum renalium meatibus. Mitigat seri acrimoniam passularum minorum additio.

Non deterreat ægram ab ejus usu Plinii & aliorum dissuasoria autoritas, quâ latenter Germaniæ populi notantur, & barbariei incusantur, quod avenæ pultem edant, nec aliâ pulte vivant. Salutaris erit ægræ & nullius noxæ cibus.

Magnates nonnulli jusculis in pastu adsumtis superbibere amant.

Quæritur, an salubrius sit ægræ nostræ decocto hordei, seu ptisanæ superbibere vinum, an cerevisiam?

℞. Vinum est commodius. Nititur adsertio autoritate *Hippocratis*, cui familiare hoc consilium. Nititur etiam RATIONE utilitatis. 1. vinum noxas ventriculo, quæ contingere possunt ab usu ptisanæ, ut flatuositatem, corrigit. 2. vehiculi vicem præbet, ut virtus ptisanæ ad remotiores partes perveniat. 3. ipsum vinum modicum nutrit.

Eligatur autem οἶνος οὐ πολυφόρος, ἀλλ' ὀλιγοφόρος,

ἐλάσσων, vinum non quod multum aqua fert, sed quod parum, ut diluatur, *parvum* dictum.

JUSCULA gallinarum, caponum etiam conveniunt, ut & cerevisiæ coctæ cum pane: aquea cum foliis petroselini concisis proficua sunt.

AQUA CAPONIS in ollâ novâ vitreatâ cocta cum passulis, pistaciis, pineis, jujubis, caricis, floribus cordialibus, micâ panis, cinamomo, maci, & per alembicum destillata ut confortans, admitti potest.

Vitalis. CARNES VITULINÆ, agninæ prosunt: leporinæ juniores non debent suspectæ reddi. Pisces saxatiles commendantur.

IN VITALI DIÆTA caveatur aer impurus. Cum ægra non queat ferre hypocausta, pergat lignis ad focum accensis apertum, frigori hyberno mederi.

animalis. IN ANIMALI diætâ motus corporis in rhedâ vitetur, ne vasa aliâs hiantia reserentur.

LENI deambulatione corpus ante prandium exerceatur.

A SOMNO DECENTI magnum expectatur levamen. VIGILIIS modus præfigatur.

ALVUS aperta teneatur. Si verò immemor sui officii, per decentia laxativa ad id exequendum impellatur.

ANIMI PATHEMATA sequiora eradicanda. *ὀξυθυμία καὶ ὀργὴ* absint. Si verò animus ab iis transportatus inopinatò fuerit ad avia, omni modo laborandum, ut sine morâ ab illis scoriis liberetur per effectum contrarium, qualis est gaudium & lætitia. *Ἡ δ' εὐθυμία ἀφίησι καρδίαν. Lætitia relaxat cor,* dum *καταλείπει τὰ προειρημένα, relinquit ante dicta* id est calorem & humorum attractionem. Iræ impetus ut cesset, mora præcipitis mali remedium in consilium adhibeatur. Non universa tollitur, graves primos quæ habet impetus ira: tota vincetur, si partibus capiatur.

Exulet tristitia, ad Indos relegetur morositas, spes restitutionis cuncta resocillet, lætumque gaudium ubique persentiscatur.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT.
ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ

εἰς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER X,

de

affectibus partium genitalium.

CONSULTATIO I

de

impotentia virili.

HISTORIA.

Vir xxx annorum, temperamenti frigidi & humidi, in actionibus suis tardus, passis capillis, habitu corporis laxo, inordinatæ diætæ, carnium fumo induratarum, muriâ, salitarum asellorum, brassicæ, pisorum, lentium, casei veteris esui adsuetus, matrimonium contrahit anno ætatis xx cum divite viduâ xl annorum defor- *Relatio historica.*

 mi,

Digitized by Google

mi, supra ætatem rugosâ, caperatâ fronte, naso sesquipedem extante, & superius labrum ferè operiente, præditâ. Ipsa labia sunt crassa instar pollicis, mentum acutum instar digiti indicis, genæ & buccæ foveam atram repræsentant. Conqueritur æger sibi suprà modum movere nauseam, quod pectus habeat cicadæ, crusculumque formicæ. Naticosa est & Herculis instar μελανόπυγος, nunquam se adsociare ausa τῇ καλλιστείᾳ, *pulchritudinis* in templo Junonis Lesbiæ *certamini*. In fœcundo antè eadem vixerat conjugio. Primo anno satis animosus in venerem, ingravidavit eam. Ab eo tempore, sensim experitur, illam promtitudinem & inclinationem remittere non solùm, verùm etiam erectionem virgæ non satisfacere voto, ita ut rarò inire valeat. Aliam etiam ob causam abhorret à concubitu: audivit enim sæpiùs coitum cum deformi obesse sanitati & vitæ insidiari. Timens sibi, abstinet. Uxor cum sit cupida prolis, sæpè ipsum animat, debiti conjugialis admonet, & ad duellum provocat. Sed ipse glacie frigidior torpet, & quantumvis hasta virilis nonnunquam erigatur, statim tamen, cum ad dulcia prælia ventum, fit lorum in aquâ, & pudibunda refugit in viscera. Inde ipse mœstus, nullo utitur consortio, privatâ vitâ contentus gravitatem quandam sentit circa perinæum, titillationem circa glandem, appetitum prostratum, insomnia turbulenta. Unum incommodum valdè molestum his omnibus malis jungitur, quod stans, urinam non possit emittere saltuatim, multò minus equo insidens, sed illa defluat per latera scroti, caligasque madefaciat. Sollicitus, ne in futurum omnia ruant in pejus, petit consilium, & ut in venerem animositas restituatur, unicè in votis habet.

RESOLUTIO.

Affectus species. AFFECTUS in hâc historiâ propositus, est virilis ad rem veneream exercendam impotentia.

Tale autem symptoma esse, satis superque exinde patescit, quod naturalis facultas membrum quæ attollit & distendit, nunc langueat, virga enim ita est enervata, ut nullo conatu erigi extendive queat.

MAGNUM esse symptoma hoc, dignitas læsæ actionis satis demonstrat: virga enim à Deo opifice ad seminis ejaculationem est condita, semen minimè ejaculari potest, nisi ipsa extendatur & turgeat, quod hic minimè fit: nullus itaque sequitur actus venereus, & sic nulla generatio.

SUBJECTUM duplex hujus symptomatis esse censemus: unum mediatum, alterum immediatum: MEDIATUM pudendum ipsum, beneficio seminis ac spiritus non erigitur ac in actum deducitur: IMMEDIATUM sunt vasa tùm sanguinem, tùm semen deferentia & concoquentia, ut & arteriæ, spiritum vitalem à corde ad substantiam penis deferentes. *Τὸ ὑποκείμενον, μόριον,*

CAUSAM triplicem statuimus, unam immediatam, alteram mediatam proximam, tertiam mediatam remotam. *Causa:*

IMMEDIATA est ad actum venereum exercendum impotentia; & quidem in genere actionis facultatum naturalium læsio. *immediata,*

MEDIATA PROXIMIOR causa impotentiæ virilis potissimùm quadruplex statui solet. 1. à seminis cruditate, paucitate vel defectu, commodè deduci potest. 2. à spiritibus vitalibus, quorum beneficio membrum virile inflatur, distenditur, paucis vel deficientibus alia dependet causarum classis. 3. à musculorum penem attollentium resolutione sive languore. 4. ab incantamentis petitur. *mediata proximior,*

In præsenti ægro seminis cruditas & paucitas, spirituumque vitalium penuria videtur in causâ. SEMEN paucum est & crudum propter intemperiem frigidam & debilitatem viscerum coctioni destinatorum, unde naturam ad erectionem non stimulat, & spirituum vitalium confluxum, unde membri virilis erectio fieri debet, impedit. SPIRITUS quoque, qui membrum virile ejusque nervosa spongiosa, fibrosa & glandulosa corpora inflat, defectus in causâ est, ut membrum non erigatur, & officium suum faciat. Oritur autem hic defectus præcipuè ob cordis frigiditatem, unde etiam impotentes frigidi appellantur.

MEDIATA REMOTIOR causa triplex est, & partim à rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam petitur. *mediata remotior.*

IN REBUS NATURALIBUS temperamentum ægroti nostri frigidum & humidum proponitur. Hoc maximam causam hujus impotentiæ judicamus, habitum enim corporis laxat & torpidum reddit.

Ex REBUS NON NATURALIBUS CIBUS accusatur, non enim cibus semper corpus nostrum conservat & instaurat, sed aliquando etiam destruit, cum nimirum diætæ ordinatæ ratio non habetur. Exinde meritò hanc ad causas impotentiæ hujus referimus, hac enim ratione ventriculus labefactatur, concoctio non ritè perficitur, & omnes ferè actiones facultatis naturalis suis non funguntur officiis. Non solùm enim ex partibus principalioribus, sed & ex parte membrorum mediorum, seminis & veneris oritur diminutio.

Imprimis autem ANIMI AVERSIO ab uxore ob deformitatem, vitæ periculi metum, coitûsque abstinentiam inde sequutam, maximum momentum huic impotentiæ addit.

DEFORMITATIS, & inde nati deficientis APPETITUS sensitivi, magna vis est. Cum enim enormiter deformis uxor sit, oculi in amore duces speciem illam offerentes imaginationi, ingratam visui, auditui horrendam, tactui spinosam, & multis inæqualibus atomis molestam, faciunt, ut animus potiùs retrahatur, & à licito concubitu absterreatur. Inde cum contingat, ut raro coëat, frigidiorique cultu Cupidinem veneretur & Venerem exosculetur; hæc ignavia membra genitalia exsolvit.

Non leve ad hanc impotentiam momentum confert CONCEPTUS ille METUS de noxio cum deformi vetulâ concubitu, qui ipsum valde turbat & deterret.

Ratio symptomatum. Hæc, cum ita se habeant, non mirum, quod æger sit MOESTUS, nulloque utatur consortio, privatâ vitâ contentus.

3. Malè sibi conscius dolet suam vicem, contristatur se neque virum esse, neque semivirum, sed carere illâ beatitudine carnali, in quâ triumphant nequissimi mortalium, vespillo, nautæ.

4. GRAVITAS adest circà perinæum à copiâ materiæ seminalis vesicas & prostatas distendente.

XXIII.

TITILLATIO adest circà glandem penis ob consensum.

APPETITUS prosternitur ciborum, consentit animalis hæc functio passionibus mentis.

INSOMNIA contingunt turbulenta ob distractum animum. Vaporibus seminalibus nonnulli adscribere solent.

SPURCA urinæ emissio adscribitur penis effœtæ brevitati. Recondit se hoc generosum membrum infirmitatis suæ conscium & in viscera ceu tutum exprobrationis confugit asylum.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΝ sinistram ipse instituit æger, & mala sibi metuit graviora, informatus seminis retentionem matrem esse multorum malorum, contrà obsequiosum veneris usum & moderatum exercitium præsentis valetudinis statum conservare, & absenti patentissimas fores aperire. *Prædictio.*

Non minora ipsius sunt desideria. Animus ipsius præ gaudio exsultat, cum Venerei exercitii elogium à *Pausania* promulgatum, & eleganti historia confirmatum, quod venustatem conciliet & formæ elegantiam legit & relegit suspiria ex intimis ducit penetralibus ventriculorum & septi cordis cum in memoriam sibi revocat, quod uxor Agasidis, quæ Spartanarum omnium virginum erat turpissima, mulierum evasit post Helenam formâ præstantissima. Hoc idem sperat beneficium à Venere, modò illam cum deformi suâ uxore colere frequentiùs posset. Sed verendum, ne spes futura sit vana.

Ablatio annua supponit indispositionem refractariam, quæ non sit obedientiam præstitura medicamentis.

DIUTURNITAS affectûs facilem curationem respuit. In historiâ enim proponitur, ægrum nostrum matrimonium iniisse anno ætatis vigesimo, in illo decem annorum spatio vixisse, & per unum tantum annum ad venerem potentem, per reliquos verò annos impotentem fuisse. Longitudinem quoque minatur species morbi FRIGIDA.

EVENTUM tamen meliorem, quia æger noster senectutis limina nondum salutavit, neque imbecillitate virium magnâ laborat, speramus aliqualem, licet impetratu difficilem.

CURATIO

Digitized by Google

Curatio. CURATIO hâc ſpe conceptâ inſtitui poteſt, ſed non ſine prognoſtico.

INSTITUI poteſt curatio, non enim ſpes eſt, naturæ beneficio curatum iri ægrum. Eſt quidem hæc τῶν νόσων ἰατρὸς *morborum medicatrix*, ſed non omnium, nec omni tempore. Conſiliis medici hic opus eſt & auxiliis. Deſerendus æger haud eſt, quantumvis videatur deſperationi proximus, nam & incurabilibus manus admovenda.

Indicationes. Nititur INDICATIONIBUS ordinariis: CURATORIA, PRÆSERVATORIA & VITALI.

Cauſæ, quæ malum hoc inducunt, tollendæ, humores vitioſi evacuandi, & omnia, quæ præter naturam adſunt, in naturalem ſtatum redigenda. Cognitâ causâ, facilè poteſt intelligi, in quo conſiſtat curationis ratio.

Cauſas impotentiæ virilis poſuimus ſeminis paucitatem, cruditatem, ſpiritusque vitalis defectum. Curatio igitur à contrarietate ſuſcipi debet. Seminis cruditas concoctionem, ſpiritusque vitalis languor excitationem requirit.

Ordo exſequutionis. ORDO EXSEQUUTIONIS in his indicationibus benè attendendus. Errant, qui de ſpirituum & ſeminis copiâ parum ſolliciti, medicamentis calidioribus conſopitas ſeminis igniculos excitare volunt. Primùm medicamentis ſanguis depurgandus & à ſcoriis liberandus: deinde bonæ diætæ regulis, cibisque reſtaurativis limpidus & ſerenus chylus colligendus, & poſt aphrodiſiaca & ſatyrica ſubjungenda.

Materia præſidiorum. MATERIAE præſidiorum, quibus his indicationibus ſatisfacimus, ex triplici curationis fonte *chirurgico*, *pharmaceutico & diætetico* depromuntur.

Chirurgica. Ex CHIRURGICO fonte nulla ægro noſtro ſpes affulget ab ordinariis præſidiis ſenſibiliter vel inſenſibiliter evacuantibus.

Incongruum ſpurcæ caligarum permiſtionis auferri poteſt inquinamentum non cucurbitulis ſiccis applicatis membri trunco, quod ſecreti inſtar habebat & commendat ruſtico ægro cuidam celeberrimus quidam medicus, ſed ollâ fictili vel vitreo urinario vaſe, vel tubulo ligneo infundibuli

dibuli in modum tornatili arte effigiato, inferiore parte angusto, supernâ lato. Hoc applicandum membro micturienti.

Equo vectus alium tubulum in promtu habeat, cui sacculus affixus teres cavus coriaceus, perque eum sine periculo alicujus spurcitiei aquam pedum emittat.

PHARMACEUTICUS FONS pristinæ sanitatis recuperationem promittit. Curatio imminutæ actionis erigendæ virgæ pro causæ variat ratione. Potissimum autem in remediorum excalefacientium, flatuosum spiritum generantium, semenque augentium usurpatione, partium principum, cerebri, cordis, jecoris, renum roboratione, & temperaturæ frigidæ correctione, consistit. *pharmaceutica.*

Quapropter allaborandum, ut intemperies corrigatur, & materia seminis & spirituum, sanguis nimirum bonus generetur. Hoc ut commodè fiat, obstacula, humores nempe vitiosi, qui calorem nativum quasi obtundunt, prius removenda. Id commodè remediis sequentibus perfici posse judicamus.

LENIENTIA primum merentur locum, quæ primas vias à vitiosorum humorum saburrâ leniter evacuant. Fieri non potest, quin in iis pravi succi, qui impedimentorum curationis vice fungi queunt, non cumulentur in mesenterio, pancreate usque ad cavam jecoris partem. *Lenientia & leniter purgantia.*

Expurgetur ergò corpus mannâ, aloë & aliis.

℞. *hepatici rubri* ℈ß, *scammonii per fumum* ♀ *pp.* ℥. x, *eleosacchari cinamomi* ℥. viij.

In chartâ. S. Lindpulver. Adsumat initio prandii in primo cochleari jusculi.

PRAEPARANTIA sequuntur. Opus illis est, cum sanguis illuvie infectus iis indigeat. Sunt autem illa remedia calefacientia: *zingiber*, *cinamomum*, *galanga*, *macis*, *piper*, *grana paradisi*, *caryophylli*, *semina quatuor calida majora & minora*, *aqua stillatitia betonicæ*, *rosmarini*, *majoranæ*, *salviæ*, *hyssopi*, *absinthii*, *pulegii*, *baccarum juniperi*, *acori veri albi*, *cinamomi*, *anisi*, *fœniculi*, *carvi &c.* *Digestiva.*

Qqqqq Julepus

Julepus eo fine concinnari potest sequens:

℞. *sirupi cinamomi, rubi Idæi* a. ℥iß,
aq. cinamomi cum cordialibus destill. vini optimi a. ℥vj, *conf. alkermes* ʒij, *ol. rosar. still.* ℈ß. M. Detur in vitro.

S. Kräfftiger præparir Julep nach belieben zu nehmen ij. iij. Löffel voll.

POTIO si placeat, ordinari potest talis:

℞. *hydromel.* ℥iß, ♀ ⊕lati ℈ß, *aq. betonicæ* ℥ß. M. Detur in vitro. S. Præparir-Tränckleín.

Duabus horis post cœnam assumatur.

℞. *seri lactis* ℔ IV, *succi limonum* ℥ß, *pomorum acidor.* ℥vj. Clarificetur cum albumine ovi, *sacchari violati. q. s.* M. Detur in vitro. S. Aperitiv-Tränckleín.

Purgantia. Hoc modo humoribus præparatis, ad PURGANTIA propriè dicta accedimus, ut sanguis magis magisque defæcetur.

℞. *herb. cardui benedicti, scabiosæ, veronicæ, chamædryos, hepaticæ stell.* a. p. ij, *flor. anthos, betonicæ* a. p. ij, *consol. regalis* p. iij. *rad. helenii, angelicæ, petrosel* a. ʒij, *ireos nostratis, sem. carthami* a. ʒij, *fol. senæ s. stipitibus* ʒiiß, *rhabarb.* ʒiiß, *agarici trochiscati* ʒiij, *turbed.* ʒiiß, *rad. ellebor. nigri pp.* ʒj, ♀ri *albi* ʒvj, *caryophyll.* ℈j,

Incisa & contusa M. F. nodulus ex sindone, detur ad chartam. S. Säcklein zu drey Kannen Wein.

Stent per noctem in loco calido. De hoc infuso horâ matutinâ nonâ & vespertinâ quartâ æger capiat haustum. Egregiè sanguinem purificat.

℞. *fol. senæ Alexandrinæ* ʒij, *rhabarb. electi* ʒj, *crystallorum* ♀ *spir.* ⊕*li irroratorum*, ʒij, *sem. fœniculi, anisi* a. ʒj.

Infun-

Digitized by Google

Infundantur per noctem in aquis fragorum, fumariæ, & rosarum q. s. Manè leniter coq. In colaturæ manè factæ ℥iiij dissolve

sir. cinamomi cum 🜄 *vel cum vino dulci parati* ℥j.

F. Potio ad ij. doses. S. Purgier-Tranck.

PULVIS si arrideat,

℞. *spec. diatorbedon cum rhabarb. pulv. jalappæ* a. ℈ß. *resinæ jalappæ* gr. iij. *ol. stillatitii anisi, fœnic.* a. gt. ij.

M. F. Pulvis subtilissimus. Detur in chartâ. S. Purgier-Pulver.

Hunc æger horis matutinis unâ vice in jusculo calido adsumat.

PILULAE si placeant,

℞. *extracti aloës* ℈j. *pilul. cochiar. aurear.* a. gr. v. *ol. still. rutæ, elixir. propr. Paracelsi* a. gt. ij.

M. F. *Pilulæ* n. x. Adspergantur pulvere quodam, & dentur ad chartam. S. Pillen auf einmahl.

Hasce æger assumat, superbibendo haustum cerevisiæ calidæ, semihora ante prandium.

CLYSTER si placeat, talis injici potest:

℞. *herb. malvæ, mercur. flor. anethi, chamæm.* a. Mß, *rad. althææ* ℥ß, *sem. fœnic.* ʒij, *erucæ* ʒß, *sennæ Alex.* ʒß, *rad. bryon.* ʒj, *prunor. damasc.* n. xij.

Concisa & contusa coquantur in jusculo galli q. s.

Colati juris ℞. ℔j. Huic admisce

cassiæ extractæ ℥j, *ol. chamæmeli* ℥ij.

M. F. Clyster, applicetur tepidè.

Nulla videtur subesse causa, ob quam dissuadeatur usus acidularum Ægranarum.

Hoc modo præparatis & evacuatis humoribus noxiis, ad medicamenta, quæ SPIRITUUM & SEMINIS COPIAM augent, sicque virilitatem suscitant, accedendum. *Aphrodisiaca.*

Inter INTERNA *simplicia* excellunt *radix eryngii con-* *Interna dita, simplicia.*

Digitized by Google

℞. ⚪ *nuc. moſch. expreſſi* ℥iij, *menthæ criſpæ, abſinthii ruſtici, cinamomi, caryophyllorum albi, angelicæ* a. gr. x, *juniperini* ℈j.
In pyxide eburneâ. M. S. Magen-Balſam.
Manè & veſperi eo inungatur ventriculi regio.

Cum nonnunquam uterinæ occurrant ſeditiones, in parato haberi queunt emplaſtra *ἐπομφαλικά*.

℞. *emplaſtri galbaneti officinalis* ℥iij.
Diſtende in alutâ rubrâ, & ſindone obduc in chartâ.
S. Mutter-Pflaſter.

NODULUS pro naribus talis paretur, qui ſemper ſit ad manum.

℞. *gummi galbani* ℥ij, *aſæ fœtidæ* ℨß.
Miſce in nodulo cum ſtylo. S. Riech-Büſchlein.

℞. *caſtorei* ℨß.
In ſyndone rubro cum ſtylo. S. Riech-Büſchlein.
Applicetur naribus, quando requirit neceſſitas.

Si fortè ſanguinolenta mictio modum exceſſerit, externis adſtringentibus etiam inſiſtendum.

℞. *ungv. comitiſſæ* ℥ß, *opii in ſpiritu vini ſoluti* ℈j, *croci* ♂ *aſtring.* ℨj. *olei ceræ deſtill.* ℨß.
In pyxide terreâ. S. Euſſerlich anhaltendes Sälblein.

Diæta IN DIÆTA omnis moderatio adhibenda, cum nullum quantumvis egregii remedii genus ullas ægritudines ſuperare poſſit, niſi ea victus ratio adjungatur, quæ apta ſit ſuâ facultate affectuum vires infringere.

naturalis. NATURALIS ita inſtituatur. Alimenta exhibeantur *εὔπεπτα, εὔχυμα, καὶ εὐώδεα, facilis coctionis, boni ſucci & odoris.*

MATERIA varia eſſe poteſt, ne ægra unius tædio correpta, nauſeam ſentiat.

JUSCULA

Digitized by Google

JUSCULA parentur ex HORDEO. VOCANTUR in monumentis antiquorum πτισάναι.

Hippocrates duplici modo ptisanam consuevit parare. 1. mediante longâ elixatione in aquâ, quousque in cremorem sorbitioni aptum vertitur, & hanc *libro de insomniis* appellavit τῆς πτισάνης ἑφθὸν χυλὸν, *ptisanæ succum decoctum*, seu *ptisanam coctam*. 2. Alter modus est hordeum crudum in tenuem pollinem reducere, eundem coquere affusâ sufficienti quantitate aquæ, & mediante brevi elixatione in sorbitionem redigere. Hæc PTISANA CONTUSA appellari potest. Quomodo, & quibus facultatibus conveniant & dissideant duæ hæ ptisanæ, explicat *prosper Martianus*. Coctione simplici decorticati hordei qui paratur cremor, maximè convenit in nostrâ ægrâ. Humectatur sanguis, ejus contemperatur calor, siccitas & acrimonia, ὀργασμὸς mitigantur, sedanturque ad seditionem paratæ biliosæ atomi.

AVENACEÆ ptisanæ seu albi decorticatæ avenæ cremoris usus magnum ægræ promittit commodum. Quamvis enim calidiuscula sit, leni tamen astrictione confert laxis vasorum renalium meatibus. Mitigat seri acrimoniam passularum minorum additio.

Non deterreat ægram ab ejus usu Plinii & aliorum dissuasoria autoritas, quâ latenter Germaniæ populi notantur, & barbariei incusantur, quod avenæ pultem edant, nec aliâ pulte vivant. Salutaris erit ægræ & nullius noxæ cibus.

Magnates nonnulli jusculis in pastu adsumtis superbibere amant.

Quæritur, an salubrius sit ægræ nostræ decocto hordei, seu ptisanæ superbibere vinum, an cerevisiam?

℞. Vinum est commodius. Nititur adsertio autoritate *Hippocratis*, cui familiare hoc consilium. Nititur etiam RATIONE utilitatis. 1. vinum noxas ventriculo, quæ contingere possunt ab usu ptisanæ, ut flatuositatem, corrigit. 2. vehiculi vicem præbet, ut virtus ptisanæ ad remotiores partes perveniat. 3. ipsum vinum modicum nutrit.

Eligatur autem οἶνος οὐ πολυφόρος, ἀλλ' ὀλιγοφόρος,

 ὑδαρέστερος,

ἐλάσσων, *vinum non quod multum aqua fert, sed quod parum*, ut diluatur, *parvum* dictum.

JUSCULA gallinarum, caponum etiam conveniunt, ut & cerevisiæ coctæ cum pane: aquea cum foliis petroselini concisis proficua sunt.

AQUA CAPONIS in ollâ novâ vitreatâ cocta cum passulis, pistaciis, pineis, jujubis, caricis, floribus cordialibus, micâ panis, cinamomo, maci, & per alembicum destillata ut confortans, admitti potest.

Vitalis. CARNES VITULINÆ, agninæ prosunt: leporinæ juniores non debent suspectæ reddi. Pisces saxatiles commendantur.

IN VITALI DIÆTA caveatur aer impurus. Cum ægra non queat ferre hypocausta, pergat lignis ad focum accensis apertum, frigori hyberno mederi.

Animalis. IN ANIMALI diætâ motus corporis in rhedâ vitetur, ne vasa aliàs hiantia reserentur.

LENI deambulatione corpus ante prandium exerceatur.

A SOMNO DECENTI magnum expectatur levamen. VIGILIIS modus præfigatur.

ALVUS aperta teneatur. Si verò immemor sui officii, per decentia laxativa ad id exequendum impellatur.

ANIMI PATHEMATA sequiora eradicanda. ὀξυθυμία καὶ ὀργὴ absint. Si verò animus ab iis transportatus inopinatò fuerit ad avia, omni modo laborandum, ut sine morâ ab illis scoriis liberetur per effectum contrarium, qualis est gaudium & lætitia. Ἡ δ' εὐθυμία ἀφίησι καρδίαν. *Lætitia relaxat cor*, dum καταλείπει τὸ προειρημένον, *relinquit ante dicta* id est calorem & humorum attractionem. Iræ impetus ut cesset, mora præcipitis mali remedium in consilium adhibeatur. Non universa tollitur: graves primos quæ habet impetus ira: tota vincetur, si partibus capiatur.

Exulet tristitia, ad Indos relegetur morositas; spes restitutionis cuncta refocillet, lætumque gaudium ubique persentiscatur.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER X,
de
affectibus partium genitalium.

CONSULTATIO I
de
impotentia virili.

HISTORIA.

VIr xxx annorum, temperamenti frigidi & humidi, in actionibus suis tardus, passis capillis, habitu corporis laxo, inordinatæ diætæ, carnium fumo induratarum, muriâ, salitarum asellorum, brassicæ, pisorum, lentium, casei veteris esui adsuetus, matrimonium contrahit anno ætatis xx cum divite viduâ xl annorum defor- *Relatio historica.*

 mi,

mi, supra ætatem rugosâ, caperatâ fronte, naso sesquipedem extante, & superius labrum ferè operiente, præditâ. Ipsa labia sunt crassa instar pollicis, mentum acutum instar digiti indicis, genæ & buccæ foveam atram repræsentant. Conqueritur æger sibi suprà modum movere nauseam, quod pectus habeat cicadæ, crusculumque formicæ. Naticosa est & Herculis instar μελανόπυγος, nunquam se adsociare ausa τῇ καλλιστεία, *pulchritudinis* in templo Junonis Lesbiæ *certamini*. In fœcundo antè eadem vixerat conjugio. Primo anno satis animosus in venerem, ingravidavit eam. Ab eo tempore, sensim experitur, illam promtitudinem & inclinationem remittere non solùm, verùm etiam erectionem virgæ non satisfacere voto, ita ut rarò inire valeat. Aliam etiam ob causam abhorret à concubitu: audivit enim sæpiùs coitum cum deformi obesse sanitati & vitæ insidiari. Timens sibi, abstinet. Uxor cum sit cupida prolis, sæpè ipsum animat, debiti conjugialis admonet, & ad duellum provocat. Sed ipse glacie frigidior torpet, & quantumvis hasta virilis nonnunquam erigatur, statim tamen, cum ad dulcia prælia ventum, fit lorum in aquâ, & pudibunda refugit in viscera. Inde ipse mœstus, nullo utitur consortio, privatâ vitâ contentus gravitatem quandam sentit circa perinæum, titillationem circa glandem, appetitum prostratum, insomnia turbulenta. Unum incommodum valdè molestum his omnibus malis jungitur, quod stans, urinam non possit emittere saltuatim, multò minus equo insidens, sed illa defluat per latera scroti, caligasque madefaciat. Sollicitus, ne in futurum omnia ruant in pejus, petit consilium, & ut in venerem animositas restituatur, unicè in votis habet.

RESOLUTIO.

Affectus. AFFECTUS in hâc historiâ propositus, est virilis ad rem veneream exercendam impotentia.

Species. Tale autem symptoma esse, satis superque exinde patescit, quod naturalis facultas membrum quæ attollit & distendit, nunc langueat, virga enim ita est enervata, ut nullo conatu erigi extendive queat.

MAGNUM esse symptoma hoc, dignitas læsæ actionis satis demonstrat: virga enim à Deo opifice ad seminis ejaculationem est condita, semen minimè ejaculari potest, nisi ipsa extendatur & turgeat, quod hic minimè fit: nullus itaque sequitur actus venereus, & sic nulla generatio.

SUBJECTUM duplex hujus symptomatis esse censemus: unum mediatum, alterum immediatum: MEDIATUM pudendum ipsum, beneficio seminis ac spiritus non erigitur ac in actum deducitur: IMMEDIATUM sunt vasa tùm sanguinem, tùm semen deferentia & concoquentia, ut & arteriæ, spiritum vitalem à corde ad substantiam penis deferentes. *Τὸ ὑποκείμενον μόριον.*

CAUSAM triplicem statuimus, unam immediatam, alteram mediatam proximam, tertiam mediatam remotam. *Causa:*

IMMEDIATA est ad actum venereum exercendum impotentia, & quidem in genere actionis facultatum naturalium læsio. *immediata.*

MEDIATA PROXIMIOR causa impotentiæ virilis potissimùm quadruplex statui solet. 1. à seminis cruditate, paucitate vel defectu, commodè deduci potest. 2. à spiritibus vitalibus, quorum beneficio membrum virile inflatur, distenditur, paucis vel deficientibus alia dependet causarum classis. 3. à musculorum penem attollentium resolutione sive languore. 4. ab incantamentis petitur. *mediata proximior.*

In præsenti ægro seminis cruditas & paucitas, spirituumque vitalium penuria videtur in causâ. SEMEN paucum est & crudum propter intemperiem frigidam & debilitatem viscerum coctioni destinatorum, unde naturam ad erectionem non stimulat, & spirituum vitalium confluxum, unde membri virilis erectio fieri debet, impedit. SPIRITUS quoque, qui membrum virile ejusque nervosa spongiosa, fibrosa & glandulosa corpora inflat, defectus in causâ est, ut membrum non erigatur, & officium suum faciat. Oritur autem hic defectus præcipuè ob cordis frigiditatem, unde etiam impotentes frigidi appellantur.

MEDIATA REMOTIOR causa triplex est, & pàrtim à rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, petitur. *mediata remotior.*

Digitized by Google

IN REBUS NATURALIBUS temperamentum ægroti nostri frigidum & humidum proponitur. Hoc maximam causam hujus impotentiæ judicamus, habitum enim corporis laxat & torpidum reddit.

Ex REBUS NON NATURALIBUS CIBUS accusatur, non enim cibus semper corpus nostrum conservat & instaurat, sed aliquando etiam destruit, cum nimirum diætæ ordinatæ ratio non habetur. Exinde meritò hanc ad causas impotentiæ hujus referimus, hac enim ratione ventriculus labefactatur, concoctio non ritè perficitur, & omnes ferè actiones facultatis naturalis suis non funguntur officiis. Non solùm enim ex partibus principalioribus, sed & ex parte membrorum mediorum, seminis & veneris oritur diminutio.

Imprimis autem ANIMI AVERSIO ab uxore ob deformitatem, vitæ periculi metum, coitûsque abstinentiam inde sequutam, maximum momentum huic impotentiæ addit.

DEFORMITATIS, & inde nati deficientis APPETITUS sensitivi, magna vis est. Cum enim enormiter deformis uxor sit, oculi in amore duces speciem illam offerentes imaginationi, ingratam visui, auditui horrendam, tactui spinosam, & multis inæqualibus atomis molestam, faciunt, ut animus potiùs retrahatur, & à licito concubitu absterreatur. Inde cum contingat, ut raro coëat, frigidiorique cultu Cupidinem veneretur & Venerem exosculetur; hæc ignavia membra genitalia exsolvit.

Non leve ad hanc impotentiam monumentum confert CONCEPTUS ille METUS de noxio cum deformi vetulâ concubitu, qui ipsum valde turbat & deterret.

Ratio symptomatum. 1. Hæc, cum ita se habeant, non mirum, quod æger sit MOESTUS, nulloque utatur consortio, privatâ vitâ contentus. Malè sibi conscius dolet suam vicem, contristatur se neque virum esse, neque semivirum, sed carere illâ beatitudine carnali, in quâ triumphant nequissimi mortalium, vespillo, nautæ.

4. GRAVITAS adest circâ perinæum à copiâ materiæ seminalis vesicas & prostatas distendente.

Digitized by Google

TITILLATIO adest circà glandem penis ob consensum. 3.

APPETITUS prosternitur ciborum, consentit animalis haec functio passionibus mentis. 4.

INSOMNIA contingunt turbulenta ob distractum animum. Vaporibus seminalibus nonnulli adscribere solent. 5.

SPURCA urinae emissio adscribitur penis effoetae brevitati. Recondit se hoc generosum membrum infirmitatis suae conscium & in viscera ceu tutum exprobrationis confugit asylum. 6.

ΠΡΟΓΝΩΣΙΝ sinistram ipse instituit aeger, & mala sibi metuit graviora, informatus seminis retentionem matrem esse multorum malorum, contrà obsequiosum veneris usum & moderatum exercitium praesentis valetudinis statum conservare, & absenti patentissimas fores aperire. Praedictio.

Non minora ipsius sunt desideria. Animus ipsius prae gaudio exsultat, cum Venerei exercitii elogium à *Pausania* promulgatum, & eleganti historia confirmatum, quod venustatem conciliet & formae elegantiam legit & relegit suspiria ex intimis ducit penetralibus ventriculorum & septi cordis cum in memoriam sibi revocat, quod uxor Agasidis, quae Spartanarum omnium virginum erat turpissima, mulierum evasit post Helenam formâ praestantissima. Hoc idem sperat beneficium à Venere, modò illam cum deformi suâ uxore colere frequentiùs posset. Sed verendum, ne spes futura sit vana.

Ablatio annua supponit indispositionem refractariam, quae non sit obedientiam praestitura medicamentis.

DIUTURNITAS affectûs facilem curationem respuit. In historiâ enim proponitur, aegrum nostrum matrimonium inivisse anno aetatis vigesimo, in illo decem annorum spatio vixisse, & per unum tantum annum ad venerem potentem, per reliquos verò annos impotentem fuisse. Longitudinem quoque minatur species morbi FRIGIDA.

EVENTUM tamen meliorem, quia aeger noster senectutis limina nondum salutavit, neque imbecillitate virium magnâ laborat, speramus aliqualem, licet impetratu difficilem.

CURATIO

Curatio. CURATIO hâc ſpe conceptâ inſtitui poteſt, ſed non ſine prognoſtico.

INSTITUI poteſt curatio, non enim ſpes eſt, naturæ beneficio curatum iri ægrum. Eſt quidem hæc τῶν νόσων ἰατρὸς *morborum medicatrix*, ſed non omnium, nec omni tempore. Conſiliis medici hîc opus eſt & auxiliis. Deſerendus æger haud eſt, quantumvis videatur deſperationi proximus, nam & incurabilibus manus admovenda.

Indicationes. Nititur INDICATIONIBUS ordinariis: CURATORIA, PRÆSERVATORIA & VITALI.

Cauſæ, quæ malum hoc inducunt, tollendæ, humores vitioſi evacuandi, & omnia, quæ præter naturam adſunt, in naturalem ſtatum redigenda. Cognitâ cauſâ, facilè poteſt intelligi, in quo conſiſtat curationis ratio.

Cauſas impotentiæ virilis poſuimus ſeminis paucitatem, cruditatem, ſpiritusque vitalis defectum. Curatio igitur à contrarietate ſuſcipi debet. Seminis cruditas concoctionem, ſpiritusque vitalis languor excitationem requirit.

Ordo exſequutionis. ORDO EXSEQUUTIONIS in his indicationibus benè attendendus. Errant, qui de ſpirituum & ſeminis copiâ parum ſolliciti, medicamentis calidioribus conſopitas ſeminis igniculos excitare volunt. Primùm medicamentis ſanguis depurgandus & à ſcoriis liberandus: deinde bonæ diætæ regulis, cibisque reſtaurativis limpidus & ſerenus chylus colligendus, & poſt aphrodiſiaca & ſatyrica ſubjungenda.

Materia præſidiorum. MATERIAE præſidiorum, quibus his indicationibus ſatisfacimus, ex triplici curationis fonte *chirurgico, pharmaceutico & diætetico* depromuntur.

Chirurgica. Ex CHIRURGICO fonte nulla ægro noſtro ſpes affulget ab ordinariis præſidiis ſenſibiliter vel inſenſibiliter evacuantibus.

Incongruum ſpurcæ caligarum permictionis auferri poteſt inquinamentum non cucurbitulis ſiccis applicatis membri trunco, quod ſecreti inſtar habebat & commendat ruſtico ægro cuidam celeberrimus quidam medicus, ſed ollâ fictili vel vitreo urinario vaſe, vel tubulo ligneo infundibuli

dibuli in modum tornatili arte effigiato, inferiore parte angusto, supernâ lato. Hoc applicandum membro micturienti.

Equo vectus alium tubulum in promtu habeat, cui sacculus affixus teres cavus coriaceus, perque eum sine periculo alicujus spurcitiei aquam pedum emittat.

PHARMACEUTICUS FONS pristinæ sanitatis recuperationem promittit. Curatio imminutæ actionis erigendæ virgæ pro causæ variat ratione. Potissimum autem in remediorum excalefacientium, flatuosum spiritum generantium, semenque augentium usurpatione, partium principum, cerebri, cordis, jecoris, renum roboratione, & temperaturæ frigidæ correctione, consistit. *Pharmaceutica.*

Quapropter allaborandum, ut intemperies corrigatur, & materia seminis & spirituum, sanguis nimirum bonus generetur. Hoc ut commodè fiat, obstacula, humores nempe vitiosi, qui calorem nativum quasi obtundunt, prius removenda. Id commodè remediis sequentibus perfici posse judicamus.

LENIENTIA primum merentur locum, quæ primas vias à vitiosorum humorum saburrâ leniter evacuant. Fieri non potest, quin in iis pravi succi, qui impedimentorum curationis vice fungi queunt, non cumulentur in mesenterio, pancreate usque ad cavam jecoris partem. *Lenientia & leniter purgantia.*

Expurgetur ergò corpus mannâ, aloë & aliis.

℞. *hepatici rubri* ℈ß, *scammonii per fumum* ♀ *pp.* ℥. x, *eleosacchari cinamomi* ℥. viij.

In chartâ. S. Lindpulver. Adsumat initio prandii in primo cochleari jusculi.

PRAEPARANTIA sequuntur. Opus illis est, cum sanguis illuvie infectus iis indigeat. Sunt autem illa remedia calefacientia: *zingiber, cinamomum, galanga, macis, piper, grana paradisi, caryophylli, semina quatuor calida majora & minora, aqua stillatitia betonicæ, rosmarini, majoranæ, salviæ, hyssopi, absinthii, pulegii, baccarum juniperi, acori veri albi, cinamomi, anisi, fœniculi, carvi &c.* *Digestiva.*

Infundantur per noctem in aquis fragorum, fumariæ, & rosarum q. s. Manè leniter coq. In colaturæ manè factæ ℥iiij dissolve

sir. cinamomi cum 🜄 *vel cum vino dulci parati* ℥j.

F. Potio ad ij. doses. S. Purgier-Tranck.

PULVIS si arrideat,

℞. *spec. diatorbedon cum rhabarb. pulv. jalappæ* a. ℈ß, *resinæ jalappæ* g. iij, *ol. stillatitii anisi, fœnic.* a. gt. ij.

M. F. Pulvis subtilissimus. Detur in chartâ. S. Purgier-Pulver.

Hunc æger horis matutinis unâ vice in jusculo calido adsumat.

PILULAE si placeant,

℞. *extracti aloës* ℈j, *pilul. cochiar. aurear.* a. g. v, *ol. still. rutæ, elixir. propr. Paracelsi* a. gt. ij.

M. F. *Pilulæ* n. x. Adspergantur pulvere quodam, & dentur ad chartam. S. Pillen auf einmahl.

Hasce æger assumat, superbibendo haustum cerevisiæ calidæ, semihora ante prandium.

CLYSTER si placeat, talis injici potest:

℞. *herb. malvæ, mercur. flor. anethi, chamæm.* a. Mß, *rad. althææ* ℥ß, *sem. fœnic.* ʒij, *erucæ* ℥ß, *senæ Alex.* ʒß, *rad. bryon.* ℥j, *prunor. damasc.* n. xij.

Concisa & contusa coquantur in jusculo galli q. s. Colati juris ℞. ℔j. Huic admisce

cassiæ extractæ ℥j, *ol. chamæmeli* ℥ij.

M. F. Clyster, applicetur tepidè.

Nulla videtur subesse causa, ob quam dissuadeatur usus acidularum Ægranarum.

Hoc modo præparatis & evacuatis humoribus noxiis, ad medicamenta, quæ SPIRITUUM & SEMINIS COPIAM augent, sicque virilitatem suscitant, accedendum. *Aphrodisiaca.*

Inter INTERNA *simplicia* excellunt *radix eryngii con-* *Interna dita, simplicia.*

dim, vel facchuro confecta horâ matutinâ nonâ, vel vespertinâ circa tempus decumbendi, & *nux moschata* in Indiâ condita cum cortice & flore suo. Adsumitur pro arbitratu illius ℥j. hujus tertia pars vel dimidia, si nolit parcere sumtibus. Optavimus habere ad manum plantam, quæ *monitore Eresio libro 9. historia plantarum cap. 20*, non solùm edentibus, sed etiam tangentibus dicebatur tantam inspirare vim, ut quoties vellent, coire possent. Nonnulli duodecies póst ejus esum se potuisse dixerunt. Indus autem quidam robustus septuagesies se coivisse gloriabatur. Sed non satis firma ex aliorum relatione profectæ historiæ fides. *Eresius* sæpe fabulas, *more Plinii*, nobis apponit pro epulis. Impetrandæ etiam talis radicis nulla spes.

2. TABELLÆ CORDIALES magni æstimandæ:

℞. *sacchari albi aq. rosar. q. s. sol.* ℥v, *conf. alkerm* ℥ß, *ambra grysea cum sacch. trita* ʒj.
F. Tabellæ pondere ʒj.
Earum unam sumat manè cum vini haustu.

℞. *chocalata Indorum* ʒj. *Detur in haustu vini Malvatici vel Petri Simeonis* circa noctem.

4. ℞. *conserva flor. betonica* ℥iij, *anthos* ℥j, *fumaria* ℥iß, *conditi corticum citri, zingib. in Tsina conditi* a. ℥ß, *spec. diacinamomi, aromatici rosati* a. ʒj, *spir. citri* ℈iiij. M. *cum syr. de cinamomo q. s.*
F. Electuarium. Detur in fictili S. Stärcklattwerg.

De hoc æger singulis matutinis tuberculum nucis juglandis capiat. Intemperiem hepatis & ventriculi imprimis frigidam alterat.

Vel

5. ℞. *electuarii diasatyrii* ℥ß.
In pyxide signetur Stärcklattwerg.
Assumat ʒj. ante noctem cum vino generoso, experiaturque successum.

Digitized by Google

Si non faciat officium, de sequenti pulvere cubiturus capiat ℨj. cum lacte tepido vel vino generoso:

℞. *sem. anisi, fœniculi, pastinacæ* a. ℨj. *erucæ* ℨij.
piperis, cinamomi, pellicular. stomachi gallin. a. ℨiß,
rasuræ priapi cervini ℨij, *stincorum pp.* ℈j.
spec. di ambra ℈ij, *sacch. rosati tabulati ad podus omnium.*

M. F. Pulvis. Detur in scatulâ. S. Kräfftiges Pulver.

Vel

℞. *testiculorum galli aridorum, vulpis,*
priapi taurini, cervini a. ℨj,
stinci Ægyptiaci n. j. *sem. erucæ, lini* a. ℨiß,
rad. eryngii, ari a. ℨß, *piperis longi, albi* a. ℈j.

M. F. Pulvis, adde *ol. fœniculi* ℨj. DOSIS & usus ut antecedentis.

ELECTUARIUM hoc magni videtur momenti:

℞. *conservæ majoranæ, anthos* a. ℥ß,
elect. diasatyrii, conservæ rad. eryngii a. ℨiij,
cerebellorum passerum n. v, *priapi cervini,*
matricis leporis, coaguli leporini a. ℨj. *stinci pp.* ℈j.
sem. erucæ, pastinacæ, anisi, cinamomi a. ℨß,
spec. di ambra, dia moschi dulcis a. ℈j.
moschi electi gr. iij. *sirupi de stœchade* q. s.

M. F. Electuarium. De hoc sumat æger bis in die ℨij.

℞. *essentiæ satyrii* ℨij. In vitro S. Essenz.

EXTERNA magnarum virium non negligenda.

℞. *ol. nucum in quo cantharides abruptis alis sint coctæ* ℨvj, *formic.* ℨiij. *laurini* ℨiß, *salviæ, spicæ* a. gr. iij. Externa.

Cum paucâ cerâ F. Linimentum, quo regio inter podicem & testiculos calidè inungatur.

BALSAMUM ad perinæi, testium & lumborum inunctionem multum promittit solatii.

℞. *ol. NM. expressi* ℨvj,
still. macis gt. ix, *caryophyll.* gt. vij,
balsami de Peru ℨj, *zibethi* ℈j.

M. F. l. a. Balsamum. Detur in pyxide. S. Balsam.

Illinatur eo perinæum, ad musculos penis, imò penem ipsum confortandum.

3. UNGUENTUM, quo ventriculus & hepar manè & vesperi inungantur, tale esse potest:

℞. *ol. absinthii, masticbini, nardini* a. ℥j, *NM. expr.* ʒij, *still. foen.* gt. IX, *ligni rhodii* gt. VII.
M. F. Unguentum. Detur in vasculo. S. Salbe.

4. FOMENTUM sequens conducit scroto applicatum:

℞. *flor. chamameli, meliloti, summitatum anethi, herb. althææ* a. Mj, *sem. anisi, foeniculi* a. ℥j.
Coquantur in q. s. vini ad medietatem, detur usui. S. Uberschlag. Applicetur cum spongiâ.

5. EPITHEMATA cordis regioni admoveri solita, testibus, quibus summus cum corde intercedit consensus, applicanda:

℞. *confectionis de hyacintho, alkermes* a. ʒij.
Cum pauco vino *hispanico* misce, & panno coccineo, vino Hispanico antè madefacto expresso applica. Pòst scrotum involvatur linteis debito modo, & noctu relinquatur. epithema quater aut quinquies iterum inservire poterit, vino denuò superinfuso.

6. ARCANUM aphrodisium hoc magnarum est virium:

℞. *zibethi* g. ij.

Illine glandis penis regioni. Mirum, quanto valore hastam virilem titillet, erigat, quantâque cum voluptate fœminarum odor ille sentiatur, adeò ut à nonnullis habeatur pro philtro.

Diæta DIÆTA omnium curationum vetustissima, utilissima, & ad vitam conservandam & morbos profligandos summè necessaria, non omittenda.

1. NATURALIS sedula est habenda ratio. SPECIES victûs conveniens est crassa & tenuis, quâ solidæ reficitur effluvium substantiæ. MODUS SUBSTANTIÆ sit boni succi, facilis coctionis, & jucundæ præparationis. Flatuosus non

Digitized by Google

non semper repudiandus. QUANTITAS sit liberalis, ita tamen, ut naturam tantùm reficiat, non verò gravet. QUALITATE calidus sit & humidus: calidus, ut languentem excitet calorem, humidus, ut succum subministret.

MATERIAE VICTUS sint selectæ.

Decoctum radicis CHINAE à pharmacopæorum officinis in magnatum culinas transferemus.

℞. *radicis chinæ rasæ aut concisæ* ℥ß.

Bulliat leniter vase clauso in jusculo pulli aut carnis vitulinæ vel vervecinæ. Adde

pistaciorum ℥ß, *rad. eryngii* ℥iij, *macis & nuc. moschatæ parum.*

Capiat jusculum manè per se, aut in eo unum aut alterum ovum dissolvatur. Hoc jusculum sanguinem probè generat, semen mirè auget, ac spiritus ita puros & subtiles gignit, ut voluptatem maximam in coeundo pariant.

CARNES gallinarum, caponum, perdicum & potissimum eorum cerebra, columbarum, bovinæ cum radicibus pastinacæ coctæ, vitulinæ, avium montanarum, ova recentia tremula prosunt.

℞. *ambari grysei* gr. ij, *sacchari canthii* gr. vj.

Terantur in mortario. Adsumantur in ovo recenti, quamprimùm à matre in lucem edito, cocto, tremulo, cui albumen dulce cretæ pulverisatæ in morem, cum guttâ unâ aut alterâ sanguinis innatat, horâ nonâ matutinâ. Superbibatur haustus vini Hispanici.

Ex PISCIBUS specificâ virtute semen augent *Gammari.* Coquantur & loricâ spoliati tàm dorsali quàm propè caudam, ervis recentibus, & petroselini foliis, justâ aromatum proportione adjectâ, cùm jure offerantur. Ut varietas delectet, nudæ carnes additis aromatibus, pipere, croco, mace, albo & vitello ovi & petroselini foliis, in massam formantur. Hâc testudinum domunculas implent, vel dorsalem rubram testam, & mensis cum jure apponunt Apitii gloriam affectantes. Cœnæ frigidæ, ex ostreis aromatibus & malvatico vino præparatis, in ultimâ mensâ appositis prosunt.

Ex

Digitized by Google

Ex LEGUMINIBUS conducunt fabæ, ciceres, pisa: ex seminibus, erucæ, fœniculi, anisi, pastinacæ: ex RADICIBUS rapæ minores, quas napos vocant, pastinacæ, carotæ, eryngii, cepæ, porrum: ex FRUCTIBUS nuces pineæ, avellanæ, amygdalæ, ficus, dactyli, uvæ passæ.

Adsuescat ferculis ex ostreis, testiculis gallorum, cum medullâ bovinâ, carne passerum, & præcipuè eorum cerebro paratis, omnibusque, quæ bonum sanguinem generant, aliis.

POTUS sit vinum generosum, aut malvaticum, aut aromatite album quod claretum vocant & rubrum, quod Hippocras. Verùm eorum quæ impensius exsiccant, usus moderatior esse debet. Ex CONDIMENTIS conducunt, cinamomum, zingiber, piper, cardamomum.

Locum hic habet SIRUPUS CAPONIS:

℞. *caponem grandem & pinguem, ab intestinis & plumis purgatum.*

Contunde eum in mortario ligneo aut marmoreo.

Deinde

℞. *vini albi* ℔ij, *aq. fontana q. s.*
salis communis, cinamomi a. ℥ß, *facch. finiss.* ℥iiij.

Pone omnia in cucurbitâ vitreâ amplâ, & destilla in B. bulliente, donec duæ tertiæ partes stillaverint. Quod reliquum est in vitro, cola cum expressione levi, & additâ sacchari portione, fac sirupum crassiorem, qui diluatur cum essentiâ caponis destillatâ. Poterit etiam addi aquæ cinamomi acutioris q. s. ad saporem & odorem gratum.

Hunc sirupum manè & quandò libuerit, capiat cum ʒß vel ʒj conf. alkermes, cum panis albi momento super hausto vini generosi cyatho pro jentaculo.

SUCCI & JUSCULA restaurantia ejusdem sunt notæ.

℞. *albedinem caponis unius mediocriter assati,*
pulpam perdicis mediocriter item assatæ,

Contunde in mortario marmoreo calefacto. Exprimatur succus in linteo candido manibus contorquendo. Expressus

Digitized by Google

pressus priore jure addito, succus à pinguedine purgetur, coquatur leniter, adjecto modico succi granatorum, tandemque propinetur, additis sirupi citri & granatorum ad gratiam a. ℥ij, & confectionis alkermes ad exaltationem virium ʒj.

Jus CONSUMMATUM ita dictum, quod perfectum sit, & ad nutriendum aptissimum, parandum ex gallinâ veteri à pennis mundatâ, in frusta dissectâ & cum ossibus contusâ. Addi etiam potest frustum carnis vitulinæ. Coquantur, donec carnes decidant ab ossibus. Sub finem addantur aromata, nux moschata, macis, caryophylli, cinamomum. Serventur usui in cellâ frigidâ. Utatur hoc colato singulis mensis per se vel cum micâ panis asperso modico sale, donec omne absumtum.

PULMENTUM ex ovis vinoque, adjectis croco & cinamomo cum saccharo paratum, ein Weinmüßlein/ prodest.

CARNES gallinarum, caponum, perdicum, vitulorum, agnorum, porcorum non castratorum, columbarum, avium montanarum conveniunt.

TESTICULI gallorum lautè cum jusculis gallinarum cocti, & post cum vino malvatico, butyro & aromatibus leniter in sartagine frixi, peculiari facultate venerem excitant. Celebris est historia mulieris adnotata à *Lusitano centuriis curationum*, quæ incauta marito dederat in cœnâ *testiculos gallorum cum melle & aromate paratos.* Ex hoc cibo in priapismum & Veneris insatiabile desiderium & irritamentum ille devenit.

Vel si ita parandi copia non fuerit,

℞. *ambra grysea cum saccharo canthio trita* g. iij.

Misce in ovo recenter in mundanas auras excluso ad sorbilem mollitiem cocto. Continuetur singulis matutinis.

Superbibatur haustus vini generosi, vel more delicatiorum vini moschatellini.

PANIS MARTIUS hic ex usu esse poterit:

℞. *pulpamenti caponis & perdicis* a. ℥iij,

Digitized by Google

spec. dia rhodon Abbatis, dia margar. frig. a. ℈ij, *nuc. pinearum in aq. rosar. maceratarum* ʒj, *sacch. aq. ros. & borragi soluti* q. s. F. Placenta.

4. VITALIS AEREM temperatum, magis tamen calidum quàm frigidum, eligit. ANIMI AFFECTUS fugiantur, imprimis vitam non agat privatam, unde tristitia, sed consortio hominum utatur perpetuo. Animo ob deformitatem uxoris languenti solatia prosunt. Ψυχῆς νοσούσης ἰατρὸς λόγος, *agroto animo medicus oratio.* Admoneatur æger, summos viros purgatorios ignes sustinuisse, deformium non solum, verùm etiam rixosarum uxorum. Socrates animi defecatissimi philosophus habuit Xantippen. Noti sunt hoc tempore plures ejusdem fortunæ homines, quorum nominibus parcere jubet reverentia. Una harum memoratæ multa similis, faciem deturpatam præ se ferebat furunculis tolorum instar eminentibus pure repletis, quos maritus singulis matutinis aciculis aperire & mundare tenebatur. Fons solatii & pellendæ tristitiæ alius contristato marito aperiri potest non vilipendendus ex meditatione & amplificatione incommodorum, quæ pulchritudinem uxorum comitari solent. Non est constans, & bonum fragile, ut *non semper viola, nec semper lilia florent & riget amissâ spina relicta rosâ.* Modici temporis tyrannis est pulchritudo: tacita deceptio: eburneum detrimentum. Consolari ipsum potest castitas uxoris, & probitas. Formosis levitas semper amata fuit. Ob oculos ipsi ponendum hoc remedium. Acquiescendum esse in voluntate divini numinis, cujus destinatione talis modi ipsi obtigit uxor. Spes facienda, illam brevi Xantippes vestigia lecturam, & ad beatas sedes commigraturam. Hoc confirmari potest ex themate natalitio vel vero vel simulato & ficto. Eleganter *Plato:* τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψεῦδος πότε καὶ τι χρήσιμον, ὡς μὴ ἄξιον εἶναι μίσους. *In verbis mendacium nonnunquam utile, & non dignum odio.*

5. ANIMALIS SOMNUM largiorem non verò turbulentum præcipit, somnus enim corpus instaurat, animi

animi affectus depellit, & corpus curis liberum reddit. MOTUS sit frequens, eo enim corpus incalescit. EXCRETIONES ultra modum non retineantur, sed maturè, si non sponte fluunt, arte promoveantur.

IN VENERE periculum faciat æger, an aliquis ex usu medicamentorum sit successus.

CONSULTATIO II

de

Aphrodisiaco.

HISTORIA.

Vir xxx annorum, temperamento frigido & humido præditus, modicè vivens & medicè, quadriennium in illiberi vivens matrimonio, cum tamen uxor sit vegeta, lunæ nullum debeat tributum, & in aliis functionibus benè se gerat, tardus in venerem, *Relatio historica.*

& si quando ad prælia ventum est,
ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
incassum furit,

conqueritur de hâc impotentiâ. Metuit sterilitatem & petit consilium.

RESOLUTIO.

Ut quilibet, qui in amoris castris, ad sobolis procreationem & familiæ conservationem strenuè militare animum inducit suum, ita etiam noster æger ante omnia ad illum, qui honesti matrimonii autor, suspiria sua convertere, ejus benedictionem implorare, & tria curare debet:

I. Sanguis ab omnibus cruditatibus liber sit, & si impurum corpus, leni purgatione aliquoties repetitâ defecetur, mundetur, nobilioraque viscera ab omni intemperie immunia conserventur. Scopus hic obtinetur medicamentis leniter evacuantibus, alterantibus, confortantibus, justo anni tempore, præcipuè vere & autumno usurpatis, dein-

Digitized by Google

de videndum est, ut sanguinis spirituum & seminis copia augeatur, & multiplicetur.

Intentioni huic satisfieri potest cibis optimis euchymis optimi succi, eupeptis, facilis concoctionis in prandio & cœnâ adhibitis.

Juscula. JUSCULA restaurantia ex carnibus cum ossibus contusis expressa magni sunt valoris.

Gelatina. Ex multis, quæ ancillis nota, bonæ est monetæ GELATINA RESTAURATIVA sequens:

℞. *caponem in minutas partes scissum, femoris vitulini* æquales vel duas partes.

Coque in aquâ fontanâ, cum melissæ foliorum p. vj. vel etiam aquâ melissæ & pauco sale, donec ab ossibus caro decidat. In fine coctionis adde vini albi modicum.

Coquatur parum cum reliquis. Jus per colum trajicitur, & iterum coquitur, tribusque libris juris additur

sacchari ℔j. *cinamomi* ℥j.

saccharoque in jusculo soluto injiciantur ovorum albumina duo.

Conquassentur & parum coquantur, mox per manicam *Hippocratis* bis terve trajiciantur ad ignem, alioqui in ipsâ manicâ congelata adhærebunt. Loca in cellam: ubi refrixerint, congelatum erit limpidissimum, clarissimum & ad humidum radicale restaurandum præstantissimum.

DOSIS. Pro jentaculo competit sumere cochlearia iij. per se, vel in jusculo grato dissolvatur.

Horâ pomeridianâ quartâ pro lubitu sumat aliquid de *Panis martius.* PANE MARTIO diamygdalato, composito ex amygdalis saccharo & aquâ rosarum, additis nucleis pini, pistaciarum, corticibus citri, cum modico moschi & ambari. Exaltat virtutem ejus caro perdicum assata.

Horis etiam pomeridianis comedat radicem *eryngii* saccharo conditam vel obductam, vel etiam horis matutinis, superhausto vini cyatho.

Τὸ κάρυον εὐῶδες, NUX MOSCHATA, nata in arbore quæ

quæ ab *Eresio* vocatur ἐναγγειοσπερμάτ@· *quod nuces ferat in vasculis*, in Indiâ condita ad fœcunditatem mirificè conducit.

In censu PISCIUM conveniunt saxatiles quidem omnes, at præcipuè *lucii*, *mulli barbati* aromate & vino conditi, *carpiones*, jure caryophyllato irrigati & aromatisati. Aptissimi sunt gammari, vel per se cum sale & pipere comesti, vel minutim concisis carnibus, suis thoracibus inclusi, & in jure carnium, vel pisorum cocti & parum frixi. *Pisces.*

OSTREARUM maci, pipere & vino malvatico conditarum & super igne calefactarum esus decantatissimam locat operam. *Ostrea.*

COCHLEÆ in jure carnium, pisorum coctæ & pipere conditæ nutrimentum præbent solidum. Jus autem ipsum renes & vasa spermatica excalefacit, & sopitos suscitat igniculos. *Cochlea.*

Usui erit nonnunquam cepis delectari, quæ flatulentum spiritum generant, sed in paucâ quantitate, ne ventriculus aliàs debilis prægravetur, & concoctio turbetur. *Flatulenti cibi.*

Selectissimæ sunt RADICES PASTINACÆ cum carnibus coctæ: RAPÆ minores Martisburgenses in jusculo carnis vel cum carne coctæ: SISARA, quorum esum Tiberius Imperator magnifecit, & propterea singulis annis ad Rhenum serere, transferrique in Italiam jussit, eodem modo coctæ & comestæ prosunt. *Solani tuberosi esculenti* rufescente vel albescente cortice radices in taleolas concisæ, cum jure pulli coctæ, & pipere aromatisatæ, itidem flatuosum pariunt sanguinem. *radices pastinacæ.*

Ex FRUCTIBUS prosunt *nuces pineæ, avellanæ lambertinæ, dactyli, pistacia, uvæ passæ majores.* Capita CINARAE seu ARTICHOCKAE aptam ad numeros solent reddere venerem. *Fructus.*

Hisce remediis ubi sanguinis proventus auctus fuerit, cogitandum *II. Inclinatio ἀφροδισιακὴ*

II. DE VENERE excitandâ Excitatur verò ista ΑΦΡΟΔΙ- *excitanda*

ΣΙΑΚΟΙΣ, quæ virilem hastam debiti admonent obsequii uxorii, magnanimumque in prælia armant virum.

Interna. INTERNA hæc imprimis commendamus.

1. ℞. *seminis erucæ, nasturtii, rad. pyrethri, cinamomi, zingib. piperis, scinci marini* a. ʒß. *boracis* ℈ij, *croci* ℈j, *moschi* ℈ß.

F. Pulvis. Dosis ʒß. diebus Venereis sacris destinatis.

Si segnioris operationis erit pulvis. consultum est addere cantharidem j. integram pulverisatam.

2. ROTULAE sequentes manè in usum vocandæ elegantissimæ & efficacissimæ.

℞. *sacchari albi in aq. rosarum* q. s. soluti ℥v, *confect alkermes* ʒß.
M. sub finem addendo *ambræ gryseæ* ℈ß.

F. rotulæ cordiales pondere ʒj. Harum una sumatur manè cum haustu vini, quorunque tempore libitum fuerit.

Sumatur quando libitum fuerit, circa noctem.

3. ℞. *electuarii* ♃ *σατυρίς* ℥iij, *chioccolatæ* ℥j, *fol.* ☉ n. j.
M. In fictili. S. Lattwerg. Præbium ʒiij.

Externa EXTERNA EPITHEMATA quæ communiter cordi applicantur, renibus, qui magnum cum toto corpore consensum habent, admovenda, ad totius corporis vires instaurandas & confirmandas aptissima.

1. ℞. *confectionis alkermes* ʒij.

Misceantur, cum pauco vino, & scroto cum panno coccineo, vino madefacto & expresso adhibeantur, cum linteis per noctem, & si velis, etiam interdiu. Idem epithema quater aut quinques inservire potest vino de novo superinsperso.

2. Ut denique fortius erigatur (nam aliquando seminis & spirituum copiâ satis magnâ existente, ob particularem aliquam musculorum erigentium imbecillitatem membrum virile

virile languidum propendet) penis radix & perinæum, imò etiam os sacrum, circa quod nervi penis originem ducunt, oleo nucis moschatæ destillato, vel ejus in defectu expresso inungenda erit. 2.

GLANDI penis immediatè ante coitum granum unum zibethi illinendum, ut etiam præputium ipsum. Animatus hoc scuto partes officii sui alacrius in egressu, seminisque ejaculatione exsequuntur. Vel 3.

℞. *ol. costini, vulpini, castorei, masticbini* ā. ℥vj. *nucis mosch.* ʒj. *myrrba, styracis calam. euphorb.* ā. ℈j. 4.
M. pro inunctione perinæi.

III. VENUS ut ritè COLATUR, coitusque rectè instituatur, opera danda. Pro certo autem habendum, COITUS FREQUENTIAM conjuges reddere steriles. Ideò singulis quidem horis die & nocte amicè conversetur cum uxore, attamen raro coeat. Qui instituitur coitus tribus aut quatuor diebus ab exactâ mensium purgatione præterlapsis, ille conceptui aptissimus, si conjux balneo eo die usa vias naturalesque meatus reddiderit laxiores, sic enim promptius irrepit membrum: vel singulo octiduo unam certam eligat noctem, eamque ludis genialibus destinet. III. 1.

Die præcedente maritus manè jubeat sibi FRICARI dorsum cum linteis calidis à cervice ad lumbos, & nates usque imò ipsum perinæum, leniter tamen, ne titillatione nimiâ tentigo excitetur, spiritusque geniti in majori copiâ dissipentur, sed solùm ut renes, & vasa spermatica incalescant. 2.

Factâ hâc FRICTIONE, inungatur regio renum unguento vel oleo ordinato.

Circa octavam surgat, assumat jusculum restaurans optimum caponis. Superbibat duos ovorum recentium tremulorum vitellos, cuilibet inditis *ambra grysea* g. ij, & hauriat cyathum vini malvatici generosi. 3.

Toto die abstineat à seriis meditationibus, quæ spiritus à partibus generationi dicatis avocant ad cerebrum, imbellemque relinquunt cuneum. 4.

Aspiciat

5. Aspiciat columbas, gallos in coitu furioso occupatos, alia etiam bruta, uxore præsente.

6. Epithema portet circa testes ante memoratum.

7. Meridie iterum assumat cibos delicatos, globulos ex carne vitulinâ, perdicum, ostreas & selectissimos alios. Superbibat ad placitum, vinum generosum non solùm ad hilaritatem, sed etiam aliquam repletionem, attamen mediocrem.

8. Horas reliquas jocando & amicè conversando cum conjuge transigat, quæ ipsi quartâ comedendas apponat radices eryngii conditas, quibus parum malvatici superbibat. Vel etiam sumat de morsellis restaurativis duos.

℞. *pinear. non rancidar.* ℥vj. *testicul. galli Indici coct.* ij.
cerebell. coct. ex passerib. IV, *rad. satyrii cond.* ℥iij,
boleti cervini, priaporum cervi, tauri ā. ℈j,
piperis longi ℈j, *boracis Ven.* ʒß,
sacchari canar. fini in ▽ *ros. & cinam. sol.* ℥x.
F. Confectio in morsulis. S. Stärckmorsellen.

9. Vesperi in cœnâ repetantur iidem cibi, ut & reliqui flatuosi enumerati, pro libitu, vel ostreæ vel cochleæ vel artiscockæ (cavendo tamen, ne ventriculus nimis repleatur,) & haustum boni vini superbibat.

10. Circa nonam cubitum eat, assumto morsello, & cochleari aquæ carfunculi aureæ, sensim eam absorbendo.

11. Quadrantem horæ vel dimidiam jucundis sermonibus in amplexibus dilectæ consumat, contingat ejus membra genitalia, titillet pubem, modestè ventrem demulceat, nates mollium plagarum verbere increpet, rara sed consummata oscula figat, colloquia grata amico connectat spiritu, & remissis paulum habenis, ad easdem redeat blanditias, circumspectè tamen, ne vel seminis aliqua jactura, vel spirituum detrimentum subsequatur.

12. TANDEM aversis frontibus, ne sudore lassitudo accersatur, conjunctis effluviis per poros, par hoc corculorum se componat ad somnum, ut concoctio laudabiliter peragatur.

Illa-

Digitized by Google

Illucescente aurorâ quæ Veneri amica, & liberis operam 13.
dantibus patrocinatur, vel hyeme ante exortum ejus, quando animus adhuc curis vacuus, ciborumque moles ventriculo excidit, jamque facta est digestio, ex alto somno excitatus, membra sensim extendat omnia, adque desiderata gaudia conversus, tacito suspirio supremum invocet numen, benedictionem pio solicitet voto.

Deinde animo lætis sermonibus exhilarato cum jam 14.
virilis pertica novo spiritu animari incipit, uxor singulari pulvinari natibus substrato elatioribus & pudicè divaricatis cruribus, aperto mammoso pectore, & nudo ventre, primò in eo sit occupata, ut membrum virile in inferiori circulo, præputio adhuc tectum, (quod si bene docta est, manu curare potest) excipiatur. Postea

MARITUS cum jam laborem inchoat, ARCANUM in 15.
omni sterilitate, in quo totum conceptionis fundamentum veteres statuebant, sedulò observet: ut semen utrumque eodem tempore emittatur. Nisi enim hoc fiat & mulier diverso tempore à viro sive priùs, sive post ipsum, semen emiserit, nullam fieri censent conceptionem. Experti idem sunt quàm plurimi, qui cum diu sine liberis vitam traduxissent, tandem liberorum potiri observarunt, se ex hâc seminis unanimi emissione finem hunc assequutos.

Observatio hæc limitari potest ad Harveanæ conceptionis traditionem, ut emissio fiat à mare, quamprimùm adverterit uxorem esse in summo ardoris & cupidinei æstûs gradu.

PERACTO sic COITU, uxor in dorso recumbens, crura componat decussatim leviter elevata, & obdormiat illâ cum spe, se concepisse.

Felici fine beata censeri solet hæc spes, si post concu- 16.
bitum membrum extractum fuerit siccum, nihilque seminis ex genitali effluxerit sulco.

Judicatur semen *καθ' ὄγκον secundùm corpoream molem* tum in uteri cavo receptum detineri.

Alia verò docent *Harveana* innovationes. In momen- *Harveana*
to fit conceptio, astrali spiritu *ἐνεργητικῶς* irradiante ute- *censura.*
rum, & in ejus poris & meatibus contentum sanguinem.

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI, ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ

ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER XI, de affectibus uteri.

CONSULTATIO I de muliere ſuffocatione uteri laborante.

HISTORIA.

Relatio hiſtorica.

FOemina, temperamenti calidi & humidi, ſanguinis & ſeminis feracis, xxx. annorum, nata ♄ & ♂ in piſcibus exiſtentibus, duorum liberorum melioris ſexûs parens, trium annorum vidua, ordinarium Lunare naturæ ſolvens tributum, liberali utens victu, cibis opiparis & delicatis, oſtreis, cochleis, gammaris, adſueta vinis Rhe-

Rhenanis, & Hispanicis, ter de die cibum sumere solita, præter jentaculum, meridie & vesperi novis epulis se reficiens, per intervalla incerta sentit virium & animalium actionum imbecillitatem, corporis lassitudinem, crurum pigritiem, & segnitiem, pandiculationem, subitò cadit in terram, difficilis adest respiratio, anhelitusque privatio, spiritum ex ilibus videtur ducere, intercipitur vox, imminuitur pulsus, inflantur præcordia, refrigeratur corpus totum, levesque adsunt convulsiones. Contingit nonnunquam, ut respiratio & pulsus planè aboleantur, cum omnimodâ sensus & motus privatione. In hoc statu nonnunquam manet per integrum diem, & ultrà. Accedit interdum elevatio ventris inferioris, & videtur modò in hâc modò in illâ parte venter intumescere globi instar. De agendis solicita petit consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS ægræ nostræ est suffocatio uterina, non levis, sed magna. *Affectus species.*

ADESSE hunc affectum, elucescit ex virium & actionum animalium imbecillitate, corporis lassitudine, crurum pigritie & segnitie, pandiculatione, & reliquis symptomatis in historiâ enumeratis.

Levem non esse hunc affectum, sed MAGNUM, gravitas eorundem ostendit; adest enim vox intercepta, imminutus pulsus, inflantur præcordia, corpus refrigeratur, adsunt convulsiones; prolongantur insuper respirationis & pulsûs, sensûsque & motûs privatio in unum diem & ultrà, quæ omnia hujus affectûs gravitatem & magnitudinem satis innuunt.

PARS AFFECTA est uterus, qui teste *Hipp. libro de locis in homine*, omnium morborum qui muliebres vocantur causa esse solet, dum ζῶον ἰοβόλον *sagittiferum animal* sanguinem vapidum emittit. *Τὸ ζῶον ἰοβόλον φόρον.*

Afficitur autem uterus interdum ut pars organica, secundùm ligamenta inferiora, & superiora, fundum, tubam

 Fallopia-

Fallopianam, vasa spermatica &c: interdum ut pars similaris, quando scilicet temperamentum ejus alteratur. Coadficiuntur per consensum cerebrum, cor, ventriculus, intestina, diaphragma &c, mediante nervorum sexto pari, cum propaginibus suis.

Causa: immediata, CAUSA IMMEDIATA hujus affectus est vapor noxius, & qualitas quædam inimica, partes uteri tùm proprias, tùm vicinas, & per συμπάθειαν cor & cerebrum afficiens.

mediata proximiores, MEDIATÆ CAUSÆ PROXIMIORES sunt humores varii in uteri vasis restagnantes, & acrimoniâ sua putredineque infesti.

SEMEN putrefactum, aut quovis modo corruptum hujus affectus causam esse, testatur *Galenus libro 6. de loc. affectis cap. 5.* & *Holler. in comment. 5. aph. 35.* dicit: aliquando è suppresso semine oritur hysterica passio, in iis præsertim, quæ frequenter coibant.

SANGUINEM menstruum suppressum, ut & lochia retenta huic malo fenestram aperire posse constat.

Quod autem ægræ nostræ affectus inde ortus sit, non est quod asseramus, siquidem singulis mensibus sanguinem justâ quantitate fluxisse, ex historiâ notum est. Seminis ergò suppressio accusanda.

remotiores 1. REMOTIORES NATURALES sunt TEMPERAMENTUM calidum & humidum, sanguinis & seminis ferax, & VITÆ CONDITIO. Viduis hic morbus familiaris est, *autore Galeno 6. de loc. affect. cap. 5.* Convenit inter medicos, *inquit*, hunc affectum viduis evenire, maximeque iis, quæ antea aut parerent, aut concubitu virorum gauderent.

2. NON NATURALES 1. AER sub ardente Sirio calidus huc confert, dum non solùm inspiratu cor sanguinemque calefacit, & semen in orgasmum præcipitat; verùm etiam externo ambitu junctis copiis hostili connubio exiccat.

Inclinationem ad hunc affectum auget constitutio cœlestium constellationum tempore nativitatis. Promovet hæc humo-

Digitized by Google

humorum vitioſorum ſeditioſas propenſiones ad vaſa uteri.

II. Otioſa vita fomitem hujus mali colligit.

III. Victûs ratio inordinata peccans quantitate, (ter enim de die ob ingluviem cibos ingerit,) qualitate & utendi modo ſymbolum ſuum addit.

Cibi & potus ſanguinem & ſemen augendi vim poſſidentes nocent. Oſtrearum & cochlearum uſus ſeminalis recrimenti abundantiam auget.

Vina opipara & delicata non ſolùm vehiculum ſunt aliorum ciborum, ſed etiam alimentum. Nutriunt uvæ: ergò & earum ſuccus, ſanguinem copioſum præbendo. His cum delectetur ægra, non mirum, quod ſanguine abundet & ſemine.

IV. SEMINIS ob nuptialis officii licitam denegatam conſuetudinem detentio meritò hîc accuſanda. Ab eâ graves puriſſimæ animæ non ſolùm accedunt tentationes, ſed etiam corporeæ langueſcunt vires, & ſuccumbunt partium œconomiæ.

Ex hiſce cauſis præfocationem hanc ortam eſſe, mirum non eſt. Earum hæc eſt ratio. *Ratio ſymptomatum.*

VIRIUM & actionum animalium IMBECILLITAS, corporis laſſitudo, crurum pigritics, & ſegnities, ut & pandiculatio, proveniunt à ſpirituum animalium in organa influxu prohibito. 1.

RESPIRATIO adeſt difficilis, anhelitûsque privatio, ob facultatis motricis læſionem. 2.

SPIRITUM ægra noſtra ex ilibus ducere videtur, quia reſpirationis organa vel ſunt nimis compreſſa, vel à materiâ malignâ obſtructa, quo fit, quod interdum cum reſpiratione, & pulſu ſenſus tùm interni, tùm externi videantur aboliti. 3.

VOX eſt intercepta, & pulſus imminutus, ob facultatis animalis debilitatem, quæ à ſpirituum defectu immiautè agit. 4.

PRÆCORDIORUM INFLATIO ortum ducit à malignâ materiâ, per circulationem ſanguinis in cor & pulmones delatâ. 5.

Digitized by Google

6. REFRIGERATUR totum corpus, quia calor ad interiora revocatur, vel alio quovis modo à virulentâ materiâ alteratur.

7. CONVULSIONES adsunt, quia maligni vapores magnâ vi in fibras intestinorum, aliarumquè partium influunt.

8. ELEVATIO ventris ab eâdem causâ, quâ convulsiones proveniunt.

Prædictio. PROGNOSIS tribus absolvitur capitibus.

1. I. AD SALUTEM speramus terminatum iri hunc affectum & quidem

2. II. BREVI, & paucarum horarum spatio paroxysmum ipsum.

3. III. MODO EVENTUS per licito in concubitu seminis excretionem spem facimus. Nullum gravem morbum subsequuturum etiam speramus.

Curatio. CURATIO est duplex: una in paroxysmo, altera extra paroxysmum.

In paroxysmo. IN PAROXYSMO medicus ad ægram vocatus benè prospiciat, & adstantium officia ita disponat, ne, quod in terrore plerumque fieri solet, confusis operis, ægræ molestæ potiùs quàm utiles sint.

INDICATIONIBUS legitimis observatis opera danda, ut vapores maligni, si adsint, avertantur, partes corporis principaliores roborentur, materia peccans sensibiliter & insensibiliter evacuetur, ægra etiam in lecto ita sit collocata, ut cervix sit erecta, inguina verò & femora declivia; clamoribus natura excitetur, partes inferiores fricentur, & ad dolorem usque ligentur.

SUFFITUUM gloria magna est ab omni antiquitate, publicis monumentis ebuccinata. Renovata fuit ab *Helmontio*. Hic archæum iratum nullo alio medio commodiùs placari posse putat.

Naribus graveolentia, femoribus suaveolentia applicentur. Illa sunt *pennæ perdicum accensæ* naribus applicatæ, *castoreum*,

Digitized by Google

storeum, asa fœtida. Hæc sunt *zibethum, styrax, nux moschata, caryophylli,* ☍ *naphta, caryophyllorum.*

CLYSTERES prosunt purgantes, & flatus discutientes.

Multum commodi afferunt CUCURBITULÆ SCARIFICATÆ, & VENÆ SECTIO. STERNUTATIO excitetur, sternutamentum enim, teste *Hipp. 5. aphor. 35.* hystericæ superveniens bonum.

Priapum tauri & cervi justo æstûs tempore exsectum pro singulari secreto commendat *Bartholinus cent. 6. obs. 50.*

Convenit *elixir uterinum Crollii, essentia castorei,* cum ▽â *hystericâ Mynsichti, melissæ, menthæ, matricariæ, levistici.*

EXTRA PAROXYSMUM præservatio habet locum, ne scilicet ægra, cum semel ab accessione liberata est, denuò in hoc malum incidat. Illa autem varia pro respectu caussarum vario instituenda. *extra paroxysmum.*

I. materia peccans evacuetur. II. partes debiles reficiantur, & III corpus justâ habitâ victûs ratione restituatur.

CHIRURGICO ex fonte conveniunt venæ sectio, cucurbitulæ, fonticuli. *Chirurgia.*

IN PHARMACEUTICO humorum præparatio habet locum. *Pharmacia*

℞. ▽æ *matricariæ, artemisiæ* ā. ℥j,
mixturæ simplicis, hystericæ ʒß,
essentiæ flor. cheiri g. iij. *papaveris rhœad.* g. x,
M. F. Potus. S. Tranck auf zwey mahl.

Præparatos humores proximè nunc sequuntur evacuantia, ut

℞. *gialapii nigri resinosi pulverisati* ℈j,
scammonii per fumum ♆ *correcti,* g. iiij.
elæosacchari artemisiæ, succini ā. g. vi.
M. F. Pulvis.

Vel

℞. *pil. de sagapeno* ℈ß. *pp. jalappæ* g. v.
F. c. essent. castorei pilulæ XXI. pro unâ dosi.

ALTE-

Digitized by Google

Alterantia ALTERANTIA calidam uteri intemperiem & sanguinis Φλόγωσιν, conveniunt.

Inter simplicia excellit *vitex* sive *agnus castus*; cujus folia, flores & semen usurpantur. *Lactuca, nymphaea, portulaca, ruta, plantago, mentha succus citri*, singulariter semen imminuere dicuntur.

Camphoram semini bellum indicere, imò castratoris vicem sustinere posse *à nonnullis* existimatur.

COMPOSITA inter sequens electuarium miræ prædicatur efficaciæ.

℞. *conservæ menthæ, fl. nymphaeæ* a. ℥iß,
caulium lactucæ conditorum ℥j,
sem. viticis ʒij, *corallliorum* ʒj.
F. c. s. quant. sirupi de nymphæâ l. a. Electuarium. D. in fictili lati orificii, obducatur fol. ☽ duplici. S. Kühlende Lattwerg. Dos. quantitate nucis castaneæ sumatur quandocunque lubet.

℞. ▽*æ hyster. Mynsichti* ʒij, *melissæ* ʒvj.
extracti callorum equorum ʒß.
M. S. Mutterwässerlein iedes mahl ein Löffel voll zu nehmen.

℞. *Essentiæ citri, agni casti, rutæ* a. ʒij.
D. S. Sonderliche Essenz 40. Tropffen pro dosi.

℞. *fol. absinthii, acetosæ, portulacæ* a. M. ij,
fl. papaveris, viticis a. p. iij.
sem. coriandri ʒiv. *viticis* ʒiij.
Coq. in s. q. ▽æ fontanæ. Colaturæ addantur
sirupi de rutâ, menthâ a. ʒij.
Sumatur haustus pro præbio.

Saturnus adversatur Veneri & libidinosos sopit igniculos, in flammam inclinantes. Falce suâ scribitur matrimonii demetere fructus, pueros. Spem sobolis etiam ut antivenereum aufert, & appetentiam extinguit.

Acetum

Digitized by Google

Acetum etiam Venereos trucidat igniculos. Inde ex ♄ & ♁ amico concinnatum medicamentum connubio, Veneris focum & semen extinguit. Medicamentum illud est *saccharum* ♄*ni* utrumque, tum præcipitatione, tum evaporatione paratum. Miscetur cum aquis refrigerantibus.

IN DIÆTA NATURALI cibus sit pauci nutrimenti, ad frigidum inclinans. *Lactucam* sibi commendatam habeat ægra, Eunucham inde dictam, quod abundantiæ seminis, & Venereis cupiditatibus insidias struat. Sit hæc ipsi in deliciis in acetariis. VINI usus sit, inprimis generosi, moderatus. *Diæta.* 1.

IN VITALI aer sit frigidus: non sit impraegnatus odorum fragrantiâ. 2.

IN ANIMALI vigiliæ superent somnum. Exercitium moderatum admittendum. Animi παθήματα temperentur, præcipuè autem ira & terror. Connubialis thorus optimum hic videtur remedium. 3.

CONSULTATIO II
de
sterili matronâ.
HISTORIA.

HOnesta matrona XXXVI. annorum, ante decennium viro in matrimonium juncta, pallidi coloris, sedati animi, temperamenti frigidi & humidi, somno dedita, copiosum mucum excernens per os & nares, multo & promiscuo ciborum usui, & sedentariæ assueta vitæ, imò satis gulosa, nocturnæ bibitioni dedita, menstruas purgationes utplurimum consuetas habens, tarda est ad concubitum, & non nisi instigata viro sui potestatem facit: à coitu post horam advertit sibi effluere ex agro naturæ materiam albam seminalem, lassitudine continuâ laborat, mœsta est, solitariam amat vitam, adeoque cum liberorum valdè sit cupida, de sterilitate conqueritur, & petit consilium. *Relatio historica.*

RESOLUTIO.

AFFECTUS qui matronæ nostræ facessit negotium, præci- *Affectus præcipuus.*

Digitized by Google

præcipuus eſt STERILITAS, Græcis ἀτεκνία ſeu ἀγονία dicta. Nihil hæc aliud eſt, quàm difficultas vel impotentia concipiendi.

Recenſetur commodè inter ſymptomata actionum læſarum abolitarum facultatis naturalis ſeu vegetativæ.

τὸ ὑποκείμενον μόριον. PARS AFFECTA ὅτω ἡ μὲν ὑστέρη, ἀγαθὴ ἐς τόκον, *eſt uterus, commodus ad fœturam & conceptionem*, cum benè habet.

Ab utero proficiſci hujus noſtræ ſterilitatem, argumento indubio eſt mariti bona valetudo. Optimam habet partium genitalium conformationem, ad Venerem promtus eſt, de impeditâ erectione penis, & ejaculatione ſeminis non conqueritur. Præterea ante 12. annos ex illegitimo concubitu natum filium, qui adhuc in vivis, quotidie exoſculatur. Ex his indiciis manifeſtum, ſterilitatem hanc dependere à muliere, & utero præter naturam habente. Ager enim hic naturæ, ſi à naturali conſtitutione recedit, ineptum fit ad concipiendum inſtrumentum.

Cauſa immediata CAUSA IMMEDIATA eſt conceptrix uteri facultas fruſtrata.

Modus fruſtrationis eſt pomum Eridos; aliter de eo ſentiunt veteres, aliter recentiores.

ex veterum ſententiâ. ANTIQUITAS fruſtrationem illam conſiſtere ſtatuit in quatuor operationibus ad quamcunque legitimam conceptionem neceſſariis: receptione ſeminis, retentione, permiſtione, & alteratione ejuſdem. RECEPTIO impeditur, propter imbecillitatem attractricis. RETENTIO impeditur propter imbecillitatem facultatis retentricis. PERMISTIO ſeminis muliebris cum virili, in inſtanti quæ fieri debet, impeditur, quia nimis tardè excernit. ALTERATIO ſeminis, quæ perfectio & vivificatio quædam eſt, impeditur, cum ſemen non deducitur de potentiâ in actum.

Mediata. MEDIATÆ cauſæ, quæ has conceptioni famulantes operationes ex ejuſdem vetuſtatis decreto lædunt, variæ eſſe poſſunt. In noſtrâ ægrâ adeſt

INTEMPERIES humida & frigida. Ὁκόσαι ψυχραὶ, *ait Hipp.*

Digitized by Google

Hipp. 5. aphor. 62. καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν, οὐ κυΐσκουσι. Καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν· ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. *Quæ frigidos habent uteros, gravidari nequeunt, neque quæ prahumidos; extinguitur enim in ipsis genitura.* Addit *Galenus in commentario* similitudinem de *cerealibus seminibus in palustri solo.* Similitudo est commoda. Prout in vehementer humidâ & frigidâ terrâ, ex semine injecto produci nequit germen; ita nec in humido squalidoque utero fieri potest fœtus conceptio.

HUMIDA ab intemperie impediri ab ipsis censetur retentio seminis, nimis enim lubricum reddit os internum & fundum.

CACOCHYMIA insignis fovet hanc intemperiem, quæ tùm in utero est, tùm in habitu totius corporis, frigida & humida seu pituitosa.

RECENTIOR ÆTAS conceptricem frustrari statuit aliô modô, nempè, cum spiraculum maris vivificum, utpote potior spirituosa seminis pars non attrahitur ab utero, vel ejus attractio cum emissione maris non coincidit, sed evanescit, antequam attrahatur. *ex recentiorum arbitrio.*

Hæc causa in nostrâ ægrâ locum habet: seminis attractio, retentio, mistio, vivificatio, ceu materiæ fœtus hîc nullum invenit: crebris enim Harveanis observationibus edocemur, à coitu nullum semen, atque adeò nullum materiale corpus in utero spectari. Verisimile itaque est, quod fœmina non à corporeo semine, sed attactu solum virtutis contagiosæ, quod ipse *virus vitale* appellat, à mare simul emanantis impregnetur.

Attractio hæc Harveana debilitatur ab intemperie frigidâ humidâ, tùm cacochymiâ ejusdem generis.

MEDIATAE REMOTIORES causæ hæ, intemperies nempè & cacochymia, introducuntur à variis causis, naturalibus, non naturalibus, & præter naturam. *Mediatæ remotiores.*

INTER NATURALES excellit TEMPERAMENTUM totius corporis frigidum & humidum. Adesse illud, indicant tum pallidus color, propensio in somnum, sedati animi *naturales,*

gestus & mores, tùm nares humidæ, & tarditas ad concubitum. Horum quædam magnam arguunt partium genitalium humiditatem & frigiditatem. Propter utramque ineptum est ad generationem temperamentum.

Non naturales. NON NATURALIUM agmen ducit SEDENTARIA VITA. Οὐ δύναται scribit *Hippocrates de victus ratione lib. 1.* ὁ ἐσθίων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ πονέῃ. *Non potest qui edit homo esse sanus, nisi laboret.*

SOMNUS multus humectat nimis, & corpus cruditatibus aggravat.

VICTUS inordinata ratio, dum nullis se subjicit regulis, multum huc confert.

Ἐν τῷ πόσῳ IN QUANTITATE, & primò CONTINUA peccat. Ut multo oleo lucernæ flamma, & amplâ lignorum strue ignis, ita ventriculi calor & fermentum multâ ciborum congerie obruuntur, cruditatesque utero noxiæ cumulantur.

Ἐν τῷ ἀριθμῷ, IN DISCRETA quantitate etiam peccat ægra. Multis ventriculum onerat cibis, iisque

QUALITATE differentibus excedit modum. Ἡ ποικιλία δὲ τῶν τροφῶν, καὶ μᾶλλον, ἐὰν ἐξ ἐναντίων εἰσὶ δυνάμεων, *varietas autem ciborum, præcipuè si ex contrariis sint facultatibus,* chylum præbet & sanguinem uteri nutritioni & fœtus materiæ minus convenientem.

IN TEMPORE cibi sumendi etiam peccat ægra. τὸ δὲ ἄκαιρον, πανταχοῦ λυπηρόν. *In tempore non venire, ubique molestum.* Nocturnæ illæ bibitiones & pitissationes coctionem turbant.

IN SUBSTANTIA peccat, dum sine discrimine δυσπέπτους, καὶ κακοχύμους, *difficilis coctionis & mali succi cibos* adsumit.

Ratio symptomatum. Ex his causis ortus affectus, non mirum est, quod enarrata secum trahat symptomata.

1. LASSITUDO oritur à cumulatis excrementis in artubus & musculis.

2. MOESTA est, dum se fructu privatam sentit matris, & quidem jam ferè ad summam desperationem.

Digitized by Google

SOLITARIA ipsi cordi est vita, tristatur, cum videat aliorum amicorum & vicinorum ædes coronari fœcundis matrimonialis vitæ deliciis. Inde illibenter interest solemnibus & privatis conviviis. 3.

Prædictio. 1. Magnus & consideratione dignissimus est hic affectus, quod probrosus olim in veteri fœdere habitus, & quod per conceptum vita humana conservatur per sterilitatem autem propago nostra destruitur. Sterilitas est matrimoniorum perturbatrix. Soboles est eorum vinculum, fidum pignus & amicitiæ conciliatrix. Inde *Theodorus Priscianus* dicebat, inter mysteria, quæ medici circa mulieres faciunt, omnium maximè necessarium & gloriosum esse illud studium, quod impenditur in conceptum: imò nihil magis medicos reddit divites, quam conceptum adjuvare.

De futuro eventu, an curabilis sit hic affectus, an non, cum conjuges hi admodum sint soliciti, nostrum officium erit, sententiam dicere.

Paracelsici quidem nullum morbum incurabilem dari statuunt, & *Fernelius* in eâ est sententiâ, nullum dari morbum toto genere incurabilem, adeò ut & uno verbo respondere possimus: AFFECTUS hic etiam EST CURABILIS.

Verùm dubium movere potest sententia *Hippocratica*, quâ jubet *μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας, ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἡ ἰατρική, manum non admovere iis, qui morbo victi sunt, cum id medicinam præstare non posse constet.* Adeò ut dicere possimus, morbos incurabiles dari: *καὶ ἡ δὲ νόσος οὐκ ἔστιν εὐδιόρθωτος, & morbus hic etiam non est curabilis.*

Mediâ nos incedemus viâ, & *ἐνδοιαστὸν dubium* hunc morbum pronunciabimus, qui non quidem omnem restitutionis spem adimat, non tamen ex toto indubiam promittat.

LONGUM autem ad curationem tempus requiretur, cum sterilitas sit diuturna, decennalis ferè. Longa annorum præscriptio. Opus patientiâ est. Apud Romanos in nuptiis Talasius acclamari solebat. *Τάλασις patientiam & tolerantiam* notat. Natura sui juris est, nec ad humanas leges componitur, modò properat, modò vota 2.

Digitized by Google

præcurrit: modò lenta est & moras nectit. Non semper properat fœcunditas: aliquando dilata pleniores fructus parit. Experientia testatur, quosdam, qui per biennium ab opere Venereo enervi languore abstinuerant, tertio demùm anno redintegratis viribus, plenè atque amabiliter coire cœpisse.

Curatio, instituitur indicationibus &

CURATIO bonâ spe conceptâ, instituenda, observatis INDICATIONIBUS, usitatis ex fontibus desumendis. Illas brevissimè complexus est *Hipp. lib. 2. epid. s. 5. t. 13.* his verbis: *τὰς ἀγόνους πυριῆν καὶ φαρμακεύειν, steriles fovere ac pharmaco uti.*

PER ΦΑΡΜΑΚΟΝ, seu φαρμακεύειν, quando simpliciter ponit *Galenus*, intelligit medicamentum purgans. Itaque vacuanda est materia, quæ intemperiem frigidam & humidam conservat, tàm per alvum, quàm vomitum.

PER FOMENTA intelligenda sunt omnia ea, quæ interius & exterius, cataplasmatibus, irrigationibus, clysteribus, suffitu admoventur.

Intemperies viscerum corrigenda, ne novam materiam generent, & imprimis intemperies humida uteri omnibus modis emendanda. Denique uterus ipse roborandus, præcipuè autem illis, quæ conceptum adjuvant.

materiis præsidiorum Chirurgica

MATERIAE præsidiorum desumuntur ex fontibus usitatis, & quidem

Χειρουργικῶ. VENÆ SECTIO nullum habet locum, imò nullum præsidium chirurgicum in usum vocari potest, nisi fortè fonticulus in brachio sinistro & crure dextro excitari posset cum utilitate.

Pharmaceutica.

Omnis spes in præsidiis pharmaceuticis, quæ eò respicere debent, ut saburra humoris frigidi in toto corpore & utero abundans educatur, intemperies viscerum corrigatur, eademque roborentur & exsiccentur. Potest autem pituitosus frigidus & humidus humor commodè educi medicamentis phlegmagogis appellatis, quæ in principio sint

Lenientia.

LENIENTIA. In horum numero inter

SIMPLICIA excellunt *aloë, therebinthina resina & manna*, quæ frigidis morbis aptissima sunt. com-

Digitized by Google

COMPOSITA: *mel rosatum simplex, hiera picra, pilulæ de aloë cum succo rosarum parata:* & reliquæ stomachicæ, *aloephangina, pestilentiales, & sirupus rosarum solutivus.*

Ex his magistralia fieri possunt more Italis recepto.

℞. *sirupi rosarum solutivi* ℥iij, *mannæ* ℥j.
Cum decocto pectorali q. s. M. F. Haustus. S. Tränckllein.

Si placent ægrotæ pilulæ:

℞. *massæ pilul. Francofurtens.* ℈j.
F. pilulæ XXI. Adsumantur horâ dimidiâ ante cœnam.
S. Lind-Pillen.

Sin pulvis arrideat:

℞. *crystall.* ♀*ri minutim pulveris.* ℈ß, *scamm. rosati* gr. VII.
M. In chartâ. S. Gelind-Laxierpulver.
Adsumatur initio prandii in cochleari primo jusculi.

PRÆPARANTIA hisce administratis sequuntur. Constant ex medicamentis aperientibus, & uterum peculiari proprietate roborantibus. *Præparantia.*

℞. *rad. fœniculi* ℥ß, *eryngii* ʒij,
cichorii albi, rubiæ tinctorum ā. ʒiij,
enulæ ʒß, *glycyrrhizæ rasæ* ʒß,
fol. betonicæ, melissæ, artemisiæ ā. p. iij,
sem. anisi, fœniculi, ammios ā. ʒj, *passul.* ℥ij
Concis. cont. decoq. in suff. quant. aq. in Colat. ℔j solve
sirupi de 5. radicibus, artemisiæ ā. ℥j, *tinct.* ♀ ℈j.
M. In fictili. S. Præparir-Safft auf viel mahl.

De hoc decocto bibat singulis horis matutinis nonâ, & post meridiem quartâ, 5. diebus.

Si placeat magis forma pulveris:

℞. *salis artemisiæ, salviæ, satyrii* ā ℈ß,
elæosacch. anthous, anisi, caryophyll. aromat. ā. ℈j.
M. Dividatur in sex partes in chartis distinctis. Earum una sumatur manè horâ nonâ, altera horâ quartâ pomeridianâ:

dianâ: manè in cochleari vini cocti cum pane & ovo, & jusculum edatur totum; post meridiem in cochleari vini hispanici.

Purgantia. DE PURGANTIBUS jam cogitandum, humori pituitoso ex toto corpore & utero movendo dicatis.

SI POTIONIS forma placet:

℞. *agar. troch.* ʒij, *rad. gial. spir. vini per noctem macer.* ʒiij, *senæ Alex. s. s.* ʒij, *fl. cord. temperat.* ā. p. iij. *epithymi* ʒj, *schœnanthi* ℈j.
Decoq. in suff. q. aq. font. Colaturæ ℥vj. adde *extracti catholici* ℈ß, *oxymellis helleborati* ℥j.
M. In fictili. S. Laxiertränckleín auff zwey mahl.

PILULARUM ex terebinthinâ usus vere & autumno frequens sterilitati medetur, *Ballonio autore libro 3. consil. 30.*

Confirmat id historiâ. Nobilis mulier clarissimorum medicorum consilium secuta, hâc arte & ingenio sterilitatem vitasse se adfirmavit. Frequenter devorabat pilulam unam ex terebinthinâ, præsertim ineunte vere per tres menses, & exactâ æstate, initio Autumni per tres alios menses.

℞. *extracti sem. carthami* ℈ß, *resinæ gialapii* gr. xv, ⊖ *melissæ* gr. ij, *cum elixir. propr. antiscorb.*
M. F. Pilulæ xxv. in pyxide. S. Pillen auf einmahl.

SPECIES pro INFUSO tales esse possunt:

℞. *rad. galangæ* ʒj, *acori veri albi* ʒß, *eryngii* ʒij, *summ. melissæ, salviæ, anthos,* ā. p. ij, *turbedon resinosi, hermodactyl.* ā. ℥ß, *senæ Alex.* ʒij, *gialap. resin. spir. vini per noctem macerat.* ℥ß, *sem. carthami* ʒj, *anisi, fœniculi* ā. ʒij, *ocimi* ʒj, *anthophyll.* ʒß, *salis* ♀ *albi* ʒj.
Concis. cont. s. a. dentur ad chartam. S. Species zum Säcklein in drey Kannen Wein.

Maceren-

Macerentur mediante leni calore per noctem, post in cellâ refrigescant. Adsumatur haustus horâ matutinâ nonâ, & pomeridianâ quartâ, interdum etiam si segnius operetur, initio prandii. Continuetur usus per aliquot dies.

PULVERIS formâ si velit purgari:

℞. *pulv. laxat. veget.* ℈j, *elaeosacch. anthous, anisi* a. g. iiij.
In chartâ. S. Purgier-Pulver.

PER SUDOREM quæ fit vacuatio, non negligenda, ceu *regulinâ.* maximè necessaria.

INTERIUS IMPELLENS commodum est DECOCTUM *internè.* LIGNI SANCTI, justo moderamine, ne fiat sapore molestum, paratum, simplex vel compositum.

SIMPLEX ex solo guajaco paratur,

COMPOSITUM tale esse potest:

℞. *ligni sancti resinosi raspati* ℥j. *sassafras* ℥iß,
radicis sarsaparillæ ℥iij.
Coque in suff. qu. aq. font. leniter. Colaturæ ℔ij adde
sirupi acetosæ simplicis, rubi idæi a. ℥iij, *acet. citri* ℥j.
In fictili. S. Schwitz-Tranck.

De eo singulis horis matutinis circa nonam adsumat haustum, & sudet per horam, vel in lecto, vel in laconico. Circà quartam pomeridianam adsumat iterum haustum, sine sudore.

℞. *residentiam, passul. corinth. min.* ℔j,
hordei mundi Mij, *aquæ* ℔ v.
Coque leniter ad gratum saporem. Bibat in prandio locô potus ordinarii.

Si displiceat decoctum longum, ut solent fœminæ esse fastidiosæ, alia via tentanda, ut sudor provocetur:

℞. *bezoardici mineralis, lunaris,* ♁ *diaphor.* a. g. iv.
salis cornu cervi volatilis g. v.
In chartâ. S. Schwitz-Pulver.

Continuetur ejus usus per sex dies.

Digitized by Google

Externa. EXTERIUS ATTRAHENS sudorem est calor lecti, vel Laconici.

Diuretica. DIURETICA etiam locum habent.

℞. *spir.* ⊖, ⊕*li vulgaris vel Veneris* ʒß.
Infundatur in canth. cerevisiæ. Inter prandendum bibatur.

Thermæ. THERMÆ CAROLINAE in valle Joachimico, internè usurpatæ, purgato corpore per omnia ferè emunctoria, fœcundiores faciunt fœminas, adeò ut quarundam viscera longiori præclusa sterilitate ad conceptum relaxaverint.

Alterantia. ALTERANTIA, quæ vim habent totum corpus calefaciendi, quâ frigidum, exsiccandi, quâ humidum, & simul roborandi, quibus intermiscenda ea, quæ specificâ proprietate conceptionem adjuvantia, sequuntur. Sunt autem vel interna, vel externa.

Interna. INTER INTERNA maximopere proderit usus cujusdam conservæ, vel electuarii concinnati ex iis, quæ dictas facultates possident.

1. ℞. *conservæ fl. primulæ veris, rorismarini* a. ℥j,
conditi radic. eryngii, nuc. moschat. a. ʒiij,
pistaciarum, pinearum mundatarum a. ℥ß
caryophyllorum, macis a. ʒiß, *priapi tauri pulv.* ʒß.
Cum sirupi conf. zingib. q. s. M. F. Electuarium.
In fictili lato. S. Stärckzucker.

Dosis quantitate nucis juglandis matutinâ nonâ, & post meridiem quartâ.

2. ℞. *cinamomi, charyophyll. zziberis, galangæ* a. ℈j,
conservæ rorismarini, boraginis, diasatyrii a. ℥j,
sp. diambræ, diamoschi a. ʒj, *facch. in aq. rof. soluti* q. s.
Incoq. ad justam consistentiam, donec volet.

M. F. Morsuli. In scatulâ. S. Stärck Morsellen.

Illi, præterquam quod totum corpus calefaciunt, & exsiccant, roborant uterum & ventriculum. Datur unus singulâ horâ matutinâ nonâ, & pomeridianâ quartâ.

EXTERNA

Digitized by Google

EXTERNA varia esse possunt, huic intentioni inservientia. BALNEUM, seu insessus, summè proficuus est. *Externa.* 1.

℞. *rad.* *aristolochiæ rotundæ,* *eryngii,*
valerianæ, *ireos,* *bryoniæ* ā. ℥j,
herb. *☿ialis,* *artemisiæ,* *pulegii,*
majoranæ, *lauri,* *hormini,*
betonicæ, *matricariæ,* *salviæ* ā. q. s.
F. Species pro balneo.

APONENSES in agro Patavino, & CAROLINÆ ante memoratæ, externâ alluvione in insessibus justô ordine usurpatæ intemperiem frigidam uteri corrigunt, eidem singulare robur afflant, & exoptatissimæ posteritatis spem faciunt opulentam. 2. 3.

SUFFITUS humidus earundem, si insessus fuerit molestus in balneo, etiam imperari potest. 4.

SUFFITUS siccus similiter administrari potest facilis paratu, in sellâ perforatâ familiaricâ excipiendus sinu muliebri.

℞. *resinæ benzoinæ* ℥ß, *laudani de barbâ* ʒiij,
thuris, *myrrhæ* ʒij, *juniperini* ʒiij.
Contusa dentur ad scatulam. S. Rauch-Pulver.

PESSUS muliebri sinui indi potest calefaciens, exsiccans & adstringens, tùm totum ipsius corpus, tùm & præcipuè orificium ejus internum *ad veterum normam* roborans, ne semen effluere sinat, angustetur. 5.

℞. *aristoloch. rotundæ* ℈ij, *castor.* *myrrhæ,* *mastich.* ā. ʒj,
galbani ʒiij, *calicum glandium,* *nucis cupressi* ā. ʒij,
theriacæ ʒj, *succi prunorum sylv.* q. s.

M. Fiat pessus, sindone involutus, cui filum sit appensum, & ℴℴ *artemisiæ* inunctus inferatur in cervicem uteri, & noctu detineatur.

EMPLASTRUM regioni subumbilicali admoveatur.

℞. *emplastri matric. usualis* ℥ij, *resinæ benzoinæ pulv.* ℥ij, *caryophyllorum* ʒß.

cum oleo cheirino malaxetur & applicetur.

Spem uteri defendentia. Conceptum adjuvantia, quæ partim experientiâ talia esse sunt deprehensa, partim ratione inventa, in frigidâ & humidâ uteri intemperie utilissima sunt. Horum aliqua sunt interna, alia externa.

Interna.

℞. *conservæ anthonis, cond. in chinâ, cort. aurant. citri* ā. ℥ij, *rad. eryngii* ℥j, *nucis Indicæ conditæ* ℥iij, *sem. ocimi, quo nihil fœcundius, urticæ romanæ, ☿ial. maris testicul.* ā. ℥j, *pulv. priapi tauri* ʒß, *succolat. Indicæ* ℥ß, *sp. diambræ* ʒj, *cum sirupo scordii q. s.* M. F. Electuarium.

Aqua hæc etiam utilis est:

℞. *cinamomi electi, caryophyllorum, cubebarum, nuc. moschatæ, macis, piperis longi, galangæ* ā. ℥j, *zedoariæ, sem. ammios, seselios* ā. ℥ß, *gran. junip.* ʒj, *vini rhen.* ▽ *rorism. major. meliss.* ā. q. s.

Stent in digestione diebus sex & destillentur, posteà singulis diebus post pastum de eo potest assumi ad cochl. ij.

Pulvis si placeat ægræ, talis erit:

℞. *succolatæ Ind.* ℥j, *sem. erucæ, siler. mont.* ā. ʒij, *ocimi* ʒj, *nuc. mosch.* n. ij, *anthophyllor. select.* n. xx, *macis* ʒij, *matricis leporis* ʒj, *sacch. canar. ad pond. omnium.*

Contusa omnia misceantur. F. Tragema in scatulâ.

S. Trisenet auf vielmahl.

De eo cochlear dimidium quantum capit, inspergatur pani albo, superfundatur vinum. Cum maceratum satis, comedantur omnia. Continuetur hic usus singulis diebus bis, horâ nonâ, & pomeridianâ quartâ.

Digitized by Google

Bezoardica ☽ & ♃ per se vel cum aliis prosunt.

DECOCTUM specificum ad juvandam conceptionem *Quercetani* magnarum est virium.

ESSENTIA *contra sterilitatem Mynsichti*, si alia non juverint, non seponatur ex oculis.

EXTERNA non sunt prætereunda. INUNCTIONES cum odoratis circa pudenda & umbilicum non negligantur, si svaves odores tolerare potest uterus.

℞. *olei nardini* ℥j, *castorei* ℈. iij, *zingiberis, zedoariæ pulverisatæ* a. ʒiij, *fl. ros. minut. incis.* ℈. v. Cum cerâ M. F. Unguentum.

Illinatur regio subumbilicalis.

℞. *ungv. comitissæ* ℥ß, *ol. cydon, menthæ express.* a. ʒj, *anisi, fœniculi* ℞ a. ℈ß.

M. inungatur eo unguento regio matricis post balneum.

DIÆTA correspondeat I. NATURALIS. Cibus eligatur boni succi, & in quantitate non excedat modum. Ad seminis frugiferi augmentum utatur in principio prandii jusculis restaurativis ex carne caponum, amygdalis, & pulmentis ex vino, ovorum luteis, saccharo, cinamomo, croco. Jus galli veteris commendatur. *Diæta* 1.

ELAPHOBOSCI seu *pastinacæ radix* cocta cum carne bubulâ juniori in deliciis habeatur & sæpius veniat in usum. Inest illi quid amatorium.

VINO assuescat Hispanico, Petri Simeonis, præcipuè autem post purgationem corporis, singulis diebus manè & vesperi sumat haustum vini cretici, malvatici ac portiunculam panis tosti in eo macerati comedat.

IN VITALI diætâ eligatur AER temperatus, ad calidum magis vergens, quàm frigidum. 2.

IN ANIMALI somnus, quies, vigiliæ, *κίνησις, ἠρεμία*, *moderata omnia.* 3.

Postquam diuturnæ feriæ, curationis tempore celebratæ ad finem perductæ, cogitandum de Veneris usu ritè administrando.

Digitized by Google

EX VETERUM sententiâ multa observanda præcepta, quæ si susque deque habita fuerint, vana ludetur opera.

1. Ab omnibus *animi* PASSIONIBUS immunis esse debet, generandæ prolis scopo rem cum uxore habiturus. Venus sedatos poscit animos & compositos, præcipuè à tristibus curis alienos. Venus

non solet in mæstos læta venire thoros.

2. Non coeat cum uxore INVITA & renitente. Fœcunda clinopale tristem flebilemque aversatur congressum. Invitus uxoris coitus sæpe est infœcundus.

3. SITUS etiam attendendus. Coeat decumbendo adversis frontibus, pectore, & ventribus, in stragulis non admodum mollibus, sed renitentibus. Favebit consilio durïusculum pulvinar. Non omninò negligatur coitus posticus, more ferarum. Ἡ δὲ μίξις ἡ ὄπισθεν, δοκεῖ πρὸς κύησιν συμφέρειν, verba sunt *Pauli lib. 3. cap. 74, congressus posticus videtur ad conceptionem conferre.*

More ferarum
quadrupedumq; magis ritu plerumque putantur
concipere uxores. Ita Lucretius libro 4. de naturâ rerum.

Eundem modum ad conceptionis facilitatem etiam commendant *Mercurialis* & alii.

4. TEMPUS notari gestit, & observari. Non jugi quotidianâ, sed rarâ thori consuetudine utendum. Consortia indies reiterata & aphrodisii spissati actus in auras evanescunt.

Non cogitet de coitu in mediâ Lunaris tributi exsolutione, sed solùm tribus aut quatuor ab illo termino exactis diebus. Tum adhuc tument, qui ante subsidebant, uterini ductus, & in substantiâ ipsâ latentes, in gravidis tantum qui à se secedunt canales. Tum leniter adhuc hiat internum, quod paulò ante floruerat, roseum uterios. Τὸ σῶμα ῥόδων ἄνθος ἐστὶ, ὅταν ἄρχηται τὸ ῥόδον ἀνοίγεσθαι τῶν φύλλων τὰ χείλη. *Os rosarum flos est, cùm incipit aperire rosa foliorum labra.* Uteri flos est, cùm incipit uterus oris sui delicata aperire labra. Emicat tum roseus pudicitiæ rubor. Huic pudicæ rosæ justo hoc cum

cum obviam it cupido tempore & in hâc rosâ Veneri desideratam impendit operam, portenta oriuntur deliciarum, & novæ spes efflorescunt uteri.

Opportunissima liberis operam dandi est HORA matutina. Aurora Veneri amica. Expetit corpus liberum, cibis digestis & concoctis. Quidam interrogatus, quare operarii plures liberos procreent, divites autem in summo otio paucissimos, imò vix inveniatur pauperculus, cujus ædes liberorum non ornent coronæ? facetè respondit: illos diurnis laboribus defatigatos, simul ac lectum ingrediuntur, statim obrui somno, divites autem luxu diffluentes venerem exercere cibis adhuc repletos, & propterea eos vanis & inanibus se macerare coitibus. Concumbat itâque non nisi horis matutinis.

ARCANUM in omni sterilitate ad conceptionem aptissimum, nisi ex morbo ac profluvio muliebri proveniat, in eo constituunt *Hippocratici*, ut semen maris & fœminæ EODEM TEMPORE, imò eodem quasi momento emittatur. 5.

Hoc confirmari potest autoritate, experientiâ & rationibus.

1. AUTOR est princeps Arabum Ibn-Tsina; quod, si mulier diverso tempore à viro semen effundat, non fiat conceptio, sive prius, sive post ipsum effundatur. *Rhasis 9. ad Almansorem* idem testatur.

2. EXPERTI id sunt plurimi. Magni nominis vir, diu illiberis, testabatur, se omnibus sine felici successu tentatis, seriis medicorum præceptis informatum, HOC AGE, in oculis habuisse, indeque annuo elapso spacio, viso, quod in cunis vagiret, parentis titulum adeptum observarunt. *Hippolitus Obicius, medicus Bellunensis* id suâ confirmat experientiâ *in consilio pro sterilitate*.

3. RATIO ipsa suffragatur, nam cùm fœmina semen emittit, uteri partes incalescunt à copiâ spirituum, & vehementem faciunt motum, vasa seminalia reserantur, os uteri adeò dilatatur, ut effusum viri semen aptè in se recipere queat, quod si autem post emittatur, non fit mistio.

Sedulam itaque operam navare jubent *iidem autores* maritum, 6.

ritum, ut non prius aut tardius emittat, quàm uxor, sed uno & eodem tempore. Si itaque uxor tardius emittere videatur semen, maritus autem citius, propter caliditatem partium, & seminis abundantiam, maritus, cum in complexum conjugis venerit, omni illam deliciarum, omni blandimentorum genere excipiat, molli etiam complexu foveat, demulceat ubera, & genitalia, verbis gratiosis appetitum excitet, ut seminis virilis desiderio incitetur uterus.

6. In coitu ipso non indulgeat habenis, sed sit moderatus, & sæpius expiscetur ab uxore, an persentiscat motum seminis, & vasorum distensionem, cum horrore totius corporis. Hoc cum intellexerit, sine morâ semen in agrum naturæ ejaculetur. Id si observetur, nullum dubium, quin benedictioni divinæ sit gratias acturus, quæ causis secundis hisce cum prospero successu se alligavit.

7. PERACTO COITU, uxor in dorso recubans crura decussatim componat, leviter elevata, & dormiat cum illâ spe se concepisse, quod facilè advertet factum.

Hoc feliciter successisse, pro certo habent, 1. si post concubitum membrum virile siccum, non humectatum è naturali claustro eximatur. 2. si ex ipso genitali claustro per horam nulla exeat materia.

Harveana accommodatio. Præceptorum horum multa necessaria etiam sunt ad *Harveanæ* sententiæ normam, ut semen in sinum muliebrem receptum, orificio uteri & lateribus vim suam tantò fidelius inspirare queat.

Aliud sterilitatis remedium. In desperato casu, cùm hæreditatis & familiæ salus periclitatur, nonnullorum maritorum tanta est conniventia, ut suas aliis supponant, uxorum autem tanta malitia, ut invitis illis alia quærant pascua.

Verùm consilia talia divino instituto non respondent, cupiditas liberorum conjugali fidei præponi non debet. Natura nascendi, gignendi, legem scribit, honestas legitimorum nepotum curam habere jubet.

Satius ergò est, steriles hos mori conjuges, quàm æternæ se mancipare damnationi fœcundos.

CON-

Digitized by Google

CONSULTATIO III
de
matronâ laborante molâ.
HISTORIA.

FOemina xxx. annorum, temperamenti frigidi & humidi, victui ignobiliori adſueta, circa autumnum advertit ſubſiſtere menſes, aliàs imminutè fluentes, ſimulque abdomen & mammas intumeſcere. Gravidam ſe eſſe putat, attamen quintò exactô menſe nullum motum fœtûs ſentit: nullum in mammis apparet lactis veſtigium, tumor ventris indies augetur. Sollicita quærit conſilium. *Relatio historiæ.*

RESOLUTIO.

NOMEN affectûs ægræ qui negotium faceſſit, eſt *μύλη*, latinis dicta mola. *Τοὔνομα.*

MOLAM adeſſe ſatis ſuperque nos edocent SIGNA evidentia, quæ melioris doctrinæ ergò diſtinguimus in *communia & propria*. *Signa.*

COMMUNIA verè prægnantibus ſunt; uteri occluſio (*τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν σύμμυκε*) appetitûs proſtratio, vomitio, menſium ſuppreſſio, *μετεωρισμὸς τῆς γαστέρος καὶ ὄγκος τῶν τιτθῶν abdominis elevatio, & mammarum intumeſcentia,* naturæ modum excedens

PROPRIA recenſentur tria apud *Hippocratem de morbis mulierum.* 1. *πλήρωμα plenitudo* rei conceptæ. 2. *ἀκινησία immobilitas*, poſt tertium aut quartum, imò quintum menſem. 3. *ἐν τοῖς τιτθοῖσι γάλα οὐκ ἐγγίνεται, nullum in mammis ad elaborandum lac apparet veſtigium.* Tumidæ quidem admodum, ſed præ nimiâ frigiditate, ad conficiendum lac ineptæ.

SUBJECTUM eſt uterus ſecundùm ſuam *εὐρυχωρίαν, capacitatem.* In hujus antris monſtroſa iſta mola, loco fœtûs ex imperfectâ conceptione genita, latet. *Τόπος πεπονθώς.*

Philosophus lib. 4. de generat. animal. cap. 7. mulieris cujusdam historiam enarrans, scribit: eam non concepisse, sed se concepisse putasse. Habet enim textus græcus δοξάσῃ συλλαβεῖν *putanti se concepisse.* Id ægræ nostræ evenisse extra omnem dubitationis est positum aleam. Advertit subsistere menses; exindè putat se concepisse; advertit nauseam, & reliqua ex ratione succedere, abdomen scilicet intumescere & mammas. Eapropter gravidam se esse putat, sed falsò. Gestat quidem conceptum, sed indispositum, κύημα dictum, cui tanto nisu atque conatu natura, ut vitam ei infundat, incumbit: verùm ob ejus indispositionem natura eum ἐ δύναται τελειῶσαι ἐδ' ἐπιθεῖναι τῇ γενέσει τὸ πέρας, *non potest perficere, finemque apponere generationi.*

Causa; immediata. CAUSA IMMEDIATA est error formationis, contingens ob errorem externum, nimirum à morbosô corporis habitu, impurique sanguinis in utero abundantis qui *Aristoteli* dictô locô humor concoctu difficilis audit, copiâ. ὅταν ἐν ἐκ δυσπέπτε ὑγρότητος συςῆ τὸ κύημα, τότε γίνεται ἡ καλουμένη μύλη. *Cum ergò ex humore concoctu difficili conceptus consistit, tunc gignitur, quod mola vocatur. Hippocrates* causam rejicit in copiam sanguinis menstrui, qui concepit semen modicum ac minùs robustum, quod alimentum quidem trahere, nil verò conformare potest, præsertim cum semen paucum & vitiatum, in quo debilis & imbecillis facultas formatrix consistit, cum copioso menstruo, crasso, feculento & inepto conjungatur.

mediata proximior. MEDIATA CAUSA est uteri debilitas naturalis. σπέρμα θερμὸν, quod fœcunditatis rationem obtinet & perfectissimè elaboratum à mare in uterum fœmineum licet prolabatur, intemperie, humiditate scilicet & frigiditate tamen ita obtunditur, ut ejus vis sensim sopiatur, tandemque vel planè extinguatur, vel gravis error circa formationem committatur. Quia itaque ægram in tali statu, seu tali corporis constitutione deprehendimus, non iniquè facimus, si ei soli molæ

molæ generationem adſcribamus. Sicuti in loco paludoſô & cœnosô nil fœcundi ſperandum, quia ſemina iſtis locis commiſſa, præ nimiâ humiditate ſuffocantur; ita etiam de noſtrâ multis cruditatibus per menſtruorum fluxum imminutum ἐν γαστρὶ collectis, veram & genuinam fœcunditatem polliceri nobis minimè valemus. Obruitur enim humoris pravi copiâ ſemen genitale, visquè ejus πλαστικὴ corrumpitur.

Accedit illius TEMPERAMENTUM frigidum & humidum, unô verbô pituitoſum, in quo prævalet ſanguis frigidior & humidior, totum corpus debilitans. *Remaſior naturalis,*

Adeſt ÆTAS, proclivis ad hunc affectum generandum, in quâ copioſiſſimè aliâs menſtrua confluere & erumpere ſolent. Ritè enim eis purgatis, omnia ex votô ſuccedunt, nihilquè incommodi metuendum; debitô verò modô haudquaquam reſpondentibus, mirum non eſt, iſtum conceptum ob materiam vitioſam intra corporis parietes collectam, in molam degenerare.

NON NATURALES cauſæ huc faciunt. Anni tempus AUTUMNALE ſive Φθινοπώρον, omnis cacochymiæ & morborum parens, vitiique per æſtatem concepti conſervator, qui ob ἀνωμαλίας *inæqualitatem*, ut repentinam caloris, frigoris, humiditatis & ſiccitatis mutationem, corpus noſtrum ad plurimos morbos diſponit, effluxumque ſuccorum, æſtate genitorum cohibet, quæ tempeſtatis mutatio, variorumque ſuccorum pravorum in corpus affluxio, ægræ noſtræ certè non parum ad molam generandam conduxére. *non naturales.*

VICTUI ignobiliori ægra noſtra adſueta, procul dubio juſculis ex cereviſiâ ſecundariâ paratis, oleribus, leguminibus, pulmentis farinaceis, braſſicæ muriaticæ, lacti, caſeo recenti, fructibus horariis, potiſſimum ſilveſtribus &c: Hæc omnia, quantas μολύνσεις corpori humano inducant, pituitoſæque materiæ cumulum addant, quotidiana experientia ſatis probat.

Hiſce pro virili explicatis, reſtat

nutriendam molam fluens subtrahatur, natura ad eam expellendam potentius se accingere potest.

Non contradicemus iis, qui utrasque & cubiti & pedis secant venas.

FRICTIONES inferioris ventris & crurum dolorificæ suô etiam non carent emolumentô.

CUCURBITULAM scarificatam applicitam uteri regioni ad laterum mollitudinem probat *Hippocrates 1. de morb. mulierum*, & suadet detractionem copiosi sanguinis.

FONTICULUM in brachio non dissuademus, postquam à molæ gestatione ægra est liberata, quia per istum materia viscida & pituitosa evacuatur, viaque intercluditur, quò minus in uterum fluat, matricem refrigeret, totumque corpus debilitet.

PHARMACEUTICUS fons humores pravos mensesque evocare jubet, ritè enim fluentibus menstruis vitiosa humorum colluvies non est metuenda. Primùm itaque conveniunt *Pharmaceutica remedia.*

LENIENTIA, vel leniter purgantia. *Lenientia.*

℞. ♀ ⊖ti ℈ß, *fec. bryoniæ* ℈ß, *sirup. rosar. laxat.* ℥ß.
M. D. in fictili S. LaxierSafft.

Vel

℞. *mannæ calabrinæ masticbinæ de folio* ℥j.
In leni calore solvatur in aq. *melissæ, pulegii* a. ℥ij.
Colaturæ cum expressione adde
spiritus ♀ *simplicis* ℈j, ▽ *cinamomi* ℥j.
M. F. potio. S. Weichtranck auff zweymahl.

PRAEPARANS tale esse potest: *Præparantia.*

℞. *sirupi byzantini, de hyssopo* a. ℥iß,
▽ *fœniculi, pulegii* a. ℥iiß. M. D. in fictili. S. Safft.
Ejus usus est manè & vesperi, potissimùm ad ingressum lecti.

PURGETUR corpus factâ humorum præparatione. *Purgantia.*

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ℈j,
aquæ fumariæ q. s. M. F. Bolus. S. Purgierzucker.

Digitized by Google

Potest etiam propinari vinum purgans hoc modo:

℞. *turpedon electi*, *riwand Tzini*,
mechoacanna nigra, *agarici trochiscati* ãa. ℥j,
epithymi, *sena Alexandrina* ãa. ℥j,
aspleni, *capillorum ♀ris* ãa. p. j,
sem. anisi, *cardamomi*, *galanga*, *carthami* ãa. ʒß,
cinamomi ℈ ij.

Contundantur grosso modo, & sacculo includantur. Hic madeat in cantharis iij. vini rhenani aut albi tenuioris per diem naturalem.

De hoc vino ægra horis duabus ante prandium capiat ℥v. Si primis diebus minùs copiosè purgaverit, sequentibus fiat levis sacculi expressio.

Vomitoria sua non carent utilitate.

℞. ☿ *vita* g. vj, *conserva fumaria*, *rosar.* ã. ʒß.
M. F. Bolus. S. Brechbißlen.

Potest tandem, si opus videatur clystere, talis concinnari:

℞. *fol. artemisia*, *betonica*, *brassica marina*, *mercurialis* ãa. mj.
medullam pomi colocynthidis cum seminibus dimidiam,
flor. chamameli, *genista* ãa. mß.

Coquantur in s. q. juris cicerum rubrorum.

℞. *colatura* ℔j. In eâ dissolve
succi beta, *mercurialis* ãa. ℥j, *urina pueri* ℥iß,
spec. biera Galeni ℥ij, *ol. rutacei* ℥ij,
⊖ ♀*ri* ʒj. M. F. Clyster.

Hujus si necessitas urget, iterari potest usus.

Diuretica. DIURETICA his subjungenda.

℞. *spir. ebuli* ʒß, ⦶ *praparati* ʒj.
▽ *petroselini*, *asparagi*, *fœniculi* ãa. ℥j,
magisterii lapidum ♋. ℈j.
M. S. Harntreibendes Wasser uff vielmahl.

Vel ℞. ⊖ *prunella* ℈j ⊖ ✱*ci* gr. v.
°°° *succini*, *baccarum junip.* ãa. gr. vj.
M. S. Urintreibendes Salz. Dos. viij. ix. x. gr, *in* ▽ *petrosel.*

DIA-

DIAPHORETICA nonnunquam prosunt. *Diaphoretica.*

℞. *clyssi* ♃ii ℈j, *spir. C. C.* gutt. viij. *spir. cochlear.* ℈j.
M. F. Mistura. S. Schweiß-Mistur auff einmahl.
D. in haustu vini calidi.

Vel ℞. ⊖ *cardui benedicti,* *C. C. volatilis,*
volatilis sanguinis cervi vel viperarum āa. gr. iij.
M. S. Schweiß-Saltz. D. *in* ▽ *sambuci.*

Corpore ita à pravis humoribus evacuato, reliquum est ut progrediamur ad ALTERANTIA, & menses simul cientia. *Alterantia.*

℞. *mastichis* ʒj, *cinamomi electi* ʒiß,
calami aromatici, *rubiæ tinctorum,* *sem. citri* āa. ʒj.
Omnia in pulverem redigantur, & cum sirupo de artemisiâ fiat sirupus. D. S. Alterir-Safft. Exhibetur à ℈j ad ʒj, bis in mense alternis diebus.

EMOLLIENTIUM duritiem classem primam occupat totius ventris INUNCTIO, facta cum ℅ *oliv. lilior. albor. amygdalorum dulcium, chamamelino.* *Emollientia.*

Posteà ventri imponatur SACCULUS. *Sacculus.*

℞. *radicis aristolochiæ longæ* ℥ij,
herb. artemisiæ, melissæ, matricariæ, sabinæ, rutæ, pulegii,
flor. chamameli, *meliloti* āa. mß.
sem. fœni græci, lini, fœniculi, anisi, seseleos āa. ℥ß.

Incidantur incidenda, reliqua contundantur. Indantur sacculo, qui conficiatur triangularis, filo intertextus, ut imum ventris ad umbilicum ferè usquè cooperiat, apex verò pertingat ad pudenda. Sacculus aquæ incoctus exprimatur, calideque applicetur & ventri, & genitalibus per horam unam aut alteram. Prius verò muliebria sunt emungenda aliquoties spongiâ, in istam aquam, cui sacculus fuit concreditus, immersâ, idque bis, aut ter in die.

BALNEUM emolliens hocce etiam prodest: *Balneum.*

℞. *fol. althææ, malvæ* a. mj,
rad. bryoniæ, aristolochiæ longæ, porri a. ℥j,
herb. allthææ, malvæ, artemisiæ, matricariæ,
thapsi barbati, chamædryos, centaurii min.

valerianæ

valerianæ, pulegii, agrimoniæ ãa. m. iij,
flor. chamæmeli Romani, meliloti, lavendulæ,
spicæ, stœchados, anthos ãa. mis,
sem. fœni græci, lini, sileris montani,
petroselini, anisi, fœniculi ãa. ℥j.

Radices scindantur, semina contundantur, omnesque jam recensitæ species in ahenum injiciantur, & bulliant. Posteà ingrediatur balneum ægra, ad placitum temperatum, jejuna. Fiat ad umbilicum usque insessio.

Expellentia. Emollitis & reseratis uteri partibus, ad ea, quæ FACULTATEM EXPULTRICEM, parturientiumque DOLORES excitant, imò MOLAM EXPELLUNT, est transeundum. Talia sunt medicamenta, quæ vel assumuntur, vel exteriùs admoventur.

Interna. Per os exhiberi queunt:

℞. *conf. alkermes* ℈ij. *trochiscor. de myrrhâ* ʒs,
⊖ *artemisiæ,* ⁰₀⁰ *sabinæ* ãa. ℈s,
▽ *artemisiæ* ℥j. M. F. Potio. Sumatur in vino calido.

Vel ℞. *boracis* ʒs, *croci, succini albi* ãa. ℈s.
M. F. Pulvis. Detur in vino albo.

Ad fœtum mortuum, secundinas, imò & molas abigendas, quidam magni æstimant *secundinam humanam, ovis & capræ*, pulverisatam in vino assumptam.

Conradus Gesnerus scribit: Si de polline testium equi castrati, benè in fumo siccatorum sumatur, quantum tribus digitis capi possit, idque, si opus sit, bis aut ter repetatur, esse præsentissimum remedium, & multis desperatis profuisse.

Heinricus ab Heer in praxi tale remedium, ut probatum, est expertus:

℞. *testium equi præparat. boracis* ãa. ʒj, *croci* ℈j.
D. cum *aqua lilior. alborum.*

Ubi his medicamentis mola non succedit, ex sententiâ *Coi 5. aphor. 35.* salutaris est STERNUTATIO. Itaque summo cum juvamine adhibetur hocce STERNUTATORIUM:

℞. *rad.*

℞. *rad. hellebori, piperis longi majoranæ, cubebarum, galangæ, cardamomi, lil. convall.* ana ℈j, *euphorbii* gr. ij. M. F. Sternutatorium.

Quò verò sternutatio majores obtineat vires, naturaque eò citiùs molam excludat, jubet *Cow*, ut comprimantur nares. Etenim ex retento per compressionem narium aëre, ad inferna validè propellit diaphragma, compressô scilicet epigastriô, musculisque abdominis. Hinc ad inferna uterus pellitur, tantôque nisu concutitur mola, aliàs ferè immobilis, ut vias & vincula perrumpat, adque exitum sese accingat.

Si verò adhuc remoretur, non inutile foret exhibere VOMITORIUM. Nam ex motu naturæ sursum uterus & musculi inferioris ventris valdè adstringuntur, adque exclusionem via maturatur. Vomitorium tale potest esse: *ἐμετικόν.*

℞. ☿ *vitæ, dacrydii* ana gr. vj, *sirupi borragin.* ʒß, *conservæ rosarum* ʒij, ⚭ *caryophyll. destill.* gutt. iiij. M. F. Bolus. S. Brechzucker.

Dum hæc aliaque administrantur, imò per totum curationis tempus VIRIUM diligenter habenda est ratio, &, quæ ipsas conservant atque instaurant, exhibenda. Ad manum sit spiritus analepticus Rolfincianus, cum essentiâ ambræ exaltatus. *Confortantia interna.*

BALSAMA naribus, carpis, temporibus, epithemataque regioni cordis applicata suum faciunt hic officium. Conducit balsamum ROSARUM, AURANTIORUM & CINAMOMI cordi; ANISI pectori; RORISMARINI, LAVENDULÆ, ANGELICÆ cerebro, ut & SUCCINI; MENTHAE ventriculo.

Præterea obstetrix suum non negligat officium, muliebria titillet, digitos in uteri collum, oleis vel linimento conveniente, quod constare solet ex ⚭ *lilior. albor. amygdalorum dulcium, lumbricorum, pinguedine caponis* &c, inunctos immittat, (sic enim aliquo modo genitalia dilatantur & aperiuntur) parturientiumque dolores & conatus, quantum fieri potest, exci-

Digitized by Google

ter, insimul adstantes ministræ labores obstetricis juvent, blandèque alloquantur ægram, more parturientium decumbentem, velit & ipsa cum eis operas mutuas communicare, expultricem facultatem, conatusque stimulare.

Externa. EXTERIUS conveniunt talia:

℞. *mucilaginis sem. fœni græci, lini* ãa. ℥j, *althææ* ℥ſ, *ol. lilior. alborum, adipis anserinæ vel gallinæ* ãa. ʒvj, *croci* ℈j, *ceræ* q. ſ. M. F. Unguentum. S. Mutter Sälblein.

Potest etiam excitari FUMUS.

℞. *myrrhæ, galbani, castorei* ãa. ℈j.
rutacei q. ſ. M. F. Trochisci.

Injiciatur ℈j. carbonibus. Fumus excitatus linteis excipiatur, & pudendis applicetur, vel cannulâ seu tubulô ad uterum mittatur.

Fiat periculum, an aëtites lapis pedi alligatus, ut & cingulum ex corio humano & exuviæ serpentum lumbis alligata aliquid præstare valeant.

Chirurgia. Hisce præter spem & expectationem nihil proficientibus, manûs vel instrumentorum opera conjungenda.

Suppurantia. Solent nonnulli SUPPURANTIA & corrumpentia adhibere medicamenta, molamque in pus & saniem redigere. Verùm cùm plena sint periculô propter materiam putridam, febres, animi deliquia, convulsiones, uteri ulcera, aliaque sexcenta symptomata excitantem, talium medicamentorum usum ab ægrâ nostrâ planè relegamus.

Diæta. Tandem ne mola denuò generetur, præcavendum. Potest autem præcaveri, si regulæ in DIAETA præscriptæ ex asse observentur.

1. naturalis. In NATURALI, CIBUS sit εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, panis nimirum triticeus, à furfuribus alienus, bis coctus, benè fermentatus: columbæ recentes, aves montanæ, capones, anniculæ gallinæ, perdices, attagenes, turdi, phasiani, ova sorbilia, jura ex vino cum ovi vitellô parata, ptisana &c. Condiantur probè AROMATIBUS: *foliis* nimirum *rorismarini, majoranæ, melissæ, radicibus petroselini, caryophyllis, cinamomo, maci.*

Uta-

Digitized by Google

Utatur pulvere aliquô pepticô. Loco mensæ secundæ sumat coriandrum & fœniculum saccharô obductum, item uvas passas & passulas. FUGIENDA, quæ cruditates suggerunt, chylum crassum, viscidum & glutinosum præbent, flatusque generant, qualia sunt legumina (exceptis ciceribus rubris) olera, pinguia, lacticinia. FRUCTUS ὡραῖοι, præsertim silvestres & immaturi vitentur. POTUS sit cerevisia benè defecata, in quâ suspendatur *rasura C. C. cum cinamomô*. VINI moderatus usus non culpandus, inprimis si sit medicatum uterinis ingredientibus. Excellit imprimis *zedoaria*.

In VITALI eligatur AER temperatus. Devitetur frigidus & siccus, qualis borealis & septentrionalis, frigidus & humidus, qualis Zephyrus. E contrariò verò aëri sese exponere potest, cùm purus est, & temperatus in caliditate & siccitate, magis tamen caliditate, talis, qualis vere & æstate sublunaria hæcce afflat. Deambulatio sub radiis lunaribus summè noxia. 2. Vitali.

In ANIMALI SOMNUS & VIGILIA mediocritatis limites non excedant. ANIMI PATHEMATA omnia rectæ rationis cancellis sint inclusa. Ira fugienda, tristitia ac melancholia exulent, musica in auxilium veniat, seriisque lætitia interponatur negotiis. 3. animali.

MOTUS corporis instituatur ante pastum, post eum QUIES. ALVUS singulis diebus DEPONAT, menstruaque purgatio legitimè succedat.

CONSULTATIO IV
de
Fluore albo muliebri.

HISTORIA.

HOnesta matrona XXXVI. annorum, proceræ staturæ, habitus laxi & pituitosi, albique coloris, variis erroribus diætæ indulgens, adsueta humido victui ex jusculis, pulmentis farinaceis, eduliis frixis cum butyro, lacte, ovis, cerevisiâ hordeaceâ cum magnâ intemperantiâ & sine omni ordine, Ἐξήγησις.

 somno

so uno liberaliter indulgens, quietæ etiam vitæ dedita, destillationibus obnoxia, quas per os & nares feliciter excernebat, dum sana erat, jam tamen non in eâ copiâ; ante annum advertit menses imminutè fluere, imò aliquando planè supprimi, nunc verò hyemali ingruente tempore conqueritur de involuntariâ excretione materiæ albicantis per genitalia, modò tenuis & serosæ, modò mucosæ & crassæ, aliquando ad flavum vergentis. Est excretio hæc sine dolore, per octo menses durans. Cum menses aliquando fluunt, cessare videtur, iis subsistentibus rursum erumpit. Assumsit ex consilio muliercule cujusdam succum prunorum sylvestrium in aquâ betonicæ, per aliquot dies insedit balneo aquæ dulcis, cui incoxerat folia alchimillæ, & correpta fuit nuper syncope hystericâ, quæ non ampliùs comparuit abrogato usu balnei & succi. Urinæ sunt turbidæ: pedes tumidi. Decolor est facies, corpus macilentum, appetitus prostratus. De majoribus malis, procidentiâ scilicet uteri, quæ nonnunquam ipsi negotium facessit, & fastidio, quod situs sinus muliebris & fœtor marito parere possint, imò etiam sterilitate, quæ sequi solet nonnunquam, sibi timens petiit consilium, promittens obedientiam.

ἈΝΆΛΥΣΙΣ.

Affectus est profluvium.

AFFECTUS, de quo conqueritur ægrota, est PROFLUVIUM MULIEBRE, ita appellatum, quòd sexui illi sit familiare. Profluvium album dicitur, ob colorem materiæ excretæ, quæ ut plurimum alba est. Uterinum dicitur à parte, per quam fluit materia.

Referri potest hic affectus inter symptomata in excretis, peccantibus substantiâ, quantitate, & tempore.

Peccat profluvium hoc SUBSTANTIA. *Duo, inquit Galenus l. 3. de symptom. causis cap. 4. purgantur ex utero:* BONUM *quippiam, semen & sanguis menstruus, quæ duo naturaliter excernuntur.* MALUM, *& est materia alba.*

QUANTITATIS ratione peccat, quia in magnâ copiâ excernitur.

TEMPORIS ratione peccat, quia est excretio diuturna.

Adesse

Digitized by Google

Adesse tale profluvium, facilè cognoscitur ex qualitate materiæ excretæ, à semine & sanguine alienæ, ex inordinatâ & ferè continuâ excretione, absque insigni virium jacturâ, & continuo muliebrium locorum madore.

Duplex autem cùm sit profluvium, sciendum est, hoc nostrum esse legitimum. Manifestum hoc est ex pedum tumore, imbecillitate totius, præcipuè autem ex urinâ crassâ, & turbatâ, cùm in spurio per propriam essentiam uteri absint hæc symptomata, ac urina sit similis sanorum, aut ad illas proximè accedat.

SUBJECTUM est UTERUS. *Altimarus* expressè negat, in profluvio muliebri uterum posse vocari partem affectam, cùm scribat *Galenus 6. de loc. affect. cap. 1.* profluvium hoc nonnunquam accidere fœminis, utero haudquaquam affecto, cum totum corpus per ipsam expurgatur, quemadmodum interdum etiam per renes. Sed existimamus uterum adfici vel coaffici in nostrâ. Τὸ ὑποκείμενον μόριον.

Afficitur non per essentiam, sed per consensum totius corporis, cerebri, ventriculi & jecoris.

Afficiturque per hunc consensum, non solùm secundùm fundum, & sua vasa, sed etiam secundùm ostium internum, quod semper hiat, secundùm sinum muliebrem, qui semper madet, & ejus vasa, quæ laxa sunt.

CAUSA IMMEDIATA est facultatis expultricis & retentricis vasorum irritatio. Dum molestum quod est, excludere nituntur, fit malum hoc. *Causa immediata.*

MEDIATA PROXIMIOR causa est copia ac saburra vitiosorum humorum pituitosorum, biliosorum & serosorum. *Mediata proximior.*

PITUITOSI potissima sunt hujus fluxûs causa. Abundare hos in toto corpore, notat ipsum temperamentum, habitus corporis laxus, mollis, non naturales causæ variæ, excreta coloris albi, quo tingitur indusium.

Simplex tamen pituita non est, sed BILIOSIS atomis mista. Id patet ex iisdem fontibus, imprimis verò, quòd excreta linteamina tingant non simpliciter albo colore, sed simul flavo misto.

SERUM suis se prodit signis. Hoc propter salsedinem &

acredinem expultricem facilè irritare, & ob tenuitatem ad uterum fluere potest.

Chimicis liberum relinquimus, an suis principiis hîc locum dare velint, ut speciosè possunt.

Exercere se hic possunt acidorum succorum patroni, & alcalinorum, & modum, quo peccant, ostendere.

Modus quo peccant humores.

Humores hi peccant quantitate, & qualitate, utrâque magnæ activitatis.

1. MOTUS generationis & locationis hic etiam considerandus.

2\.

3\. GENERARI quidem aliqui excrementitii humores IN UTERO possunt διὰ συναθροισμὸν, ob facultatem ab intemperie frigidâ læsam, maximâ ex parte tamen EXTRA LOCUM AFFECTUM, uterum generantur, suppeditanturque à cacochymicâ colluvie & κατὰ ῥευματισμὸν ad uterum tendunt.

In motu consideranda.

In motu hoc notari queunt: pars mandans, recipiens, medium, & modus.

1. pars mandans.

PARS MANDANS sunt TOTUM CORPUS & VISCERA naturalia, hæ enim sunt publicæ officinæ, quæ si in coctionibus ordinariis officium non faciant, crudos coacervant humores, quos toti communicant.

VENTRICULUS dum non satisfacit officio, pituitosi humores fuére communicati.

JECUR ob aliquam caloris exuberantiam producit biliosos succos.

SEROSI humores proveniunt à quatuor causis à *Galeno* adsignatis *de symptom. differentiis cap. 6.* 1. ob imbecillitatem sanguificæ virtutis, quæ non generat sanguinem satis fibrosum, sed tenuem & aqueum. 2. ob imbecillitatem secretricis, seu frustrationem operationis, quæ segregat tenue & serosum. 3. ob insigne robur expultricis vasorum, quæ plus expellit, quàm debebat. 4. ob nimium robur retentricis, quæ retinet tenue, quod per sudores difflari debebat, vel per renes & vesicam excerni.

2. recipiens.

RECIPIENS pars est uterus. Cùm enim hic vi legis in republicâ microcosmicâ sancitæ, ordinatus sit ad omnem superfluum sanguinem in hoc sexu recipiendum, & extra corpus aman-

Digitized by Google

amandandum, omninò etiam hoc, quod vitiosum erat naturæ maximè familiare, quasi aliud agens recipit ac transmittit. Hanc actionem juvat situs hujus partis ad recipiendum conveniens, debilitasve ex continuo humorum vitiosorum affluxu orta.

MEDIUM seu VIÆ, per quas transmissio hæc instituitur, sunt arteriæ: sicuti enim per eas in bonâ corporis conditione, sanguis, qui ab egerendi tempore menstruus dicitur, ab utero excernitur, ita & hoc vitiosum per eas vehitur. Sunt autem illæ in specie uterinæ dictæ, ab epigastricâ & hypogastricâ oriundæ, quæ cùm majori in copiâ collum seu cervicem, quam circulariter ambiunt, ac tàm sinum uteri, quàm fundum, non malè fecerimus, si cervicem ac sinum uteri magis affici statuamus, fundum tamen non planè excludamus. 5. Viæ.

MODUS FLUXIONIS in toto ποιητικῶς est *pulsio*, in utero ὑποδεκτικῶς est *receptio*. 6. Modus fluxionis.

PULSIO fit impulsione & expulsione. Expultrix non relinquit humores, nisi in illo puncto, quo excidunt ex vasis.

RECEPTIO fit ab utero seu parte debili, & ad attrahendum à naturali inclinatione aptâ.

REMOTIORES causæ sunt

I. NATURALES. Inter eas primum locum obtinet TEMPERAMENTUM nostræ ægræ pituitosum, ac habitus corporis laxus, quæ huic malo facilè ansam dant, utpote cruditatibus ac malis coctionibus prægnantia. Inde horum humorum ortus facilis, qui in locum boni alimenti & nutrimenti succedunt. Remotiores causa naturales.

SEXU FOEMININO hoc malum peculiare, cùm contrà in viris vitiosi humores per alias vias evacuentur. Nec deest ÆTAS etiàm, cui hoc malum familiare existit.

II. NON NATURALIUM agmen ducit humidi & frigidi aëris. Non naturales.

SOMNI & QUIETIS magna fuit cooperatio, dum excrementorum sensibilis & insensibilis impeditur evacuatio.

VICTUS rationi inordinatæ frigidiori & humidiori maxima mali hujus adscribenda pars.

MEDICAMENTUM astringens, succus prunorum malè illam habere fecit.

Astrin-

Symptomatum ratio. SYMPTOMATUM suprà signorum vicem quæ obtinuere, ut assignemus rationem.

I. SUBSISTUNT menses. Jam sanguis absumitur in appositionem præternaturalem & incrementum massæ.

II. ABDOMEN intumescit, molæ enim crescit moles.

III. MAMMÆ sororiant, sed sine lacte, adest enim sola materia cruda. Inde *δοξάζει συλλαβεῖν putat se concepisse.* Ecquis enim non benè speraret visô *τῆς γαστρὸς μετεωρισμῷ καὶ ὄγκῳ τῶν τιτθῶν ventris & mammarum tumore?* Sed mox desperat nullô apparente motu: & quomodo ignobilis massa moveri posset?

IV. LAC DEFICIT. Ab utero mammæ defraudatæ non trahunt chylum, nec faciunt officium.

προδιαγνῶσις. Progredimur ad alterum consultationis nostræ argumentum, *πρόγνωσιν* dictum, judicium nostrum de hujus affectus eventu ut feramus, suadens. Diffiteri non possumus esse periculi plenum affectum, cum nobilissima viscera, imò tota corporis structura simul laborare videantur. Nihilominus spem non abjicimus omnem, sed salutarem nobis pollicemur eventum, cum maturè consilium petatur, sicque impediri queat, ne in nimiam crescat molem atque indurescat.

Ἡ ἴασις. CURATIO maturanda est, innixa INDICATIONIBUS.

Ἐνδείξεις. CURATORIA genitam molam *ὅλῃ τῇ ὀυσίᾳ* peccantem, eradicandam, equè corpore exturbandum monet. Removetur autem medicamentis lenientibus, mollientibus, abstergentibus, confortantibus, expultricemque stimulantibus.

VIRTUTIS ratio præcipit conservationem in toto & partibus, per corroborantia.

Ὗλαι. MATERIÆ præsidiorum sumuntur ex usitatis fontibus.

Chirurgicus fons. Ex CHIRURGICO suademus nobile illud remedium VENÆ SECTIONEM circa talum, quia ibi magna est, & facilè tunditur. In poplite tutò secari nequit.

POLLICARIS vena hujus stationem defendere potest, si fortè illa lateat.

LARGIOR institui potest. Ut ob largiorem sangvinis missionem gravidæ abortire solent; ita etiam si sanguis, ad nutrien-

Digitized by Google

nutriendam molam fluens subtrahatur, natura ad eam expellendam potentius se accingere potest.

Non contradicemus iis, qui utrasque & cubiti & pedis secant venas.

FRICTIONES inferioris ventris & crurum dolorificæ suô etiam non carent emolumentô.

CUCURBITULAM scarificatam applicitam uteri regioni ad laterum mollitudinem probat *Hippocrates 1. de morb. mulierum*, & suadet detractionem copiosi sanguinis.

FONTICULUM in brachio non dissuademus, postquam à molæ gestatione ægra est liberata, quia per istum materia viscida & pituitosa evacuatur, viaque intercluditur, quò minus in uterum fluat, matricem refrigeret, totumque corpus debilitet.

PHARMACEUTICUS fons humores pravos mensesque evocare jubet, ritè enim fluentibus menstruis vitiosa humorum colluvies non est metuenda. Primùm itaque conveniunt *Pharmaceutica remedia.*

LENIENTIA, vel leniter purgantia. *Lenientia.*

℞. ♀ ⊕ti ℈ß, *fec. bryoniæ* ℈ß, *sirup. rosar. laxat.* ℥ß.
M. D. in fictili S. Laxier-Safft.

Vel

℞. *mannæ calabrinæ masticbinæ de folio* ℥j.
In leni calore solvatur in aq. *melissæ, pulegii* a. ℥ij.
Colaturæ cum expressione adde
spiritus ♀ *simplicis* ℈j, ▽ *cinamomi* ℥j.
M. F. potio. S. Weichtranck auff zweymahl.

PRAEPARANS tale esse potest: *Præparantia.*

℞. *sirupi byzantini, de hyssopo* a. ℥iß,
▽ *fœniculi, pulegii* a. ℥iiß. M. D. in fictili. S. Safft.
Ejus usus est manè & vesperi, potissimùm ad ingressum lecti.

PURGETUR corpus factâ humorum præparatione. *Purgantia.*

℞. *pulv. laxativi vegetabilis* ℈j,
aqua fumariæ q. s. M. F. Bolus. S. Purgierzucker.

Digitized by Google

Poteſt etiam propinari vinum purgans hoc modo:

℞. *turpedon electi, riwand Tzini,*
mechoacanna nigræ, agarici trochiſcati ãa. ℨj,
epithymi, ſenæ Alexandrinæ ãa. ℥j,
aſpleni, capillorum ♀ris ãa. p. j.
ſem. aniſi, cardamomi, galangæ, carthami ãa. ℨſ,
cinamomi ℈ ij.

Contundantur groſſo modo, & ſacculo includantur. Hic madeat in cantharis iij. vini rhenani aut albi tenuioris per diem naturalem.

De hoc vino ægra horis duabus ante prandium capiat ℥v. Si primis diebus minùs copioſè purgaverit, ſequentibus fiat levis ſacculi expreſſio.

Vomitoria ſua non carent utilitate.

℞. ☿ *vitæ* g. vj, *conſervæ fumariæ, roſar.* a. ℨß.
M. F. Bolus. S. Brechbiſſen.

Poteſt tandem, ſi opus videatur clyſtere, talis concinnari.

℞. *fol. artemiſiæ, betonicæ, braſſicæ marinæ, mercurialis* ãa. mj.
medullam pomi colocynthidis cum ſeminibus dimidiam,
flor. chamameli, geniſtæ ãa. mß.

Coquantur in ſ. q. juris cicerum rubrorum.

℞. *colaturæ* ℔j. In eâ diſſolve
ſucci betæ, mercurialis ãa. ℥j, *urinæ pueri* ℥iſ,
ſpec. hieræ Galeni ℥ij, *ol. rutacei* ℥ij,
⊖ ♀*ri* ℨj. M. F. Clyſter.

Hujus ſi neceſſitas urget, iterari poteſt uſus.

Diuretica. DIURETICA his ſubjungenda.

℞. *ſpir. ebuli* ℨſ, ⊕ *præparati* ℨj.
▽ *petroſelini, aſparagi, fœniculi* ãa. ℥j,
magiſterii lapidum ♋. ℈j.
M. S. Harntreibendes Waſſer uff vielmahl.

Vel ℞. ⊖ *prunellæ* ℈j ⊖ ✳*ci* gr. v.
°°° *ſuccini, baccarum junip.* ãa. gr. vj.
M. S. Urintreibendes Salz. Doſ. viij. ix. x. gr, *in* ▽ *petroſel.*

DIA-

DIAPHORETICA nonnunquam prosunt. *Diaphoretica.*

℞. *elyssi* ♁*ii* ℈j, *spir.* C. C. gutt. viij. *spir. cochlear.* ℈j.
M. F. Mistura. S. Schweiß-Mistur auff einmahl.
D. in haustu vini calidi.

Vel ℞. ⊖ *cardui benedicti*, C. C. *volatilis*,
volatilis sanguinis cervi vel viperarum āa. gr. iij.
M. S. Schweiß-Saltz. D. *in* ▽ *sambuci*.

Corpore ita à pravis humoribus evacuato, reliquum est ut progrediamur ad ALTERANTIA, & menses simul cientia. *Alterantia.*

℞. *mastichis* ʒj, *cinamomi electi* ʒiß,
calami aromatici, *rubiæ tinctorum*, *sem. citri* āa. ʒj.
Omnia in pulverem redigantur, & cum sirupo de artemisiâ fiat sirupus. D. S. Alterir-Safft. Exhibetur à ℈j ad ʒj, bis in mense alternis diebus.

EMOLLIENTIUM duritiem classem primam occupat totius ventris INUNCTIO, facta cum ☍ *oliv. lilior. albor. amygdalorum dulcium, chamamelino*. *Emollientia.*

Posteà ventri imponatur SACCULUS. *Sacculus.*

℞. *radicis aristolochiæ longæ* ℥ij,
herb. artemisiæ, melissæ, matricariæ, sabinæ, rutæ, pulegii,
flor. chamæmeli, *meliloti* āa. mß.
sem. fœni græci, lini, fœniculi, anisi, seseleos āa. ℥ß.

Incidantur incidenda, reliqua contundantur. Indantur sacculo, qui conficiatur triangularis, filo intertextus, ut imum ventris ad umbilicum ferè usquè cooperiat, apex verò pertingat ad pudenda. Sacculus aquæ incoctus exprimatur, calidequè applicetur & ventri, & genitalibus per horam unam aut alteram. Priùs verò muliebria sunt emungenda aliquoties spongiâ, in istam aquam, cui sacculus fuit concreditus, immersâ, idque bis, aut ter in die.

BALNEUM emolliens hocce etiam prodest: *Balneum.*

℞. *fol. althææ, malvæ* a. mj,
rad. bryoniæ, aristolochiæ longæ, porri a. ℥j,
herb. althææ, malvæ, artemisiæ, matricariæ,
thapsi barbati, chamædryos, centaurii min.
valerianæ

Digitized by

valerianæ, pulegii, agrimoniæ āa. m. iij,
flor. chamameli Romani, meliloti, lavendulæ,
spicæ, stœchados, anthos āa. miſ,
sem. fœni græci, lini, sileris montani,
petroselini, anisi, fœniculi āa. ℥j.

Radices ſcindantur, ſemina contundantur, omnesque jam recenſitæ ſpecies in ahenum injiciantur, & bulliant. Poſteà ingrediatur balneum ægra, ad placitum temperatum, jejuna. Fiat ad umbilicum usque inſeſſio.

Expellentia. Emollitis & reſeratis uteri partibus, ad ea, quæ FACULTATEM EXPULTRICEM, parturientiumque DOLORES excitant, imò MOLAM EXPELLUNT, eſt tranſeundum. Talia ſunt medicamenta, quæ vel aſſumuntur, vel exteriùs admoventur.

Interna. Per os exhiberi queunt:

℞. *conf. alkermes* ℈ij. *trochiſcor. de myrrhâ* ʒſ,
⊖ *artemiſiæ,* ☍ *ſabinæ* āa. ℈ſ,
▽ *artemiſiæ* ℥j. M. F. Potio. Sumatur in vino calido.

Vel ℞. *boracis* ʒſ, *croci, ſuccini albi* āa. ℈ſ.
M. F. Pulvis. Detur in vino albo.

Ad fœtum mortuum, ſecundinas, imò & molas abigendas, quidam magni æſtimant *ſecundinam humanam, ovis & capræ,* pulveriſatam in vino aſſumptam.

Conradus Geſnerus ſcribit: Si de polline teſtium equi caſtrati, benè in fumo ſiccatorum ſumatur, quantum tribus digitis capi poſſit, idque, ſi opus ſit, bis aut ter repetatur, eſſe præſentiſſimum remedium, & multis deſperatis profuiſſe.

Heinricus ab Heer in praxi tale remedium, ut probatum, eſt expertus:

℞. *teſtium equi præparat. boracis* āa. ʒj, *croci* ℈j.
D. cum *aquâ lilior. alborum.*

Ubi his medicamentis mola non ſuccedit, ex ſententiâ *Coi 5. aphor. 35.* ſalutaris eſt STERNUTATIO. Itaque ſummo cum juvamine adhibetur hocce STERNUTATORIUM:

℞. *rad.*

℞. *rad. hellebori, piperis longi majoranæ, cubebarum, galangæ, cardamomi, lil. convall.* ãa ℈j, *euphorbii* gr. ij. M. F. Sternutatorium.

Quò verò sternutatio majores obtineat vires, naturaque eò citiùs molam excludat, jubet *Cous*, ut comprimantur nares. Etenim ex retento per compressionem narium aëre, ad inferna validè propellit diaphragma, compressô scilicet epigastriô, musculisque abdominis. Hinc ad inferna uterus pellitur, tantôque nisu concutitur mola, aliàs ferè immobilis, ut vias & vincula perrumpat, adque exitum sese accingat.

Si verò adhuc remoretur, non inutile foret exhibere VOMITORIUM. Nam ex motu naturæ sursum uterus & musculi inferioris ventris valdè adstringuntur, adque exclusionem via maturatur. Vomitorium tale potest esse: *ἐμετικόν.*

℞. ☿ *vitæ, dacrydii* ãa. gr. vj, *sirupi borragin.* ℥ſ, *conservæ rosarum* ʒij, ⚱ *caryophyll. destill.* gutt. iiij. M. F. Bolus. S. Brechzucker.

Dum hæc aliaque administrantur, imò per totum curationis tempus VIRIUM diligenter habenda est ratio, &, quæ ipsas conservant atque instaurant, exhibenda. Ad manum sit spiritus analepticus Rolfincianus, cum essentiâ ambræ exaltatus. *Confortantia interna.*

BALSAMA naribus, carpis, temporibus, epithemataque regioni cordis applicata suum faciunt hic officium. Conducit balsamum ROSARUM, AURANTIORUM & CINAMOMI cordi; ANISI pectori; RORISMARINI, LAVENDULÆ, ANGELICÆ cerebro, ut & SUCCINI; MENTHAE ventriculo.

Prætereà obstetrix suum non negligat officium, muliebria titillet, digitos in uteri collum, oleis vel linimento conveniente, quod constare solet ex ⚱ *lilior. albor. amygdalorum dulcium, lumbricorum, pinguedine caponis* &c. inunctos immittat, (sic enim aliquo modo genitalia dilatantur & aperiuntur) parturientiumque dolores & conatus, quantum fieri potest, exci-

Digitized by Google

ter, insimul adstantes ministræ labores obstetricis juvent, blandèque alloquantur ægram, more parturientium decumbentem, velit & ipsa cum eis operas mutuas communicare, expultricem facultatem, conatusque stimulare.

Externa. Exterius conveniunt talia:

℞. *mucilaginis sem. fœni græci, lini* āā. ℥j, *althææ* ℥ſ, *ol. lilior. alborum, adipis anserinæ vel gallinæ* āā. ʒvj, *croci* ℈j, *ceræ* q. ſ. M. F. Unguentum. S. Mutter Sälblein.

Potest etiam excitari fumus.

℞. *myrrhæ, galbani, castorei* āā. ℈j.
☍ *rutacei* q. ſ. M. F. Trochisci.

Injiciatur ℈j. carbonibus. Fumus excitatus linteis excipiatur, & pudendis applicetur, vel cannulâ seu tubulô ad uterum mittatur.

Fiat periculum, an aëtites lapis pedi alligatus, ut & cingulum ex corio humano & exuviæ serpentum lumbis alligata aliquid præstare valeant.

Chirurgia. Hisce præter spem & expectationem nihil proficientibus, manûs vel instrumentorum opera conjungenda.

Suppurantia. Solent nonnulli suppurantia & corrumpentia adhibere medicamenta, molamque in pus & saniem redigere. Verùm cùm plena sint periculô propter materiam putridam, febres, animi deliquia, convulsiones, uteri ulcera, aliaque sexcenta symptomata excitantem, talium medicamentorum usum ab ægrâ nostrâ planè relegamus.

Diæta. Tandem ne mola denuò generetur, præcavendum. Potest autem præcaveri, si regulæ in diæta præscriptæ ex asse observentur.

1. naturalis. In naturali, cibus sit εὔχυμος καὶ εὔπεπτος, panis nimirum triticeus, à furfuribus alienus, bis coctus, benè fermentatus; columbæ recentes, aves montanæ, capones, anniculæ gallinæ, perdices, attagenes, turdi, phasiani, ova sorbilia, jura ex vino cum ovi vitellô parata, ptisana &c. Condiantur probè aromatibus: *foliis* nimirum *rorismarini, majoranæ, melissæ, radicibus petroselini, caryophyllis, cinamomo, maci.*

Uta-

Digitized by Google

Utatur pulvere aliquô pepticô. Loco mensæ secundæ sumat coriandrum & fœniculum saccharô obductum, item uvas passas & passulas. FUGIENDA, quæ cruditates suggerunt, chylum crassum, viscidum & glutinosum præbent, flatusque generant, qualia sunt legumina (exceptis ciceribus rubris) olera, pinguia, lacticinia. FRUCTUS ὡραῖοι, præsertim silvestres & immaturi vitentur. POTUS sit cerevisia benè defecata, in quâ suspendatur *rasura C. C. cum cinamomô.* VINI moderatus usus non culpandus, inprimis si sit medicatum uterinis ingredientibus. Excellit imprimis *zedoaria.*

In VITALI eligatur AER temperatus. Devitetur frigidus & siccus, qualis borealis & septentrionalis, frigidus & humidus, qualis Zephyrus. E contrariò verò aëri sese exponere potest, cùm purus est, & temperatus in caliditate & siccitate, magis tamen caliditate, talis, qualis vere & æstate sublunaria hæcce afflat. Deambulatio sub radiis lunaribus summè noxia. *2. Vitali.*

In ANIMALI SOMNUS & VIGILIA mediocritatis limites non excedant. ANIMI PATHEMATA omnia rectæ rationis cancellis sint inclusa. Ira fugienda, tristitia ac melancholia exulent, musica in auxilium veniat, seriisque lætitia interponatur negotiis. *3. animalis.*

MOTUS corporis instituatur ante pastum, post eum QUIES. ALVUS singulis diebus DEPONAT, menstruaque purgatio legitimè succedat.

CONSULTATIO IV

de

Fluore albo muliebri.

HISTORIA.

HOnesta matrona XXXVI. annorum, proceræ staturæ, habitus laxi & pituitosi, albique coloris, variis erroribus diætæ indulgens, adsueta humido victui ex jusculis, pulmentis farinaceis, eduliis frixis cum butyro, lacte, ovis, cerevisiâ hordeaceâ cum magnâ intemperantiâ & sine omni ordine, *Ἐξήγησις.*

 somno

Digitized by Google

so uno liberaliter indulgens, quietæ etiam vitæ dedita, destillationibus obnoxia, quas per os & nares feliciter excernebat, dum sana erat, jam tamen non in eâ copiâ; ante aunum advertit menses imminute fluere, imò aliquando planè supprimi, nunc verò hyemali ingruente tempore conqueritur de involuntariâ excretione materiæ albitantis per genitalia, modò tenuis & serosæ, modò mucosæ & crassæ, aliquando ad flavum vergentis. Est excretio hæc sine dolore, per octo menses durans. Cum menses aliquando fluunt, cessare videtur, iis subsistentibus rursum erumpit. Assumsit ex consilio muliercułæ cujusdam succum prunorum sylvestrium in aquâ betonicæ, per aliquot dies insedit balneo aquæ dulcis, cui incoxerat folia alchimillæ, & correpta fuit nuper syncope hystericâ, quæ non amplius comparuit abrogato usu balnei & succi. Urinæ sunt turbidæ: pedes tumidi. Decolor est facies, corpus macilentum, appetitus prostratus. De majoribus malis, procidentiâ scilicet uteri, quæ nonnunquam ipsi negotium facessit, & fastidio, quod situs sinus muliebris & fœtor marito parere possint, imò etiam sterilitate, quæ sequi solet nonnunquam, sibi timens petit consilium, promittens obedientiam.

ΑΝΑΛΥΣΙΣ.

Affectus est profluvium. AFFECTUS, de quo conqueritur ægrota, est PROFLUVIUM MULIEBRE, ita appellatum, quòd sexui illi sit familiare. Profluvium album dicitur, ob colorem materiæ excretæ, quæ ut plurimum alba est. Uterinum dicitur à parte, per quam fluit materia.

Referri potest hic affectus inter symptomata in excretis, peccantibus substantiâ, quantitate, & tempore.

Peccat profluvium hoc SUBSTANTIA. *Duo, inquit Galenus l. 3. de symptom. causis cap. 4. purgantur ex utero:* BONUM *quippiam, semen & sanguis menstruus, quæ duo naturaliter excernuntur.* MALUM, *& est materia alba.*

QUANTITATIS ratione peccat, quia in magnâ copiâ excernitur.

TEMPORIS ratione peccat, quia est excretio diuturna.

Adesse

Adesse tale profluvium, facilè cognoscitur ex qualitate materiæ excretæ, à semine & sanguine alienæ, ex inordinatâ & ferè continuâ excretione, absque insigni virium jacturâ, & continuo muliebrium locorum madore.

Duplex autem cùm sit profluvium, sciendum est, hoc nostrum esse legitimum. Manifestum hoc est ex pedum tumore, imbecillitate totius, præcipuè autem ex urinâ crassâ, & turbatâ, cùm in spurio per propriam essentiam uteri absint hæc symptomata, ac urina sit similis sanorum, aut ad illas proximè accedat.

SUBJECTUM est UTERUS. *Altimarus* expressè negat, in profluvio muliebri uterum posse vocari partem affectam, cùm scribat *Galenus 6. de loc. affect. cap. 1.* profluvium hoc nonnunquam accidere fœminis, utero haudquaquam affecto, eum totum corpus per ipsam expurgatur, quemadmodum interdum etiam per renes. Sed existimamus uterum affici vel coaffici in nostrâ. Τὸ ἐκχειρόμενον μόριον.

Afficitur non per essentiam, sed per consensum totius corporis, cerebri, ventriculi & jecoris.

Afficiturque per hunc consensum, non solùm secundùm fundum, & sua vasa, sed etiam secundùm ostium internum, quod semper hiat, secundùm sinum muliebrem, qui semper madet, & ejus vasa, quæ laxa sunt.

CAUSA IMMEDIATA est facultatis expultricis & retentricis vasorum irritatio. Dum molestum quod est, excludere nituntur, fit malum hoc. *Causa immediata.*

MEDIATA PROXIMIOR causa est copia ac saburra vitiosorum humorum pituitosorum, biliosorum & serosorum. *Mediata proximior.*

PITUITOSI potissima sunt hujus fluxûs causa. Abundare hos in toto corpore, notat ipsum temperamentum, habitus corporis laxus, mollis, non naturales causæ variæ, excreta coloris albi, quo tingitur indusium.

Simplex tamen pituita non est, sed BILIOSIS atomis mista. Id patet ex iisdem fontibus, imprimis verò, quòd excreta linteamina tingant non simpliciter albo colore, sed simul flavo misto.

SERUM suis se prodit signis. Hoc propter salsedinem &

acredinem expultricem facilè irritare, & ob tenuitatem ad uterum fluere potest.

Chimicis liberum relinquimus, an suis principiis hic locum dare velint, ut speciosè possunt.

Exercere se hic possunt acidorum succorum patroni, & alcalinorum, & modum, quo peccant, ostendere.

Modus quo peccant humores. Humores hi peccant quantitate, & qualitate, utrâque magnæ activitatis.

1. MOTUS generationis & locationis hic etiam considerandus.

2. GENERARI quidem aliqui excrementitii humores IN UTERO possunt διὰ συναθροισμὸν, ob facultatem ab intemperie frigidâ læsam, maximâ ex parte tamen EXTRA LOCUM AFFECTUM, uterum generantur, suppeditanturque à cacochymicâ colluvie & κατὰ ῥευματισμὸν ad uterum tendunt.

In motu consideranda. In motu hoc notari queunt: pars mandans, recipiens, medium, & modus.

1. pars mandans. PARS MANDANS sunt TOTUM CORPUS & VISCERA naturalia, hæ enim sunt publicæ officinæ, quæ si in coctionibus ordinariis officium non faciant, crudos coacervant humores, quos toti communicant.

VENTRICULUS dum non satisfacit officio, pituitosi humores fuére communicati.

JECUR ob aliquam caloris exuberantiam producit biliosos succos.

SEROSI humores proveniunt à quatuor causis à *Galeno* adsignatis *de symptom. differentiis cap. 6.* 1. ob imbecillitatem sanguificæ virtutis, quæ non generat sanguinem satis fibrosum, sed tenuem & aqueum. 2. ob imbecillitatem secretricis, seu frustrationem operationis, quæ segregat tenue & serosum. 3 ob insigne robur expultricis vasorum, quæ plus expellit, quàm debebat 4. ob nimium robur retentricis, quæ retinet tenue, quod per sudores difflari debebat, vel per renes & vesicam excerni.

2. recipiens. RECIPIENS pars est uterus. Cùm enim hic vi legis in republicâ microcosmicâ sancitæ, ordinatus sit ad omnem superfluum sanguinem in hoc sexu recipiendum, & extra corpus aman-

Digitized by Google

amandandum, omninò etiam hoc, quod vitiosum erat naturæ maximè familiare, quasi aliud agens recipit ac transmittit. Hanc actionem juvat situs hujus partis ad recipiendum conveniens, debilitasve ex continuo humorum vitiosorum affluxu orta.

MEDIUM seu VIÆ, per quas transmissio hæc instituitur, sunt arteriæ: sicuti enim per eas in bonâ corporis conditione, sanguis, qui ab egerendi tempore menstruus dicitur, ab utero excernitur, ita & hoc vitiosum per eas vehitur. Sunt autem illæ in specie uterinæ dictæ, ab epigastricâ & hypogastricâ oriundæ, quæ cùm majori in copiâ collum seu cervicem, quam circulariter ambiunt, ac tàm sinum uteri, quàm fundum, non malè fecerimus, si cervicem ac sinum uteri magis affici statuamus, fundum tamen non planè excludamus. *3. Via.*

MODUS FLUXIONIS in toto πεμπτικῷ est *pulsio*, in utero ἀποδεκτικῷ est *receptio*. *4. Modus fluxionis.*

PULSIO fit impulsione & expulsione. Expultrix non relinquit humores, nisi in illo puncto, quo excidunt ex vasis.

RECEPTIO fit ab utero ceu parte debili, & ad attrahendum à naturali inclinatione aptâ.

REMOTIORES causæ sunt

I. NATURALES. Inter eas primum locum obtinet TEMPERAMENTUM nostræ ægræ pituitosum, ac habitus corporis laxus, quæ huic malo facilè ansam dant, utpote cruditatibus ac malis coctionibus prægnantia. Inde horum humorum ortus facilis, qui in locum boni alimenti & nutrimenti succedunt. *Remotiores causæ naturales.*

SEXUI FOEMININO hoc malum peculiare, cùm contrà in viris vitiosi humores per alias vias evacuentur. Nec deest ÆTAS etiàm, cui hoc malum familiare existit.

II. NON NATURALIUM agmen ducit humidi & frigidi serax. *Non naturales.*

SOMNI & QUIETIS magna fuit cooperatio, dum excrementorum sensibilis & insensibilis impeditur evacuatio.

VICTUS rationi inordinatæ frigidiori & humidiori maxima mali hujus adscribenda pars.

MEDICAMENTUM astringens, succus prunorum malè illam habere fecit.

Astrin-

Digitized by Google

tione oriri assolet, pravum enim alimentum pravam etiam præbet assimilationem, talesque in corpore dominantur humores, quales foris conspiciuntur colores.

PROCIDENTIAM UTERI jam sibi negotium facessere ait. Quid mirum? continuo enim materiæ vitiosæ affluxu ligamenta ejus relaxantur, tonus debilitatur, adeoque vires totius corporis concidunt. 14.

PRÆDICTIO eventus, de quo maritus sollicitus, consideratu necessaria est. *προλεξις*

SALUTIS & MORTIS ratione gravis est affectus, non solùm, quia tædiosus ob injucundum concubitum, qui marito est molestus, sed quia ut plurimùm inducit sterilitatem. 1.

Curabilis tamen est, meo judicio. Præterquam quod magnam fiduciam locem in ætate & obedientiâ ægræ, inter *Curabilis est affectus.*

ESSENTIALITER INHAERENTIA considerans SPECIEM affectus, ex eo paucos mori scio, nisi per accidens, eo intempestivè inhibito. DURATIONEM si perpendo, vires sunt validæ satis, ut ad finem durare queant. *Essentialiter inhærentia bonam spem faciunt, ut etiam*

EFFECTUS, actiones nimirum animales & vitales benè habent. Naturalibus læsis facilè consuli potest, & medicina adhiberi. *effectus, &*

CAUSAE licet malè ominari videantur, quod affectus ætati sit dissimilis, senibus enim familiaris, erigit tamen rursus spem bonam, quod temperamento sit similis. Minus autem periculum in talibus, *argumento aphorismi 34. libri 2.* *Causa.*

SIMILIS in alio affectus tandem feliciter curatus, fiduciam auget, & hunc ad optatum finem perduci posse. *Similitudo.*

De FACILITATE & BREVITATE nulla spes fieri potest certa. Obsequii indocilem sæpè se solet exhibere, & medicamentis reluctari. Diuturnitas octimestris se extendere potest ad alios menses plures. *Galenus* ad curationem uxoris *Boëtiana* designavit decendium. Tam felici non licebit esse mihi. Patientiâ ergò opus est & tolerantiâ. *Tempus incertum.*

MODUS TERMINATIONIS erit post ablationem causarum, exficcatio. An coryza salutariter succurrere queat arte *Modus terminationis.*

Digitized by Google

vel naturâ excitata, quæritur? Affirmare me jubent illa, quæ *Rolfinciana* notant *dissertationes*.

Ἴασις nititur indicationibus. CURATIO nititur in METHODO CURATIVA INDICATIONIBUS.

1. I. CURATORIA auferre jubet id, quod est præter naturam.

2. II. PRÆSERVATORIA causam respicit. Non aufertur autem, nisi humores biliosi, pituitosi, serosi ex corpore exterminentur.

Ordo administrationis. Non est inchoanda curatio hujus fluxus ab adstringentibus & exsiccantibus, quod factum fuisse refert *Galenus lib. de præcognitione ad Posthumum cap. 8.* Ex intempestivo enim adstringentium usu uxori *Boëthi* à *Galeno loco citato* memoratæ supervenerat tumor ventris, quem credebant nonnulli esse uteri gestationem. In nostrâ ægrotâ passio hysterica orta fuit ex eorundem usu.

Ab EXSICCANTIUM usu, similiter importunè adhibitorum, quantumvis in corpore molli & laxas carnes habente, nihil boni sperari potest. Id manifestum ex eâdem uxore *Boëthi*. Tanta enim materiæ copia, in toto redundans, sicut per adstringentia non est retinenda, ita per exsiccantia digeri nequit.

Inchoanda curatio est ab evacuatione tùm per alvum, tùm per urinam: hoc enim modo ad consuetas vias natura avocatur & ab utero materiæ impetus derivatur.

Factâ hac evacuatione, materia est exsiccanda mediocriter calefacientibus, quia fit potissimùm ab humore frigido.

Denique causæ humorem generantes tollendæ, quæ vasis eundem continuò suppeditant. Ideò intemperies frigida humida ventriculi & jecoris *δυσκρασία* corrigenda. Hoc enim modo vitabitur error, in quem plurimi medicorum incidunt, ut monet *Galenus lib. de præcogn. ad Posthumum cap. 8.* quo id quidem quod abundat, evacuant, ne autem simile generetur, non prohibent.

3. III. VITALIS indicatio non negligenda.

Materia MATERIA præsidiorum fontis chirurgici sunt paucæ. De

VENAE

VENÆ SECTIONE cogitandum non est, est enim ægra cacochymica, nec ulla plethoræ indicia adsunt, nec *Galenus* venæ sectionis meminit in curatione uxoris *Boëthi*, quæ tamen feliciter successit. Suspendi potest, donec ablato affectu menses succedant. *Chirurgica V. S.*

FONTICULUS in brachio licet ex usu esse posset, illum tamen ægra vix admittet. *Fonticulus.*

FRICTIONES sæpius administrentur, ad dissipanda per habitum excrementa halituosa. Fieri possunt asperiori linteo, quia frigidi est temperamenti. *Frictiones.*

PHARMACEUTICA classis potissimam curationis partem absolvit, eo modo instituendam, quo fecit *Galenus* in uxore *Boëthi*. 1. Procuranda est alvi dejectio. 2. Diureticis utendum per 4. 5. dies. *Medicamentorum ordinatio.*

LENIENTIBUS præmissis ex *aloe*, *mannâ*, ut primæ viæ expurgentur. *Benedicta ἐκκοπρωτικά*

PRÆPARANTIA subjungenda, cum pituitosi humores simul abundent & biliosi. *Præparantia.*

PURGANTIA varia esse possunt. IN POTIONE *purgantia.*

℞. *rhabarb. alex.* ʒiij, *rad. gialapii* ʒj,
fl. 4. cordialium a. p. ij, *cinamomi, macis* a. ℈j.
Coq. in suff. q. *aq. sambuci*. In colaturæ ℥v
solve extracti panchymagogi ℈j, *sirupi de cichor. c. rhabarb.* ℥ß, *aq. cinam.* ʒj.
M. F. Haustus.

℞. *gialap. resin. nigræ pulverif.* ℈j, *sir. de epithymo aqv. melissæ* a. ℥ß. F. Potio. S. Lapir-Tränckleln.

IN PULVERIS formâ si placeat,

℞. *radic. gialapæ* ℈j, *salis matricariæ* g. iij,
elæosacchari citri g. v. M. F. Pulvis.

IN PILULIS, si forma hæc ægræ placeat,

℞. *mass. pil. ex hierâ picrâ,*
de tribus cum agrico, elaterii a. ℈ß.
Cum aquâ sambuci q. s. M. F. Pil. no. xxx. pro uno præbio.

DIURETICA, quæ vasa emulgentia aperiunt, & renes, *Διουρητικά simplicia.*

Zzzzz 2 per

perque renes vitiosam colluviem expellunt, corpore purgato, conveniunt. Debent autem propriè talia esse acria, quæ sanguinem fundendo serositates ab eo separant, quas pòst attrahunt renes.

Talia sunt INTERNÆ RADICES, *apii*, *asari*, enumeratæ à *Galeno* in curatione uxoris *Boëthi*. Reliquæ aperientes, *rusci*, *raphani* etiam conveniunt. FOLIA *dauci*, *pimpinellæ*, SEMINA *apii*.

Ex his componi possunt varia medicamenta. Arridet sequens:

℞. *rad. apii, asparagi, graminis* ā. ℥jv
fl. genistæ ʒß, *cordialium* a. p. j,
Bulliant in juris cicerum rubrorum q. s. Adde colaturæ ℥ix
sirupi de artemisiâ, de 5. radicibus a. ℥j.
M. F. Haustus ad tria præbia. In primo cochleari dissolvi possunt olei terebinthinæ gut. iv.

idquand SUDORIFICA non sunt negligenda, quæ per sudores & insensilem transpirationem dissipent serosam materiam.

Egregium est quod paratur ex floribus ✳, qui magis fiunt specifici, si cum *coralliis albis* sublimentur.

Suum quoque faciunt officium ♃*ium diaphoreticum*, ⊖*ia volatilia animalium, viperarum, sanguinis cervi.*

℞. *aquæ diuret. Paracelsi ex* ♀, *colcoth. & hirundinariâ* ʒij,
D. in vino malvatico.

Vel. ℞. *sacchari diuretici Rolfinciani* ℈ß.
D. in *jusculo gallinæ cum rad. petroselini* cocto. G. Urintreibender Zucker.

℞. *salsaparillæ, sassafras* a. ʒj, *cort. lign. guajaci* ʒij.
sem. anisi, fœniculi a. ʒij.
Infunde in aq. font. s. q. Stent in M. balneo per noctem, bulliant manè leniter. Colaturæ ℥viij adde
spiritus ligni sancti rectif. ʒj.
M. F. Haustus pro tribus præbiis.

Cum assumsit, in Laconico sudet, potenter fluxus ab utero divertetur.

UNIVER-

Digitized by Google

UNIVERSALITER per omnia emunctoria evacuant THERMÆ CAROLINAE. Hæ imminuta quidem, nondum tamen omni sublatâ peccante materiâ, ægræ imperandæ. Nec habebit, quod metuat, quod aliquandò sanis mulieribus thermis insidentibus illud vitium inde sit genitum (ut annotavit *Platerus*,) non enim ob contagium quoddam illud factum sciat, sed ob salutarem evacuationem, quod materia vitiosa à naturâ assuetâ eò conversa fuit, unde emissis purgamentis postmodùm optimè valuêre. His autem si destituatur, fiat decoctum ex *melissâ, matricariâ, artemisiâ, roremarino, rad. aristoloch.* a. m. ij. Vapor excipiatur. *Thermæ.*

Errhina quoque adhiberi possunt. *Errhina.*

℞. *euphorb.* ℈ij, *pulv. rad. ireos* ʒß,

M. Fiat pulvis. Attrahatur ervi magnitudine S. Stusspulver.

Postquam hoc modo corpus à superfluis humoribus vacuatum est, si non succedat negotium, hæc per διαλείψεων repetantur.

ALTERANTIA & intemperiem viscerum corrigentia humiditatesque redundantes minuentia attendenda. *Alterantia interna.*

EXSICCANTIUM INTERNORUM in censu primum locum obtinet

DECOCTUM LONGUM, quo per plures dies utatur singulis matutinis, in paucâ tamen quantitate.

℞. *cort. ligni guajaci* ℥j, *rad angelicæ, apii, asparagi.* a. ʒij, *fol. menthæ* mj, *ratione ventriculi*, *betonicæ, ratione capitis*; *melissæ, ratione cordis*; *cichorii, ratione hepatis*; *artemisiæ, ratione uteri* a. mß.

Decoq. in suff. q. aquæ leniter. In colaturæ ℔ij dissolve *sir. acetositatis citri* ʒiij, *de 5. rad.* ℥iiij, *spir.* ⊕*li* ℈ij

Misce. F. Apozema. Præbium ʒiiij.

Hoc omnibus numeris satisfacit expectationi, sive roborationem viscerum, sive præparationem & alterationem humorum, sive superfluitatum exsiccationem spectemus.

EXTERNIS omnibus modis eidem intentioni satisfacere non est inconsultum, ideoque interdum FRICTIONES fiant in toto corpore manè & vesperi, & à frictionibus *Inunctiones* *Externa.*

 vel

Digitized by Google

vel cum *melle* solo, ut *Galenus* præcepit, vel cum *melle* & ✠ *is* si adest densitas cutis, cum *ol. laurino, irino.* Talia tamen topica hodie non sunt in usu.

Roborantia Exsiccato hoc modo corpore toto & corroborato, ad viscera ipsa devenire debemus. Ante omnia autem

Caput. CAPUT exsiccandum & corroborandum. Hoc fieri poterit

1. POSITIVE, adhibitis cucuphis & sacculis.

2. PRIVATIVE per errhina, quæ pituitam ad consuetas vias derivant & sic ab utero avertunt.

Ventriculum. VENTRICULUS roboretur per

INTERNA. Hoc optimè fieri potest usu *aqua Tetuciana* in Italiâ quæ celebris, per 5. vel 6. dies, ventriculum calefafacit, siccat, *Tinctura rosarum* ⊖*lata* prodest.

EXTERNA sunt *stillicidia* aquarum thermalium, *sacculus* stomachalis

Jecur & lienem. JECUR & LIEN internis & externis confortentur. Proderit decoctum *galeopsios*, seu urticæ floribus rubris, milzatillæ dictæ, vel si illud nimis vile videbitur remedii genus, de *Tinctura* ♂*tis* cogitari potest.

Uterum. UTERUS tandem in fine curationis roboretur adstringentibus tàm externis quàm internis.

Interna. Eorum quædam peculiari proprietate juvant. Inter INTERNA commendat *Galenus* COAGULUM LEPORINUM. In hujus defectu coagulum hædinum usurpari potest.

Franciscus Joël commendat aquam destillatam ex *artemisiâ*, & *herbâ polygoni* simul mistis, si haustulus singulis diebus sumatur. Album colluviem mirificè sistit.

ASTRICTIONI viarum conferet sequens pulvis.

℞. *cornu cervi philosoph. pp.* ʒj, *croci* ♂ *astringentis* ℈ʃ,
trochiscorum de carabe ℈ij,
radicis tormentillæ pulverisatæ ʒj,
sacchari rosati tabulati ʒß.

F. Tragema. Detur in scatulâ. De eo singulis matutinis horis in jusculo assumatur scrupulus unus.

Si placet, cum *sirupo cydoniorum* pars quædam in boli

formam

Digitized by Google

formam redigi, & horâ quartâ pomeridianâ assumi potest.

Balneo insideat, ex aquâ dulci, cui incocti fructus *guajaci Patavini, & folia alchimillæ*, cum *aluminis* modico. Addantur hysterica & uterum roborantia, *artemisia, matricaria* & alia. Externa. 1.

FOMENTENTUR quoque in hunc finem lumbi, pecten, venter spongiâ porosâ vel lanâ succidâ in vino adstringente humectatâ. 2.

EMPLASTRUM hoc continuò gestatum uterum mirificè roborat. 3.

℞. *emplastri oxycrocei* ℥iiij, *ladani depurati* ℥ß,
spec. galliæ moschatæ, aliptæ moschatæ,
pulv. cinamomi, bacc. lauri a. ℈j, *ol. angelicæ* q. v.
M. F. Emplastrum

SUFFITUS interdum institui possunt exsiccantes. 4.

℞. *ladani, styracis calamitæ, ligni aloës, benzoes* a. ʒß,
gummi arabici dissoluti in vino rub. astringente q. v.

M. F. Trochisci, injiciantur carbonibus, fumus excipiatur uteri sinu benè coopertis cruribus.

Ad horum adstringentium usum non debemus accedere non purgatâ per alvum, nec per urinam materiâ diversâ. Si enim repleto corpore hoc fieret, esset periculum hydropis, aut accidentium hystericorum, quibus jam tum infestata fuit.

Uterus cum probè exsiccatus & mundificatus fuerit, *procidentiam* ejus non metuimus. Si tamen nimio fluxu ligamenta ejus adeo laxata fuerint, ne conceptioni impedimento sit, pessario muniendus & circulo ligneo retinendus, inque loco servandus. Contra metum procidentiæ.

In NATURALI diætâ, victu utatur tenui calefaciente & exsiccante. Diæta. 10

Cibos viscidos evitet omnes. Carnibus delectetur delicatioribus, quarum copiam quotidie habere potest, ferinis, assis, gallinaceis, perdicibus, turdis, phasianis, aviculis montanis, piscibus non nisi saxatilibus. Condiantur probè aromatibus, *fol. rorismarini, majoranæ.* A cibo lambat

aliquid

aliquid *miva cydoniorum*, vel utatur pulvere quodam peptico.

Possumus imitari exemplum *Galeni de praecogn. ad Posthumum cap. 8.* qui uxori *Boëthi* praescripsit usum avicularum montanarum & piscium saxatilium.

POTUS interdum sit vinum impermistum, interdum permistum & dilutum, diureticum semper. Rubrum & subastringens sit nonnunquam.

2. In VITALI diaeta aër ad caliditatem vergat.

3. In ANIMALI, somno si per horas septem vacaverit, sufficit.

Corpus subinde moveat, ut inevitabilem graviorum symptomatum effugiat necessitatem, quae sequitur, cum congruus cibo potuique non accedit labor. Cum comedit multum, labori liberaliùs indulgeat. Cibi & labores adversas inter se facultates mutuò tamen ad sanitatem conferentes obtinent.

Ante cibum corpus moveat, ut calor coctionis opifex excitetur. Post cibum quiescat, ne calor dissipetur. Non autem dormiat, ne calor revocetur à centro culinae ad circumferentiam corporis. Calor est instrumentum elixationis, quâ solvuntur ingesti cibi, & fermentantur in chylosam substantiam cremori lactis similem.

Alvum nisi sponte quotidiè deponat, solicitet decocto *prunorum dulcium* cum modico *foliorum senae*. Pruna prunellorum à patrio solo, dicta Brignioles, medicata adsumat, vel *passulas* eligat *laxativas*, aut *pilulas aloëticas*. Proderunt etiam *pilulae trium regnorum* per intervalla justo praebio deglutitae.

VENERIS usum temperet. Concubitum tamen si appetat, non nisi post mensem unum aut alterum concedendus. Ad fastidium mariti praecavendum, suavis odor suffitu trochiscorum de galliâ moschatâ conciliari, & foetor arceri potest, nisi uterus inde offendatur.

Omnibus his si obedientem se praestiterit aegra, de benedictionis divinae salutari progressu, felicique restitutione propediem futurâ nulli dubitamus, eique VIVAT! acclamamus.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ

ὡς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER XII.

CONSULTATIO UNA de Ægro herniâ carnosâ laborante.

HISTORIA.

Vir temperamenti calidi & humidi, ſanguinei, annorum xxx. triennio vivens in matrimonio cupidineis vinculis ligato, ita ut dies & nox ipſi eſſent meræ nuptiæ, & carnales copulationes, delicatæ comeſſationes omnis generis deliciis illuſtres, ſenſit pedetentim ſiniſtrum intumeſcere teſticulum noctu, de die detumeſcere, noctu rurſus intumeſcere, de die detumeſcere, tandem poſt heroicam initionem ſenſim tumorem noctu incrementa ſumentem de die etiam perdurare. Tumorem teſticulus adæquat magnitudinis parvi ovi gallinacei, duritie lapidem æmulatur. Scrotum eſt molle, & libe-

Digitized by Google

rum tumori non alligatum. Indolens est tumor. Coëundi cupiditas non minuitur, sed invalescit. Semen advertitur primis diebus rufescens, sequentibus fuscescit, porrò cinerescit, demùm ad ingenium redit & rursum albescit. Molestia hæc ipsum affligit dimidium annum. Primis annis fœcundum binâ sobole habuit conjugium, nunc illibere. Appetitus ciborum & alimentorum pleno floret vigore. Somnus exoptatus ipsum recreat, quamprimùm Venus ipsius desideriis gratis colloquiis & contactibus satisfecit. Cùm verò dives sit, & nuper major natu filiolus fatis concesserit, de sterilitate corrigendâ solicitus, petit obnixè consilium, quomodo tumori medela adhiberi queat.

RESOLUTIO.

Affectus species innotescit, AFFECTUS, de quo æger conqueritur, est tumor testiculi sinistri. Referri commodè potest ad hernias, quarum differentiæ sunt vulgaris notitiæ.

κατ' ἄρσιν, Non est hernia inguinalis, sed SCROTI, eaque ratione causarum distendentium non omentalis, nec intestinalis, nec ventosa, nec aquosa, nec varicosa, sed carnosa communiter, quæ Germanicè dicitur der Fleischbruch. Est tumor testiculi, non quidem ab annatâ carne stabili, sed repletione quâdam humoris per vasa præparantia defluentis.

Ex signis ADESSE talem herniam, convincit αὐτοψία, cum pro-
1. prio tumoris hujus ingenio. Quòd enim non præstò sit hic
2. *Entero* vel *Epiplocele*, res est manifesta: quia specierum harum utraque requirit inguinis insimul dilatationem, tumoris pronati mollitiem, suique ἀθρόως καὶ ταχέως factum incremen-
3. tum, quæ singula hôc locô desunt κριτήρια. *Pneumatocele* atque *hydrocele* sonô & fluctuatione unà cum ponderis le-
4. vitate, in scroto manibus compresso sese manifestant. *Cirsocelen* verò distensio vasorum sanguifluorum nimia & sursum quoque protensa indicat.

His signis exulantibus, sola restat *Sarcocele*, quam tumor durus & renitens, sensim auctus, testiculo firmiter circumsi-

cumfixus, in eodem persistens statu, gravis atque rotundus, liquidò evincit.

MAGNUS est hic morbus, ratione afflictæ partis nobilium non postremæ, quæ speciei conservationem ipsiusque individui vivificam præstat tutelam. *Magnitudo.*

SUBJECTUM generale est scrotum; particulare seu primarium est tunica ἐρυθροειδὴς cum musculo cremastere, quibus ipsa testiculi substantia pariter ac epididymis secundariò se associant. *ὁ τόπος πεπονθώς*

Tunica modò dicta est fluxionibus recipiendis quàm maximè apta, quippe donata rubicundis & carneis fibris plurimis, tanquam tenuissimis vasorum ramulis, qui invicem implexi ἕλικας, *capreolos*, imitantur, unde etiam ἑλικοειδὴς involucrum hoc salutatur.

Musculus testis hujus suspensorius dilatationem suscipit perfacilè: substantia enim ejus ex carne & tendine combinata, promtè interstitiis suis infarctum admittit.

Glandulosum & spongiosum est testiculi parenchyma, adeoque in tumorem ex materiæ impetu valdoperè proclive.

Huic etiam epididymis proximè per teres corpus implantatur, quæ humorem partim in teste restagnantem, in proprium substantiæ suæ fungosæ receptaculum, fidissimi instar parastatæ suctione derivat, partim à corpore spermaticarum arteriarum pyramidali haurit.

In hac subjectorum tetrade principatum tunicæ ἐρυθροειδεῖ, satellitiô cœterarum partium stipatæ, adjudicamus.

SINISTER TESTICULUS est præsentaneum enarrati vitii subjectum, utut alioquin insolens attestante experientiâ, in dextrâ parte carnosas hernias utplurimùm oriri, sicut aquosas in sinistrâ. Hanc pariter confirmat *Fabricius Hildanus centur. 4. observ. 64.* pronuncians, unicum tantummodò ægrum carnoso ramice ex sinistrâ parte laborantem sibi obtigisse, reliquis in dextro semper latere visis.

Rationem soliti hujus delectûs arbitrantur, quòd vas

præparans dextri testiculi ab ipso venæ cavæ trunco, sinistri verò ab emulgente ramo pronascatur, sicque sanguis per dextram, serositas per sinistram faciliùs fluere videatur.

PER ESSENTIAM itaque calamitas dicta in seminali hâc officinâ vigere statuitur.

Causa continens. CAUSA tumoris hujus in nostro ægro IMMEDIATA, non est carnea quædam concretio, ab epididymide, testiculo, ejusque tunicis, distincta; sed moles potiùs carneæ massæ analoga, per varios corporis pyramidalis surculos inducta, quàm tunica musculosa in substantiæ suæ atque peripheriæ meditullium primariò admittit, unde prodit ista intumescentia undiquaque sibi similis, testis figuram oblongâ suâ figurâ æmulata. Communicatur ista seroso-sanguinea materia influens non soli membranæ, verùm etiam per eundem plexum varicosum epididymidi, & pultiformi testis parenchymati: id quod satis commonstrat seminis in coitu prodeuntis color primùm sanguineus, pòst cinereus.

Mediata causa. MEDIATA causa PROXIMIOR, est serosus sanguis per vasa præparantia arteriosa, & quidem immediate per eorundem corpus pyramidale, confertim affluens, posteaque in substantiam carni quadantenùs similem commutatus. Ut in arboribus, cùm cortex earum exterior concutitur vel vulneratur, à copiosè affluente succo nutrititiô, cicatrix oritur & nodus: ita etiam hæc testis tunica in coitu concussa & femoribus allisa & quodammodò offensa, copiosioris sanguinis affluxum recipiens, in majorem molem attollitur carnisque concretæ instar protuberat. Idem humorum torrens ex vasorum spermaticorum cataractâ ad testem ejusque parastatam violenter protrusus, avidè imbibitur ab utrisque. His nimiùm inebriatis & in operando exinde depravatis, parenchyma eorundem in tumorem sensim adauctum præternaturaliter excrescit.

Remotiores. MEDIATÆ REMOTIORES CAUSÆ, & quidem

NATURALES disponentes, non sunt unæ: TEMPERAMENTUM calidum & humidum, plethoricæ constitutionis parens

Digitized by Google

parens, sanguini lacessito ansam aperuit de loco in locum se movendi.

ÆTAS XXX. annorum florente in constitutione ad generosos coitus incitamentum dedit. Solebat se ostentare novus maritus, cum Veneris spissare officium, & voluptatem densare volebat robustam in lectulo molli & pulvinari plumeâ congerie tumidô, jacens in complexibus dilectæ & in iis sepultus, crispulis micantibus & circumcirca ludentibus cincinnis, meridiantique in centro Volupiæ levibus cupidinum auris ventulum facientibus amoribus. Concatenatis hisce nectaris optimi expensionibus exhaustus Cupidinis fiscus se restaurari ocyus postulavit: vasa itaque seminalem hunc thesaurum præparantia, tùm sui, tùm partium suppositarum depletionem sensu indignabundô sustinentia, humorem è superioribus vasis ἀθρόως ad se iterùm proliciunt, & exinanitas anteà partes inferiores eôdem copiosiùs, quàm par est, referciunt.

NON NATURALIUM rerum in censu liberalis victûs celebratiô plethoricam constitutionem, serositatum & ichorum feracem, adauxit.

Ex his causis enatus morbus sequentia habuit symptomata, quorum hæc est ratio:

SENSIM INTUMUIT locus, pedetentim defluentibus humoribus. Detumuit de die: ichores enim initiò defluxére tenuiores, dissipatu & superatu faciles. Noctu intumuit iterum; meatibus à lecti calore dilatatis. Circa auroram rursùs detumuit, dissipatis per sudorem liquoribus. Levatô & vestibus indutô corpore, tumor magis detumuit: aëri enim frigido expositum scrotum non solùm corrugatur, sed etiam calore concentrato magis fuêre dissipati humores in testiculi tunica restitantes. Die tandem etiam manet tumor; humoribus ubertim adauctis & in spermatica diœcesi diutiùs nidulantibus, atque exinde laxatis cum tempore meatibus. *Symptomatum ratio.* 1.

Testiculus magnitudine parvum gallinaceum ovum adæquat, & duritiem quasi lapideam induit: dum tunica rubra supremum extensionis suæ præternaturalis terminum nacta, materiam ulteriorem in ovalem sinûs sui sphæram admittere renititur, 2.

nititur, & præsentem potiùs concoquere, atque sibi vicinisque partibus assimilare allaborat: nisu hôc durante, & diutiùs ipsi consistentiam successivè majorem adepti, duritiem lapideam mentiuntur.

5. INDOLENS est tumor: nulla enim adjuncta est inflammatio.

6. COEUNDI CUPIDITAS NON DECRESCIT, sed stimulum sentit validiorem: partim propter copiosum materiæ seminariæ affluxum, quâ vires fractas semen initione frequente defraudatum redintegrat: partim ob seri copiosi præsentiam, quod cum sanguine ad loca hæc delatum & semini commixtum, tunicas vellicando titillat, & acrimoniâ suâ materiam ad excretionem subinde irritat.

5. Semen primò rufescit, ob sanguinis copiosè admisti incoctionem. Cinereum deinceps colorem imitatur: sensim enim coctionem experitur, temporis accedente morâ. Albescit demùm atque convenientem induit colorem, dum nativus testium calor, coctionis maturioris autor, sensim iterùm efflorescit, qui onere objecti anteà premebatur.

6. Illibere conjugium non dependet ab hâc mutatione, sed fortè ab illâ causâ, quam nimia cupidinis liberalitas videtur sustinere.

7. Venereus demùm appetitus non minuitur: nova calidi sanguinis accessio, & quidem serosioris, stimulat.

Προδιαγόρευσις. Curabilis censetur hic affectus, sed longam diuturni temporis postulabit moram, per discussionem ejus, quæ influxit materiæ, & quidem absque notâ sterilitatis.

Nullius scirrhosæ dispositionis hîc metuimus periculum, quod non raró alias comitari solet incurabiles.

Favorabilis hæc prognoseos sententia nititur ratione. Calor testis non decrescit: aphrodisiacus impetus & paratus. Experientia pariter testatur: alios simili morbosâ dispositione tentatos rediisse ad frugem, & spem posteritatis non delusisse.

Curatio. CURATIO in medendi fundatur methodo, informatrice istâ rationali, quomodò per indicationes auxilia queamus invenire.

INDICA-

INDICATIO est triplex: *curatoria*, morbo intenta auferendo: *præservatoria*, causarum tùm proximarum tùm remotarum destructrix: tandemque *vitalis*, imbecillum naturæ robur corroboratura. *Indicatio.*

Auferendum esse id, quod præter naturam, docet *ἡ ἐναντίωσις contrarietas*, legitimæ curationis fundamentum. *1.*

Ablatio causarum est necessaria. Per universalia purgantia & alterantia causa antecedens debelletur: per repellentia, exiccantia, discutientia causa proxima; ut tumor constanter decrescat, nec augmenti & decrementi vices alternet. *2.*

Vitalis indicatio, tùm corporis totius, tùm afflicti testis concernit robur, adhibitis idoneis medicamentis & alimentis ampliandum.

MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus.

In CHIRURGICO fonte occurrit phlebotomia, hîc non incongrua. Mitti potest sanguis ex medianâ brachii sinistri, & quidem satis liberaliter, ad plenitudinem minuendam. *Instrumenta, quæ diriguntur manu.*

Celebris est operatio chirurgica, ad ὀρχοτομίας pertinens, non tamen nisi post elusas medicaminum vires administranda: quâ, incisâ supra tumentem testem cute, ille extrahitur ex scroto, ligatoque funiculô vasorum cum cremasteris tendine, abscinditur sub ligaturâ. Hæc ipsa est operatio nobilis, quâ plures feliciter sunt curati, nullâ in veneris agone subsequutâ infirmitate, aut sterilitate. Dolorifica tamen est valdè. Speramus, hîc non fore opus hôc auxiliô.

PHARMACEUTICUS fons saluberrima subministrat medicamenta, in quibus præsertim fiduciam hîc ponimus omnem.

Ex illorum numero sunt 1. Evacuantia materiæ saburram per alvum, per sudorem, per urinam. 2. alterantia & confortantia, tùm interna, tùm externa.

In evacuatione hunc teneamus ordinem.

LENIENTE medicamento primùm alvus sollicitetur. *medicamentis purgantibus per alvum.*

℞. *crystallorum ♀ri, bryoniæ Indiæ occidentalis nigræ resinosæ* ā. ℈ß, *elæosacchari citri* ℥. iij.

M. F. pulvis. S. Lindpulver.

Detur

Detur in initio prandii, in primô jusculi cochleari.

PRÆPARENTUR humores purgandi sequente digestivò;

℞. *sirupi de 5. radicibus* ℥iß, ▽ *polychrest.* ℥iij, *mistur. simplic.* ℈j. D. in fictili. S. Digestiv. Tränck-lein auff zwey mahl.

In formâ pulveris

℞. *hepatici rubri* ♀*rei* ℈j. In charta S. Leberdigestiv. Utatur eô horâ matutinâ nonâ in cochleari juris carnis, vel cerevisiæ coctæ cum pane.

PURGETUR corpus cerevisiâ medicatâ sequente:

℞. *fol. agrimoniæ, fumariæ, linguæ cervinæ* a. mß, *rad. cichorii, scorzoneræ* a. ℥j. *sem. anisi, fœniculi, perfoliatæ* a. ʒiij, *senæ alexandr. s. st.* ℥ß, *rhabarb. Alex.* ʒiij, *agarici. trochisc.* ʒij, *flor. rosar. albar. p.* iij, *violar. cum calic.* ʒiij, *cinam.* ʒij.

Conc. contusa s. a. dentur ad chartam. S. species zum Säcklein.

Macerentur in cerevisiæ canth. iij. De hoc infuso bibat æger bis haustum quotidiè, horâ nonâ matutinâ unum, pomeridianâ quartâ alterum per aliquot dies.

Forma pulveris si arrideat:

℞. *pulv. gialap. resin. specier. diaturbed cum rhabarb.* a. ℈ß, ०°० *anisi, citri* a. gutt. iv. in charta S. Purgierpulver. Adsumatur manè horâ sextâ in jusculo carnis, & cochlearia x. desuper cum pane absorbeantur.

per sudorem. Διαφορήσει antecedens & conjuncta materia dissipari potest.

℞. *flor.* ✳. gr. iv, *cornu cervi philos. ppt.* ℈ß.

In chartâ S. Schweißpulver.

urinam. Per URINAM etiam fluxilis ad locum affectum humor imminui eique vehiculum subtrahi potest.

℞. *essent. lapid. cancror. Rolfinciana* ʒj.

In vitro S. Urintreibende Essenz. Dos. ℈ß, in haustu vini, horâ nonâ & quartâ.

ALTERAN-

ALTERANTIA conveniunt interna & externa. *Alterantia interna.*

INTERNA multa commendantur. *Matthiolus in Dioscoridem* scribit: se novisse quendam, qui solô *ononidis radicis* pulvere, mensibus pluribus sumtô, carnosum ramicem absumserit, tantæ desperationis, ut multi chirurgi solâ sectione illum curari posse, censuerint. *Cor talpæ* siccatum, pulverisatum, & quotidiè unum intùs cum ▽ cinamomi exhibitum, pariter prodesse affirmatur.

EXTERIUS commendantur *fomentationes* humidæ ex *aceto* ♌*to*, *vini spiritu*, aut *decoctis adstringentibus*. Has excipiunt *linimenta*, quibus locus affectus inungatur, nempè *balsamum* ⊖*is gemmæ*, ob vires insignes arcanis annumeratum; item *balsamum* ♀*ris externum amygdalinum*. *externa.*

EMPLASTRA supperaddantur, nempè *dia*♀*ris Rulandinum*, *Empl. ad herniam propositum à Schrödero pharmacop. lib. 2. cap. 53 no. 7.*

Contra herniam carnosam Rolfincianum excellit.

℞. *succi ferulæ galbaniferæ resinosi*, *ammoniaci resinosi* a. ℥j.

Infunde per ♈ in ✠ scillitico. Solve super igne, & cola, ut à sordibus liberetur. Facta leni aceti exhalatione, adde

radicis aristolochiæ rotundæ, ireos Florentinæ, a. q. s.
marcasitæ Saturni ʒj.
lapidis calaminaris, *myrrhæ* a. ʒiij.
℈ *laurini & ceræ q. s.* M. F. Emplastrum.

CATAPLASMATA quantam hîc utilitatem fœnerentur, attestatur experientia medicorum Delphensium, qui *curante Forestô*, herniam carnosam hisce feliciter destruxerunt.

DIÆTETICI tandem fontis latex primoribus labris delibandus. *Diæta.*

NATURALIS victum imperat parciorem, ut copia humorum imminuatur.

VITALIS aërem postulat puriorem, ut spiritus vitales limpidiores generentur; frigidiusculum, ut recreentur.

ANIMALIS demùm vetat affectus calidiores, veneris exercitium impensius, somnum prolixum, recrementorum retentionem.

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,

PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ

εἰς ἐν ἀτόμῳ.

LIBER XIII.

CONSULTATIO I

de

fœminâ arthriticâ.

HISTORIA.

FOemina XLIIX. annorum, calidi & sicci temperamenti, quoad cerebrum & totum corpus, promtissima in jactionibus obeundis, ingenii agilis & promti, rhenani musti & vini usu delectata, ad iram prona, venereis dedita recreationibus, jam in tertio conjugio multorum liberorum mater sanam vixit vitam, interdum tamen corrupta fuit

fuit doloribus artuum per vices redeuntibus, in pedibus cum dolore & rubore, interdum sine rubore. Cessaverunt hi die XIV. dissipatâ materiâ, interdum die XX. Nunc verò debito à tribus mensibus non persoluto, circa autumnum iidem redierunt dolores, non solùm in imo pede circa malleolum, verùm etiam genu, imo per totam manum à scapulâ ad extremos digitos usque extenduntur, apparente in internodiis articulorum cum dolore non levi etiam tumore, ita ut obesa videatur, cum tamen macilenta sit. Interdum rubor quidam adjungitur. Dolores hi exacerbantur noctu, vagi sunt, nulli corporis parti parcunt, interdum ab illis pedes omnino liberi sunt, & tum artus superiores infestantur, persentitque utplurimùm anxietatem quandam cordis. Durant jam sex septimanas. Natam illam ajunt, luminaribus afflictis per conjunctionem & oppositionem maleficorum planetarum & aliarum stellarum in signis infirmitatum, ♑, ♉, ♋, ♊, ♒. Urinam emittit satis copiosam, sudores copiosiores, sanitatis tempore. Nunc decumbens tertiâ septimanâ iisdem apparentibus melius habet, disparentibus pejus. Variis animi affectibus fuit tentata. Videtur sentire nonnunquam in lumbo sinistro dolorem quendam, quem sequuntur arenulæ cum urinâ quæ excernuntur rubræ. Petit Consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, qui ægrotam affligit, est ARTHRITIS seu dolor articularis, relatus à *Galeno 2. meth. med. cap. 2.* inter morbos qui à læsâ particulâ nomen acceperunt. Referri potest inter morbos, si consideretur ut tumor dolorem & inflammationem faciens. Inter symptomata autem referri potest actionis læsæ, si ut sensûs tactûs actio læsa seu dolor consideratur. *Affectus species.*

ARTHRITIS duplex est: universalis & particularis: illa per omnes vagatur articulos vicissitudinario insultu; hæc certam occupat partem, diciturque chiragra, gonagra, podagra. Nostra hæc est universalis. Hæc iterum duplex est: I. *Vera* ab humoribus. II. *Spuria* à siccitate, quam adnotavit *Petrus Sa-*

dius Diversus. In nostrâ ægrâ habemus arthritidem veram In eâ

τὰ πεπονθότα μέρη. PARTES AFFECTÆ sunt ARTICULI, seu articulationes ferè omnes, destinatæ ad motum seu manifestum seu obscurum, tum in manibus & pedibus, in quibus etiam appellari potest Podagra & Chiragra: tum in dorso, in quo nomine generis appellari potest ἰσχιάς, cum κοχχώνη commissura ad sedem afficitur, indigitatur

Afficiuntur autem articuli hi secundùm partes membranosas.

Causa immediata. CAUSA seu tristis sensionis articulorum

IMMEDIATA est continui solutio, quam excitat ceu causa.

Mediata proximiores considerata secundùm esse signa. MEDIATA ῥεῦμα ὀξυώδυνον καὶ συνιστάμενον, humorum biliosorum & serosorum.

BILIOSOS adesse, indicio est tum species doloris, qui vehemens est & pungitivo similis, habitus corporis gracilis, promtitudo ad iram.

SEROSI fluxibilitatem horum augentes hoc deteguntur, quod cum sudore cutis madet, & copiosa urina mingitur, dolores videntur imminui, augeri cum evacuationes hæ cessant.

Duo hi humores permisti esse possunt atomis sulphureo salinis *Paracelsicorum.* Participare etiam possunt de acidis peregrinis, ab archæo irato ex ventriculo jussu regiminis duumviratûs in artus dum expelluntur, moleculis. Acidorum pancreaticorum & salsorum lixiviosorum, ut & alcali acidorum succorum permistiones adferi etiam possunt ab iis, qui novis delectantur opinionibus.

Qui ☿ favent, ejus causam tam speciosè agere norunt, ut jures hanc arthritidem ab illo etiam excitari.

secundùm essendi modum: Succi hi impingunt in leges sanæ dispositionis vario essendi modo.

quantitatem. 1. QUANTITATIS ratione, copiosi dum sunt & naturam gravant.

qualitatem, 2. QUALITATE peccant calidâ acri.

3. Occultam singulariter membranis inimicam obtinere facultatem nonnullis placet.

Digitized by Google

In ægrâ nostrâ præterea peccant δυνάμει activitate singulari, seminaque adscendentia habente gravi, quibus natura nequeat resistere. *activitate.*

Interdum unus pravus essendi sufficit modus, interdum conjunctis viribus agunt plures. Sufficit interdum succus & excessus unus, interdum duo ad hoc excludendum ovum concurrunt. *numero.*

GENERANTUR hi humores non in articulis ipsis, sed in visceribus, imò toto corpore. Προσγίνονται κατὰ σμικρὸν συλλεγόμενοι οἱ δὲ χυμοὶ, μοχθηροὶ, ἐκφαίνονται δὲ ἀθρόως. *Sensim fiunt vitiosi humores, subitò autem apparent*, dominium capessente cacochymiâ. *motu generationis.*

Deferuntur συστρεφικῶς per venas ad articulos, EXPULSI robore partium mittentium, RECEPTI ob debilitatem, firmamque illic eligunt stationem. *locali.*

MEDIATAE REMOTIORES NATURALES CAUSAE sunt *Remotiores.*

TEMPERAMENTUM totius corporis, cordis, & jecoris calidum est & siccum, acrium & mordacium humorum ferax. Abundat in eo τὸ ἁλμυρὸν, τὸ ὀξὺ, τὸ πικρὸν, *salsum acidum* DUM & AMARUM. *1.*

SEXUS ratione quidem debuisset esse immunis ab hâc afflictione eo ætatis tempore, quo menstruo lætabatur beneficio, *judicio Hippocr. 6. aphor. 29.* statuentis: quo ἡ γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλίπῃ, *mulier podagrâ non laberet, nisi menstrua illi deficiant*. Verum etiam id fuit, *ait Galenus in comm.* illo tempore quo fœminæ paucos committebant errores, nunc verò etiam ante menstrua stantia non sunt immunes. Contigit hîc, quod *Seneca* scripsit: mulierum Romanarum intemperantiam Hippocratem fuisse mendacem. *2.*

NONNATURALIUM prima est GENERALIS illa astralis, magnæ in infirmandis articulis potentiæ. Accedunt *3.*

AUTUMNALES anni vicissitudines, quæ non mediocre contulere momentum, cum impurum invenerint corpus. Vitiosi humores æstate γινόμενοι *generati* autumno ἀναζέονται *effervescunt*, floresque fuerunt & fructus in salutem ægræ nostræ perniciosos.

Bbbbbb 3 VICTUS

Digitized by Google

aliquid *miva cydoniorum*, vel utatur pulvere quodam peptico.

Possumus imitari exemplum *Galeni de praecogn. ad Posthumum cap. 8.* qui uxori *Boëthi* praescripsit usum avicularum montanarum & piscium saxatilium.

POTUS interdum fit vinum impermistum, interdum permistum & dilutum, diureticum semper. Rubrum & subastringens fit nonnunquam.

2. In VITALI diaeta aër ad caliditatem vergat.

3. In ANIMALI, somno si per horas septem vacaverit, sufficit.

Corpus subinde moveat, ut inevitabilem graviorum symptomatum effugiat necessitatem, quae sequitur, cum congruus cibo potuique non accedit labor. Cum comedit multum, labori liberaliùs indulgeat. Cibi & labores adversas inter se facultates mutuò tamen ad sanitatem conferentes obtinent.

Ante cibum corpus moveat, ut calor coctionis opifex excitetur. Post cibum quiescat, ne calor dissipetur. Non autem dormiat, ne calor revocetur à centro culinae ad circumferentiam corporis. Calor est instrumentum elixationis, quâ solvuntur ingesti cibi, & fermentantur in chylosam substantiam cremori lactis similem.

Alvum nisi sponte quotidiè deponat, solicitet decocto *prunorum dulcium* cum modico *foliorum senae*. Pruna prunellorum à patrio solo, dicta Brignioles, medicata adsumat, vel *passulas* eligat *laxativas*, aut *pilulas aloëticas*. Proderunt etiam *pilulae trium regnorum* per intervalla justo praebio deglutitae.

VENERIS usum temperet. Concubitum tamen si appetat, non nisi post mensem unum aut alterum concedendus. Ad fastidium mariti praecavendum, suavis odor suffitu trochiscorum de galliâ moschatâ conciliari, & foetor arceri potest, nisi uterus inde offendatur.

Omnibus his si obedientem se praestiterit aegra, de benedictionis divinae salutari progressu, felicique restitutione propediem futurâ nulli dubitamus, eique VIVAT! acclamamus.

GUER-

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.
LIBER XII.
CONSULTATIO UNA de Ægro herniâ carnosâ laborante.
HISTORIA.

VIr temperamenti calidi & humidi, ſanguinei, annorum xxx, triennio vivens in matrimonio cupidineis vinculis ligato, ita ut dies & nox ipſi eſſent meræ nuptiæ, & carnales copulationes, delicatæ comeſſationes omnis generis deliciis illuſtres, ſenſit pedetentim ſiniſtrum intumeſcere teſticulum noctu, de die detumeſcere, noctu rurſus intumeſcere, de die detumeſcere, tandem poſt heroicam initionem ſenſim tumorem noctu incrementa ſumentem de die etiam perdurare. Tumorem teſticulus adæquat magnitudinis parvi ovi gallinacei, duritie lapidem æmulatur. Scrotum eſt molle, & libe-

rum tumori non alligatum. Indolens est tumor. Coëundi cupiditas non minuitur, sed invalescit. Semen advertitur primis diebus rufescens, sequentibus fuscescit, porrò cinerescit, demùm ad ingenium redit & rursum albescit. Molestia hæc ipsum affligit dimidium annum. Primis annis fœcundum binâ sobole habuit conjugium, nunc illibere. Appetitus ciborum & alimentorum pleno floret vigore. Somnus exoptatus ipsum recreat, quamprimùm Venus ipsius desideriis gratis colloquiis & contactibus satisfecit. Cùm verò dives sit, & nuper major natu filiolus fâtis concesserit, de sterilitate corrigendâ solicitus, petit obnixè consilium, quomodo tumori medela adhiberi queat.

RESOLUTIO.

Affectus species innotescit, AFFECTUS, de quo æger conqueritur, est tumor testiculi sinistri. Referri commodè potest ad hernias, quarum differentiæ sunt vulgatis notitiæ.

κατ' ἀρχήν, Non est hernia inguinalis, sed SCROTI, eaque ratione causarum distendentium non omentalis, nec intestinalis, nec ventosa, nec aquosa, nec varicosa, sed carnosa communiter, quæ Germanicè dicitur der Fleischbruch. Est tumor testiculi, non quidem ab annatâ carne stabili, sed repletione quâdam humoris per vasa præparantia defluentis.

Ex signis 1. ADESSE talem herniam, convincit αὐτοψία, cum proprio tumoris hujus ingenio. Quòd enim non præstò sit hic
2\. *Entero* vel *Epiplocele*, res est manifesta: quia specierum harum utraque requirit inguinis insimul dilatationem, tumoris pronati mollitiem, suique ἀθρόως καὶ ταχέως factum incremen-
3\. tum, quæ singula hôc locô desunt κριτήρια. *Pneumatocele* atque *hydrocele* sonô & fluctuatione unà cum ponderis le-
4\. vitate, in scroto manibus compresso sese manifestant. *Cirsocelen* verò distensio vasorum sanguifluorum nimia & sursum quoque protensa indicat.

His signis exulantibus, sola restat *Sarcocele*, quam tumor durus & renitens, sensim auctus, testiculo firmiter circumfi-

Digitized by Google

cum fixus, in eodem persistens statu, gravis atque rotundus, liquidò evincit.

MAGNUS est hic morbus, ratione afflictæ partis nobilium non postremæ, quæ speciei conservationem ipsiusque individui vivificam præstat tutelam. *Magnitudo.*

SUBJECTUM generale est scrotum; particulare seu primarium est tunica ἐρυθροειδὴς cum musculo cremastere, quibus ipsa testiculi substantia pariter ac epididymis secundariò se associant. *ὁ τόπος πεπονθώς*

Tunica modò dicta est fluxionibus recipiendis quàm maximè apta, quippe donata rubicundis & carneis fibris plurimis, tanquam tenuissimis vasorum ramulis, qui invicem implexi ἕλικας, *capreolos*, imitantur, unde etiam ἑλικοειδὲς involucrum hoc salutatur.

Musculus testis hujus suspensorius dilatationem suscipit perfacilè: substantia enim ejus ex carne & tendine combinata, promtè interstitiis suis infarctum admittit.

Glandulosum & spongiosum est testiculi parenchyma, adeoque in tumorem ex materiæ impetu valdoperè proclive.

Huic etiam epididymis proximè per teres corpus implantatur, quæ humorem partim in teste restagnantem, in proprium substantiæ suæ fungosæ receptaculum, fidissimi instar parastatæ suctione derivat, partim à corpore spermaticarum arteriarum pyramidali haurit.

In hac subjectorum tetrade principatum tunicæ ἐρυθροειδεῖ, satellitiò cœterarum partium stipatæ, adjudicamus.

SINISTER TESTICULUS est præsentaneum enarrati vitii subjectum, utut alioquin insolens attestante experientiâ, in dextrâ parte carnosas hernias utplurimùm oriri, sicut aquosas in sinistrâ. Hanc pariter confirmat *Fabricius Hildanus centur. 4. observ. 64.* pronuncians, unicum tantummodò ægrum carnoso ramice ex sinistrâ parte laborantem sibi obtigisse, reliquis in dextro semper latere visis.

Rationem soliti hujus delectûs arbitrantur, quòd vas

præparans dextri testiculi ab ipso venæ cavæ trunco, sinistri verò ab emulgente ramo pronascatur, sicque sanguis per dextram, serositas per sinistram faciliùs fluere videatur.

PER ESSENTIAM itaque calamitas dicta in seminali hâc officinâ vigere statuitur.

Causa continens. CAUSA tumoris hujus in nostro ægro IMMEDIATA, non est carnea quædam concretio, ab epididymide, testiculo, ejusque tunicis, distincta; sed moles potiùs carneæ massæ analoga, per varios corporis pyramidalis surculos inducta, quàm tunica musculosa in substantiæ suæ atque peripheriæ meditullium primariò admittit, unde prodit ista intumescentia undiquaque sibi similis, testis figuram oblongâ suâ figurâ æmulata. Communicatur ista seroso-sanguinea materia influens non soli membranæ, verùm etiam per eundem plexum varicosum epididymidi, & pultiformi testis parenchymati: id quod satis commonstrat seminis in coitu prodeuntis color primùm sanguineus, pòst cinereus.

Mediata causa. MEDIATA causa PROXIMIOR, est serosus sanguis per vasa præparantia arteriosa, & quidem immediate per eorundem corpus pyramidale, confertim affluens, posteaque in substantiam carni quadantenùs similem commutatus. Ut in arboribus, cùm cortex earum exterior concutitur vel vulneratur, à copiosè affluente succo nutrititiô, cicatrix oritur & nodus: ita etiam hæc testis tunica in coitu concussa & femoribus allisa & quodammodò offensa, copiosioris sanguinis affluxum recipiens, in majorem molem attollitur carnisque concretæ instar protuberat. Idem humorum torrens ex vasorum spermaticorum cataractâ ad testem ejusque parastatam violenter protrusus, avidè imbibitur áb utrisque. His nimiùm inebriatis & in operando exinde depravatis, parenchyma eorundem in tumorem sensim adauctum præternaturaliter excrescit.

Remotiores. MEDIATÆ REMOTIORES CAUSÆ, & quidem

NATURALES disponentes, non sunt unæ: TEMPERAMENTUM calidum & humidum, plethoricæ constitutionis parens

parens, sanguini lacessito ansam aperuit de loco in locum se movendi.

ÆTAS XXX. annorum florente in constitutione ad generosos coitus incitamentum dedit. Solebat se ostentare novus maritus, cum Veneris spissare officium, & voluptatem densare volebat robustam in lectulo molli & pulvinari plumeâ congerie tumidô, jacens in complexibus dilectæ & in iis sepultus, crispulis micantibus & circumcircà ludentibus cincinnis, meridiantique in centro Volupiæ levibus cupidinum àuris ventulum facientibus amoribus. Concatenatis hisce nectaris optimi expensionibus exhaustus Cupidinis fiscus se restaurari ocyus postulavit: vasa itaque seminalem hunc thesaurum præparantia, tùm sui, tùm partium suppositarum depletionem sensu indignabundô sustinentia, humorem è superioribus vasis ἀθρόως ad se iterùm proliciunt, & exinanitas anteà partes inferiores eôdem copiosiùs, quàm par est, referciunt.

NON NATURALIUM rerum in censu liberalis victûs celebratio plethoricam constitutionem, serositatum & ichorum feracem, adauxit.

Ex his causis enatus morbus sequentia habuit symptomata, quorum hæc est ratio:

SENSIM INTUMUIT locus, pedetentim defluentibus humoribus. Detumuit de die: ichores enim initiò defluxére tenuiores, dissipatu & superatu faciles. Noctu intumuit iterum; meatibus à lecti calore dilatatis. Circa auroram rursùs detumuit, dissipatis per sudorem liquoribus. Levatô & vestibus indutô corpore, tumor magis detumuit: aëri enim frigido expositum scrotum non solùm corrugatur, sed etiam calore concentrato magis fuêre dissipati humores in testiculi tunica restitantes. Die tandem etiam manet tumor; humoribus ubertim adauctis & in spermatica diœcesi diutiùs nidulantibus, atque exinde laxatis cum tempore meatibus. *Symptomatum ratio.* 1.

Testiculus magnitudine parvum gallinaceum ovum adæquat, & duritiem quasi lapideam induit: dum tunica rubra supremum extensionis suæ præternaturalis terminum nacta, materiam ulteriorem in ovalem sinûs sui sphæram admittere renititur, 2.

nititur, & præsentem potiùs concoquere, atque sibi vicinisque partibus assimilare allaborat: nisu hôc durante, & diutiùs ipsi consistentiam successivè majorem adepti, duritiem lapideam mentiuntur.

3. INDOLENS est tumor: nulla enim adjuncta est inflammatio.

4. COEUNDI CUPIDITAS NON DECRESCIT, sed stimulum sentit validiorem: partim propter copiosum materiæ seminariæ affluxum, quâ vires fractas semen initione frequente defraudatum redintegrat: partim ob seri copiosi præsentiam, quod cum sanguine ad loca hæc delatum & semini commixtum, tunicas vellicando titillat, & acrimoniâ suâ materiam ad excretionem subinde irritat.

5. Semen primò rufescit, ob sanguinis copiosè admisti incoctionem. Cinereum deinceps colorem imitatur: sensim enim coctionem experitur, temporis accedente morâ. Albescit demùm atque convenientem induit colorem, dum nativus testium calor, coctionis maturioris autor, sensim iterùm efflorescit, qui onere objecti anteà premebatur.

6. Illibere conjugium non dependet ab hâc mutatione, sed fortè ab illâ causâ, quam nimia cupidinis liberalitas videtur sustinere.

7. Venereus demùm appetitus non minuitur: nova calidi sanguinis accessio, & quidem serosioris, stimulat.

Προδιαγόρευσις. Curabilis censetur hic affectus, sed longam diuturni temporis postulabit moram, per discussionem ejus, quæ influxit materiæ, & quidem absque notâ sterilitatis.

Nullius scirrhosæ dispositionis hîc metuimus periculum, quod non raró alias comitari solet incurabiles.

Favorabilis hæc prognoseos sententia nititur ratione. Calor testis non decrescit: aphrodisiacus impetus & paratus. Experientia pariter testatur: alios simili morbosâ dispositione tentatos rediisse ad frugem, & spem posteritatis non delusisse.

Curatio. CURATIO in medendi fundatur methodo, informatrice istâ rationali, quomodò per indicationes auxilia queamus invenire.

INDICA-

Digitized by Google

INDICATIO est triplex: *curatoria*, morbo intenta auferendo: *praeservatoria*, causarum tùm proximarum tùm remotarum destructrix: tandemque *vitalis*, imbecillum naturæ robur corroboratura. *Indicatio.*

Auferendum esse id, quod præter naturam, docet ἡ ἐναντίωσις *contrarietas*, legitimæ curationis fundamentum. *1.*

Ablatio causarum est necessaria. Per universalia purgantia & alterantia causa antecedens debelletur: per repellentia, exiccantia, discutientia causa proxima; ut tumor constanter decrescat, nec augmenti & decrementi vices alternet. *2.*

Vitalis indicatio, tùm corporis totius, tùm afflicti testis concernit robur, adhibitis idoneis medicamentis & alimentis ampliandum.

MATERIÆ præsidiorum desumuntur ex usitatis fontibus.

In CHIRURGICO fonte occurrit phlebotomia, hîc non incongrua. Mitti potest sanguis ex medianâ brachii sinistri, & quidem satis liberaliter, ad plenitudinem minuendam. *Instrumenta, quæ diriguntur manu.*

Celebris est operatio chirurgica, ad ὀρχεοτομίας pertinens, non tamen nisi post elusas medicaminum vires administranda: quâ, incisâ supra tumentem testem cute, ille extrahitur ex scroto, ligatoque funiculô vasorum cum cremasteris tendine, abscinditur sub ligaturâ. Hæc ipsa est operatio nobilis, quâ plures feliciter sunt curati, nullâ in veneris agone subsequutâ infirmitate, aut sterilitate. Dolorifica tamen est valdè. Speramus, hîc non fore opus hôc auxiliô.

PHARMACEUTICUS fons saluberrima subministrat medicamenta, in quibus præsertim fiduciam hîc ponimus omnem.

Ex illorum numero sunt 1. Evacuantia materiæ saburram per alvum, per sudorem, per urinam. 2. alterantia & confortantia, tùm interna, tùm externa.

In evacuatione hunc teneamus ordinem.

LENIENTE medicamento primùm alvus sollicitetur. *medicamentis purgantibus per alvum.*

℞. *crystallorum* ♀*ri*, *bryoniæ Indiæ occidentalis nigræ resinosæ* a. ℈ß, *elaeosacchari citri* ℥. iij.

M. F. pulvis. S. Sindpulver.

Detur

Detur in initio prandii, in primò jusculi cochleari.

PRÆPARENTUR humores purgandi sequente digestivò;

℞. *sirupi de 5. radicibus* ℥iß, 🜄 *polychrest.* ℥iij, *mistur. simplic.* ℈j. D. in fictili, S. Digestiv. Tränckein auff zwey mahl.

In formâ pulveris

℞. *hepatici rubri* ♀*rei* ℈j. In charta S. Leberdigestiv.

Utatur eò horâ matutinâ nonâ in cochleari juris carnis, vel cerevisiæ coctæ cum pane.

PURGETUR corpus cerevisiâ medicatâ sequente:

℞. *fol. agrimoniæ, fumariæ, linguæ cervinæ* a. mß, *rad. cichorii, scorzoneræ* a. ℥j, *sem. anisi, fœniculi, perfoliatæ* a. ʒiij, *senæ alexandr. s. st.* ℥ß, *rhabarb. Alex.* ʒiij, *agarici. trochisc.* ʒij, *flor. rosar. albar. p.* iij, *violar. cum calic.* ʒiij, *cinam.* ʒij.

Conc. contusa s. a. dentur ad chartam. S. species zum Säcklein.

Macerentur in cerevisiæ canth. iij. De hoc infuso bibat æger bis haustum quotidiè, horâ nonâ matutinâ unum, pomeridianâ quartâ alterum per aliquot dies.

Forma pulveris si arrideat:

℞. *pulv. gialap. resin. specier. diaturbed cum rhabarb.* a. ℈ß, ০০ *anisi, citri* a. gutt. iv. in charta S. Purgierpulver.

Adsumatur manè horâ sextâ in jusculo carnis, & cochlearia x. desuper cum pane absorbeantur.

per sudorem. Διαφορήσει antecedens & conjuncta materia dissipari potest.

℞. *flor.* ✱. g. iv, *cornu cervi philos. ppt.* ℈ß.

In chartâ S. Schweisspulver.

urinam. Per URINAM etiam fluxilis ad locum affectum humor imminui eique vehiculum subtrahi potest.

℞. *essent. lapid. cancror. Rolfinciana* ʒj.

In vitro S. Urintreibende Essenz. Dos. ℈ß, in haustu vini, horâ nonâ & quartâ.

ALTERAN-

Digitized by Google

ALTERANTIA conveniunt interna & externa. *Alterantia interna.*

INTERNA multa commendantur. *Matthiolus in Dioscoridem* scribit: se novisse quendam, qui solô *ononidis radicis* pulvere, mensibus pluribus sumtô, carnosum ramicem absumserit, tantæ desperationis, ut multi chirurgi solâ sectione illum curari posse, censuerint. *Cor talpæ* siccatum, pulverisatum, & quotidiè unum intùs cum ▽ cinamomi exhibitum, pariter prodesse affirmatur.

EXTERIUS commendantur *fomentationes* humidæ ex *aceto* ♌*to*, *vini spiritu*, aut *decoctis adstringentibus*. Has excipiunt *linimenta*, quibus locus affectus inungatur, nempè *balsamum* ⊖*is gemmæ*, ob vires insignes arcanis annumeratum; item *balsamum* ♀*ris externum amygdalinum*. *externa.*

EMPLASTRA supperaddantur, nempè *dia*♀*ris Rulandinum*, *Empl. ad herniam propositum à Schrödero pharmacop. lib. 2. cap. 53 no. 7.*

Contra herniam carnosam Rolfincianum excellit.

℞. *succi ferulæ galbaniferæ resinosi*, *ammoniaci resinosi* a. ℥j.
Infunde per ℘ in ✠ scillitico. Solve super igne, & cola, ut à sordibus liberetur. Facta leni aceti exhalatione, adde
radicis aristolochiæ rotundæ, *ireos Florentinæ*, a. q. s.
marcasitæ Saturni ʒj.
lapidis calaminaris, *myrrhæ* a. ʒiij,
☍ *laurini & ceræ q. s.* M. F. Emplastrum.

CATAPLASMATA quantam hîc utilitatem fœnerentur, attestatur experientia medicorum Delphensium, qui *citante Forestô*, herniam carnosam hisce feliciter destruxerunt.

DIÆTETICI tandem fontis latex primoribus labris delibandus. *Diæta.*

NATURALIS victum imperat parciorem, ut copia humorum imminuatur.

VITALIS aërem postulat puriorem, ut spiritus vitales limpidiores generentur; frigidiusculum, ut recreentur.

ANIMALIS demùm vetat affectus calidiores, veneris exercitium impensius, somnum prolixum, recrementorum retentionem.

Digitized by Google

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MEDIC. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS
MEDICINÆ SPECIALIS CONSULTATORIÆ
ὡς ἐν ἀτόμῳ.
LIBER XIII.
CONSULTATIO I
de
fœminâ arthriticâ.
HISTORIA.

FOemina XLIIX. annorum, calidi & ficci temperamenti, quoad cerebrum & totum corpus, promtiſſima in ſ actionibus obeundis, ingenii agilis & promti, rhenani muſti & vini uſu delectata, ad iram prona, venereis dedita recreationibus, jam in tertio conjugio multorum liberorum mater ſanam vixit vitam, interdum tamen correpta fuit

Digitized by Google

fuit doloribus artuum per vices redeuntibus, in pedibus cum dolore & rubore, interdum sine rubore. Cessaverunt hi die XIV. dissipatâ materiâ, interdum die XX. Nunc verò debito à tribus mensibus non persoluto, circa autumnum iidem redierunt dolores, non solùm in imo pede circa malleolum, verùm etiam genu, imo per totam manum à scapulâ ad extremos digitos usque extenduntur, apparente in internodiis articulorum cum dolore non levi etiam tumore, ita ut obesa videatur, cum tamen macilenta sit. Interdum rubor quidam adjungitur. Dolores hi exacerbantur noctu, vagi sunt, nulli corporis parti parcunt, interdum ab illis pedes omnino liberi sunt, & tum artus superiores infestantur, persentitque utplurimùm anxietatem quandam cordis. Durant jam sex septimanas. Natam illam ajunt, luminaribus afflictis per conjunctionem & oppositionem maleficorum planetarum & aliarum stellarum in signis infirmitatum, ♑, ♉, ♋, ♊, ♒. Urinam emittit satis copiosam, sudores copiosiores, sanitatis tempore. Nunc decumbens tertiâ septimanâ iisdem apparentibus melius habet, disparentibus pejus. Variis animi affectibus fuit tentata. Videtur sentire nonnunquam in lumbo sinistro dolorem quendam, quem sequuntur arenulæ cum urinâ quæ excernuntur rubræ. Petit Consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, qui ægrotam affligit, est ARTHRITIS seu dolor articularis, relatus à *Galeno 2. meth. med. cap. 2.* inter morbos qui à læsâ particulâ nomen acceperunt. Referri potest inter morbos, si consideretur ut tumor dolorem & inflammationem faciens. Inter symptomata autem referri potest actionis læsæ, si ut sensûs tactûs actio læsa seu dolor consideratur. *Affectus species.*

ARTHRITIS duplex est: universalis & particularis: illa per omnes vagatur articulos vicissitudinario insultu; hæc certam occupat partem, diciturque chiragra, gonagra, podagra. Nostra hæc est universalis. Hæc iterum duplex est: I. *Vera* ab humoribus. II. *Spuria* à siccitate, quam adnotavit *Petrus Salius*

Digitized by Google

In ægrâ nostrâ præterea peccant δυνάμει activitate singulari, seminaque adscendentia habente gravi, quibus natura nequeat resistere. *activitate.*

Interdum unus pravus essendi sufficit modus, interdum conjunctis viribus agunt plures. Sufficit interdum succus & excessus unus, interdum duo ad hoc excludendum ovum concurrunt. *numeri*

GENERANTUR hi humores non in articulis ipsis, sed in visceribus, imò toto corpore. Προσγίνονται κατὰ σμικρὸν συλλεγόμενοι οἱ δὲ χυμοὶ μοχθηροὶ, ἐκφαίνονται δὲ ἀθρόως. *Sensim fiunt vitiosi humores, subitò autem apparent*, dominium capessente cacochymiâ. *motus generationis.*

Deferuntur συστρεφικῶς per venas ad articulos, EXPULSI robore partium mittentium, RECEPTI ob debilitatem, firmamque illic eligunt stationem. *localis.*

MEDIATAE REMOTIORES NATURALES CAUSAE sunt *Remotiores.*

TEMPERAMENTUM totius corporis, cordis, & jecoris calidum est & siccum, acrium & mordacium humorum ferax. Abundat in eo τὸ ἁλμυρὸν, τὸ ὀξὺ, τὸ πικρὸν, *salsum acidum* DUM & AMARUM. 1.

SEXUS ratione quidem debuisset esse immunis ab hâc afflictione eo ætatis tempore, quo menstruo lætabatur beneficio, *judicio Hippocr. 6. aphor. 29.* statuentis: quo ἡ γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτῇ ἐκλίπῃ, *mulier podagrâ non laborat, nisi menstrua illi deficiant.* Verum etiam id fuit, *ait Galenus in comm.* illo tempore quo fœminæ paucos committebant errores, nunc verò etiam ante menstrua stantia non sunt immunes. Contigit hîc, quod *Seneca* scripsit: mulierum Romanarum intemperantiam Hippocratem fuisse mendacem. 2.

NONNATURALIUM prima est GENERALIS illa astralis, magnæ in infirmandis articulis potentiæ. Accedunt 3.

AUTUMNALES anni vicissitudines, quæ non mediocre contulere momentum, cum impurum invenerint corpus. Vitiosi humores æstate γινόμενοι *generati* autumno ἀναζέονται *effervescunt*, floresque fuerunt & fructus in salutem ægræ nostræ perniciosos.

VICTUS ratio prava & licentiosa, generalibus palati deliciis dedita in lucem exclusit Cereris, Bacchi & Veneris filiam arthritidem. Hæc *μισόπτωχος pauperum præteriens tabernas*, ægræ magnificis ædibus & mollibus stragulis delectata, apud eam divertit, *λυσιμελής, membris bellum indicens*, eaque debilitans.

RHENANI vini usus, & musti ingerendi aviditas non parum huc confert. In illo subtilis ☿ omnia vasa pervagatur. Hoc nondum defecatum ☿ fluidum articulis communicat.

EXCERNENDORUM ut sudorum & URINAE RETENTIO malum auget.

VENEREA exercitia suum addere symbolum nemo negaverit, Hippocraticum qui subductâ ponderat ratione *lib. 6. aph. 30. παῖς οὐ ποδαγριᾷ πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ: Puer podagrâ non laborat ante veneris usum.*

Summa rei omnis devolvitur simul ad mensium evacuationem suppressam: de quâ nervosè Hipp. *καὶ μὴ γινομένων ὑστερέων ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι. Menstruis non fluentibus morbi ex utero.*

ANIMI AFFECTUS ultimum quidem occupant ordinem, sed non ultimi sunt valoris, inter primas causas meritò numerandi.

Symptomatum ratio. His ex causis nata arthritis, sensim adulta, de subitò prorupit in lucem, & memorata produxit SYMPTOMATA:

1. DOLOREM, solvitur enim unitas membranosarum articuli partium.

2. VAGUS ille est dolor: humores adsunt tenues, serosi & biliosi, partim suopte motu inclinantes ad instabiles sedes, partim ab expultrice membrorum ab unâ in aliam partem protrusi, & in eâ pro gradibus debilitatis, longiori vel breviori tempore retenti.

3. OBESI videntur articuli, humores enim extrà versi, quod fieri solet in declinatione, distendunt ligamenta & ipsam cutim, in cujus se insinuant poros.

4. RUBET hæc eadem cutis, adest enim inflammatio quædam,

dam, & sanguinei humores accedentes Φλεγμονώδη διάθεσιν excitant.

CORDIS ANXIETATES conjunguntur nonnunquam, cum serosi & biliosi humores ab artubus superioribus tendentes ad inferiores, vitæ sedis cordis permeant ventriculos. Modus hujus transitus ta is est. A pedibus remeaturi humores ex arteriolis minimis readsumuntur in venarum extremitates. Ex his deferuntur in majores crurales & iliacos cavæ ramos & truncum. 5.

Quid de hoc affectu sperandum sit, edicemus. Speramus ægram liberari posse à paroxysmo, dispositione non item. Est in illâ ætate, quâ nulla spes superest menstrua reditura ad naturalem fluorem, complevit enim annum 48. qui terminus est hujus lunaris in hoc sexu tributi. Πρόγνωσις. 1.

A paroxysmo tamen & invasione hac speramus brevi ipsam liberatum iri, si nimirum præceptis medicis obtemperaverit. 2.

De uno censemus ipsam monendam. Metus est, ne & calculo renum tandem corripiatur, cum dolores in lumbis per intervalla sentiat. Vix unquam quisquam doloribus articulorum obnoxius, qui non nephritidis periculo subjectus. Ab eâdem utrumque vitium causâ. 3.

Depulsio morbi duplex est: una in actu curationis, altera in actu præservationis. Ἡ ἴασις.

IN CURATIONIS actu observatur METHODUS, subnixa INDICATIONIBUS, & MATERIIS ex ordinariis fontibus petitis. In actu curationum.

INDICATIONES desumuntur à rebus secundùm & præter naturam. Αἱ ἐνδείξεις.

CURATORIA morbum auferre jubet, 1.

PRÆSERVATORIA caussam seu cacochymiam biliosam vel serosam. Sanguinis depuratoria instrumenta, jecur & renes, alteranda refrigerantibus, & confortanda. Motus fermentationis sopiendus & in centro retinendus. 2.

VITALIS indicatio alimentis insistit, & medicamentis commodis. 3.

MATE-

Ἀι ὕλαι τῶν ἰαμάτων. MATERIAE PRAESIDIORUM ex ordinariis fontibus desumuntur.

chirurgica. EX CHIRURGICO nullum ferè convenit præsidium in hoc curationis actu, licet in actu præservationis aliqua convenire queant, & præcipuè sanguinis missio per VENAM SECTAM, commendata à *Galeno de curandi rat. per sang. miss. cap. 7.* veris & autumni initio administrata, nunc autem in hâc virium debilitate vix eam admittere possumus, sed omnem spem ponimus in

Pharmaceutica. Φαρμακευτικοῖς præsidiis, quæ vim habent blandissimè evacuandi totum corpus, subducendi materiam, quæ in articulos fluere poterat, sed non nisi, ut diximus, blandè, vehementia enim purgantia etsi videantur prodesse, tamen maximopere afficiunt corpus, cum humidum radicale & calorem nativum affligant, & membra ipsa coctionis valdè debilitent, ut post plus excrementorum intus colligatur, quàm purgatione ademptum sit. Semper à medicamentis talibus cavendum, cum & experientiâ comprobatum sit, à similibus humores magis agitari, & in articulos impelli durantibus doloribus arthriticis.

Inter leniora excellit decoctum hoc:

℞. *rhab. alexandrini* ʒj, *agarici trochiscati* ʒij,
gialapii resinosi ʒiß, *spicæ*, *cinamomi* a. ℈j.
Decoq. in s. q. aq. Colaturæ ℥v adde
mannæ electæ ℥ß, *sir. rof. solutivi* ℥j.
M. S. Tränckleín.

In formâ boli,

℞. *pulpæ cassiæ extractæ*, *pulpæ tamarindorum* ʒij,
rhabarbari pulv. ℈j. Cum s. q. *facch.*
M. F. Bolus. Inchoantibus fluxionibus sæpe profuit.

Interdum possunt exhiberi blandi CLYSTERES, ex abstergentibus & mediocriter calefacientibus.

Neque in his vacuationibus solis per alvum insistendum, sed etiam per urinam & sudorem evacuanda materia. Quemadmodum enim docti medici observarunt, ea corpora quæ

Digitized by Google

quæ multum urinæ emittunt, & frequenter sudant, minus à podagrâ tentari, & si duo hæc excrementa subsistant, & præter morem detineantur, illos tum ad hunc affectum esse maximè proclives, ita credendum est, istos dolores in actu curationis imminutum iri, si corpus legitimô modô per urinam & sudorem vacuetur. Documentum proficuæ hujus evacuationis dedit ægra nostra, quæ melius habuit his meatibus apertis.

Inter hæc præcellit TEREBINTHINA. Ejus usus ferè ubique jam receptissimus est: integris viribus ad vesicam devenire solet, ut ex odore colligitur. In formâ pilularum ita præscribitur:

℞. *terebinthinæ venetæ aquâ rosarum lotæ* ℨj. *seminis dauci q. s.* M. F. pilulæ justæ magnitudinis. DATUR ℈j.

Ad curationem & præservationem ab arthritide sequentes pilulæ commendantur à multis.

℞. *terebinthinæ Cypriæ in aquâ chamædryos ad duritiem coctæ, & cum rhabarbaro mistæ.* PRÆBIUM est in pilulis ad ℈ß.

℞. *ol. terebinthinæ resinæ cærulei* gt. iij.

Porrige sæpius in haustu cerevisiæ calidæ.

Acidus ⊕li & ⊖lis latex potentissimè urinam cient. Habeantur in frequenti usu, & cerevisiæ vel aquæ hordei misceantur.

Inter SUDORIFICA cum summo juvamine adsumi potest sequens medicamentum: *idque noct.*

℞. *theriacæ antiq.* ℨj, *aq. card. bened.* ℥iij. Colat. adde *sir. acetos. citri* ℨiij, *extract. aur. bezoard.* ℈j. *spir.* ⊕*l.* gtt. ij. M. S. Schweißtränckllein.

ELECTUARIUM tale præscribi potest:

℞. *conserv. chamædryos, chamæpithyos, ros. rubr. a.* ℥j, *condit. caul. lact. Ital.* ℥iß, *pyror. moscatell. no.* x. *nuc. jugland. no.* vj, *spec. diatr. santalorum* ℨj, *plir. arch.* ℈j,

 ocul.

ocul. ♋ *ppt.* ʒß, *sir. fl. tunicæ, berberum* a. q. s.
M. F. Electuarium. D. In pyxide terreâ S. Stärck-Lattwerg.

Alterantia ALTERANTIA & caliditatem humorum temperantia non sunt negligenda. Inter

interna. INTERNA eligenda quæ vim habent simul eosdem incrassandi, ne ita impetuosè moveantur.

Pulvis fol. cichor. silvestris mense majo collectorum & in umbrâ exsiccatorum præstans est remedium. Notum enim est, ex usu ejus in biliosâ arthritide incipientes fluxiones ita cessasse, ut mitior paroxysmus redierit & breviori tempore duraverit, duobus vel tribus diebus continuis sumtus.

CONSERVA aliquâ uti poterit, ut *rosarum condit. rad. cichor. c. pulv. chamæpith. chamædryos* &c.

Optimum erit huic instituto haustus aliquis, quo sæpe utatur, ex sirupis incrassantibus, aquis refrigerantibus & confortantibus permistis.

℞. *aq. boraginis, nymphææ* a. ℔ß,
sem. pap. albi ʒij, *4 frig. min.* a. ʒj.
Coq. s. a. Colaturæ adde
sir. jujubini, violarum a. ℥j,
magist. perlar. ℈j, *corallior.* ʒß. M.

Exhibeatur cochlear per vices circa noctem, in cochleari aq. chamædryos.

Ex *chimicorum* myrothecis prodit in conspectum *tinct. ...tis*, singulari proprietate antiarthritica excellens.

Anodyna. DOLOR si vehementer urgeat, nihil præstantius *laudano opiato* in formâ catapotii seu pilulari. Exhibetur ad gr. iij, vel magisterium opiatum in formâ pulveris ad gr. vj.

Externa. Exterius ea solum conveniunt, quæ poros aperiunt. Non tamen adhibeantur nimis humida. Sufficit

BALNEUM vaporosum ex herbis emollientibus & nervorum corroborationi dicatis, commendatum à *nonnullis*. Sedeat in sedili perforato, ita ut vapor pedes etiam attingat, si illi præcipuè laborent. Sed satius est ab eo abstinere.

Interdum

Digitized by Google

Interdum summitates artemisiæ plantis pedum substernantur, quæ mirabilem habent vim dolores leniendi.

Pro sedandis doloribus placet *Foresti* medicamentum, lactis cremor videlicet illitus, vel lac simplex cum pannis lineis sæpè renovatis & madefactis. *Franciscus Vallesius* dolores sedavit Phil. IV. Regi Hispaniæ lacte caprino calido emulcto in cubiculo. Misceri interdum potest lac cum micâ panis, leniter coqui in ollâ, & in formâ cataplasmatis applicari.

Heurnius l. 3. aphor. 36. commendat oleum expressum sequens:

℞. *vivas ranas.* Coq. in butyro non salito. Hoc se illinat ægra. Sed pinguia illa non videntur commoda.

In DIAETA reliqua quæ est curationis spes, potissimùm collocanda, sine quâ conatus omnis frustraneus est, cum quâ si benè procedatur, expectari potest morbi & paroxysmi declinatio. *Diæta.*

AER sit temperatus, ab excessu caloris & frigoris liber. In POTU quotidiano utatur rasurâ C. C. optimi in petiâ ligata. Testatur *Crato consil. Schultz.* se hoc longâ experientiâ habere, usum C. C. hoc modo sudorem & urinam provocare, si præsertim manè in lecto se contineant, & membra foveant ægri.

ALVUS faciat officium, exhibitis *pilulis de aloe, Francofurtensibus, & aliis.*

Caveat sibi à MOTIBUS animi, præcipuè ab irâ. Motus corporis à morbo & doloribus satis impeditur.

Hæc sunt, quæ in hoc casu in actu curationis durantibus doloribus arthriticis agenda esse censeo.

IN ACTU PRAESERVATIONIS observantur *Præservatio.*

METHODUS CURATIVA & INDICATIONES. Humores in corpore congesti subtrahantur, antequam ab expultrice eorum motus & ὀργασμός concitetur, & articuli ne suscipiant humores, roborentur. *μέθοδος θεραπευτική.*

MATERIAS PRAESIDIORUM ex usitatis fontibus desumuntur: & primò *αἱ ὗλαι τῶν ἰαμάτων.*

 χειρῶν·

Chirurgica. Χειρουργικά. SANGUINIS missio per venam sectam præstantissimum erit remedium. Hæc institui potest circa vel ante illud tempus, quo humores in corpore humano potissimùm solent moveri: moveri autem solent utplurimum initio veris & autumni. Ideò in oculis habendum consilium *Galeni de cur. rat. per sang. missionem:* & circa veris initium & autumni sanguis per venam emittendus & medicamenta adsumenda. Equidem, *scribit Galenus*, complures ipse sanavi, qui cum tribus quatuorve annis pedum doloribus laborassent, veris initio per venam & alvum evacuatione factâ, sunt sanitati restituti.

VENA utilissimè secatur BASILICA.

CUCURBITULAE prosunt scarificatæ. Nonnulli cucurbitulas non scarificatas in plantis pedum singulis mensibus ante novilunium adhibitas tanquam arcanum commendant. Referunt potentissimum Daniæ regem Christianum IV. in loco dicto scarificatas applicuisse, & ita se per totum vitæ tempus ab hoc affectu præservasse.

Succum à sanguine diversum evacuant FONTICULI. Hi in brachiis & cruribus excitati utiles sunt.

Pharmaceutica. MEDICAMENTA adsumat mista ex χολαγωγοῖς & φλεγμαγωγοῖς quæ omnibus nota. *Riwand Tsini* ratione bilis potest esse basis, *rad. gialapii* ratione seri, ut & *agaricus simplex* vel *trochiscatus*. DECOCTUM tale fieri potest:

℞. *fol. chamædryos, chamæpithyos, agrimon. prim. ver.* a. p. ij.
rhab. ℨij, *gialap.* ℨiij, *agarici trochisc.* ℨiß,
rad. iridis fl. ℨj; *fl. violarum, pæoniæ* a. p. ij,
cinam. ℈ß, *caryoph.* no. v.
Coq. in s. q. aq. font. Colaturæ ℥iij adde
sir. ros. solut. ex multipl. infus. facti ℥ij,
mist. simplicis ℈ß, *tinct.* ☉*tis* gtt. x.
M. F. potio S. Träncklein uf zweymahl.

EXCELLIT in hoc casu *el. Caryocostinum Bayeri*, & *Hermodactylata Patavinorum*.

PILULÆ etiam conveniunt. Refert *Platerus in observ.* se præservasse à paroxysmis arthriticis juvenem, qui sæpe conflicta-

afflictatus erat cum iisdem, ob debilitatem articulorum à parentibus contractam, usu pilularum, quas singulis mensibus assumebat, quas etiam ibidem describit.

IN DIURETICORUM & SUDORIFICORUM usu optima præservandi ratio, hæc enim educunt serosos humores, qui crassos possunt ad articulos perducere, crassi enim absque serosis non possunt fluere.

Omnibus numeris absolutum est & utile medicamentum *decoctum ex ligno guajaco.*

℞. *misturæ simplicis, essentiæ liliorum convallium* ā. ℥j.
In vitro M. S. Schweiß-Mistur auf dreymahl in warmen Wein.

ALTERANTIUM INTERNORUM usum non negligat. Habeat in usu conservam arthriticam. Nec

EXTERNORUM usum negligat. Articulos roborat crebris balneationibus aquarum Thermalium lotio. Quamvis enim *Mercatus* balnea hæc improbet dicatque, plus obesse humiditate, quam adstrictione & exsiccatione, nos tamen experti illorum usum sumus proficuum.

Philippus Reingraf usu thermarum ita articulos roboravit, ut immunis imposterum perstiterit ab ipsis, & sæpius alvi fluxu laboraverit, aliò derivatis humoribus.

℞. *spir.* ⊖ ℥j. In vitro S. Wassertreibender spiritus, Dos. gtt. 40, 50. in haustu cerevisiæ.

ANNULI ex *☿io coagulato* antipodagrici à nonnullis commendantur.

Aq. *fol. fraxini* per stanneum alembicum destillata, exteriùs cum linteis applicata ab aliis laudatur.

DIÆTA his omnibus proportione respondeat, tam naturalis, quam vitalis, & animalis. *Diæta.*

Triga hæc, medicina tutissima.

In NATURALI eligatur CIBUS εὔχυμος, εὔπεπτος, *boni succi, & facilis coctionis*, ne inutilis materia corpori suppeditetur. Abstinere nonnulli jubent ab esu gallinarum, caponum & cyprinorum, sed rationes non videntur satis prægnantes.

Digitized by Google

Vinum generosum exulet à mensâ. Tutius est uti Jenensi purô, quàm Rhenano, Francico aut Ungarico in adsuetis.

CEREVISIA sit defecata, Numburgensis vel Servestana. Medicamentosa fiat additione radicis caryophyllatæ, foliorum chamædryos & chamæpithyos.

In VITALI Aer sit temperatus. Affectus, præcipuè ira, temperentur.

ANIMALIS diæta etiam benè habeat. Somnus & vigiliæ justis distribuantur mensuris.

MOTUS & QUIES, omnia mediocria.

ALVUS libera servetur.

CONSULTATIO II
de
viro arthritico.
HISTORIA.

VIr XL. annorum temperamenti calidi & sicci, cujus parentes crebris arthriticis doloribus obnoxii, denso corporis habitu præditus, erroribus diætæ variis in substantiâ, ordine, tempore, indulgens, triticeâ Ratisbonensi cerevisiâ delectatus & vinis generosis Ungaricis, ut & venereis exercitiis & variis affectuum vicissitudinibus, alvôque sicciori obnoxius, antehac etiam calculi renalis insultibus defatigatus, postquam æstate calidâ progressâ, imò quasi squalidâ circa autumnum in lunaribus radiis expositô conclavi bibisset in multam noctem, & pòst obdormivisset, conqueritur de doloribus articulorum. Inchoavêre illi in collo, altero die progressi fuere in humerum, cubitum & manum dexteram, exinde in sinistram, pòst in pollicem, malleolum, mox in dextri pedis, exinde in sinistri juncturas omnes. Interrogatus, quâ parte doleat? Solet respondere; quæris, ubi doleam? quære ubi non doleam. Non habeo manus, cum laborandum est, cum scribendum est, cum edendum est, & cibi ori sunt admovendi. Non habeo pedes cum ambulandum, cum vocationis officio

Digitized by Google

officio vacandum. Cum dolendum, & manus habeo & pedes. Ab initio hâc fuit in opinione, esse Erysipelas. Magni hi & non leves sunt dolores: magnæ cordis anxietates, per intervalla repetentes. Febrilis nonnunquam insultat calor. Sitis ingens, vigiliæ contumacissimæ, appetitus prostratus. Petit consilium.

RESOLUTIO.

AFFECTUS, de quo æger conqueritur, est *Arthritis* genuina universalis, quæ nulli parcet articulo, dolor enim & tristis sensio in singulis ferè membris. *Affectus species.*

Quamvis autem æger putaverit, insultum hunc esse erysipelatoden invasionem, mox tamen ipse errorem fuit confessus, ab ipsâ rei evidentiâ confutatus.

Non vulgaris hæc est arthritis, sed magna suo merito appellari potest διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἀλγήσεως.

SUBJECTUM non sunt OSSA, quippe quibus nullus per se sensus competit; nec CARTILAGINES, tam exquisitum enim sensum non habent: nec CAVITATES inter capita ossium contentæ, nam ligamenta membranosa satis crassa & solida juncturas ossium involvunt; itaque humores affluentes non facilè admittunt, & quamvis admitterent, nullam invenirent cavitatem. Veritatis quoque mater experientia hoc improbat, quæ tophos sæpe ab arthriticis expressos nunquam in internodio, sed circa ligamenta lata & partes articulum ambientes deprehendit. *Τὸ ὑποκείμενον consideratum καθ' ἁπλῶς.*

PRINCIPALE SUBJECTUM sunt partes membranosæ sensu tactus præditæ. Hæ sunt sedes facultatis sentientis, & hisce dolorificus commodè assignari potest sensus. Hæ radicali humido & vitali balsamo instructæ sunt subjectum, in quo tincturæ & salium spiritus actione suâ destructivâ & violentâ agunt energiâ. *κατ' ὕλην, principale*

ADÆQUATUM SUBJECTUM est articulus, non unus sed plurimi. Inchoavêre in collo, alterâ die progressi fuere in humerum & in alios articulos ferè omnes. *adæquatum.*

CAUSA IMMEDIATA est continui solutio & connata- *Ἡ αἰτία ἄμεσος*

rum

rum partium divisio. Subitanea hæc est, quæ magnitudinem & celeritatem habet conjunctam, non consummata nec perfecta, sed incipiens & in viâ. Non est evidens ad sensum, sed contemplabilis ratione.

ἄμμεσος, considerata secundùm essentiam & essendi modum.

MEDIATA CAUSA *secundum essentiam* sunt humores, præprimis verò serosi & biliosi. Ex *Paracelsicorum* mente accusari possunt ⊖ ♀ ☿: ex aliorum sententiâ acores: stomachalis *Helmontii* peregrinus in articulis factus hospes: pancreaticus & biliosus *Silvianus*, vel salso acidus *Tachenianus* se non ritè habentes. Hi *secundum essentiæ modum* considerati præter modum *aucti*, & *qualitate* primâ, secundâ, imò & occultâ peccantes, leges naturæ excedunt, ita ut magnum à statu naturali divortium fecerint, & naturæ resistendi insignem vim habeant.

CALOR FEBRILIS nonnunquam apparet ob accensionem spirituum & humorum.

Modus generationis horum humorum morbosus non fit in locis affectis, articulis ipsis, per congestionem ab intemperie aliquâ, sed extra locum affectum potiùs vitio totius corporis.

MOTUS eorundem localis vitiosus duplex est: 1. SUI ratione, dum inter se confœderationis leges non servant, à τρόπῳ τῆς μίξεως recedentes, tumultuariam hanc seditionem excitant. 2. LOCI ratione etiam symbolum suum addit hic vitiosus humorum fluxus, dum cruditatem pariunt. Duplex hic AFFLUXUS locum invenit, nimirum ὁρμώμενος καὶ συνιστάμενος impetum faciens & subsistens. Impetus præcedit, statio sequitur. Transmittuntur non à cerebro, sed toto corpore cacochymico.

RECIPIUNT articuli naturâ debiles ob intemperiem acquisitam & nativam.

VIÆ sunt arteriæ. Impetu fertur materia serosa ex arteriis majoribus in minores, ex minoribus in minimas. Ingreditur per porositates carnium à venis non readsumta. Non dubitamus, in ægro nostro serosorum humorum fluxionem vasa lymphatica promovere non ritè suo officio fungentia.

MODUS

Digitized by Google

MODUS FLUXIONIS fit *pulsione*, quâ principaliores partes robustiores serosam & biliosam materiam ablegant ad extrema. *Tractio* accedit, quam calor & dolor recipientis stimulat. *Imbecillitas* quoque hæreditaria aptos reddit articulos ad recipiendum, humorumque serosorum inclinatio. *Modus fluxionis est pulsio, tractio, imbecillitas.*

Non leve conferunt momentum *turgentia & fermentatio*.

MEDIATA CAUSA REMOTA NATURALIS est 1. DEBILITAS articulorum, & quidem innata impotentia in istos à parentibus communicata, quippe qui crebris arthriticis doloribus obnoxii fuere. *Ἔμμεσος naturalis.*

2. TEMPERAMENTUM calidum & siccum &

3. DENSUS corporis HABITUS, aliàs ferax anthritidum, ad hanc disponit ægritudinem: uti etiam

4. ÆTAS ad senilem inclinans, quæ sensim & sensim fasces sui vigoris ad pedes hujus morbonæ submittit, id *Hippoc. 3. aphor. 31.* affirmante.

5. SEXUS tandem MASCULINUS aliàs proclivior, quàm muliebris ansam præbuit.

Ex REBUS NON NATURALIBUS fenestram huic malo aperuit AESTAS calida, imò squalida quasi prægressa & sicca. *Calida* turgentiam & fermentationem excitavit. Ex *siccitate* facilè dolores articulares oriri, statuit *Hippoc. 3. aphor. 16.* Autumnus, qui aliàs ad hoc malum disponit *Hippoc. 6. aphor. 55.* testante, his quoque accedit & detegit fraudes, quæ æstate latent. Lunarium radiorum influxui dum expositus dormivit, commota materia fuit. *non naturalis.*

VIGILIAS cruditatibus ansam præbuerunt, nam per multas noctes genio strenuè indulsit.

Errores in victu non ultimas hic tenent vices, siquidem non in uno saltem & altero, sed in pluribus peccavit excessibus. In cibo & potu non observavit substantiæ bonitatem, neque in eorum assumtione tempus & ordinem, qui aliàs tanquam divinorum & naturalium operum anima est, maximè à mortalibus inter edendum observandus.

Vini generosi Ungarici ingurgitatio, subtiliorem & generosiorem ♀tum in articulos deposuit.

Cerevisia triticea Ratisbonensis, quam aliàs in deliciis habuit, jam in auribus & ore ipsius sonat tristitia.

Alvi dejectio, quæ nullo non tempore est necessaria, hic suppressa, non levem vasorum impuritatem & articulorum molestiam induxit.

Venus in medium prodit, conjunctissima Cereris & Bacchi articulifraga soror, nostroque ægro quæsita meritis porrigit præmia, labefactatis nervosis partibus, roscidoque nervorum & membranarum liquore exhausto, ipsum irridet.

Res præter naturam. RES PRAETERNATURALES. Variis vicissitudinibus vixit obnoxius, & antehac etiam calculi renalis insultibus defatigatus decubuit, & sic unus affectus alterius fomes est, ob communionem causæ & meatuum.

Hæ sunt hujus atrocissimi mali natales: atrociorem verò eum reddunt symptomata concomitantia.

Symptomata. DOLOR magnus hic adest, ob nimiam serosi & biliosi sanguinis acrimoniam.

1. 2. ANXIETAS CORDIS magna, & quidem per intervalla, ut semper, ita & hanc arthritidem vagam concomitatur. Nam dum ista semitam suam ex uno in aliud sumit membrum, semper per ventriculum cordis utrumque, ejusque septum secundùm partem tenuiorem, pulmones verò secundùm crassiorem iter suum conficit & hinc anxietatem istam excitat.

4. SITIS ingens à caliditatis & siccitatis dominio vitioque stomachi dependet.

5. VIGILIÆ contumacissimæ adsunt doloris comites fidelissimæ.

6. APPETITUS prostratus cruditates humoremque præter naturam hærentem accusat.

Hæc omnia conjunctis viribus tyranno similia violento dominatu leges naturæ & jura conturbant; elatoque & libero collo debacchando horribili feociunt in ægrum nostrum cruciatu.

Radices

Radices hæ sunt, flores & folia hujus mali, quales jam inde sperandi fructus. πρόγνωσις.

Sanè exigua spes messis in herbâ. Non tamen lethalis per se & simpliciter incurabilis, sed periculi solùm haut expers est. Περίληξις.

Hereditaria cùm sit, quæque radices habere videatur inextirpabiles, contenti erimus, si, ne latius serpant, & in ægri perniciem repullulent, convenienti regimine prohibere queamus. 1.

Longæ moræ est hic morbus, & ut inter chronicos à Galeno refertur, ita & hic indolem retinebit suam, quia connutrita est & parentalis. Est præterea autumnalis, quæ longior vernali à diætæ erroribus accipit fomentum. 2.

Quemadmodum bellorum, sic hujus morbi ancipites admodum sunt & dubii eventus MODI. Speramus curatum iri dissipatione & resolutione materiæ sine induratione tophaceâ hunc paroxysmum, & ab ulteriori invasione præservationem impetrari posse. 3.

CURATIONEM hâc spe freti bonis avibus aggrediemur. Nititur autem illa methodo medendi, & materiis præsidiorum. Ἴασις.

METHODUS nititur INDICATIONIBUS ordinariis. Indicationes.

CURATORIA morbos occurrentes cum arthritide funditus eradicandos suadet, tyrannumque hunc atrocissimum æterno jubet puniri ostracismo. 1.

PRÆSERVATORIA causas considerat, prospicitquè, ne materia arthritica generetur, genita verò ut tollatur, & priusquam ad articulos ruat, illi in debito vigore conserventur, & ab injuriis externis præserventur. 2.

MITIGATORIA symptomata supervenientia lenit, & demulcet dolorem & vigilias.

VITALIS jubet ægroti vires aspicere, illasque conservare, & quod sanitatis superest, augere per medicamenta & alimenta. 3.

Hæc omnia citò, tutò, & jucundè ut fiant, juxta *Celsi* & *Galeni* suasum operam dabimus.

Digitized by Google

Materia præsidiorum. MATERIAE præsidiorum ex triplici hauriuntur fonte.

In actu curationis chirurgico. IN ACTU CURATIONIS ex CHIRURGICO fonte convenit sanguinis missio per VENAM SECTAM.

V. S. Inventio. 1. INVENTIONEM hujus indicat I. DOLOR. In maximis doloribus est auxilio.

2. 2. PLETHORA, licet non sit causa principalis, tamen fovet intemperiem partium.

3. 3. Illam indicat immodicus AFFLUXUS humorum ad articulos debiles.

Eandem permittit virium robur constans. RECTA ADMINISTRATIO concernit modum.

QUANTITAS sanguinis viribus respondeat ægri. TEMPUS commodum est principium morbi etiam dolore ferociente.

Locus. LOCUM varium demonstrat lex delectûs venarum, ab antiquitate introducta, sed abrogata magnam partem per circulatorium sanguinis motum inventum. Hinc perinde esse censemus; sive basilicam, sive medianam in brachio dolenti parte oppositâ aperiamus.

Cucurbitulæ. CUCURBITULAE venæ sectionis vicariæ sunt.

Hæmorrhoides. HAEMORRHOIDES summo cum fructu aperiuntur.

Ustio. USTIONI optimè veteribus cognitæ hodierno tempore dicimus vale.

Frictio. FRICTIONES ad revulsionem & discussionem humorum conferunt.

Pharmaceutica materia, lenientes. II. PHARMACEUTICO fonte LENIENTIA primum obtinent locum.

℞. *acidi ♀ri compositi lenitivi aloëtici* gr. xv.

M. F. Pilulæ D. S. Lindpillen auf einmahl.

Vel

℞. *pulv. Laxativi vegetabilis* ℈ß,
sirupi betonicæ, ▽ *asari* ā. ℥ß.

M. F. Potio. S. Lindträncklein.

CLYSTERES lenientes prosunt ob alvi obstructionem.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEPARANTIA non sunt omittenda, itaque *καθαρκτικά, καὶ καθαρτήριος,*
℞. ▽ *marrubii, cichorii, chamædryos, chamapityos* a. ℥iß,
sirupi de iva arthrit. de betton. a. ℥j,
misturæ simp. ℈j, *spir. lilior. convallium* ʒj.
M. F. Julepus D. ad cochl. j, iij. per vices.

PURGANTIA validiora in initio & augmento dolorum minus tutè adhibentur. Mitiora non dissuademus. *purgantes.*
℞. *pulv. gialapæ resinosæ* g. xx,
elaosacch. anisi g. iij, ⊕ *tati* iv.
M. F. Pulv. D. in chart. S. Purgir-Pulver auf einmahl.

ROBORANTIA ventriculum haud negligenda post purgationem. *roborantia.*

Ad SUDORIFERA tanquam ad sacram anchoram properandum, quippè sudor primum & præcipuum est anodynum in hoc affectu, quod suo exemplo testatur *Hildanus*. A nimis calidis tamen abstinendum. *Decoctum pentaphylli* per aliquot dies tutissimè potest usurpari. *sudorem.*

DIURETICA usu non carent. *Decoctum radicis lappæ* magni æstimat *Forestus*: *alii vincetoxici*. *urinam pellentes,*
Vel ℞. *seri lactis Mart.* ℔ß. *succi citri* ʒij,
spiritus ⊖*lis* ʒß. M. D. in fictili.
S. Harntreibendes-Träncklein. Exhibetur per intervalla.

ALTERANTIA intemperiem viscerum non omittenda. Nam humectans refrigerium ægroti nostri esto desiderium. *alterantes.*
℞. ▽ *flor. papav. rhæad.* ℥ß, *rosarum, plantag.* a. ʒij,
sem. papav. albi, melon. lactucæ a. ℥i.
F. l. a. Emulsio. Adde
julepi rosar. ℥ß, *magist. corall. perlar.* a. ʒß, *oculor.* ♋ ʒj,
▽ *fl. prunor. sylv.* ℥iiß. *ceras. nigr.* ℥iß, *facch. perlati q. v.*
S. Sonderliche Alterir-Milch.

Conducit *tinct. rosarum rubra cum* ▽ *chamædryos & sp.* ⊕*li striato* parata.

SPECIFICA non rejicienda. Commendatur pulvis *florum cichorii*. *Betonicam* extollit *Hildanus*. *Borellus* arcanum parat ex *scarabæis cæruleis*. Celebris est essentia ♀ composita, antiarthritica & lithontriptica. Dosis ad g. xv.

NARCOTICA, nisi doloris summa acerbitas desideret, non sunt adhibenda. ☍ *hyoscyami* Elector Palatinus Maximiliano Imperatori commendavit.

℞. *magisterii anodyni* gr. v.
D. in chartâ. S. Anhaltend Pulver auff die Nacht.

repellentes. Externè REPELLENTIA non sunt tuta.

emollientes. INTER EMOLLIENTIA & DOLORES LENIENTIA laude non *caret *balsamum antipodagricum Pansæ.* Multi magni æstimant *spiritum antipodagricum Knöfelii ex limaturâ ♂, ⊕lo romano & ♀ro præparatum* exterius cum linteo applicatum. Præstat quidem aliquid, an vero expectationi in solidum satisfaciat, dubitatur.

Cum *Riverio* sequens *cataplasma* commendamus.

℞. *medullæ panis albi in lacte decoctæ* ℔ß,
pulpæ cassiæ ℥iij.

Exaltetur additione *croci modici*, & loco dolenti imponatur. Potest quoque coqui in lacte muliebri, quod anodynum blandissimum, vel in defectu ipsius in caprino, quod remedium magnatibus Turcis communissimum.

Radicem sigilli beatæ Mariæ probè contusam & admotam, tanquam medicamentum innumeris experimentis comprobatum extollit *Borellus.*

Ad dolores permulcendos nihil præstantius est, quàm catellos colore cuti concolores affectis membris apponere, ut *Bartholinus* & *Borellus* observarunt.

DISCUTIENTIA EMPLASTRA omne laudis encomium superant.

℞. *ceræ novæ* ℔j. *colophoniæ* ℥ii, *picis navalis* ℥j,
gummi ammon. ℥iv. *bdellii* ℥ij, *succin. citr. prap.* ℥vj,
thuris albi, mastichis ãã. ℥j,
therebinth. q. s. M. F. Empl.

Hoc emplastrum dolenti loco duritie suâ videtur molestias creare. Attamen non aversatus illud fuit illustris Dorstensonius Suecicæ regiæ militiæ generalis.

Balneum ex *vinaceis*, fotus ex *nido formicarum silvestrium* maio-

Digitized by Google

majorum, vel *lumbricis terrestribus* magnum laudis merentur encomium.

His medicamentis malum si non cedat, quod tamen non speramus, tria adhuc restant medicamenta generosissima, & quidem

TRANSPLANTATIO, cujus nomen quidem magnum, magnumque applausum à multis meretur, res ipsa verò sæpè vana, falsa & superstitiosa non raró est.

Multi in SPELUNCA SERPENTUM BRACCIANORUM, quæ 12. leucis Româ distat, ab hoc malo liberati fuerunt, quos aliàs nullum medicamentum restituere potuit. Hæc medicina his in oris impetratu impossibilis, neque in illis omnibus placet.

SALIVATIO tandem superest, quæ minimè disſvadenda, si vires constent. Observatum, quod ob luem gallicam quidam inuncti & ab hâc, & omni in arthritidem propensione fuerint liberati.

SYMPTOMATA vulgaria: sitis, vigiliæ, non sunt negligenda.

SEX RERUM NON NATURALIUM usus sedulò observandus. *Diæta.*

NATURALIS DIÆTA commendat inediam, quæ multos ab hoc malo liberavit. Sic Rogatianus Nobilis Romanus mirè commendatur, quòd singulari sobrietate & frugalitate suâ tantum effecerit, ut liberatus ab hoc malo tanquam victor triumpharet. Aurelius quoque Imperator, ægrotans nunquam medicum advocabat, sed solâ se inediâ curabat. Abstine itaque, & efficies, quod medicina nequit. 1.

CIBUS aliàs sit boni succi, facilis coctionis, & qui ansam non præbeat ad defluxiones. Sufficiunt jusculà delicatiora & gustui suaviora. Carnes gallinarum, caponum, perdicum & aliorum pennatorum innoxiè ad mensam ægroti nostri admittimus.

POTUS sit cerevisia bonæ notæ, in quâ rasura C. C. optimè in petiâ ligata hæreat. Vinum vitetur, veluti enim vehiculum humores pravos ad partem affectam vehit. Cum ventriculi debilitas & consuetudo vix ferant abstinentiam,

Nec-

Neccarinum, parcè tamen & inter edendum, nunquam jejuno stomacho, concedimus. Loco potûs ordinarii commendamus *decoctum lentiscinum*, quod auri potabilis vegetabilis specioso nomine à præclaris quibusdam scriptoribus insignitur.

4. In VITALI AER potius inclinare debet ad calorem, quàm ad frigus, & semper moderationi ac temperationi studendum. Instantibus doloribus non aversetur æger sub mollibus recubare plumis. Animus à curis sit liber, pathemata alia quoque exulent, præprimis ira fugienda, & priùsquam ingruat tempestas iracundiæ, ratione animus firmetur. Adstantes verò omnem occasionem offendendi segregent, ne ad indignationem æger commoveatur. Perceptio molestiæ fugienda suavissimâ Musicæ harmoniâ.

5. ANIMALIS somnum suadet tanquam optimum doloris remedium, imprimis excretiones per urinas, sudores, hæmorrhoides consuetæ naturalem ordinem servent; si substiterint, justo tempore eas promovere oportet. Astrictio alvi præcavenda. Id commodè fit pilulis aloëticis.

VENEREM amare solent calculosi & arthritici, etiam in ipsis tormentis. Ostracismo illa punienda. Citò exlaratâ ejus jucunditate amarissimi prodeunt fructus, & foliis ficulneis detectis apparet fucus, corpus laxatur, animus corrumpitur & articulorum virtutes tempore marcescunt. Tanti itaque pœnitere non emat ægrotus noster cum Guainerio, ut sibi persuadeat, melius esse abbreviare vitam, quàm tantæ dulcedinis expertem vivere. Hoc consilium, cum eoque Epicteti adagium omni tempore observare debet: *ἀνέχου καὶ ἀπέχου sustine & abstine*: sustine dolores, & abstine ab omni excessu.

Hæc ad votum si non successerint, unicum remedium, constans PATIENTIA restat. Tyrannum auferre si non licet, ferre, sapientis est.

CON-

CONSULTATIO III
de
puero atrophiâ laborante.

HISTORIA.

PUer temperamenti calidi & humidi, pinguiore corporis habitu præditus, VI. annorum, victu liberaliore consvetô puerorum more promiscuè utens, lacticiniis aliisque cibis & fructibus ὡραίοις se delectans, sensim de die in diem extabescit. Quamvis quoad cætera omnia optimè valere, satisque comedere videatur, attamen parùm aut prorsùs nihil nutritur, & quotidiè in deteriùs ruere, ac malum cum ipso decrescente accrescere videtur. Intolerabilem pruritum in dorso, brachiis ac cruribus non sine ingenti dolore persentire se conqueritur. In causam hujus maciei limatiùs inquirentes parentes, posthabitâ cùm nulla adessent indicia, lumbricorum suspicione, advertunt punctula quædam nigricantia in cute, quæ unguibus vellicata extrahuntur, sequente die rursum apparent. Terrore veluti exanimati quid consilii sit inveniendum, nesciunt. Emaciatum ac omnibus fermè viribus destitutum corpusculum suasu quorundam in balneum aquæ calentis collo tenùs demergunt, musculosas dorsi, brachiorum & crurum partes linimentô ex farinâ & melle eas insimul molliter fricando, illinunt. Hôc per vices iteratô, subtilissima quædam ac exigua animalculorum, vermiculorum figuram repræsentantium, capita cinericii coloris è cute erumpere copiosissimè vident. Hæc novaculâ per chirurgum abradi jubent. Tandem linimentô per unius aut alterius diei intervallum adhibito minuuntur. De insigni dolore ac tumore supra scapulam dextram nunc auditur querela; restitans nimirùm materia in diuturnum ulcus, sordes copiosas, crassas ac mucosas fundens, exonerari videtur.

Petitur, quid ulteriùs agendum, ut præcaveatur, ne red-

 cat

eat affectus, & si fortè fortuna rediret, quomodò ipsi occurrendum?

RESOLUTIO.

Affectus nomen. AFFECTUS, de quo puer noster querelam instituit, eôque lecto per satis longum temporis spatium molestè affixus, appellatur Atrophia puerorum.

Alii vermes dorsi vocant.

Alii fortassis ob similitudinem, quam habent cum dracunculis, qui Ægyptiis familiares & Indis ita dicuntur, nominare Dracunculos consuevêre.

Ab *aliis* Crinones indigitantur.

Germanis, die Mitteßer/ die Zehrwürme.

Signa. Certissimam suspicionem de eo clarè præbent signa infallibilia, in historiâ enumerata. Illa autem petuntur *ἀπὸ τῶν ἐνόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, καὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων, ab essentialiter inhærentibus & necessariò consequentibus, causis, similitudine.*

Adest inanis nutritio, contabescentia & macies totius corporis; qui enim hôc morbô laborant infantes, contabescunt ferè, & licet satis comedant, & aliàs benè valeant, non nutriuntur.

Adest pruritus molestissimus, quem in dorso, brachiis cruribusque percipiebat.

Causæ antecedentes itidem tales prægressæ sunt, quæ hunc affectum introducere & excitare potuerunt, adeoque hunc præsentem affectum non parùm confirmant.

SIMILITUDO atrophiæ etiam adstipulatur. Quantum enim ex observationibus aliorum annotare licuit, omnes parili se sic habuerunt modô, qui à medicis hôc affectu laborare judicati sunt.

Quid sint, ostenditur. An autem hujusmodi sic dicti vermiculi sint vera animalcula, an cutis nuda excrementa, quæritur?

Excrementa esse, innuunt *nonnulli*, dum non vermes, sed recrementa viscosa, & in cutis poris condensata vocant.

Alii nihil aliud esse judicant, quàm capillos quosdam cinerei & nigricantis coloris, è cute prorepentes.

Dissen-

Dissentiunt *alii*, & vermes subtilissimos vocant.

Nos excrementa esse viscosa, & in cutis poris condensata, non vermes, statuimus.

ESSENTIAE ratione morbus est intemperiei, & quidem calidæ & humidæ. Etsi enim in hôc morbô alia etiam symptomata, quæ ad alia genera possent reducere hunc affectum, nempè ad symptomata depravatæ actionis & in specie nutritionis, occurrant, tamen si diligenter considerentur omnia, facilè est intelligere, calidam & humidam intemperiem præcipuum esse morbum, à quâ posteà reliqua omnia symptomata habent originem, & reliquæ partes in consensum trahuntur.

MAGNUM esse hunc morbum in suo genere, confirmatur I. Quod sit CHRONICUS, diu enim durare solet. II. OBJECTI ratione, quia familiares habet humores pituitosos excrementitios, utpotè tenaciores, & ad secernendum magis ineptos. III. ACTIONIS LAESAE ratione magnus quoque habetur, læsâ enim facultate naturali, facilimè etiam læditur & animalis. IV. RECESSUS à statu naturali ratione, nimiùm enim ab eo deflectit. V. EVENTUS ratione etiam magnus est, non rarò enim prorsùs lethalis evadit.

PARTEM AFFECTAM seu SUBJECTUM duplex statuimus: *Unum* FONTEM, è quo materia generata suppeditatur, quem HEPAR & ORGANA nutritioni dicata esse volumus: *alterum* LOCUM, quem cutem statuimus, & omnes fermè corporis partes. *Pars affecta.*

VIAE, per quas excrementitii humores ad partes transeunt, sunt *partim* MEATUS SENSILES, ut venæ & arteriæ: cum enim natura vellicatur, per capillares venas & arterias, mediante sero ad superficiem corporis detrudit: *partim* INSENSILES & occultæ sic dictæ; quæ licet non prorsus incognitæ, non tamen adeò manifestæ & conspicuæ.

CAUSA IMMEDIATA est facultas seu virtus debilis in partibus alimentum apponere & agglutinare minimè valens. *Causa immediata.*

Digitized by Google

Mediata proximiores. CAUSAE MEDIATAE proximiores sunt alimenti ultimi vitium & ejusdem cruditas. Hæc autem oritur propter intemperiem calidam & nimis humidam viscerum coctioni destinatorum.

Remotiores MEDIATA remotior

naturales, NATURALIS est primò TEMPERAMENTUM ægri nostri calidum & humidum. Nam ob nimiam humiditatem habitum corporis laxat, pituitam generat, ac eô ipsô poros obstructos fovet, hinc impeditur, quò minùs vapores, qui inter ipsos & cutem delitescunt, liberè evolare queant. II. AETAS PUERILIS maximè hujusmodi morborum ferax est. III. PINGUIOR itidem corporis HABITUS non minus suum addit symbolum.

non naturales, IN RERUM NON NATURALIUM censu primô intuitu se offert VICTUS ratio malè morata. Liberalior illa fuit debito, & QUANTITATE peccavit, dum largiter & avidè cibum, etiam priore nondum concoctô, cumque lascivientis gulæ inutili consiliô varium ingessit, ventriculi calorem dissipavit, chylum corrupit, ac cruditates cumulavit, maximô incommodo corpori futuras. Hinc facultates coctrix ac nutrix debiles redditæ sunt, ut exinde vitium primæ coctionis non facilè corrigi potuerit in secundâ, multò minùs in tertiâ. Contigit inde puero, quod omnibus aliis, qui intemperantiæ & gulæ deliciis nimis dediti, enormique luxui addicti, ad νουσογένεσιν sibi fores aperiunt, sibique ipsis occasio sunt infortunii.

QUALITATE peccavit, dum semper usus est cibis, qui difficulter coquuntur, parùm nutriunt, pessimum suppeditant alimentum, ac multa relinquunt excrementa. Tales fuere fructus horarii, qui multùm refrigerant, ventriculum magis magisque gravant, & facilè corrumpuntur.

UTENDI MODO tandem peccavit. Si ORDINEM ciborum in historiâ propositorum spectemus, deprehendimus, nullis diætæ regulis fuisse eum adstrictum. Malè ipsi cessit, quòd

Digitized by Google

quòd lacticiniis usus est. Naturæ quidem gratum lac est, & facilè ad corporis substantiam accedit, hoc tamen secum etiam fert incommodi, quòd corruptioni sit obnoxium.

Fructus horarii fugaces ventriculum pondere gravarunt, & succos crudos præbuerunt.

RES PRAETER NATURAM & excrementa in cutis porulis condensata patentes huic affectui aperuêre fores. *res præter naturam.*

Ex his causis ortâ atrophiâ, non mirum est, quod sequentibus æger stipatus sit symptomatibus. *Symptomatum ratio.*

PRURITUS adest molestus & dolorificus ob pituitam salsam, quæ inter cutem & cuticulam hærens acrimoniâ suâ sentientes in cute particulas stimulat. *1.*

MACIES totius corporis sequuta est: hepar enim in consensum trahit officinam sanguificationis cor, illudque debilitat mediante sanguinis circuitu. Hic inidoneus redditus ad debitam elaborationem, postmodùm ad quamlibet corporis partem ablegatus, propter insignem vitiosorum humorum corruptionem in substantiam earum cedere ac verti nequit. *2.*

TUMOR tandem ortus est, dum humor sensim & paulatim congestus, ob facultatem expultricem cutis irritatam, & viarum per quas excrementa egredi debent, occlusionem, in poros carnium se exonerat. *3.*

SALUTIS & MORTIS ratione malum in principio cùm sit, facile erit curatu, idoneisque medicamentis haud invitum cedet, modò debita adhibita fuerit diæta, quæ vel sola nonnunquam ad curationem sufficit. *Προδιαγόρευσις.*

CHRONICUS sæpè solet esse hic morbus, ac contumax, qui tardè movetur, & sua lento & testudineo gradu decurrit tempora, ob tenacitatem & viscidítatem uberemque pituitosi succi proventum. Speramus tamen hunc sequaciorem futurum.

EVENTUS MODO exoptato, viribus naturæ adhuc

Digitized by Google

integris, materiâque coctâ, per λύσιν, lenibus sudoribus, materiâque peccante præparatâ & per alvum expulsâ.

Curatio nititur indicationibus, &

CURATIO indicationes respicit.

CURATORIA vult, ut intemperies alteretur, obstructa quæ sunt, recludantur, superflua educantur ac evacuentur, & tandem tumor ut diminuatur & penitùs auferatur.

PRAESERVATORIA indicatio respicit causas. Hæc vult, ut humores substantiâ peccantes evacuentur: quantitate depleantur, qualitate vel primâ vel secundâ, alterentur, crassi attenuentur, tenues incrassentur, lenti & viscidi incidantur & abstergantur.

VITALIS mutuas prioribus confert manus, viresque tùm totius, tùm partium per similia conservari mandat. Nutrienda solida corporis substantia. Humores per ἐδέσματα καὶ πόματα, quò nutricatui priorum sufficiant, sustententur, servatis per omnia diætæ regulis.

materiis indicatorum. V. S.

MATERIÆ auxiliorum ex tribus usitatis remediorum desumuntur fontibus.

VENÆ sectionem nostrum clima in pueris non admittit. Opera danda, ut grata & jucunda medicamenta propinentur, ab injucundis enim pueri abhorrent.

purgantia.

LENIENTIS locô exhiberi potest MANNA, ros ille cælitùs delapsus, primas vias egregiè mundans ad ʒij, cum decocto florum & fructuum vel jusculo permistus.

Παρασκευαστικὰ καὶ καταπέπτοντα, *præparantia* & DIGERENTIA valde sunt necessaria. Cum enim humores qualitatibus primis peccent & secundis, dum lenti, crassi & viscidi sunt, & à naturâ edomari nequeant, ad evacuationem apti reddi debent.

℞. *mixturæ simplicis theriacalis camphoratæ ♀ risatæ* ℈j,
spiritûs cochleariæ ʒß, *sirupi diasereos* ʒiij.

M. D. in vitro. S. Digestiv-Mixtur

Misceatur cum cerevisiæ cantharo dimidio. Bibatur ad placitum.

℞. *aqua*

℞. *aquæ fumariæ* ℥iij, *acidi* ♀ *aronici* ʒß,
sirupi scelotyrbici ʒiß. M. D. in fictili. S. Digestiv.
Porrigatur cochlear pro vice.

Commodè parari poteſt *ſacculus ex foliorum ſenæ* ℥j. *rhabarbari* ʒj, *floribus violarum, roſarum* a. ʒj, *ſalis* ♀*ri* ℈ß. Superinfundatur *cereviſiæ Numburgenſis canth.* ß. Reponatur in cellâ. Bibat de eâ pro libitu, donec alvus ſolvatur.

PURGANS humoribus præparatis ſuccedat ſequens.

℞. *pulveris radicis gialapii* g̃. x, *elæoſacchari cinam.* g̃. iij.
M. D. in charta. S. Purgier-Pulver.

DIAPHORETICA altas radices evellere ac eradicare valent.

℞. *bezoardici* ♁*tialis* g̃. ij. S. Schweißtreibendes Bezoar Pulver. Exhibeatur cum conveniente liquore.

℞. *theriacæ bezoardicæ Rolfincianæ* ℈j.
Diſſoluta in calido propinetur ad ſudandum in lecto ad ij. horas.

In formâ liquidâ

℞. *aquæ ſcabioſæ* ℥ß, *ſirupi de fumariâ* ʒij.
S. Träncklein / damit zu ſchwitzen.

Inter CONFORTANTIA gelatina in uſum vocari poteſt, parata ex carne caponis, & pedibus vituli. *Confortantia.*

BALNEI aquæ dulcis magna ſunt beneficia. Eſt aptiſſimum omnibus, & viro, & mulieri, & puero, & ſeni, & privato. Etenim laſſitudinem ſolvit, humorum repletionem per habitum digerit, meatus laxat & aperit, & ſi quæ fuliginoſa recrementa ſub cute deliteſcunt, evacuat. Hac de cauſâ huic noſtro præprimis conferet ægro, qui cutim habet adſtrictam, & fuliginoſis abundat excrementis.

UNCTIONES cutis intemperiem corrigunt, ac poros recludunt, partim materia abſtergitur, partim in profundo hærens attrahitur. *Oleum dulce*, vel *amygdalorum dulcium, anethi, liliorum alborum, chamæmeli, ſpicæ, lumbricorum terreſtrium.* Decoctum capitis ovini, cum pedibus pro inſeſſu prodeſt.

Adhibeant nonnulli AQUAM CALIDAM, in quâ micæ panis (commodum eſt, ſi mellis modicum admiſceatur) conjectæ ſint. Vel

Vel etiam partes musculosæ in balneo LINIMENTO ex farinâ triticeâ, vel micâ panis tritici & melle confectô illinendæ ac fricandæ.

DECOCTO radicis bryoniæ corpus lavandum, & sordes se exerentes seminum papaveris instar manu vel cultello abradendæ.

TUMORI & ULCERI succurritur medicamentis calorem partis, dum pus gignitur, augentibus seu maturantibus, mundificantibus, & carnem generantibus.

Diæta. 1. DIÆTA NATURALIS. Cibi sint boni succi, vim habentes calefaciendi, siccandi, attenuandi; & facilis coctionis, quòd ægris hisce insit calor nativus debilis, qui propterea difficulter alimenta possunt concoquere. Cibis sæpenumerò axungiam caninam admiscere solet vulgus.

POTUS sit vinum antiquum substantiâ tenue, odoratum. cerevisia benè defæcata, ac paulò largiore lupulo, & interdum plantis specificis, ut agrimonia, calaminrha, absinthio, cinamomo, alterata. Lac asininum speciosum hîc habet locum.

2. VITALIS aërem proponit observandum. Eligatur autem temperatè calidus & siccus, purus & lucidus, non putridis inquinatus miasmatis. Is si naturâ talis non est, suffimigiis corrigatur.

3. ANIMALIS. Motus sit moderatus, nec immediatè à cœnâ vel prandio, cùm sic coctio turbetur ac crudus generetur chylus, qui ad viscera raptus hunc adfectum augere potest.

OTIOSAM non planè vivat vitam, cùm aliàs vapores, qui exercitiis per cutis spiracula debebant excuti, in habitu corporis detineantur, ubi cumulati vel in poris putrescunt vel retrocedunt, ac calorem nativum suffocant, remoramque coctioni injiciunt.

SOMNUS & VIGILIÆ modum minimè excedant.

ADFECTUS animi sint moderati.

ALVUS non sit obstructa, sed semper suo ut respondeat officio, curandum ac laborandum.

FINIS.

A01 1460961

Digitized by Google

INDEX RERUM, ORDINE ALPHABETICO DIGESTUS.

A.

ABsinthites robur conciliat ventriculo pag. 639
commendatur in hydrope 802
Absinthii ſucci uſus in dyſenteria minus tutus 669
Acetum melancholicis non nocet 118
Acida poſt cibum vaporum ad caput adſcenſum prohibent 380
Acidulæ corpus ſenſibiliter evacuant per omnia emunctoria 40. & 112. ſpiritibus mineralibus abundant 724. antiquitus horis matutinis ac veſpertinis, nunc ſolis matutinis bibi ſolitæ 639. Ægranæ ⊖. 🜍. & ⊕li mineras vehunt 113. & 128
Acor Helmontianus quid indicet in methodo curatoriâ 37
Acuti morbi venæ ſectionem indicant 80
Aër quomodo ad producendos morbos concurrat 28. ſerenus ſpiritus noſtros vegetiores reddit 91. aëris ſtatum mutat influxus ſiderum 28. aëris proprietas ſingularis infeſtat Neapoli Romam tendentes 478
Album oculorum cur flaveſcat in ictero 693. & 703
Alceæ herbæ virtuti rumpendi pelliculam in ſuffuſione quid tribuendum 366
Ætatum diverſitas ad diverſos morbos diſponit 27
Alexipharmaca in malignis conveniunt 471
varii generis ſunt 483. & 525
Alimenta morborum cauſæ fiunt 20
Aloëtica medicamenta vaſorum ora aperiunt 339
Alvi ſegnities omnium in corpore confuſio eſt 52. & 68

Amuleta, si suspicio absit, adhiberi possunt 343
Amuletum antepilepticum singulare 209
Anagallis phœnicea specificè prodest in mania 142
Anacardina confectio confortat memoriam 261
Animi affectus morborum causæ fiunt 29. morbos efficiunt periculosos 33. immoderati vires prosternunt 445. coctiones impediunt 634. ab illis medicinas dependere veterum sententia fuit 597. 802
Animalium spirituum impuritas melancholiæ causa est 99
circulatio an detur 257
Anni climacterici quatenus attendendi 248 & 701
Anodyna trium sunt generum 667
Antiepileptica medicamenta specifica 194. & 207
Antihectici Poteriani usus in phthisi non omninò improbatur 607
Antifebrilia medicamenta specifica 452
Antilethargica specifica 95
Antimonium in maniâ singularis utilitatis 138 & 150. ad collyria expetitum 355. ad clysteres in ileo proficuum 687
Annulus ex ungulâ alcis gestatus confert in epilepsiæ præservatione 210. ex ☿rio coagulato in arthritide 943
Apoplexia memoriæ læsionem inducit 254. & 256
Apoplexiæ subjectum non est cor, nec jecur, nec pulmones 236
Apophlegmatismi in faucium affectibus noxii 535
Appetitus in vigiliis diuturnis quâ ratione imminuatur 67
Appetitui ægrotum nonnunquam indulgendum 454
Aqua antapoplectica præstans 241. ad confortandam memoriã singularis dicta donum gratiæ 262. mirabilis Epiphanii Ferdinandi in phthisi & macie, tam admirandæ virtutis non est 607
Aquæ frigidæ usus in febribus an & quatenus concedendus 429 & 461. ad oris elutionem in catarrhis conducit 541
Aquæ palustres aërem inquinant 749
Archæo Helmontiano furioso quid tribuendum 370
Argentum est medicamentum cephalicum specificum 307
Arietis cerebrum venerem non experti in maniâ utile 141

Digitized by Google

Arthritidis subjectum an sint ossa 945. generationis modus quis 946. remedia specifica 951. cura per transplantationem superstitiosa est & vana 953
Asini stercus medetur hæmorrhagiæ narium 342
Asthmatis remedia specifica 618
Astralis influxus mutat statum aëris 28
Aurea pocula in ictero commendantur 709
Auster capiti noxius est 52 plumbeus audit 207

B.

BAlbuties & linguæ incontinentia est signum delirii melancholici peculiare 98. unde oriatur 102
Balnea ex aquâ dulci in melancholiâ conducunt 114. & 131. medicamentis cœteris viam aptiorem faciunt 216 remedium omni ætati & sexui aptissimum sunt 961
Basilicæ venæ sectio particulariter jecur evacuat & refrigerat 124
Bilis si ad caput feratur urinæ fiunt albæ 78
Bilem lenientia medicamenta 39. purgantia specifica 40
Biliosi humores impari die exacerbari solent 347 tertio quoque die effervescunt 435
Brassicæ folium cum butyro in pleuritide utiliter imponitur 565
Buxi folia specificè commendantur in maniâ 142

C.

CAlculi in vesica unde & quomodo oriantur 830. & seq. in renibus 807. & 822
Callianacti medicus protervô dicteriô ægris suis illusit 792
Canis cerebrum coctum & comestum comendatur in maniâ 143
Capiti nocet auster 52
Capitis & pedum consensus est notabilis 51
Capitis magnitudo ad catarrhos disponit 313. & 327
Cardanus ineptè commendat somni prolongationem ad tertiam diei partem 748
Carus non habet nomen à carotidibus 298
Cartesius negat animam dare motum 266
Castoreum internè sumptum somnum conciliat 91. & 94 in apoplexia virtutes singulares obtinet 241 & 258
Catarrhorum medicamenta incrassantia specifica 538

Digitized by Google

Causarũ morbificarũ indagatio recta quomodo instituenda 25
Causus non est certa & separata febris species, sed gradu solùm ab aliis differt 455. sanguinis missionem ad animi deliquium usque non admittit 459
Cauteria capiti applicata prosunt in maniâ 149. actualia circa futuras calvariæ in melancholia minus tuta 105
Cephalalgia duplex, externa & interna 44. sexui sequiori frequentior 45. membranas pro subjecto adæquato habet 54. quæ veterum fuerit de illâ sententiâ 57
Cerebrum humores attrahens maximè gravatur, & alvum sicciorem reddit 67. non est fons catarrhorum 324. pauca habet excrementa privata, publica nulla 529. nec recipit vapores instar alembici aut cucurbitæ ibid. per quas vias evacuetur 535
Chalybis usus in affectibus melancholicis prodest 129
Characteres in methodo curatoriâ in totum rejiciuntur 343
Chirurgia infusoria probatur 70. & 392
Cholera non habet nomen ἀπὸ τῶν χολάδων, ut Trallianus vult 641. an inter acutos numeranda 645. an vomitoriis curanda 647
Cibus copiosior ventriculum lædit 634. flammulam lampadis vitalis extinguit 761. varius ac multiplex variorum morborum parens est 675
Cinnabaris nativa ☉lis atomos in se continet 195
matricem solarem in sinu suo fovet 307
Clysterum usum malè impugnat Helmontius 388. & 392
Coctio non in totum deneganda intestinis 392
Coctionis primæ vitia non corriguntur in secundâ 643. & 675
Coffi potus in scorbuto singularis virtutis 785
Colicæ passionis remedia specifica 682
Columbinus sanguis ex pennis teneris expressus ad inflammationes & dolores oculorum commendatur 378
Compressionis imaginatio in incubô quomodo fiat 171
Confectio aurea ad confortandam memoriam 260
Consultatio solitaria 2. simulata antiquitus institui solita ibid. socia ab Hippocrate approbatur, & Galeno 3. ægro utilis

Digitized by Google

lis est 4. medico gloriosa 6. in medicinâ locum habet 8. an debeat fieri in publico 11. an in præsentia ægri 12
Consultationum scriptores varii 18
Consultatoriæ methodi differentiæ 20.
objectum fines & partes 21. & seq.
Consuetudo naturæ similis est 66. naturalem habitum induit quasi 654. imperium illius gravissimum existit 337
Convulsio omnis tres agnoscit causas præcipuas 213
in epilepticis quomodo contingat 202
Cornachini pulvis commendatur singulariter in epilepsia 192
Cornu cervi præparati vires in sopiendis fermentationibus p. n. insignis 525
Corporis habitus quomodo ad morbos disponat 27
Corpulentia boni temperamenti argumentum est 701
Coryza curatur abstinentiâ & diætâ 322 & 334
sæpe ab aliis gravibus morbis præservat 528. seq.
in fluore albo mulierum utiliter excitatur 916
Crapula memoriam ac ingenium pessundat 264
Crisis quid 35. symptomatica perpetuò infida 480
Criticum paucum suspectum est 49
Cruda moveri non debent 126
Crystallinus humor an præcipuum visionis sit instrumentum 363
Cucurbitulæ venæsectionis vicariæ sunt 80. ex venâ & arteriâ simul evacuant 38. 80. & 125. crassiorem tamen sanguinem vix educunt 104
Curatio omnibus morbis debetur, etiam desperatis 36 593 & 858
nititur indicationibus 36. fit per contraria ibid. & 102
non debet niti ambagibus superstitiosis 794

D.

DÆmoniaci linguis peregrinis loquuntur 133
Decoctum lentium variolarum eruptionem promovet 507
Delectus venarum ab Harveianis parùm attenditur 50. & 458
Dentium stridor in epilepticis quâ ratione accidat 184. & 201
Depositio pelliculæ in suffusione operatio est difficilima 362
quando institui debeat 366

Digitized by Google

Desperati non sunt planè derelinquendi 36. 480.&539
Diætæ ratio in curatione morborum cumprimis est habenda. 42 non debet separari à methodo medendi 431. absque ea medicamenta omnia frustra adhibentur 131 malè impugnatur ab Helmontio & Paracelso 801
Diaphoretica sunt medicamenta corpus purgantia 40. insensibiliter humores absumunt 49. malignis cumprimis appropriata 471. & 482. in his quando & quomodo rectè administranda 483. citra rationem à Septalio in paralysi rejiciuntur 293
Dies sextus in acutorum crisi infidus est & tyranno similis 480
Digitorum apices utiliter aperiuntur in maniâ, ex præscripto Paracelsi 137
Dispositio hæreditaria morborum causa existit 27
Diuretica medicamenta in affectibus calculosis quatenus conveniant 835
Dolores omnes à solutione continui fiunt 674. exacerbantur noctu 46. & 386. oculorum, malum acerbissimum sunt 373. intestinorum, inter tres maximos numerandi 676. vagi in arthritide unde proveniant 936
Dracunculi infantum qualis morbus sit 956. an veri vermes sint ibidem
Dulcia bilem adaugent 63
Duumviratus Helmontianus quatenus admittatur in consultatoriâ methodo 29. non agnoscitur in maniâ 146

E.

EBrietas ingenii & memoriæ pestis maxima est 264
Eclegmatum usus in catarrhis circumspectus esse debet 539
Emmenagoga medicamenta specifica 412
Emplastri de laudano encomia 844
Emplastra in febribus quatenus conducant 444
Epilepsia morbus horrendus est 159 nervoso generi peculiari qualitate infestus 200
Epilepsiæ causa ex sententia Galeni & Veterum 181. secundum recentiores chimicos 182. remedia specifica 194. & 207

Equi-

Digitized by Google

Equini stercoris °° vel spiritus medicamentum apprimè commendabile in anginâ 390
Errhina medicamenta in apoplexia forti nullum inveniunt locum 233. in catarrhis ad fauces auxilium sunt accommodatissimum 535
Errores primæ coctionis in cœteris non corriguntur 643. 675
Excretiones malè constitutæ vitiosarum coctionum argumenta sunt 750. sebaceæ ex quâ causâ fiant 717
Extenuatio membrorum in paralysi quomodo contingat 272 signum infidum & malum est. ibidem
Extractio materiæ calculosæ in nephritide in totum rejicitur 802. in vesicæ calculo admittitur omninò 834

F.

FEbris tertiana quæ ratio quod tertio quoque die ingruat 435. quartana Saturni filia appellatur 448
Febris an excitari debeat in convulsione 225
Febres à purgantibus fortioribus magis irritantur 441. amuletis nonnunquam curantur 452. quomodo malignitatem acquirant 465
Febres malignæ differunt à pestilente 466. orificium ventriculi pro subjecto non habent ibid. cum vehementioribus symptomatis tutiores, quæ verò cum mitioribus contingunt, suspectæ sunt 469. petechiales quatenus purgantia admittant 516. pestis prænuntiæ esse solent. 520
Febrium remedia specifica 452
Fel Philomelæ per efficaciam virtualem somnum conciliat 91
Fermentatio humorum secundum mentem neotericorum agnoscitur in colica ex flatibus 674
Fermentum ventriculi quid sit & unde ortum habeat 632. vitalis naturæ donum est specificum 633. corruptum chilificationem vehementer turbat 931
Filipendulæ radicis pulvis prodest in epilepsia 298
Flavus totius corporis color in ictericis unde oriatur 693. 703
Fluor uterinus quatenus adstringentia requirat 927
Fœminæ quid contribuant ad conceptionem 492. ab arthritide

de non ſunt immunes, etiam menſtrui fluxûs terminô adhuc incompletô 935

Fonticuli ſuccum à ſanguine diverſum educunt 38. in concurſu ſuturarum in affectibus melancholicis minus tuti ſunt 104. maximè qui cauterio actuali fiunt 105. non niſi ſummo cum periculo inſtituuntur 289. in tibiis verò apprimè utiles 105 & 125

Fragorum aqua viridis ad ſugillationes oculorum utilitatis ſingularis 379

Frigida nervis & cerebro ſunt adverſa 269

Fungorum eſus crebrior valde noxius eſt 749

Furor ſine febre ſignum ſpeciale maniæ 133. unde oriatur 135

G.

GAgatis lapidis ſuffitus quatenus in epilepſia conducat 187.

Galbula ſeu galgulus avis icterum curat per ſympathiam 709

Gammari ſemen genitale adaugent 865 & 878

Gargariſmata an in ſalivatione pr. n. conveniant 659

Gingivarum caro cur præ aliis partibus afficiatur in ſcorbuto 751. & 778

Glandula pinealis non eſt ſedes operationum principum 29. 76. nec ſpirituum 101

Gliſſonius nervis humorem peculiarem attribuit 268

Gravitas membrorum in paralyſi unde 271

H

HAbitus corporis quomodo ad morbos diſponat p. 27

Hæmorrhagia narium non tam debilitat quam venæ ſectio vel vulnus brachii [illegible] in febribus ſalutaris 446. nimia inducit cache[illegible] 398

Hæmorrhoides totum corpus cum euphoriâ purgant 731. in melancholicis affectibus ſummô cum fructu aperiuntur 125. & 154. tam curativè quam præſervativè 128. nec minus in quartanâ 450. in nephritide 812. quibus mediis excitentur 731

Hæreditaria diſpoſitio quantum valeat in producendis morbis 27. & 493

Halç-

Haleces recentes boni succi sunt 417
Hellebori usus in maniâ proficuus 188
Helmontii archæo furioso quid tribuendum 29.37.370. sententiæ de ictero non subscribitur 691.700. placitum de modo generationis feri improbatur 790
Hepar in melancholia hypochondriaca afficitur 99. & quidem essentialiter 103. calidius æquo ventriculo calorem & vires subtrahit 636. quâ ratione 643
Heraclius imperator hydropicus faciem suam comminxit 792
Heraclinum oleum in epilepsia conducit 195. quid sit ibid.
Hippocratis aphorismus de epilepticis 5. aphor. 7. quomodo intelligendus 185
Hirudines non cutaneum tantùm sanguinem educunt 375. nec propter suspectam venenositatem metuendæ sunt, ibid. malè ab Helmontio reprobantur 439. sine magna virium resolutione sanguinem deplent 469
Hollandici nautæ quomodo à scorbuto se præservent 784
Horror ossa quasi contundens in quartana unde oriatur 448
Humores melancholici unde generentur 713
Hydragoga continuo usurpata hepati noxam inferunt 798
Hydrops non fit ex salis resolutione, ut volunt Paracelsici 790. partium superiorum & inferiorum maciem inducit 792. ab Hadriano Imperatore magicis artibus fuit curatus 794. antiquitus per insolationem sub tritici acervo vel arenâ 800. variæ illius species sunt 788
Hyems facit ad excitandam cephalalgiam 45
Hyeme catarrhi frequentiores 328
Hypochondrion quæ pars corporis propriè vocetur 727
Hypochondriacæ partes internæ sunt subjectum fomitis febrilis in quartanâ 447
Hypochondriacæ affectionis ratio latè patet 711. omnium morborum quasi quoddam est seminarium 727. chronicus morbus est & ad mortem usque sæpe comitatur 718

I.

ICterus unde nomen habeat 690
Ictericа medicamenta specifica 697. 708
Impotentiæ quô modô & ordine medendum 858. remedia specifica 807
Incrassantia medicamenta in catarrhis tria primaria, cum specificis aliis 537
Indagatio causarum in morbis quomodo instituenda 25. partis affectæ ibid.
Indicatio quotuplex sit 96
Inflammatio quotuplex 345
Influxus astrales aëris statum mutant 28
Infusoria chirurgia accipitur 70
Infusum Zvvingeri in melancholia singularis efficaciæ 108
Intestina sunt tanquam ventriculus prolongatus 750
Intestinis naturaliter adhæret mucus 665. coctio non omnimode denegatur 302
Inunctio mercurialis commendatur in epilepsia 193
Ira sanguinem incendit 464. bilem commovet ac humores conturbat 715. cerebrum debilitat 740
Jugularium venarum apertio periculosa 251

L.

LAbores pro quantitate victûs sunt instituendi 692
Lac muliebre commendabile auxilium in ophthalmia 356 ad oculorum tumores ex contusione 378. caprinum probatur in hæmoptysi 551. in phthisi 608. chalybeatum in dysenteria 669. & 672
Lacticinia omnia calculizantibus noxia 818. & 823
Lactuca cur eunucha appelletur 883
Lacrymarum affluxus in ophthalmicis unde proveniat 348
Lapides in renibus quomodo generentur 807. & 822
Lapidis renum extractio improbatur 812 vesicæ admittitur 834
Lapis nephriticus gestatus sub axillis nephriticis singulariter auxiliatur 817. & 827
Lapilli in pulmonibus unde generentur 545
Lenientia fortioribus evacuantibus præmitti debent 781

Lentes capiti, nervis, oculis, pulmonibus nocent 380
Lentium decoctum variolarum eruptionem adjuvat 507
Lethargus seu pervigilatio affectus est acutus & periculosus 68. ex somno statim post cibum instituto maxima incrementa sumit 96
Lien essentialiter afficitur in melancholia hypochondriaca 103. in scorbuto modô singulari 775
Lienis officium quodnam sit 713. 737. 738. auxilia specifica 734
Ligni sancti usus in epilepsia quatenus admittatur 193
Lingua upupæ appensa confortat memoriam, ex opinione Rhasis 264
Linguæ hæsitantia in apoplexia unde oriatur 238. 248
Lithontriptica medicamenta specifica 816
Lorum vomitorium veteribus in frequenti fuit usu 276
Lotiones insensibiliter quodammodo evacuant 38. faciunt ad conciliandum somnum 82. capitis crebriores excitant catarrhos 263. pedum in hypochondriacis affectibus mirificè prosunt 725
Luna silente dominantur & abundant humores vitiosi, plenilunio laudabiles 271
Lunares radii capiti & cerebro sunt molesti 87. maximè noctu 96. 181
Lutum S. Bartholomæi ex agro Patavino paralyticis utile pro fomento 283

M

MAcies in phthisicis quâ ratione accidat 601 in scorbuticis 778. in membris paralyticis 272
Maculæ lividæ in incubo unde proveniant 172
Maculæ in febre petechiali unde oriantur 513. in scorbuto 779
Majoris inventum chirurgiæ infusoriæ accipitur 392
Malignitatis in febribus quænam causa sit 477
Mania curatur per fluxum hæmorrhoidum 136. & 137.
Maniæ indicium infallibile est furor sine febre 133
Maniaci singulari corporis robore pollent 133. 145. qua ratione 135. 147
Marchionis pulvis ad epilepsiæ præservationem specificè conducit

ducit 500
Masticatio ciborum negligens valde noxia est 665
Mastiche unde nomen habeat 259
Medicus naturæ minister est 706. semper de virium conservatione cogitare debet 303
Melancholia ex mœrore nimio oriri potest 96. unde dicatur 97. quare cum timore & mœstitia perpetuo conjuncta sit 98. & 123. hypochondriaca in dysenteriam & alios graves affectus terminari potest 102. qualia purgantia requirat 109
Melancholiæ species quot 98
Melancholica symptomata per varices obortos in crure mitigantur 105. & 125
Melancholici humores cerebrum purgantium & præparantium usum postulant p. 111. ad caput transmissi gravissimos excitant affectus 124. unde generentur 713
Melancholici cur sint sputatores 717
Melancholici humoris medicamenta lenientia 39. purgantia 40
Memoriæ officia 255. rectus usus quis sit & quæ requirat 256
Memoriam confortantia specifica 261
Meningis crassæ sinus tertius nihil evacuat per nares 336
Menstruus sanguis sola quantitate est p. n. 394. sanitatis ac morborum in fœminis causa præcipua 416. fœtui in utero alimentum præbet 492. eundem ad varios morbos disponit 493. ad morbillos 492. ad variolas 502
Mercurius vitæ balsamicam virtutem in centro suo habet 293. unde dicatur 304
Mesenterium totius corporis est sentina 717. afficitur in melancholia hypochondriaca 99
Mindereri elogia singularia de spiritu ⊕li & ♀ris 472. & 499
Mistura singularis utilitatis in empyemate 585
Mœstitiæ in melancholicis quæ causa sit 98. 120. & 123
Molæ curatio per suppurationem periculosissima est p. 908
Morbi ab humoribus malignis periculosi 32, ab animi affectibus

bus similiter 33. breves aut longi quinam ibid. desperatissimi sæpius felices, ex adversô benigni funestos habuerunt exitus 480. acuti citam atque strenuam curationem requirunt 645. an omnes in universum curabiles dici possint 887
Morborum acutorum prædictiones sunt incertæ 468. & 504
Mortis frater est somnus 89
Motus circularis rerum visarum in vertigine quas habeat causas 158
Motus partium triplici ratione tollitur 285
Motûs voluntarii abolitio in paralysi unde fiat 271

N

NArium profluvium substillum malum signum est 79
Narium hæmorrhagiam nimiam sequitur cachexia 138
Narium humiditas proclivitatem ad morbos arguit 313
Nasturtium singulare remedium est contra philtra 142
Naturæ opera ab artis operibus multum differunt 534. arti non facilè imitabilia sunt 722
Nephritis purgantia validiora non admittit 825
Nephritici & colici doloris magna convenientia est 805
Nephritica medicamenta specifica 814
Nervi afficiuntur in triplici regione 286
Nervus opticus an in suffusione afficiatur 359
Nervis peculiaris humor attribuitur à Glissoniô 268
Nicotianæ pulvis pro sternutatorio commendatur in paralysi 280.
Nivis inspectio diuturna oculis nocet 357
Nox dicitur à nocendo 77
Noctu omnes dolores exacerbantur 46. 386. item tusses & catarrhi 531. omnes alii morbi, & quâ ratione 582
Nuces avellanæ calculosis prosunt 818
Nutritio per clysteres aliqualis fieri potest 392
Nymphææ luteæ radix certô tempore collecta prodest specificè in maniâ 142

O.

Obmutescentia subitanea undè suboriatur 218
Obstructio alvi totam corporis œconomiam conturbat 52. 68.
Oculus unus læsus facilè in consensum trahit alterum 368. contusus excitat vomitum, & quâ ratione 369 & 370
Oculorum contorsio in epilepticis unde 202
Odoramenta insensibiliter humores noxios in corpore discutiunt 91
Opiata medicamenta in pleuritide minus tuta sunt 568
Opiata purgatoria minorativa Quercetani commendatur in epilepsiâ 192
Ophthalmia quotuplex 340
Orificium ventriculi sinistrum nervosissimum est, & exquisitô sensu pollet 623. appetentiæ naturalis est sedes 624
Oris amaritudo in febribus unde proveniat 457
Ossa non sunt arthritidis subjectum 945
Ovi albumen ad ophthalmiam expetitum 354
Ovorum usus an in febribus concedendus 463

P.

Pancreaticus succus quid indicet in curatione 37
Paracelsica principia quatenus in methodo curatoriâ attendenda 37
Paracelsi sententia de modo generationis hydropis rejicitur 790. opinio de ictero singularis 700
Παρακέντησις quando locum habeat in pleuritide 562. quando & quomodo instituenda in empyemate 586. in hernia 929. in hydrope remedium est generosum 796
Paralysis dicitur Avicennæ mollificatio 285. orta ex apoplexiâ facilê in apoplexiam recidit 289
Paralyseos subjectum an cor vel cerebrum 267
Pedum & capitis consensus est insignis 51
Pediluvia somno conciliando conferunt 83. in hypochondriaco affectu singularis sunt utilitatis 725
Philtra maniam excitant 133
Phrenesis remedium optimum est somnus 83

Pilulæ ferè omnes calidæ & ficcæ sunt temperiei 61. totum evacuandi prærogativam singularem habent, cum primis caput 352. præ omnibus aliis formis sunt acceptæ 637. an post cœnam singularem caput evacuandi vim habeant 535 angelicæ dictæ hæmorrhoides simul solicitant 454
Pini nuclei hæmoptoicis utiles 551
Pituitam lenientia electiva 39. purgantia 40
Pleuræ inflammatio musculis intercostalibus facilè communicatur 554
Pleuritides cur tertio die plerunque habeant exacerbationes 556
Pleuritidis remedia specifica. 566.
Prædictiones in morbis necessariæ sunt 30. longitudinis & brevitatis difficiles 33. in morbis acutis incertæ 468. 504. 524. medicum faciunt admirandum 810
Prandium cœnâ largius ex hypothesi Laurentii Jouberti 639
Pulli columbini dissecti capiti applicantur in epilepsia 188
Pulmones an in pleuritide coafficiantur 555
Pulmonum auxilium specificum est ♀ & inde parata medicamenta 540
Pulvis sympatheticus ad hæmorrhagiam narium commendatur 342
Purgantia electiva omnium humorum 40. in melancholia qualia esse debeant 109. validiora in febribus minus tuta 441. in malignis an conveniant 515. in scorbuto vehementiora valde noxia sunt 766. in dysenteria quatenus admittantur 668

Q.

QUalitates in humoribus p. n. sese habentes quid indicent 36
Qualitates occultæ agnoscuntur in epilepsiâ 200. in angina 383 in febribus malignis 478. in febre petechiali 511. in peste 523. in cholerâ 642. in dysenteriâ 663. in arthritide à nonnullis 943. in scorbuto ad eas confugere necessum non est 747
Quartana febris Saturni filia dicitur 448. cur quarto quôque

quæ die ingruat 449. omnium est longissima ibid.

R.

Ranarum viridium hepata in epilepsiâ auxilium præstant 195
Raphani esus in nephritide prodest 818
Ren unus p. n. affectus facilè in consensum trahit alterum 810
Renibus cum vesicâ communicatio intercedit admirabilis 806. cum ventriculo singularis 809
Renum calculus unde pronascatur 807. 822
Respiratio cum vitâ pari ambulat passu 368. an per aures fieri queat 620
Retina tunica præcipuum Visionis est instrumentum 363
Rhabarbarum purgans in dysenteriâ convenientissimum est 668. hepati & bili singulariter accommodum 695. in hydrope admittitur, contra Septalium 797
Riverii unguentum singulare in convulsione 223

S.

Salivatio ☿rialis præstans est remedium in mania 140. in epilepsiâ 193. in arthritide & lue gallicâ 953
Sanguinis motus in circulum non agnoscit sursum aut deorsum 77
Sanguis in febre ardente ad animi deliquium mitti non debet 459. Scorbuticorum multis arenulis est refertus 751
Sanguis asininus specificum remedium in maniâ 142
Sanguinis stillæ parcæ ex naribus signum malum 79. fluxiones tempore æstivali frequentiores 337
Sanguinis fluxum sistentia specifica 341
Scorbutici cur emacientur 778
Scorbuticis hæmorrhoidum apertio salutaris est 754. purgantia valida summè noxia 766
Scorbutus varias habet appellationes 759. morbus contagiosus est 771. indagatu difficilimus 774. omnes partes primæ & secundæ coctioni dicatas affligit 775. qualitates occultas pro causis non habet 747. quandoque tamen humores peculiari modô corruptos 776. cum hydrope & aliis morbis sæpenumero colludit 780. 788

Scor-

Digitized by Google

Scorbutica remedia specifica 756. & 768. Singularia nautarum Belgicorum 784
Sectio calculi Vesicæ quando & quomodo instituenda 836
Semen genitale κατ' ὄγκον uterum haut ingreditur 385
Sena ventriculum roborandi vim habet 110
Senectus ad lethargum disponit 65. ad pleuritides. 556. ad paralysin 270. destillationibus obnoxia est 313 & 530
Sensus partium triplici ratione aboletur 258
Serum lactis in melancholicis affectibus utile 113. depuratur ope aluminis 129
Serum purgantia medicamenta 40
Sexûs respectu morbi variant 28
Siderati quinam veteribus fuerint appellati 561
Solani tetraphylli baccæ specificè prosunt in maniâ 142
Somni naturalis causa sunt svaves ἀναθυμίασις 65
Somnus in phrenesi remedium est optimum 82. & 141. mortis frater audit 89. coctionem adjuvat, & humores excoquit 640. omnibus cruditatibus maximo est remedio 651. ineptè commendatur à Cardano usque ad tertiam diei partem 748
Spasmi causa quæ 213
Spes dubia certa desperatione potior est 449
Spinalis medulla est cerebrum prolongatum 287
Spirituum animalium obtenebratio in melancholia propriè non contingit 99. circulatio adhuc parùm est comprobata 237
Spuma circa os in apoplecticis unde oriatur 187
Sputatio copiosa in hypochondriacâ affectione unde 717. item in scorbuto 262. 777
Sternutatoria medicamenta in vertigine noxia 163. in apoplexia conveniunt 240. 243. in catarrhis proscribenda sunt 535
Stertor in epilepticis unde 202
Stomachus conservator totius œconomiæ microcosmicæ est 371. cum capite compassionem habet singularem 625
Stomachica auxilia specifica 638

Sudores absque coctione qui accidunt sunt infidi 478
Suffitus quatenus in catarrhis probandi 540
Sulphur medicamentum pulmonare specificum est 549

T.

TAbaci fumus pituitam ex capite & pulmonibus purgat 281. flatus discutit & sanguinem à serositatibus liberat 319. an catarrhosis conveniat 331. in pleuritide suppurante est suspectus 567. inter pocula noxius 303
Temperamentum quomodo morborum causa fiat 27
Terror in paralysi institui solitus remedium est periculosissimum 897
Testium & thoracis consensus insignis est 534
Theriaca in suffusione alterans celebre est 365
Thermæ sunt evacuans universale per omnia emunctoria 40. 112.
Timor in melancholicis unde oriatur 98. 125
Tinca piscis curat Icterum 709
Transplantatio in arthritide remedium est superstitiosum 953
Trepanatio seu terebratio in capite periculosa 137. quando adhiberi debeat 190
Turturum carnes epilepticis prosunt 198

V.

VArices oborti in cruribus maniam solvunt 105 & melancholicos affectus mitigant 115
Variolæ viscera interna quandoque infestant 502
Venarum delectus hodie non multum attenditur in venæ sectione 59. 458
Venæ sanguinem & reducunt, & educunt 336
Venæ sectio variis indicatis respondet 79. 387. in omni morbo acuto commendatur 80. sexui digniori in primis est accommodata 438. frustra ab Helmontio impugnatur 439. non metuenda in causo 459. nec in febre petechiali. 515. in peste quatenus admittatur 524. magno morbo magnum existit remedium 627. in dysenteriâ quatenus con-

conveniat 667. propter dignitatem suam inter chirurgica præsidia primum locum occupat 678 an in ictero concedatur 704. dolores insigniter mitigat 812. in maximis doloribus præcipuo est auxilio 950
Venæ secti nis vicariæ sunt cucurbitulæ 80
Veneris usus tempore gestationis & lactationis an fœtui noxius sit 183
Ventriculus cum capite consensum habet singularem 371. afficitur in melancholia hypochondriaca 130. ab excessivô cibô insigniter læditur 634
Venus exsiccat cerebrum & corpus 66. nervoso generi valde est inimica 183. spiritibus maximè infensa 224. oculis molesta 381. moderata in morbis pituitosis conducit 542. arthriticis summè est noxia 954
Vernum tempus in macro- & microcosmo omnia commovet 128. melancholiæ ferax est 124
Vesicatoria an in febribus malignis conveniant 481
Vespertilionis caput & cor gestata faciunt ad conciliandum somnum 91
Veterum sententia de dolore capitis 57. de vertiginis subjecto primario 156. de coryza 310. Statutis de Venæ sectione quid tribuendum 59.103
Vigiliæ nimiæ vires maximè exsolvunt 68. cruditates pariunt ibid. bilem augent, eamque inflammant 464. spiritus absumunt 640
Vinum dilutum aquâ promptiùs crapulam facit quam merum 30
Vires omnium indicationum sunt tyranni 334. 568. omni bono medico cum primis attendendæ 303
Viscerum ἀδυναμία cruditatibus generandis ansam præbet 712. 714. difficulter corrigitur 718. 730
Visionis pars principalis est humor vitreus 359
Vitrioli spiritus etiam extra corpus bili animalium commistus fermentationem quandam & turbas ciet 405
Unguentum Riverii singulare in convulsione 223
Vomitus in epilepsia confestim ante paroxysmum excitatus

confert 186. humores in ventriculo & circa eum stabulantes commodissimè expurgat 706
Vomitorium singulare ex felle catuli in epilepsia 205
Vomitoria æstate convenientiora sunt 460. omni tempore usus maximi 814
Urina commodissima est via totum corpus evacuandi 420. falsò à quibusdam dicitur nihil esse nisi tenue & aquosum excrementum 806. unde capillamenta accipiat 457. fœtida quomodo fiat. 843
Urinæ & salis armoniaci spiritus pari ambulant passu 408
Urinæ albæ fiunt ob defectum bilis 78. croceæ propter bilis abundantis admistionem 693. & 705. oleosæ non semper colliquationem partium arguunt 753
Ustio in empyemate nostrâ ætate desvevit 587. itemque in hydrope 796
Uterus quid contribuat ad conceptionem 491. omnium morborum muliebrium est causa 877. an possit dici pars affecta in fluore mulierum p. n. 911
Uteri sterilitatis causa quæ 884
Vultus torvus in maniacis unde existat. 135.

Z.

Zechii medicamentum singulare in suffusione 366
Zwingeri infusum in affectibus melancholicis magnæ utilitatis 100

FINIS.

CORRIGENDA.

Paginâ 3. lineâ 26. lege: ubi Erisistrato p. 7. l. 20. evadunt. p. 16. l. 1. in fine deleatur punctum. l. 33. lege Θεῷ. p. 23. l. 13. instituitur: habitus &c. p. 24. l. 11. in triplici. p. 25. in lineâ marginali 12. deleatur punctum. p. 30 l. 16. γιγνόμενος. p. 35. in lineâ marginali 1. deleatur, duplex. p. 36. l. 27. lege in vesicâ. p. 37. l. 17. MATERIAE. l. antepen. operæ. p. 41. in tabellâ sub classe tertiâ l. 5. lege: emendantia. p. 42. l. 1. CAP. IV. p. 64. l. 24. Διαθέσεως p. 80. l. ult. addatur; Haupt-Pillen auff einmahl p. 83. l. 19. ventriculi os. p. 92. l. 1. PHARMACEUTICAE. p. 113. l. 19. ℞. *gallum unius anni deplumatum & exenteratum.* p. 128. l. 21. *ad gran.* p. 132. l. 25. Creticis, & aliis p. 139. l. 2. vel in formâ. p. 144. l. 9. pravis cogitationibus. p. 154. l. 12. jubeatur amata in illius &c. l. 24. vertigine prehenditur. p. 190. l. 31. utut. p. 198. l. 6. salis locô. p. 212. l. ult. factum. p. 242. l. 13. ℅ caryophyl. l. 14. ℅ aq. apoplect. p. 249. l. 1. II. III. ET IV. AFFECTUS. p. 261. l. 52. memoriam augere. p. 276. l. 14. Διά ἀσώρε. p. 279. l. 2. spec. diaturb. p. 281. l. ult. ol. rosac. p. 295. l. 22. extr. castorei ℈ij. l. 23. ambræ gryseæ g. iij. p. 203. l. 2. inferior. l. 29. inferatur. p. 305. l. 2. sirup. florum tunicar. ℥ij. p. 320. l. 6. ducto. p. 322. l. 33. turbi cerebri a. p. 330. l. 30. monitu, ne. p. 332. l. 21. hic fumus p. 348. l. 2. separat. p. 353. l. 31. acidæ Helmontianæ. p. 371. l. 20. DEBILITAS etiam. l. 24. qui vitalis stare potest virtus. p. 372. l. 33. statum, l. 35. animadvertantur, promittunt. p. 373. quantocyus. p. 375. l. 29. à materiâ l. 20. ab illuvie. l. 36. Electuarium rosatum lenitivum, opticum Minsichti ana ʒiß cum decocto prunorum. p. 381. l. 9. deleatur nisi. p. 394. l. 27. lege: suffocationem. p. 396. l. 11. superfluum. p. 414. l. 9. manumittant. p. 440. l. 18. ℞ *pul.* &c. p. 452. l. 10 *pulv. Bezoard. albi* ʒj. p. 472. l. 32. aq. nympheæ. p. 479. l. 2. interna ardent. p. 526. l. 27. suffimigiis. p. 561. l. 23. REPULSIO p. 573. l. 16. quòd. p. 576. l. 9. *scammon.* ♀*rati* ℈iß. l. 16. ⊖ juniper. ℥ iiij. p. 586. l. 29. ratione, levis spes. p. 605. l. 20. prunis. p. 613. l. 27. deleatur, ℥ ij. p. 616. l. 8. addatur ad finem. M. F. pill. nro XI. p. 639. ex chylo ad cor per lacteas venas & ductus thoraicos delato. p. 679. l. 12. pulp. colocynthidis p. 680. l. 2. Elect. de baccis lauri ʒiij. p. 684. l. 2. post motus. p. 692. l. 5. trigesimum p. 696. l. 28. incen-

dium

dium temperandi. p.709. l. 8. colorem in se trahere. l. 9. lineam. p. 707. l. 30. in fine deleatur punctum. p. 716. l. 1. in fine lege: U T E T p. 722. l. 1. marginali, Διωρητικοὶ. p. 744. l. 25. immaturus. p. 746. l. antepen. duumviratus. p. 753. l. 12. in fine deleatur: ab. p. p. 769. lege: antihypochondriacæ. ℥ ij. p. 791. l. 29. exercitationesque, renes &c, p. 793. l. 27. & anni tempore. p. 800. l. 25. oblitum se. p. 802. l. 3. variationem. p. 809. l. 29. antea. p. 810. l. 23. alterum renem. p. 814. l. 18. in fine deleatur punctum. p. 827. l. 19. molestam. p. 840. l. 23. τῆς. p. 841. l. 21. ructus crebri nocturni. p. 842. l. ult. nimirum. p. 859. l. 6. spurcitiei pedum aquam emittat. p. 891. l. 25. ℞. *Residentiam passul.* p. 894. l. 10. Zingiberis conditi in Chinâ. p. 928. l. 32. est paratus. p. 948. l. 34. præter.

Digitized by Google

Digitized by Google

101
450961

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google